SCRIPTORES



*Thomas Dent.*

# SCRIPTORES
# REI RVSTICAE
## VETERES LATINI

TOMVS ALTER

IN QVO

PALLADIVS

VEGETIVS DE MVLO-MEDICINA

GARGILII MARTIALIS FRAGMENTVM

CVM EDITIONIBVS PROPE OMNIBVS ET MSS. PLVRIBVS COLLATI

LEXICON REI RVSTICAE

ALIAQVE CONTINENTVR

CVRANTE

IO. MATTHIA GESNERO.



EDITIO SECVNDA.

*LIPSIAE*

SVMTIBVS CASPARI FRITSCH

MDCCLXXIIII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# LECTORI S.

In praefatione primi huius operis Tomi promiſi integras Pontederae Epistolas hoc Tomo repetere, quae ad emendationem et interpretationem Ruſticorum pertinerent. Sed cum ad rem ventum eſſet, tamen conſultius viſum eſt mutare rationem, ne iuſto maior eius moles fieret. Itaque hunc laborem ſuſcepi, vt eas in compendium redigerem, et emendationes atque interpretationes breuiter et perſpicue commemorarem. Quod conſilium deinde res ipſa mihi magis probauit, cum ſentirem ipſe moleſtiam ambagium, per quas ſaepe vir doctiſſimus lectores duceret. Ego quidem omnes rei criticae peritos hoc laudis Pontederae tributuros, confido, vt in plerisque eum bene iudicaſſe fateantur. Ceterum harum emendationum copiam et facultatem ille debuit variis lectionibus, e MSS. et edd. primis a Gesnero

col-

collectis; nec dubitamus, hunc eodem fere modo iudicaturum et textum emendaturum fuiſſe, ſi ei libuiſſet, totum textum ex copiis illis Lectionum variarum conſtituere, et non maluiſſet interpretem agere; quem plerique maxime requirunt. Non poenitebit rei Criticae ſtudioſos comparaſſe in his emendationibus cognoſcendis Lectiones Codicis Sangermanenſis, quas ſaepiſſime conſentire cum lectionibus melioribus MSS. Gesnerianorum reperient.

---

PALLA-

# PALLADII RVTILII
# TAVRI AEMILIANI
# DE
# RE RVSTICA
# LIBRI XIV. ETC.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30415123_0002

# C A P I T A
# R E I R V S T I C A E
## EX RHEGIENSI EDITIONE*
### ANNI CIϽ CCCC LXXXII
# P A L L A D I I R V T I L I I
## TAVRI AEMILIANI.

### TITVLI LIBRI I.

Ex membranis MSS.


1 De praeceptis rei ruſticae.
2 De quatuor rebus quibus agricultura conſiſtit.
3 De aëris probatione.
4 De aqua probanda.
5 De qualitate terrarum.
6 De induſtria, et neceſſariis ad rura ſententiis.
7 De agri electione vel ſitu.
8 De aedificio.
9 De hibernis et aeſtiuis manſionibus, et pauimentis.
10 De calce et arena.
11 De latericiis parietibus.
12 De lumine et altitudine.
13 De cameris et canniciis.
14 De opere albario.
15 De tectoriis.
16 De vitanda valle quae propter aquas diligi ſolet.
17 De ciſternis et maltha frigidaria.
18 De cella vinaria.
19 De horreo.
20 De olei factorio.
21 De ſtabulis equorum et boum.
22 De curte.
23 De aluiariis.
24 De columbario.
25 De turturario.
26 De turdis.
27 De gallinis.
28 De pauonibus.
29 De faſianis.
30 De anſeribus.
31 De piſcinis.
32 De foenili, paleario, et lignario.
33 De ſterquilinio.
34 De locis horti, et pomario, et ſepibus, et ſerendo.
35 De area.
36 De apium caſtris.
37 De apibus emendis.
38 De balneis.
39 De malthis calidae et frigidae.
40 De piſtrino.
41 De inſtrumentis agreſtium.


*Tituli Menſis Ianuarii.*


1 De ablaqueandis vitibus.
2 De pratis abſtinendis in locis macris.
3 De proſcindendis agris, et iungendis bubus, vel arandi diſciplina.
4 De hordeo Galatico ſerendo.
5 De cicercula ſerenda cum diſciplina ſua.
6 De vicia ſerenda, non ad pabulum ſecandum, ſed ad ſemina redigenda, cum diſciplina ſua.
7 De foeno Graeco ſerendo legendi ſeminis cauſa, cum diſciplina ſua.
8 De herbo ſerendo.
9 De ſariendis frumentis et leguminibus.
10 De paſtinandi generibus et ſcrobibus vitium.
11 De tabulis vinearum.
12 De menſura paſtini Italica.
13 De ſolo et caelo et loco pangendis vineis congruenti, et ea quae illuc pertinet diſciplina.
14 De hortis: in eo de lactuca ſerenda cum diſciplina ſua, item naſturcio, ſimiliter et vruca, item caulibus, allio et vlpico.
15 De pomis: in eo de ſorbo, de amygdalo, de nuce iuglandi, cum diſciplinis ſuis; et de ceteris pomis quorum diſciplina ſuis menſibus continetur.
16 De ſignandis animalibus, de lardi et pernarum confectione, et echinis et rapis.
17 De oleo myrtino.
18 De vino myrtite.
19 De oleo laurino.
20 De oleo lentiſcino.
21 De gallinarum paſtu.
22 De caedenda materie.
23 De horis.


*Tituli menſis Februarii.*


1 De pratis ſeruandis et laetamine ſaturandis.
2 De proſcindendis collibus.
3 De ſatione trimeſtri.
4 De ſerenda lenticula cum diſciplina ſua; item de cicercula.
5 De ſerendo cannabo.
6 De agris Medicae parandis.
7 De herbo ſerendo.




* Cum his titulis plane conſentiunt ii, qui ſunt in Mſ. Erfurtenſi.

8 De curandis vitibus et arboribus, et hordeo Galatico ſerendo.
9 De ponendis vineis paſtino vel ſcrobibus aut ſulcis, et omnium quae illuc pertinet diſciplina.
10 De arbuſtis, vitibus, et plantis arborum vitiferarum.
11 De vineis prouincialibus.
12 De putandis vineis communibus, altis vel humilibus.
13 De putatione arbuſti.
14 De prouincialibus vineis putandis.
15 De nouella putatione.
16 De propaginibus.
17 De inſitionibus.
18 De inſtituendis oliuetis.
19 De pomiferis et ſpatiis earum generale praeceptum.
20 De fodiendis, palandis et ligandis vineis, vel laetandis arboribus, et plantis circumfodiendis.
21 De roſis, liliis, croco, violis conſerendis.
22 De lini ſemine ſerendo.
23 De cannetis et aſparagis et plantis ſalicum vel geneſtae, et ſeminariis myrti et lauri.
24 De hortis: in eo de ſepibus, de lactuca, carduo, naſturcio, coliandro, papauere, allio, vlpico: de ſaturea cum ſua diſciplina: item de cepullis: ſimiliter de anetho, ſinapi: de caulibus, cum diſciplina ſua: et de aſparagis, de malua, menta, foeniculo, paſtinaca, cunela, cerefolio, beta, porro, cum diſciplina ſua: de inula et colocaſiis ſimiliter.
25 De pomis: in eo de piro, de melo, cydoneo, ſiliqua, moro, auellana, myrrha, et de diſciplinis ſuis.
26 De educatione porcorum.
27 De vino myrtite aliter.
28 De vite theriaca.
29 De vua ſine granis.
30 De vite nimis lacrymoſa.
31 Myrtitis alia confectio ſecundum Graecos.
32 Vt propomata ſponte naſcantur.
33 Vt vitis botriones varios ferat.
34 De horis.

*Tituli menſis Martii.*

1 De putandis vineis et inſerendis, et pangendis vitibus.
2 De pratis purgandis in locis frigidis, et proſcindendis agris.
3 De panicio et milio ſerendo, cum diſciplina.
4 De cicere ſerendo cum ordine ſuo.
5 De cannabo.
6 De cicera.
7 De nouellis vitibus puluerandis et fodiendis, palandis ac ligandis, et veteranis vineis reſtituendis, et aegris et laeſis.
8 De oleis amurca ſaginandis, et cetera earum cura: item de ſeminariis et roſariis faciendis vel colendis, et ſariendis frumentis.
9 De hortis: in eo de carduis, cum diſciplina: de vlpico, allio, et cepulla, cunela, anetho, ſinapi, caulibus, maluis, armoracea, origano, lactuca, beta, porro, cappari, colocaſiis, ſatureia, naſturcio, intibis, rafanis, et melonibus et cucumere cum diſciplina ſua: item de aſparagis et ſpongiis eorum: ſimiliter et ruta et coliandro cum diſciplina ſua, et cucurbita: ſimiliter et blito: item de aniſo et cymino.
10 De pomis: in eo de malo Punico cum diſciplina, et vini ſui confectione: de citreo: ſimiliter de meſpilo, et de fico, cum diſciplinis ſuis, et aliis pomis quorum diſciplina ſuis menſibus continetur.
11 De comparandis bubus, tauris, vaccis.
12 De domandis bubus.
13 De equis, equabus, et pullis et aetate eorum.
14 De mulino genere et aſinis.
15 De apibus.
16 De horis.

*Tituli menſis Aprilis.*

1 De Medica ſerenda et diſciplina eius.
2 De inſerenda olea vel oleaſtro, de vineis et ſeminariis fodiendis, et inſerendis vitibus, et agris humidis et pinguibus proſcindendis.
3 De hortis: in eo de caulibus, item de apio, de atriplice, de ocimo, cum diſciplinis ſuis: item de melone, cucumere, porro, cappari, ſerpyllo, colocaſio, lactucis, betis, cepullis, coliandro, intibis, cucurbitis ac menta.
4 De pomis: in eo de zizypha cum diſciplina ſua, et de aliis pomis, quorum ſuis menſibus diſciplina deſcripta eſt.
5 De oleo violacio et vino.
6 De armentis: in eo de vitulis nutriendis, de tonſuris et ſignaturis.
7 De apibus: in eo de veſtigandis apibus, et purgandis alueariis.
8 De horis.

*Tituli menſis Maii.*

1 De panicio et milio, de florentibus ſatis, de recidendo foeno.
2 De nouellae ſarmentis relinquendis, et pampinandis vitibus.
3 De proſcindendis et aperiendis nouis agris.
4 De occandis vitibus arboribusque, et rude caedenda, fodiendis ſeminariis, putandis oleis, ac lupino vertendo.
5 De hortis: in eo de ſpatiis, de apio, coriandro, melone, cucurbita, carduo, radice, ruta.
6 De pomis: de flore mali Punici, perſico implaſtrando, citro inſerendo, et ficu plantanda vel inſerenda: de zyzypha et palma plantanda.
7 De armentis: in eo de caſtrandis bubus.
8 De tonſuris ouium.
9 De caſeo faciendo.
10 De apibus.

11 De

11 De pauimentis et ſolariis.
12 De lateribus faciendis.
13 De roſato.
14 De oleo liliacio.
15 De oleo roſeo.
16 De rodomelli.
17 De roſis viridibus ſeruandis.
18 De horis.

*Tituli menſis Iunii.*

1 De area paranda.
2 De meſſibus.
3 De agris proſcindendis, de vineis occandis, fodiendis, vicia, foeno Graeco, lenticula, faba, lupino colligendis.
4 De hortis: in eo de braſſica, apio, betis, radicibus, lactucis, coriandro.
5 De pomis: in eo de flore Punici, de piro, de melo zyzypho, fico: de emplaſtratione.
6 De armentis: in eo de caſtratura, de caſeo, tonſuris.
7 De apibus: in eo de legendo et conficiendo melle vel cera, de ſeruandis examinibus et ſignis eorum ac regibus, de inopia examinum, de ſupplendis aluеariis.
8 De pauimentis et latere.
9 Qualiter fructuum venturorum experimenta ſumantur.
10 De oleo chamaemelo.
11 De oenanthe.
12 De alfita.
13 De horis.

*Tituli menſis Iulii.*

1 De iterandis agris, de meſſe triticea, de exſtirpandis vepribus et filectis, de arboribus operiendis, pulverandis nouellis.
2 De hortis: in eo de cepullis, radicibus, atriplice, ocimo, malua, beta, lactuca, porro, item napis et rapis, cum diſciplina ſua.
3 De pomis: in eo de implaſtratione, de piro, malo citreo, ficu, palma.
4 De armentis et gregibus: in eo de admittendis tauris et arietibus.
5 De exſtirpando gramine.
6 De vino ſcillite.
7 De hydromelli.
8 De aceto ſcillitico.
9 De ſinapi.
10 De horis.

*Tituli menſis Auguſti.*

1 De agris exilibus arandis, de apparanda vindemia, de occatione vinearum locis frigidis.
2 De exili et miſera vinea reficienda.
3 De pampinandis et obumbrandis vitibus, et extirpandis carectis atque filectis.
4 De vrendis paſcuis.
5 De hortis: in eo de rapa et napo, de radice cum diſciplina ſua, de paſtinaca.
6 De pomis.
7 De apibus.
8 De aqua inuenienda.
9 De puteis.
10 De aqua probanda.
11 De aquaeductibus.
12 De menſuris et ponderibus.
13 De confecto melle.
14 De horis.

*Tituli menſis Septembris.*

1 De agris pinguibus tertiandis vel implendis exilibus, et de ſtercorando.
2 De ſerendo tritico et adoreo in locis frigidis et opacis.
3 De remedio ſalſi humoris, de ſeminum menſuris et diuerſis remediis ad ſationem pertinentibus.
4 De ſerendo hordeo canterino.
5 De lupino ſerendo.
6 De piſo ſerendo.
7 De ſiſamo ſerendo, et proſcindendis agris ad Medicam.
8 De vicia et Graeco foeno et farragine ſerendis.
9 De lupino ſerendo, qui natus euertatur et loca foecundet exilia.
10 De pratis nouellis formandis, vel veteribus excolendis.
11 De vindemia celebranda.
12 De panicio et milio metendis, et faſelo ad eſcam ſerendo, et apparandis aucupiis.
13 De hortis: in eo de papauere, braſſica, thymo, origano, cappari, cum diſciplinis: item naſturcio, anetho, radicibus, paſtinacis, cerefolio, lactuca, betis, coriandro, rapis et napis.
14 De pomis: in eo de tubere.
15 De pauimentis ſolariorum et lateribus.
16 De diamorωn.
17 De ſeruandis vuis.
18 De vite cuius fructus humore putreſcit.
19 De horis.

*Tituli menſis Octobris.*

1 De adoreo et tritico, de hordeo canterino, de herbo lupino, piſo, ſiſamo et faſelo ſerendis.
2 De lini ſemine ſerendo.
3 De notanda vitium fertilitate qua prouidebimus pandtioni.
4 De ponendis vineis, vel propagandis, reparandis, putandis, et arbuſtis.
5 De ablaqueanda nouella.
6 De vtilitate propagandae nunc vineae.
7 De inſerendis arboribus vel vitibus.
8 De oliuetis inſtituendis, et colendis, laetandis, et remediis eorum: de oliuis condiendis: de foſſis riuiſque purgandis.
9 De remedio ſi vua compluta eſt.
10 De oleo viridi faciendo et laurino.
11 De hortis: in eo de intibis, de carduis, de ſinapi, Medica, cum diſciplinis: item de anetho, cepulla, menta, paſtinaca, thymo, origano, cappari, beta, armoracea, porro transferendo et ocimo.

12 De pomis: in eo de palma, piſtaciis, ceraſis, et aliis pomis: quorum per menſes ſuos diſciplina digeſta eſt: item de condiendis pomis.
13 De apibus.
14 Quae Graeci vel alii ſuper vina condienda curandaque dixerunt.
15 De roſato ſine roſa fieri.
16 De vinis pomorum.
17 De hydromelli.
18 De paſſo.
19 De cydonite.
20 De fermento muſteorum ſeruando.
21 De horis.

*Tituli menſis Nouembris.*

1 De ſatione tritici, farris, hordei, fabae, cum diſciplina: de lenticula mature ſerenda, de lini ſemine.
2 De pratis nouis inſtituendis, ponendis vitibus et propagandis, et circumfodiendis nouellis, ac recidendis mergis.
3 De vinea veteri in iugo vel pergula reparanda.
4 De putandis vitibus et arboribus locis tepidis, et oliuetis et faciendo oleo.
5 De oliuetis ponendis, et curandis aegris arboribus; corbibus, palis, ridicis faciendis; oleo laurino faciendo.
6 De hortis: in eo de allio, vlpico, cum diſciplinis: de cepullis, et plantis carduorum: de armoracea et cunela.
7 De pomis: in eo de perſico, de pinu, de prunis, de caſtaneis, cum omni diſciplina, et pomis aliorum menſium.
8 De apibus: in eo de mundandis ac muniendis caſtris earum.
9 Remedium vitibus quae ſine fruge luxuriant.
10 Remedium ſterili viti.
11 De roſario ex paucis virgulis inſtituendo.
12 De vua vt vsque ad ver reſeruetur in vite.
13 De gregibus ouili generis et caprini, et paſcendi ordine.
14 De glandibus legendis.
15 De materie caedenda.
16 De transferendis arboribus maioris aetatis.
17 De oleo faciendo ſecundum Graecos et emendando.
18 De oleo vt Liburnico ſimile fieri poſſit.
19 Vt oleum ſordidum purges.
20 De oleo odoris horrendi.
21 De oleo rancido curando.
22 De condiendis oliuis.
23 De horis.

*Tituli menſis Decembris.*

1 De ſerendis frumentis et faba et lini ſemine.
2 De fodiendis paſtinis et caedenda materie, palis et ridicis, de oleo laurino, myrtino, lentiſcino, et vino myrtite.
3 De hortis: in eo de lactuca, allio, vlpico, cepulla, ſinapi, et cunela.
4 De pomis: in eo de hypomelidibus et aliorum menſium pomis.
5 De rapis condiendis.
6 De echinis et pernis et lardo ſaliendis, et auium laqueis diſponendis.
7 De horis.

## TITVLI LIBRI XIV.

De inſitione, ex impreſſis libris.

1 Praefatio, proſa.
2 Prooemium carminis.
3 De vite.
4 De oliua.
5 De piro.
6 De malo Punico.
7 De pomo.
8 De Perſico.
9 De malo Cydonio.
10 De meſpilo.
11 De malo citrino.
12 De prunis.
13 De ſiliqua.
14 De ficubus.
15 De moro.
16 De ſorbis.
17 De ceraſo.
18 De amygdalo.
19 De piſtaciis.
20 De caſtanea.
21 De nuce.

PALLA-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS, DE RE RVSTICA

## LIBER I.

### TIT. I.

PARS eſt prima prudentiae, ipſam, cui praecepturus ſis [a], aeſtimare perſonam.
Neque enim formator agricolae debet artibus et eloquentia rhetores aemulari,
quod [b] a plerisque factum eſt: qui dum diſerte loquuntur ruſticis, aſſecuti ſunt, vt
eorum doctrina nec a diſertiſſimis [c] poſſit intelligi. Sed nos recidamus praefatio-
nis moram, ne, quos reprehendimus, imitemur. Dicendum autem [d] nobis eſt 2
(ſi diuina fauerint) de omni agricultura, et paſcuis, et aedificiis ruſticis, ſecundum
fabricandi magiſtros, et [e] aquae inuentionibus, et omni genere eorum, quae vel fa-
cere vel nutrire oportet agricolam ratione voluptatis, et fructus [f], ſuis tamen tem-
poribus per vniuerſa diſtinctis [g]. Sane in primis [h] hoc ſeruare conſtitui, vt eo
menſe quo ponenda ſunt ſingula cum ſua omni exequar diſciplina.

II. PRIMO

VARIETAS LECTIONIS.

[*Scripturae varietas quae in* Palladio *occurrit.* LIBRI PRIMI. TIT. I.] a) *es E. P. Lugd.* b) *quod plerique fecere Iuntt.* c) *quidem* inſ. *Iuntt.* d) *a* inſ. *Lugd.* abeſt *eſt E.* e) *eorumque* omn. f) *vſufructus I. B. R. vſusfructus I. I. — G.* g) punct. om. *I. I — G.* h) *pomis I. B. R.*

NOTAE VARIORVM.

PALLADII RVTILII) In veteribus membranis ſcribitur *Palladius Rutulus*, teſte Barthio animaduerſ. ad Rutilium 1, 208. SCHVRZFL. Mſ. Erf. *Rutili.*

1, 1 FORMATOR) Qui vulgo nunc informator. Horatius Od. 3, 24, 52 — *et tenerae nimis Mentes aſperioribus Formandae ſtudiis.* Columella praef. n. 4 *Denique animi ſibi quisque formatorem praeceptoremque virtutis e coetu ſapientum arceſſat.* Sic *informare* idem eſt, quod *formare* ſimplex, quod obſeruarunt Hottomannus et Paſſeratius ad Cic. pro Quinctio c. 10. Munckerus ad Hyginum fab. 64. SCHOETTG.

1, 1 DISERTE LOQVVNTVR RVSTICIS) Ex his verbis elicit Franc. Floridus Sabinus Subciſ. Lect. 2, 1 non omnes ruſticos intellexiſſe comtam atque Romanam ſcribendi rationem, ſed alia potius et vulgari lingua vſos eſſe. Et hoc ipſum aliquoties obſeruauimus, praecipue apud Columellam, qui latinam linguam, ruſticorum ſcilicet, a Romana eruditiorum aliquoties diſtinxit. Legat lector caput Floridi citatum, in quo certe non vulgaria occurrunt. SCHOETTG. Collegimus ea, quae ruſticis propria, ſcriptores ipſi noſtri tradunt in Indice v. *Ruſticae voces.* Caeterum neſcio, an Columellam pungat, eloquentem profecto virum, ſed ita, (nam alias hoc nomine vix dignus videretur) vt orationis luminibus res obſcuras alioquin et humiles illuſtret atque iniuria ipſi obiiciatur ſtudium eloquentiae. Palladium ipſum rhetoricari nonnunquam obſerues v. g. Mart. 10, 36; April. 2, 2; Iun. 7, 6; Iul. 3, 2; Nou. 1, 2; add. Cl. SCHOETTGENIVS ad illa verba 4, 1 *frigus tepore ſuo mulceat.*

1, 2 ET AQVAE INVENTIONIBVS) Conieceram olim legendum *aquarumque inuentionibus* pro vulgato *eorumque*, quod noſter in hoc argumento ſatis copioſus eſt Aug 8 — 12. Tanto facilius obtemperaui ALMELOVEENII et SCHOETTGENII obſeruationi, qui monuerunt Hadria. Iunium ep. 201 p. 378 e codice Lugdunenſi et ex Baſileenſi Barthium 37, 3 ita legiſſe, vt iam edendum curauimus.

1, 2 IN PRIMIS) *In pomis* mauult Hadr. Iunius l. c. Sed neſcio, an ſatis feliciter. Certe

non

II. PRIMO igitur eligendi et bene [a] colendi agri ratio, quatuor rebus conſtat, aëre, aqua, terra, induſtria. Ex his tria naturalia; vnum facultatis et voluntatis [b]. Naturae eſt quod in primis ſpectare [c] oportet, vt eis locis quae colere deſtinabis, aër ſit ſalutaris [d] et clemens, aqua ſalubris et facilis, vel ibi naſcens, vel [e] adducta, vel imbre collecta: terra vero foecunda et ſitu commoda.

III. AERIS igitur ſalubritatem declarant, loca ab infimis vallibus libera, et nebularum noctibus abſoluta, et habitatorum conſiderata corpuſcula [a], ſi eis [b] color ſanus, capitis firma ſinceritas, inoffenſum lumen oculorum, purus auditus, [et [c] ſi] fauces commeatum liquidae vocis exercent [d]. Hoc genere benignitas aëris approbatur. His autem contraria noxium caeli illius ſpiritum confitentur [e].

IV. AQVAE vero ſalubritas ſic agnoſcitur [a]. Primum ne a lacunis, aut a [b] palude ducatur [c]: ne de metallis originem ſumat; ſed ſit perſpicui coloris, neque vllo aut ſapore aut odore vitietur, nullus illi [d] limus inſidat [e], frigus tepore [f] ſuo mulceat,

[T. II.] a) *bene* deeſt *P.* b) *eſt* add. *E. I. B. R.* c) *ſpectari Lugd.* d) *ſalubris P. naturalis E.* e) *aliunde* inſ. a recent. manu *Lugd.* [T. III.] a) *Corpora Cr.* b) *ei I. B. R. enim P.* c) *et ſi* om. *E. Lugd. I. B. R. et* om. *Cr.* d) *emittunt P. emittant Cr.* e) *His* — *confitentur* om. *E.* [T. IV.] a) *cognoſcitur Lugd.* b) *a* om. *E. Lugd. I. B. R. I. l.* c) *deducatur P.* d) *ibi E. I. B. R.* e) *inſideat E.* f) *tempore P. I. B. R.*

non in pomis modo ſed in aliis etiam hoc ſeruauit Palladius.

3 Retulit hunc titulum in L. I c. I extr. Creſcentius.

3 NEBVLARVM NOCTIBVS) Similis fere locutio ei, *virtus virium*, quam in Curtio taxat Clericus in Arte Critica. Nam *nox* h. l. idem eſt, quod nebula ſeu denſa caligo, qua notione occurrit apud principem Poëtam Aeneid. 3, 194 *Tum mihi coeruleus ſupra caput adſtitit imber, Noctem hiememque ferens.* Vbi Seruius: *Noctem hiememque, pluuiam cum tenebris.* Et paullo poſt v. 198 *Inuoluere diem nimbi, et nox humida coelum Abſtulit.* Seruius iterum: *Nox humida, nubes caliginoſa.* SCHOETTG.

3 ABSOLVTA) idem, quod ſimplex, *ſoluta*, h. e. libera. Sic et *abſoluere ſomnium* pro ſoluere dixit Sulpicius Seuerus I, 11, 6. SCHOETTG.

3 CORPVSCVLA) Lego *corpora*; nam *corpuſcula* de homine hoc in loco ineptiſſime dici inficiabitur nemo. Id tamen ex Petro Creſcentio probare poſſumus, qui libr. I c. 11 hunc locum ita tranſcripſit: *Praeter haec vero dixit Palladius, quod aëris ſalubritatem declarant loca infimis vallibus libera, et nebularum noctibus abſoluta, et habitantium corpora conſiderata.* PONTED.

3 LIQVIDAE VOCIS) *Vox liquida* eſt clara et ſine raucedine prolata. Horatius Od. I, 24, 3 — *Melpomene, cui liquidam pater Vocem cum cithara dedit.* Calpurnius Ecl. 4, 150 *Tam liquidum, tam dulce canunt, vt* etc. *Liquidae* autem voci opponitur torrida apud eundem Ecl. 3, 59 *Ah dolor! et poſt hoc placuit tibi torrida Mopſi Vox? et carmen inops, et acerbae ſtridor auenae?* SCHOETTG.

4, I DE METALLIS) Obſeruandum *metalla* non metallorum quae κατ' ἐξοχὴν ita vocamus, tantum fodinas notare, ſed etiam quod et in Iſidori verbis obſeruare licet, marmoris. Vide Rigaltium ad Grammaticos Veteres p. 280. ed. Goeſii, Goeſium Ind. Agrar. v. *Metalla*, et locis ab eo adductis adde ſequentes. Statius Silu. 3, I, 5 *Sed nitidos poſtes, Graiisque effulta metallis Culmina.* Lucanus 4, 303 *Tunc exhauſta ſuper multo ſudore iuuentus Extrahitur duris ſilicum laſſata metallis.* Id. 6, 34. Inſcriptio in baſi obeliſci Conſtantiniani apud Ioſ. Caſtalionem Var. Lect. c. 20, et Gruterum p. CLXVIII, 3 *Nunc veluti rurſus rufis auulſa metallis Emicuit.* Vnde et *metallum* pro petra poſuit Sedulius I, 139 — *Subitas arente metallo Hauſit aquas.* Loquitur de populo Iſraëlitico, qui in deſerto de petra a Moſe percuſſa bibit. Miror autem, quare Palladius aquas de metallis non adprobet, quum alias aquae ex fodinis et mineralibus praecipue ſaluberrimae eſſe ſoleant. Niſi hic quoque intelligamus marmorum metalla, ex quibus aqua non adeo poteſt eſſe ſalubris. SCHOETTG.

4, I FRIGVS TEPORE SVO MVLCEAT) Nimium cito ſui oblitus eſt Palladius, qui titulo I dixerat *agricolae formatorem artibus et eloquentia rhetorem aemulari non debere.* Ecce enim annon hi ſunt rhetorum floſculi? titulo antecedente dixit: *fauces commeatum liquidae vocis exercent.* Iam de aqua pergit: *frigus tepore ſuo mulceat, aeſtatis incendia frigore moderetur.* Haec certe oratorem et declamatorem melius decuiſſent, quam ruſtici praeceptorem, qui dixiſſet, *aquam,*

mulceat, aeſtatis incendia [g] frigore moderetur. Sed quia ſolet his omnibus ad ſpe-
ciem [h] cuſtoditis occultiorem noxam tectior [i] ſeruare natura; ipſam quoque ex inco-
larum ſalubritate noſcamus [k]. ſi fauces bibentium [l] purae ſunt, ſi ſaluo [m] capite, in
pulmonibus ac [n] thorace aut nulla eſt aut rara cauſatio. nam plerumque has noxas 2
corporis ad inferiorem partem, quae ſupra ſunt corrupta demittunt; [[o] vt vitiato
capite ad pulmones [p] vel ſtomachum morbi cauſa decurrat] tunc culpandus aër
potius inuenitur. Deinde ſi venter, aut viſcera, vel latera, vel renes nullo dolore
aut inflatione vexantur [q]; ſi vitia nulla veſicae ſunt. Haec [r], atque his ſimilia ſi
apud incolas pro maiori parte conſtare videris, nec de aëre aliquid nec de fonti-
bus ſuſpiceris.

V. IN terris vero quaerenda foecunditas: ne alba et [a] nuda ſit gleba, ne macer ſabulo ſine admiſtione terreni [b], ne creta ſola [c], ne arenae ſquallentes, ne ieiuna glarea, ne auroſi [d] pulueris lapidoſa macies, ne ſalſa vel amara, ne vliginoſa terra; ne tofus arenoſus atque ieiunus, ne vallis nimis opaca et ſolida [e]: ſed gleba putris et fere

g) *ſuo* inſ. *P. frigore* om. *I. B. R. ſuo rigore E. Iuntt.* h) *ſpecimen Lugd.* i) *tectorum aquarum inferre Creſc.* k) *E. cognoſcamus.* l) *bidentium H. Steph.* m) *ſi ſaluum caput, ſi Creſc.* n) *aut Lugd.* o) *ſed* inſ. *I. B. R. aut v. E.* p) *pulmonem I. B. R.* q) *vexentur* ante *Com. vexantur* etiam *Lugd.* r) *Haec et ſimilia P. his* om. etiam *E. Lugd.* [T. V.] a) *aut E.* b) *terrena* a m. ſ. *E.* c) abſunt *E.* d) *arenoſi Creſc.* et recent. manus in *Lugd. aut aur. E.* e) *ſqualida* iidem.

*aquam, quae bona ſit, hieme tepidam, aeſtate vero frigidam eſſe debere.* SCHOETTG.

4, 1 SED QVIA SOLET) Creſcent. 1, 3 extr.

4, 1 CAVSSATIO) morbus. *Cauſſa* etiam malam valetudinem notat. Prudentius περὶ ϛεφάνων 1, 19 *Inde larga fonte ab ipſo dona terris influunt, Supplicum cauſſas petitis quae medelis irrigant.* Paullinus Petrocorius de Vita Martini 2, 641 *Quin et contactus tantum, vel fimbria veſtis Raptaque certatim, diſrupto vellere, fila Omnibus in cauſſis celeres habuere medelas.* Loquitur de veſte Martini, quam varios morbos ſanaſſe teſtatur etiam Sulpicius Seuerus. Videatur Vlitius ad Gratium v. 53 et 346; it. Rhod. ad Scribo: comp. 128. Sumta eſt autem haec locutio ex militia Romana, in qua qui vel aetatem, vel vitium aut morbum corporis poterant *cauſſari, cauſſaria miſſione* miſſi dicebantur. Vtitur hac voce ea ſignificatione Sulpicius Seuerus tom. 1 epiſt. 3, 13 vbi Martinum ſuum ita loquentem introducit: *Grauis quidem eſt, Domine, corporeae pugna militiae et iam ſatis eſt, quod hucusque certaui; ſed ſi adhuc in eodem labore pro caſtris tuorum ſtare me praecipis, non recuſo, nec fatiſcentem cauſſabor aetatem.* Ille quoque qui *cauſſaria miſſione* miſſus erat dicitur *Cauſſarius* in Notis Tyronis et Senecae p. 8. Caeterum ne de cauſſaria miſſione prolixi ſimus, conferendi Bapt. Pius annot. prior. c. 4; Politianus Miſc. c. 92; Godeleuaeus ad Liuium 6, 6; Marcellus Donatus ad Spartiani Hadrianum p. 1075; Lipſius de Militia Romana 5 Dial. 19. SCHOETTG.

4, 2 [VT VITIATO CAPITE) Quae incluſi, gloſſam puto. Certe ἐπεξήγημα eſſe corum quae praecedunt, apparet. Si quis tuſſit aut nauſeat, poſt capitis aliquam noxam aut grauedinem; aëris culpa accuſatur: ſed ſi tuſſiat, ſi nauſeat ſaluo capite; penes aquam vitium eſſe intelligitur. Hanc ſententiam eſſe Palladii, etiam hic aduerſus profeſſionem ſuam rhetoricantis, arbitror. Vtrum recte ille philoſophatus ſit, viderint Medici.

5 Hunc titulum in librum ſuum retulit Creſcen. 2, 26 et 27 Palladius autem hauſit pleraque ex Col. 2, 2: quem ante oculos habuit etiam Plinius 17, 4, 5 ſ. 3, qui tamen pleraque ſigna ambigua et fallacia eſſe docet.

5, 1 AVROSI PVLVERIS) Lexica ab *auro* deriuant. Puto ſingularem quendam colorem indigitari, adeoque *auroſus puluis* eſſet *grandior et coloris aurei, metallicaeque duritiae,* prout explicat Barthius Adu. 39, 8. Occurrit apud Vegetium art. vet. 2, 17, 1 *Si auroſo colore fuerit* (membrana pupillae) *inſanabilem ſcias.* SCHOETTG. *Arenoſum* puluerem praetulerim, eumque dici puto minutiſſimum arenae genus duritiem et rigorem arenae habens, et nihil vel parum viſcidae illius et limoſae naturae, qua proprie aluntur plantae. Quod in Lexicis praeſidium arceſſitur huic voci ex Lampridii Eleogab. c. 31 extr. nihil eſt. Verba ſunt, *ſcobe auri porticum ſtrauit, et argenti.* Nolui tamen receptam lectionem loco mouere.

5, 1 NE TOFVS ARENOSVS ATQVE IEIVNVS.) In Creſcentio: *Ne mons arenoſus, atque ieiunus.* Sed illa lectio optima videtur; nam ab illo Columellae loco libr. 4 cap. 22 *arenoſus etiam tofus, et plus iuſto ieiunus ſabulo,* haec accepiſſe Palladius videtur. PONTED.

5, 1 VALLIS — SOLIDA.) Mons e ſaxo conſtans ſolidus iure vocatur, vallis autem, quae terra

fere nigra, et ad tegendam ſe graminis ſui craſe[f] ſufficiens; aut miſti coloris, quae etſi
2 rara ſit, tamen pinguis ſoli adiunctione glutinetur. Quae protulerit nec ſcabra ſint,
nec[g] retorrida[h], nec ſucci naturalis egentia[i]. Ferat, quod frumentis dandis vtile
ſignum eſt, ebulum, iuncum, calamum, gramen, trifolium non macrum, rubos
pingues, pruna ſilueſtria. Color tamen[k] non magnopere quaerendus eſt, ſed
3 pinguedo atque dulcedo. Pinguem ſic agnoſcis: Glebam paruulam[l] dulci aqua
cum[m] ſpargis et ſubigis, ſi glutinoſa eſt et adhaeret, conſtat illi ineſſe pinguedinem.
Item ſcrobe effoſſa et repleta, ſi ſuperauerit terra, pinguis eſt: ſi defuerit, exilis: ſi
conuenerit aequata, mediocris. Dulcedo autem cognoſcitur, ſi ex ea parte agri
quae magis diſplicet, glebam fictili vaſe dulci aqua madefactam iudicio ſaporis ex-
4 plores. Vineis quoque vtilem[n] per haec ſigna cognoſces[o]: ſi coloris et corporis
rari aliquatenus, atque reſoluti eſt; ſi virgulta, quae protulit, leuia[p], nitida, pro-
cera, foecunda ſunt, vt piros ſilueſtres, prunos[q], rubos, caeteraque huiusmodi, ne-
5 que intorta, neque ſterilia[r], neque macra exilitate languentia. Situs vero terrarum
neque planus, vt ſtagnet; neque praeruptus, vt defluat; neque obrutus, vt in[s] imum
deiecta valle ſubſidat; neque arduus, vt tempeſtates immodice ſentiat et calores:
ſed ex his omnibus vtilis ſemper eſt[t] aequata mediocritas[u], et vel campus aper-
tior,

f) *raritate E.* g) *nec* om. *P.* h) *retorta I. B. R.* i) *egentia ferat.* *Quod* ante Commel. *ferat* om. *P.* k) *numque I. I —— G. tamen* etiam *Lugd.* l) *parum P.* m) *conſpargis P. B. R. conſpergis E. I. I —— G.* n) *terram* inſ. rec. manus in *Lugd.* o) *cognoſcis E.* p) *laeuia Iuntt.* q) *p̄nus, rubus P. piros, ſilueſtres prunos,* vt ante *ſilueſtria pruna E.* r) *de ilia Cr.* s) *ſubſideat E. vt ima valle ſubſidat Mſ.* ap. Barth. 38, 10. t) *et P. et adaequata Cr. eſt exaequata E.* u) *requiratur* inſ. *Cr.*

terra a ſuperioribus partibus deuoluta aggeratur, quo pacto? Egregie itaque excerpſit Creſcentius: *ne vallis nimis opaca et ſqualida.* PONTED.

5, 1 PVTRIS) ab aëre et aqua bene diſſoluta. Virg. Ge. 1, 43 *Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, et Zephyro putris ſe gleba reſoluit.* Vbi Probus: *Putris, i. e. humecta, mollificata et ſolubilis. Venti enim occidentales mollificant et humectant.* SCHOETTG.

5, 1 GLVTINETVR) In excerptis Pithoeanis et gloſſis Iſidori: *glis, glitis, humus tenax*; pro quo tamen Tollius ad Auſonium Idyll. 12, p. 489 legi iubet: *glus, glutinis.* Inde *glutinare,* quod eſt, pinguis terrae immiſtione terram raram craſſiorem et pinguiorem facere. SCHOETTG. Solum pingue niſi ſimul cretoſum ſit, ad ſabulonem temperandum ſatis eſſe non poteſt. Quod Columellae teſtimonio comprobatur, qui libro 2 cap. 16 *Si tamen,* inquit, *nullum genus ſtercoris ſuppetet, ei multum proderit feciſſe, quod M. Columellam patruum meum, doctiſſimum ac diligentiſſimum agricolam, ſaepenumero vſurpaſſe memoria repeto, vt ſabuloſis locis cretam ingereret; cretoſis ac nimium denſis ſabulum.* Quare facile aſſentior Creſcentio qui tranſcripſit: *Tamen pinguis et cretoſi ſoli adiunctione glutinetur.* PONTED.

5, 2 SCABRA) Haec vox quotieſcumque de frugibus adhibetur, ſemper notat *rubiginoſum. Rubiginis* enim epitheton *ſcabra* eſt apud Virgil. Georg. 1, 495: et *ſcabies* quoque pro rubigine ferri vſurpauit Guntherus Ligurin. 8, 666. SCHOETTG.

5, 2 RETORRIDA) *Retorridus* eſt ſucci naturalis egens. Plinius H. N. 17, 5 *Frigidam autem* (terram oſtendunt) *retorride nata.* Coniungit cum *ſcabro* etiam Columella 3, 11 *Igitur ſi non retorrida et ſcabra, ſed leuia et nitida et prolixa foecundaque viderimus:* et c. 13 *aut ſcabras et retorridas facere.* SCHOETTG.

5, 2 FERAT —— EBVLVM) Eadem plane exſtant apud Columellam 2, 2. Anatolius Geopon. 2, 10 ἔνιοι γλυκεῖαν τεκμαίρονται τὴν γῆν καὶ ἀπὸ τῶν φυομένων ἐν αὐτῇ ὁλοσχοίνων, ἢ καλάμου πλωτοῦ, ἢ βάτου. *Quidam dulcem terram coniectant et ex naſcentibus in ipſa iuncis holoſchoenis appellatis, aut calamo natatili, aut rubo.* SCHOETTG.

5, 3 SCROBE EFFOSSA) Vid. Geop. 2, 11; Virgil. 2, 227 ſq.

5, 5 SCLIVO FALLENTE) *Cliuus fallens* eſt modicus, qui ſenſim aquam deducat. *Fallere* enim eſt tecte rem gerere, quam non ſperes. Minucius Felix: *oram curui molliter littoris iter fabulis fallentibus legebamus.* Auienus ora maritima: *Formam locorum et arua naturalia Fefellit arte.* BARTHIVS 39, 8. Plinius epiſt. 5, 6, 14 *Ita leniter et ſenſim cliuo fallente conſurgit.* SCHOETTG.

5, 5 MOL-

tior, et humorem pluuium cliuo fallente ſubducens; vel collis molliter per latera inclinata deductus; vel vallis cum quadam moderatione, et aëris laxitate ſubmiſſa; vel mons alterius culminis defenſus obiectu, et a moleſtioribus ventis aliquo liber auxilio [x], vel ſublimis, aſper, ſed nemoroſus, et herbidus [y]. Sed cum ſint genera 6
terrarum plurima, vt pinguis aut macra, ſpiſſa vel rara, ſicca vel humida, et ex his pleraque vitioſa, tamen propter ſeminum differentiam ſaepe neceſſaria [z] maxime, ſicut ſupra dixi, eligendus eſt pinguis ac reſolutus ager, qui minimum laborem poſcit [zz], et fructum maximum reddit. Secundi meriti eſt ſpiſſus, qui labore quidem maximo, tamen ad vota reſpondet. Illud vero deterrimum genus eſt, quod erit ſiccum ſimul et ſpiſſum, et macrum vel frigidum: qui ager peſtiferi more fugiendus eſt.

VI. SED vbi haec [a], quae naturalia ſunt, neque humana ope curari poſſunt, diligentius aeſtimaueris, exſequi te conuenit partem, quae reſtat induſtriae: cuius haec erit cura vel [b] maxima, vt has, quas ſubieci, ex omni opere ruſtico in primis debeas tenere ſententias. PRAESENTIA domini prouectus eſt agri. Color terrae non magnopere deſideretur, quia bonitatis [c] incertus eſt auctor. Genera 2
omnium ſurculorum vel frugum praeclara, ſed terris tuis experta committe. in nouo enim genere ſeminum, ante experimentum non eſt ſpes tota ponenda. Locis humidis ſemina citius quam ſiccis degenerant: quare ſubinde ſuccurrat electio. Ferrarii, lignarii, doliorum cuparumque factores neceſſario habendi ſunt, ne a labore

x) *quolibet exilio E.* mox *nec vel ſ. vel aſper.* y) *herdus I. B. R.* z) *neceſſariam* omn. mox *dixi* om. *E.* zz) *petit I. B. R. petit Cr.* et *Lugd.* qui om. *et*, vt *E.* [T. VI.] a) *haec* om. *E.* b) *vel* om. *E.* c) *bonitatis* om. *P. benignitatis E.*

5, 5 MOLLITER) leuiter. Caeſar B. C. 2, 10; Minucius Felix 3, 4; Col. 1, 2, 4: et opponitur *arduo*, quod celeriter in altitudinem excreſcit, et difficile ſuperatu eſt. Idem notant verba paullo poſt ſequentia: *cum quadam moderatione.* SCHOETTG.

5, 6 NECESSARIA) Legendum *neceſſaria*, non *neceſſariam*: praeterea τὸ *maxime* ſequenti periodo annectendum videtur. Haec ex Creſcentio emendauimus. PONTED. *Neceſſariam* peperit ſequens *maxime*: quo lubentius Clmo viro obſecuti ſumus.

5, 6 SECVNDI MERITI EST SPISSVS AGER.) Ager ſpiſſus, niſi pinguis, maxime improbandus erit: eſſet enim non *ſecundi meriti*, ſed *deterrimi generis*, vt ipſe Palladius adiecit: *Illud vero deterrimum genus, quod erit ſiccum ſimul et ſpiſſum, et macrum et frigidum.* Potior itaque eſt lectio in Creſcentio: *Secundi meriti eſt ſpiſſus et pinguis ager.* PONTED.

5, 6 AD VOTA RESPONDET) *Votum* ruſtici vt terra ſit frugifera, huic *reſpondet* ſiue ſatisfacit terra, quando optatos fructus profert. Virgilius Georg. 1, 38 *Illa demum ſeges votis reſpondet auari Agricolae, bis quae ſolem, bis frigora ſenſit.* Columella 2, 9, 7 *Ea* (ſatio bimeſtris) *locis praegelidis ac niuoſis, vbi aeſtas eſt humida, et ſine vaporibus, recte committitur: caeteris admodum raro reſpondet.* Idem 3, 3, 4. *Nam frumenta maiore quidem parte Italiae quando cum quarto reſponderint, vix meminiſſe poſſumus.* Et ſic idem locis quamplurimis. Plura Gronouius Obſ. 2, 4: Schefferus ad Fragmentum Petronii Tragurianum p. 214. SCHOETTG.

5, 6 PESTIFERI MORE) Videtur ſuperſtitio apud veteres fuiſſe, agros quosdam eſſe peſtilentes. Sic apud Plautum Trinummo ſeruus tertio vel quarto quoque ſulco boues in domini ſui agro mori dicit. BARTHIVS 38, 10. De ſuperſtitione neſcio. Sed *peſtilentem fundum* vitari iubent v. g. Cato 1, 2. Varro 1, 12, 2. Col. 1, 3, 1 ſq. vid. quae notantur mox ad 6, 5.

6, 1 PRAESENTIA DOMINI) Vid. quae dicta ſunt ad Cato 4, 2 et Col. 1, 1, 18.

6, 1 BONITATIS INCERTVS) Sic etiam de probatione terrae per viſum Anatolius Geop. 2, 10 ἀσθενὴς αὕτη γῆ οὐ πολλοῦ ἀξία. SCHOETTG. Iam laudauimus Plin. 17, 4 ſ. 3.

6, 2 TERRIS TVIS EXPERTA) Colum. Arb. 20, 1.

6, 2 SPES TOTA) Quid ſi *tuta?*

6, 2 FACTORES) Τὸ *factor* in Chriſtianis Poëtis et alibi perperam latinitate damnarunt

boreſolenni [d] ruſticos cauſa deſiderandae vrbis auertat. Locis frigidis a Meridie vineta ponantur; calidis, a Septentrione; temperatis, ab Oriente, vel, ſi neceſſe
3 ſit, Occidente [e]. Operarum ratio vnum modum tenere non poteſt in tanta diuerſitate terrarum: et ideo [f] ſoli et prouinciae conſuetudo facile oſtendet [g], qui [h] numerus [i] vnamquamque rem faciat, ſiue in ſurculis, ſiue in omni genere ſatorum. Quae florent, conſtat non eſſe tangenda. Bene eligi ſerenda non poſſunt, niſi hoc officium prius eligens [k] aſſumat. In rebus agreſtibus maxime officia iuuenum con-
4 gruunt, imperia ſeniorum. In vitibus putandis tria conſideranda ſunt, fructuum ſpes, ſucceſſura materies, locus qui ſeruet ac reuocet. Vitem ſi maturius putes, plura ſarmenta: ſi ſerius, fructus plurimos conſequeris. De locis deterrimis ſicut arbores, ita vites [l] conuenit ad meliora transferre. Poſt bonam vindemiam ſtrictius, poſt exiguam latius [m] puta. In omni opere inſerendi, putandi, ac recidendi, duris et acutis vtere ferramentis. In vite vel arbore quae facienda ſunt, perage ante apertionem floris et gemmae. In [n] vineis aratro praetermiſſa foſſor emendet. Locis calidis, ſiccis, apricis, pampinandum non eſt, cum magis vitis optet [o] operiri. Et vbi vineas Vulturnus exurit, aut flatus aliquis regioni [p] inimicus, vi-
5 tem tegamus ſtraminibus vel aliunde quaeſitis. Ramus laetus [q], viridis et ſterilis in media olea abſcindendus eſt, velut totius arboris inimicus. Sterilitas et peſtilentia aequo modo fugiendae [r] ſunt [rr]. In paſtinato ſolo inter nouellas vites omnino nihil eſt

d) *ſolenni Lugd.* e) *ab occ. E.* bene. f) Pro *ideo* alia vox ſed inducta, vt legi non poſſit, in *Lugd.* g) *oſtendit I. I.* —— *G.* h) *quis P. I. B. R.* i) *modus I. B. R.* k) *electus MS.* apud Barth. 38, 10. *Lugd. lectus E.* l) *hominis Lugd. I. B. R.* m) *largius E. Lugd.* n) *Quae inuenies ar. P.* o) *oportet E. I. B. R.* p) *regionis* omnes praeter *Lugd.* q) *lentus E.* r) *fugienda I. B. R.* rr) *vel ſi ſecum vtreque non fuerint* inſer. *P.* et *Lugd.*

runt eruditi. Eo vtitur Cato 64 de R. R. BARTHIVS 38, 10.

6, 2 LOCIS FRIGIDIS) Vide Democritum Geop. 5, 4. SCHOETTG.

6, 3 OPERAR. RATIO) Pungit, credo, et hic Columellam, qui diligenter, neſcio quam feliciter, hanc rei ruſticae partem exſecutus eſt.

6, 3 IN TANTA DIVERSITATE) MS. Codex habet: *poteſt intemperata diuerſitate terrarum.* Ego hoc melius arbitror. BARTHIVS l. c.

6, 3 NISI HOC OFFICIVM) Non intelligere me iſtuc, fateor, neque ſi *electus* praeferamus.

6, 3 OFFICIA IVVENVM) Reſpicit illud Heſiodi: Ἔργα νέων, βουλαί τε μέσων, εὐχαί τε γερόντων. SCHOETTG.

6, 4 OPTET OPERIRI) Scripta lectio: *vites oportet operiri.* Vulgata melior eſt. Nam *fateri reſpondere, poſcere, petere, velle,* mille talia ab hominibus ſcriptores ad plantas referunt. Sic Horatius de boue: *Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.* BARTHIVS l. c. Accommodatiora, ſpero, exempla huius rei ſunt, quae damus in Indice, tit. Varronis metaphorarum.

6, 4 VVLTVRNVS) Ita in partibus prouinciae Baeticae vocabatur Eurus teſte Columella 5, 5, 15 vbi de eadem re agit. SCHOETTG.

6, 5 RAMVS LAETVS, VIRIDIS ET STERILIS) Ita omnes editi, et codex quoque Lugd. Commelinus autem τὸ *laetus* vncis incluſit, quaſi commode abeſſe poſſit, quod tamen non eſt. Nam haec tria verba quam optime coniuncta ſtare poſſunt in textu. *Ramus laetus* eſt, qui nimius eſt in proferendis fructibus; *viridis*, qui multum quidem ſuccum habet, ſed non ſemper fructus. Ergo ſenſus auctoris eſt: Ramus laetus, viridis et ſterilis in media olea aeque abſcindendi ſunt. *Laetus*, ne nimis luxuriet, totique arbori damnum adferat; *viridis*, quia omnem fere ſuccum ad ſe trahit, et ob id reliquis ramis detrahit; *ſterilis* vero, quia eius nulla plane vtilitas. SCHOETTG. Vid. quae notamus ad Pall. F. 12, 2.

6, 5 FVGIENDAE SVNT) Vbi diſtinctio eſt, inſeruntur in libro ſcripto haec verba: *Vel ſi ſec. vtreque non fuerint.* Quibus quid faciant videant eruditi. Eandem et in alio Codice Baſileenſis Academiae inueni. BARTHIVS 38, 10 Scribendum vt erat in Leidenſi: *Sterilitas et peſtilentia aequo modo fugiendae ſunt, vel ſi ſecum vtraeque non fuerint. In paſtinato etc.* id eſt: etiam ſi non ſint vna, coniunctum vitium in vno loco. Poteſt enim eſſe ſterilitas, vbi non eſt peſtilentia: et poteſt eſſe peſtilentia etiam in vbertate. Varro: *Contraque in peſtilenti calamitas, quamuis in feraci agro, colonum ad fructus peruenir*

eſt conſerendum. Graeci iubent, exceptis caulibus, tertio anno quae libebit, in-
iungere. Omnia legumina Graecis auctoribus, ſeri iubentur in ſicca terra: faba
tantummodo in humida debet [s] ſpargi. Domino vel colono confinia poſſidenti, 6
qui fundum vel agrum ſuum locat, damnis ſuis ac litibus ſtudet. In agro pericli-
tantur interiora, niſi colantur extrema [t]. Omne triticum in [u] ſolo vliginoſo poſt
tertiam ſationem in genus ſiliginis [x] commutatur. Tria mala aeque nocent [y], ſte-
rilitas, morbus, vicinus. Qui terram ſterilem vineis occupat, et laboribus [z] ſuis 7
et ſumtibus eſt inimicus. Campi largius vinum, colles nobilius ferunt. Aquilo
vites ſibi obiectas foecundat, Auſter nobilitat. Ita in arbitrio noſtro [a] eſt, vtrum [b]
plus habeamus, an melius. NECESSITAS feriis caret. Quamuis temperatis
agris ſerendum ſit, tamen ſi ſiccitas longa eſt, ſemina occata [c] tutius in agris, quam
in horreis ſeruabuntur. Viae [d] malitia aeque [e] et voluptati [f] et vtilitati aduerſa
eſt. Qui agrum [g] colit, grauem tributis [h] creditorem patitur, cui ſine ſpe abſo- 8
lutionis aſtrictus [i] eſt. Qui arando crudum ſolum inter ſulcos relinquit, ſuis fru-
ctibus derogat, terrae vbertatem [k] infamat. FOECVNDIOR eſt culta exiguitas,
quam magnitudo neglecta. Nigras vites omnino repudies, niſi in prouinciis, et [l] 9
eius generis quo acinaticium [m] fieri conſueuit. Longius adminiculum vitis incre-
menta producit. Teneram et viridem vitem ferri acie ne recidas. Omnis inciſu-
ra ſarmenti auertatur a gemma, ne eam ſtilla, quae fluere conſueuit, extinguat.
Pro

s) *terra iubetur P. aſpergi Lugd.* t) *exteriora E.* mox om. *in.* u) *in* om. *Lugd. I. B. R.* x) *ſaliginis I. B. R.* y) *tria m. ſunt quae n. E.* z) *lateribus Lugd.* mox *iniquus E.* a) *noſtro* om. *P. E.* b) *vtrum* om. *E. Lugd. I. B. R.* c) *locata I. I —— St. occata* etiam *Lugd.* d) *Viae* deeſt *P.* e) *aquae vol. P.* f) *voluptatis et vtilitatis I. B. R.* g) *agrum* om. *B. R.* h) *tributi Lugd.* i) *obſtrictus E.* melius. k) *vber* idem. l) *et* om. *E. in quibus eius I. I —— G.* m) *acinaticum Barth. acinacium E. Lugd.* eraſa ſyllaba *ti.*

*peruenire non patitur.* Columella: *Neminem enim ſanum debere facere ſumtus in cultura ſterilis ſoli: nec rurſus peſtilenti, quamuis feraciſſimo pinguique, agro dominum ad fructus peruenire.* Plinius: *Atilius Regulus ille Punico bello bis Coſ. aiebat neque foecundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effoetis ſaluberrimum.* Haec *Gronouius* Obſeru. 2, 16. Cf. Sect. 6.

6, 5 GRAECIS AVTORIBVS) Leontius Geop. 2, 13. SCHOETTG.

6, 7 LABORIBVS) Multo concinnior videbatur nobis Lugdunenſis Codicis lectio, *lateribus*: quae vox ad dicentium quidem contentionem alias fere pertinet, ſed etiam de reliquo corporis motu adhibetur commode, in primis vbi anhelitus et gemitus ſolet intercedere. Ita *ex lateribus et lacertis ſuis nobilitatum* Milonem habes Cic. de Senect. 9. Quid ſit *lateri parcere*, et contra *exhauſtum latus* apud Iuuen. 6, 37 et in nequioribus carminibus, non doceo.

6, 7 CAMPI LARGIVS VINVM) Hauſit haec ex Col. 2, 3, 6. SCHOETTG.

6, 7 OCCATA) Vid. Col. 2, 8, 4 in primis illa, *nam quod ſicco loco ingeſtum et inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo non corrumpitur* etc. Qui metuit, ne *occata* etiam ad horrea referatur, parum attendit.

6, 8 TERRAE VBERTATEM) Idem praecipit 2, 3 *Vber* vero ſcripta lectio praefert. Ita ipſe hoc libro cap. 7 *in degeneres ſurculos vber ſoli feracis expenderit*; et cap. 33 *Fratis vero recentia ſtercora proficient ad vber herbarum.* Et notum eſt illud Appuleianum: *Vbi vber, ibi tuber.* BARTHIVS 38, 10. Eadem cum ipſo habet Zinzerlingius Promulſ. Crit. iuu. c. 25 qui alium codicem et exempla profert. Similem porro locutionem obſeruauimus apud Aeneam Gazaeum in Theophraſto tom. 12. Bibl. P. P. p. 630. τὰ δὲ φυτὰ διαβάλλειν, ὅτι μὴ τὴν γῆν οἷα βοῦς ἐργάζεται.

6, 9 NIGRAS VITES) Vuas nigras non ſaepe alias occurrentes ita deſcribit Florentinus Geopon. 5, 2 quod denſos habeant acinos, et albam medullam, bonumque et multum et durabile vinum producant.

6, 9 ET EIVS GENERIS, QVO ACINATICIVM) Forte bona lectio eſt haec: *in prouinciis eius generis, quibus acinaticium fieri conſueuit.*

6, 9 ACINATICIVM) Vinum eſt generoſiſſimum, quod copioſe admodum deſcribit Caſſiodorus Var. 12, 4. SCHOETTG.

 6, 9 QVOD

Pro macie vel ſoliditate vitium nutrienda ſarmenta putator iniungat. Terra profunda (quod Graeci aſſerunt) oleae grandes arbores efficit, fructus minores, et aquatos ac ſeros, magisque amurcae proximos. Aër oleas tepidus iuuat, et ventis [n] me-
10 diocribus ſine vi et horrore perflabilis. Vitis quae ad iugum colitur, per aetates [o] ad hoc perducenda eſt, vt locis moleſtioribus quatuor pedibus a terra [p], placidioribus vero ſeptem ſummitas eius inſurgat. Hortus qui caelo clementi ſubiacet, et fontano humore percurritur, prope eſt vt [q] liber ſit, et nullam ſerendi diſciplinam requirat. Subligatio acerbis vuis facienda eſt, quando excutiendi aut rumpendi
11 acini nulla formido eſt. Ligatura in vitibus locum debet mutare, ne vnum ſemper aſſiduitas conterat vinculorum. Foſſorem ſi apertus vitis oculus viderit, caecabitur ſpes magna vindemiae: et ideo, dum eſt clauſus [r], fodietur [s]. Terrae altitudinem cum foecunditate, ſi ad frumenta, duobus pedibus explora: quatuor vero, ſi ad arbuſta vel vites. Vitis nouella vt facile incrementum dilecta [t] conſequitur;
12 ita interitum celerem [u], ſi negligatur, incurrit. Modum tene aeſtimatis facultatibus tuis in aſſumtione culturae, ne ſuperatis viribus, excedente menſura, turpiter deſeras, quod arroganter aſſumis. Semina plusquam annicula eſſe non debent, ne vetuſtate corrupta non prodeant. Frumentum collis quidem [x] grano robuſtius, ſed menſurae minus refundet. Omnia quae ſeruntur, creſcente luna, et diebus
13 tepidis ſunt ſerenda. nam tepor euocat [y], frigus includit. Si tibi ager eſt ſiluis inutilibus tectus, ita eum diuide, vt loca pinguia puras reddas nouales, loca ſterilia ſiluis tecta eſſe patiaris, quia illa naturali vbertate reſpondent, haec beneficio laetantur incendii. Sed ſic vrenda diſtingues, vt ad incenſum agrum poſt quinquennium reuertaris: ita efficies, vt aequaliter vel ſterilis gleba cum foecunda [z] conten-
14 dat. Graeci iubent oliuam, cum plantatur et legitur, a mundis pueris atque virginibus

n) *ventus mediocris I. I* —— *G.* nobiſcum etiam *Lugd.* o) *aetatem I. I* —— *G.* p) om. *a terra E.* q) *vt* deeſt *I. B. R.* r) *clauſa I. B. R.* s) *et* om. *E. fodietur I. B. R. fodiatur E. I. I* —— *G.* t) *cultu I. I* —— *G. dilecta* etiam *Lugd.* u) *facilem vel celerem E.* x) *quidem* deeſt *I. B. R.* y) *reuocat E. vocat I. B. R.* z) *foecunditate E. Lugd. I. B. R.*

6, 9 QVOD GRAECI —— SEROS) Florentinus Geop. 9, 4 *Τὴν δὲ βαθύγειον οὐκ ἐπαινοῦμεν — πολὺ δὲ μᾶλλον φευκτέον τὴν κατορωρυγμένην. τὸν γὰρ καρπὸν ἀλιπῆ φέρει, καὶ τὸ γέννημα ὑδατῶδες.* De *ſero* fructu nihil Graeci. Neque apparet cur *ſeros* poſuerit Palladius inter *aquatos* atque *amurcae proximos.* Suſpicor *ſeroſos* vel *ἐπεξηγηματικῶς* adieciſſe Palladium, vel alium, qui inſolitam vocem, *aquoſos* interpretari vellet.

6, 11 LOCVM DEBET MVTARE) Vid. Col. 5, 6, 27.

6, 11 FOSSOREM) Elegantiſſimum eſt illud, neque puto Palladii, quem ſcio omnia fere exſcripſiſſe ex antiquioribus. Et talibus pari acumine dictis hodieque ruſtici mirifice capiuntur, meliusque ea memoria ſeruant. BARTHIVS 38, 10. In Varrone praeſertim hanc elegantiam obſeruamus vid. Ind. Sed frequenter ſatis etiam talia Palladius affectator talis eloquentiae, quidquid etiam in ipſo prooemio dicat. Caeterum ſi demſeris allegoriam hoc vult, ne immittatur vineae florenti foſſor, cum facile nimis flores, vindemiaeque ſpes decutiantur.

6, 11 DILECTA) Egregie Mſ. Codex: *incrementum dilecta conſequitur.* Sic Septimius in opuſculis: *Inquit amicus ager domino Si bene mi facias, memini.* BARTHIVS l. c.

6, 13 INCENDII) Hoc ne vult, vt ſilua incenſa cineribus ipſis terra ſtercoretur? Si ita eſt, quomodo ad incenſum agrum poſt quinquennium reuerti nos iubet? Quinque igitur annis iacere in cineribus patiemur agrum? An quinis annis interiectis fruges, ſtramenta certe et culmos, incendamus? Illud tolerabilius: ſed non ſatis dilucide dictum.

6, 14 GRAECI IVBENT) Flor. Geop. 9, 2 *καθαρὰ δὲ οὖσα ἡ ἐλάια βούλεται καθαροὺς εἶναι καὶ τοὺς δρεπόντας αὐτὴν, καὶ ὀμνύναι ἀπὸ μόνης τῆς ἑαυτῶν γυναικὸς, ἀφικνεῖσθαι, οὐκ ἀπ' ἀλλοτρίας εὐνῆς. οὕτω γὰρ καὶ ἐν τῷ ἐπιόντι καιρῷ πλεῖστον παρέξει καρπόν. Φασὶ δὲ* etc. Iſta conſuetudo dicam an ſuperſtitio hodieque apud nos recepta eſt, vt arbores, quae prima vice ferunt fructus, nonniſi

ginibus operandum: credo recordati [a] arbori huic eſſe praeſulem Caſtitatem. No-
mina frumentorum ſuperfluum eſt praecipere, quae aut loco ſubinde, aut aetate
mutantur. Hoc ſatis eſt, vt eligamus praecipua in ea regione quam colimus, vel
exploremus aduecta. Lupinus et vicia pabularis, ſi virides ſuccidantur, et ſtatim
ſupra ſectas eorum radices aretur, ſtercoris ſimilitudine agros foecundant: quae ſi
exaruerint [b] ante quam proſcindas [c], in his terrae ſuccus aufertur. Ager aquoſus 15
plus ſtercoris quaerit; ſiccus, minus. Calidis, maritimis, ſiccis, apricis, campe-
ſtribus locis omne opus vinearum maturius inchoëtur [d]; frigidis, mediterraneis
humidis, opacis, montanis locis tardius: quod non ſolum de menſibus aut diebus
dixerim, ſed [etiam [e] de] horis operandi. Omne opus ruſticum, cum fieri prae-
cipitur, neque cito eſt, ſi ante quindecim dies; neque tarde, ſi poſt quindecim
fiat. Frumenta omnia maxime laetantur patenti campo et ſoluto, et ad ſolem re-
cliui [f]. Spiſſa et cretoſa et humida terra bene far [g] et triticum nutrit. ordeum agro [h] 16
ſoluto delectatur, et ſicco: nam ſi [i] in lutoſo [k] ſpargatur [l], moritur [m]. Trimeſtris [n]
ſatio locis frigidis [et [o]] niuoſis conuenit, vbi qualitas aeſtatis humecta eſt, cae-
teris raro reſpondet euentu. Semen trimeſtre locis tepidis melius reſpondebit, ſi
ſeratur autumno: ſi neceſſitas coget [p] in [q] ſalſa terra aliquid operari [r], extremo au-
tumno plantanda eſt vel conſerenda, vt malitia eius hibernis imbribus eluatur.
Aliquid etiam terrae dulcis, vel arenae fluuialis [s] ſubiiciendum eſt, ſi illi virgulta
committimus. Seminarium mediocri terra [t] inſtituere debemus, vt ad meliorem, 17
quae ſata fuerint, transferantur. Lapides qui ſuperſunt [u], hieme rigent, aeſtate
feruescunt: idcirco ſatis arbuſtis et vitibus nocent [x]. Terra, quae circa arbores
mouetur, ita eſt vicibus permutanda, vt ei quae in ſummo fuerat [y], ima ſuccedat.
In laetandis arboribus [z] crates faciemus, terram prius trunco admouentes, et mox 18
laetamen; vt ſic opus natura [a] beneficii alternante cumuletur. Agri praeſulem non
ex dilectis, [et] [b] tenere [educatis] ſeruulis ponas; quia fiducia [c] praeteriti amoris
impunitatem [d] culpae praeſentis expectat.

VII. IN

a) *recordari I. B. R. recordate E.* b) *ex ſe aruerint Lugd. Barth. I. B. R.* c) *proſcindantur E.* mox *auferetur.* d) *inchoatur E.* e) *etiam de* om. *E. Lugd. I. B. R.* f) *reclini Lugd. recliuo E.* g) *farrem Barth.* h) *agro* om. *E. Lugd. I. B. R.* i) *ſi* om. *I. I—— G.* k) *agro* add. *E. Lugd. I. B. R.* l) *ſparſum I. I—— G.* m) *immoritur E. morietur Lugd. I. B. R.* n) *trimenſtris Lugd.* o) *et* om. *E. Lugd. I. B. R.* p) *coget et de ſalſa terra ſperari aliquid, poſt autumnum Lugd. cogit E.* q) *de I. B. R. E.* r) *ſperari, poſt autumnum Barth. I. B. R. E.* s) *fluuialis* abeſt *G. Gr. St.* t) *terrae E.* u) *inſuper ſunt I. I—— G.* nobiſcum etiam *Lugd.* x) *quid enim latenti proſunt in terris calidis et ſiccis, dummodo eis terra ſubſit?* inſer. *I. B. R.* y) *fuerit E.* z) *in laetaminandis arb. E.* a) *beneficiis E. naturae beneficio* poſt *I. B. R.* b) Incluſa a *Commel.* etiam om. *Lugd. et* item *educatis* om. *E.* c) *fiduciam I. B. R.* d) *ad imp. I. B. R.*

niſi a pueris et iuuenibus decerpi patiantur. SCHOETTG. *Operandam* legi vult Barth. ad Stat. To. 2 p. 654. Sed nihil opus eſt mutatione. Caſtitatem πρόσωπον hic eſſe, Pallada, iam ad Fabrum notauimus.

6, 14 IN HIS TERRAE SVCCVS) Nimirum in liberum aëra diſſipatur ſuccus terrae, qui erat in viridi lupino. Praeſtat igitur inatare viridem, et ita humectare ſuo ſibi ſucco terram.

6, 16 MORITVR) Alias *mori* dicuntur ſemina in terram iacta, vt ſuo tempore denuo reſurgant. 1 Cor. 15, 36. Hoc vero loco ea ſemina *mortua* dicuntur, quae plane non oriuntur. Vid. Bochartum initio Hieroz. SCHOETTG.

6, 18 DILECTIS ET TENERE EDVCATIS) Gloſſatoris hic manus fuit, quam tamen non agnouiſſem, ſi ſine Mſ. fuiſſet. In eo optimo libro ita legitur: *Agri praeſulem non ex dilectis temere ſeruulis ponas.* Et plurima talia infra notabimus. BARTHIVS 38, 10. Vid. Col. 1, 8, 1. et Var. lect.

7, 2 VI-

VII. In eligendo agro vel emendo, conſiderare debebis, ne bonum naturalis
foecunditatis colentium deprauauerit inertia, et in [a] degeneres ſurculos vber ſoli
feracis expenderit: quod quamuis emendari poſſit inſitione meliorum, tamen ha-
rum rerum ſine culpa melior vſus eſt, quam cum ſpe corrigendi ſerus euentus. In
2 ſeminibus ergo frumentorum praeſens emendatio poterit [b] eſſe. In vineis maxime
conſiderandum atque vitandum eſt, quod plerique fecerunt ſtudendo famae tantum,
et latitudini paſtinorum [c], ſemina vitium ſtatuentes, vel ſterilia, vel ſaporis indigni:
quod grandi tibi labore conſtabit vt corrigas, ſi agrum compares vitiis [d] talibus oc-
3 cupatum. Poſitio ipſius agri, qui eligendus eſt, ea ſit. In frigidis prouinciis
Orienti, aut Meridiano lateri ager eſſe debet oppoſitus, ne alicuius magni montis
obiectu, his duabus partibus excluſis algore rigeſcat; aut per partem ſeptentrionis
remoto, aut per Occidentis in veſperam ſole dilato. In calidis vero prouinciis,
4 pars potius Septentrionis optanda eſt, quae et vtilitati et voluptati, et ſaluti aequa
bonitate reſpondeat. Si vicinus eſt fluuius, vbi ſtatuimus fabricae [e] ſedem parare,
eius debemus explorare naturam, quia plerumque quod exhalat [f], inimicum eſt, a
quo (ſi talis ſit) conueniet refugere conditorem. Palus tamen omni modo [g] vi-
tanda eſt, praecipue quae ab Auſtro [h] eſt vel Occidente, et ſiccari conſueuit aeſtate
propter peſtilentiam, vel animalia inimica quae generat.

VIII. Aedificium pro agri merito, et pro fortuna domini oportet inſti-
tui: quod plerumque immodice ſumtum, difficilius eſt ſuſtinere quam condere. Ita
igitur aeſtimanda eſt eius magnitudo, vt ſi aliquis caſus incurrerit, ex agro, in quo
eſt, vnius anni, aut [vt [a]] multum, biennii penſione reparetur. Ipſius autem prae-
2 torii ſitus ſit loco aliquatenus [b] erectiore et ſicciore quam caetera, [et [c]] propter
iniuriam fundamentorum, et vt laeto fruatur aſpectu. Fundamenta autem hoc
modo ponenda ſunt, vt latiora ſint ex vtraque parte ſemipedis ſpatio, quam parietis [d]
[inſuper [e] ſtruendi] corpus increſcet. Si lapis vel tofus occurrat, facilis cauſa eſt
collocandi,

[T. VII.] a) *indegeneres* iunct. *I. B. R. Inde generes Lugd.* b) *poteſt E. Lugd.* c) *paſtinatorum Lugd.* d) *vitibus E.* ſed in litura. e) *fabricae* om. *P.* f) *halat Lugd.* g) *omnino E.* bene. h) *Auſtro vel et Occid. P.* [T. VIII.] a) om. *E. Lugd. ad I. B. R.* b) *aliquanto P.* c) *et* om. *Lugd. I. B. R.* d) *parietes ponendi ſunt. Si P.* e) *inſuper ſtruendi* om. *E. I. B. R. Barth. Lugd.* mox *increſcat E.*

7, 2 VITIIS TALIBVS) Luſitne Palladius, quam vulgo *adliterationem* vocant, *vitiis* non *vitibus?*

7, 3 PARTEM SEPTENTRIONIS) Aut ſimpliciter *partem* vocat, quam vulgo *plagam* dicimus, aut illud indicat, vnius plagae vel cardinis plures eſſe partes, quas *intermedias plagas* dicunt. Per ſeptentrionalem partem ſ. plagam ſol plane remouetur, differtur in pomeridianum per occidentalem.

7, 4 PALVS — VITAND.) Vid. Col. 1, 5, 6.

8 Bonam partem huius tituli deſcripſit Creſcentius 1, 10.

8, 2 FVNDAMENTA AVTEM etc.) Hunc locum ita expreſſit Creſcentius libr. 1 cap. 11: *Fundamenta igitur, vt ait Palladius, ſtabilia et durabiliora latiora ſint ex vtraque parte ſemipedis ſpatio, quam parietis corpus excreſcat.* Quod porro ad illud ſpectat *inſuper ſtruendi*, quod neque in Ienſonianis aut Bruſchianis libris neque in Vaticanis codicibus legitur, quod etiam Commelinus lineis incluſit, vt ſemper ea ſolet de quibus dubitat, extiteritne quondam apud Creſcentium, incertum habeo. Illos profecto qui huius opera vernaculae conſuetudini nobis tradiderunt, inueniſſe exiſtimo, niſi fortaſſe ex Palladio deſumſerint; nam ſic locum interpretati ſunt: *I fondamenti dunque ſtabili, e che lungamente durano, ſecondo che ſcriue Palladio, deone eſſereda ciaſcuna parte più ampli che 'l corpo della pariete che andera ſuſopreſſo, per iſpazio d' un mezo piede.* Sed, vt haec mittamus, ea quae in tribus vetuſtis codicibus ſaepe laudatus Georgius inuenit,

collocandi, in quo ſculpi tantum fundamenti forma debebit, vnius pedis altitudine
vel duorum. [Et] ſi ſolida vel conſtricta [f] inuenietur argilla, quinta vel ſexta pars
altitudinis eius, quae ſupra terram [g] futura eſt, fundamentis deputetur. Quod ſi
terra laxior fuerit, modo [h] maioris altitudinis obruantur [i], donec munda ſine rude-
rum ſuſpicione [k] occurrat argilla; quae ſi omnino deſit, quartam merſiſſe ſufficiet.
Studendum praeterea vt hortis et pomariis cingi poſſit, aut pratis. Sed totus fa- 3
bricae tractus vnius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem re-
ſpiciat, in primo angulo excipiens ortum ſolis hiberni, et paululum ab occidente
auertatur hiemali. Ita proueniet, vt per hiemem ſole illuſtretur, et calores eius
aeſtate [l] non ſentiat [m].

IX. FORMA tamen eſſe debet eiusmodi, vt ad habitationem breuiter colle-
ctas et aeſtati et hiemi praebeat manſiones. Quae hiemi parantur ita ſint conſtitu-
tae, vt poſſit eas hiberni ſolis totus propemodum curſus hilarare. In his pauimen-
ta opportuna eſſe debebunt. Primum in fabricis planis earum obſeruandum eſt, 2
vt aequalis et ſolida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremorem [a] fabricae
titubantis excutiat. Deinde vt axes [b] quernae cum aeſculeis non miſceantur. nam
quercus humore concepto, cum coeperit [c] ſiccari, torquebitur [d], et rimas in paui-
mento faciet: aeſculus autem ſine vitio durat. Sed ſi quercu ſuppetente aeſculus 3
deſit, ſubtiliter quercus ſecetur [e], et tranſuerſus atque directus duplex [f] ponatur
ordo tabularum, clauis frequentibus fixus. De cerro [g], aut fago, aut farno [h] diu-
tiſſime tabulata durabunt, ſi ſtratis ſuper paleis vel filice humor calcis nusquam ad
tabulati

f) *ſtricta Barth. conſtricta Lugd.* ante *Et* om. *E.* poſt *inueniatur.* g) *ſupra petram E.* h) *modo* om. *Cr. H.* i) *obruatur H.* k) *ſuſpicatione E.* l) *nocte P.* m) *ſentiet Lugd.* [T. IX.] a) *tremorem l. I — G. tremor* al. *E.* b) *aſſeres Sylb. in Indice I. B. R.* c) *ſe coep. ſiccare* a. *V. E.* d) *torquetur E. I. B. R.* e) *ſiccetur* a. *V. E.* f) *duple E.* g) *acerno I. B. R.* h) *fraxino I. B. R.*

inuenit, apponam: *Fundamenta autem hoc modo ponenda ſunt, vt latiora ſint ex vtraque parte ſemipedis ſpatio vel plus vti placuerit, quam parietis corpus increſcat.* PONTED.

9, 2 TREMOREM — EXCVTIAT) Titubante pauimento ſane gradus euntium excutiuntur. BARTH. 38, 10 Praetuli hanc lectionem, quod altera nimis videretur hyperbolica. Quis enim non plane inſanus ita aedificet, vt *tremor fabricae excutiat gradus ambulantium*, quod in nauibus fieri poteſt fluctuantibus, aut aſſeribus temere poſitis: in fabrica tali illud iam vitioſum cenſetur merito, ſi *gradus ambulantium tremorem illi excutiant.*

9, 2 AXES QVERNAE) Mſ. Pal. teſte Sylburgio in Indice, legit *aſſeres querneae.* Sed bonum eſt *τὸ axes*, quae vox tigna notat, vt oſtendimus in Antiquitatibus triturae §. 13. Inde *coaxare* ſaepius apud Vitruuium. SCHOETTG. Caeterum iuuat comparare locum Vitruuii, quem prae oculis videtur habuiſſe noſter, L. 7, 1 *Danda eſt opera, ne commiſceantur axes eſculini quernis, quod querni ſimul ac humorem perceperunt, ſe torquentes rimas faciunt in pauimentis* etc.

9, 3 SVBTILITER QVERCVS SECETVR) Exſcripta ſunt haec ex Vitruuio 7, 1 Epitome eius c. 19 haec verba ſic exprimit: *in tenuiſſimos axes quercus ſecetur: et primo in directo iactatis axibus* etc. SCHOETTG.

9, 3 TRANSVERSVS) Plin. 36, 24 *binas per transuerſum coaſſationes vocat.*

9, 3 DE CERRO, AVT FAGO, AVT FARNO) Haec verba nullo apice exſtant in libris Mſſ. BARTHIVS. Exſtant tamen in codice Lugdunenſi (et Erf.) et ipſo quoque Vitruuio. *Cerrus* eſt ſpecies arboris glandiferae, vt meminit Plinius H. N. 16, 6. Meminit etiam noſter infra 3, 18. *Farnum* querneae arboris ſpeciem eſſe teſtatur Philander ad Vitruuium, qui, vt et hoc moneamus, auctori noſtro prorſus contradicit. Verba Vitruuii ſunt: *Namque de cerro, aut fago, ſeu farno nullus ad vetuſtatem poteſt permanere:* et ſic quoque Epitome. SCHOETTG. Qualis arbor *farnus*, incertum. Veteres excuſi: fraxino. Ita Ioannes Cuba, libro, qui *hortus ſanitatis* inſcribitur, ex Palladii codicibus tranſcripſit. PONTED. Mihi videbatur *farni* vox orta ex correptione quadam librarii, qui *fraxinum* cum nollet integre ſcribere *frānum* poſuit, e quo deinde leui tranſpoſitione *farnus* ortus eſt. Vel quod magis fere placet, labente aeuo *franum* etiam
dixere

4 tabulati corpus accedat. Tunc ſuperſtatuminabis [i] rudus, id eſt ſaxa [k] contuſa
duabus partibus et vna calcis temperante conſtitues. Hoc cum ad ſex digitorum
craſſitudinem feceris, et regula exploraueris aequale, ſi loca hiemalia ſunt, ta-
le pauimentum debebis imponere, in quo vel nudis pedibus ſtantes miniſtri
hieme non rigeſcant. Inducto itaque rudere vel teſtaceo pauimento, congeſtos
et calcatos ſpiſſe carbones cum ſabulone et fauilla et calce permiſcebis, et huius
impenſae craſſitudinem ſex vnciis iubebis imponi: quod, exaequatum nigra paui-
5 menta formabit, et ſiqua fundentur ex poculis, velociter rapta deſuget [l]. Sed ſi
aeſtiuae manſiones ſunt, Orientem ſolſtitialem, et partem Septentrionis aſpiciant,
et vel teſtaceum (ſicut ſupra diximus accipiant pauimentum, vel marmora, vel
teſſeras, aut ſcutulas, quibus aequale reddatur angulis lateribusque [m] coniunctis.
Si haec deerunt, ſupra marmor tuſum cernatur [n], aut arena cum calce inducta
leuigetur.

X. PRAETEREA ſcire eſt neceſſarium conſtruenti, quae calcis et arenae
natura ſit vtilis. Arenae ergo foſſiciae [a] genera ſunt tria, nigra, cana, rufa:
omnium [b] praecipue rufa melior: meriti ſequentis eſt cana: tertium locum nigra
poſſidet. Ex iis quae compreſſa [c] manu edit ſtridores, erit vtilis fabricanti. Item
ſi panno vel linteo candidae veſtis inſperſa [d] et excuſſa nihil maculae reliquerit [e] aut
2 ſordis, egregia eſt. Sed ſi foſſilis arena non fuerit, de fluminibus [aut] [f] glarea,
aut littore colligetur. Marina arena tardius ſiccatur, et ideo non continue, ſed
intermiſſis temporibus conſtruenda eſt, ne opus onerata corrumpat: camerarum
quoque tectoria ſalſo humore diſſoluit. Nam foſſiles arenae cementitiis [g] parieti-
bus et cameris [h] celeri ſiccitate vtiles ſunt, melioresque, ſi ſtatim, cum effoſſae
ſunt, calci [i] miſceantur. nam diutino ſole, aut pruina, aut imbre vaneſcunt. Fluuia-
3 les tectoriis magis poterunt conuenire. Sed ſi vti neceſſe ſit maris arena, erit com-
modum prius eam lacuna humoris dulcis immergi, vt vitium ſalis aquis ſuauibus
elota [k] deponat. Calcem quoque [ex] [l] albo ſaxo duro, vel Tiburtino, aut colum-
bino

i) *ſuper teſtacium minabis rudus* ex Mſ. Sylb. in Ind. *ruder E.* k) *ſaxi contuſi duas partes et cum vna ca. temperatae I. I — G.* nobiſcum *Lugd.* l) Sic *Lugd. deſugent* reliqui. m) *lateribus E.* n) *ſternatur I. B. R.* [T. X.] a) *foſſiciae* om. *E.* male. b) *Omnes P. omnibus Lugd. E.* c) *comprehenſa E. Lugd. I. B. R.* d) *impreſſa Lugd. E.* e) *relinquet Lugd.* f) *aut* om. *I. B. R.* mox *colligatur E.* g) *tectoriis et cam. Lugd. E. Barth. I. B. R.* h) *et celeri ſiccitati Lugd.* i) *calci* om. *I. B. R. E.* k) *eluta E.* l) *ex* om. *Lugd. E.* et habet *albam.*

dixere *fraxinum*, e quo Gallorum etiam *Freſne* ſ. *Frêne* ortum eſt.

9, 3 PALEIS VEL FILICE) commemorat etiam Plinius loco citato.

9, 4 SVPERSTATVMINABIS RVDVS) Ita etiam reliquae editiones, ſed duabus vocibus, *ſuper ſtatuminabis.* *Super* pro ſupra *oben drauf.* Philander l. c. haec ita citat: *Statuminabis rudus,* vnde adparet, eum quoque diuiſim haec duo verba legi voluiſſe. Mſ. Pal. *ſuper teſtaciam minabis rudus,* quae lectio valde eſt corrupta. Certe mihi placet plurimum lectio voces diuiſim iungentium, idque probo ex Vitruuio, quem noſter vt iam monui exſcribit. Verba eius ſunt iſta: *Tunc inſuper ſtatuminetur ne minore ſaxo, quam quod poſſit manum implere* etc. SCHOETTG. Vid. de re ipſa Cato 18, 4.

10 Totum hoc caput noſter hauſit ex Vitruuio 2, 4 et 5.

10, 2 NE OPVS ONERATA CORRVMPAT) Vitruuius: *neque onerari ſe continenter paries patitur.*

10, 2 VANESCVNT) Vitr. *reſoluuntur et fiunt terroſae.*

10, 3 CALCEM QVOQVE) Haec verba non habet Vitruuius, et leguntur tamen in Epitome illius c. 9 vbi Mſ. ita habet. *Calx itaque de albo ſaxo, vel Tiburtino aut Columbino fluuiatilique coquatur, aut rubro, aut fungia.* Vnde τὸ *aut* Palladio reſtituimus. Videant autem viri
docti,

bino fluuiali [m] coquemus, aut rubro, aut ſpongia, aut marmore [n] poſtremo quae erit ex ſpiſſo et duro ſaxo, ſtructuris conuenit: ex fiſtuloſo vero aut molliori lapide tectoriis adhibetur vtilius. In duabus arenae partibus calcis vna miſcenda [o] eſt. In fluuiali [p] vero arena ſi tertiam partem teſtae [cretae [q]] addideris, operum ſoliditas mira praeſtabitur [r].

XI. QVOD ſi latericios [a] parietes in praetorio [b] facere volueris, illud ſeruare debebis, vt perfectis parietibus, in ſummitate, quae trabibus ſubiacebit, ſtructura teſtacea cum coronis prominentibus fiat ſeſquipedali [c] altitudine, vt ſi corruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem non poſſint [d] [ſtillicidia [e]] penetrare per pluuiam. Deinde prouidendum eſt, vt ſiccis et aſperatis parietibus lateritiis indu- 2
catur tectorium [f], quod humidis ac leuibus adhaerere non poterit; et ideo tertio eos prius debebis obducere, vt tectorium ſine corruptione ſuſcipiant.

XII. IN primis ſtudendum eſt in agreſti fabrica, vt multa luce clareſcat: deinde vt partes temporibus diuiſas, ſicut ſupra dixi, congruis partibus [a] offeramus, id eſt aeſtiuas ſeptentrioni, hibernas meridiano, vernas et autumnales orienti. Menſura vero haec ſeruanda eſt in tricliniis atque cubiculis, vt quanta latitudo et longitudo fuerit, in vnum computetur, et eius medietas in altitudinem conferatur.

XIII. CA-

m) *arenae P.* inſerit. n) *poſtremo marmore. quae I. B. R. marmore quod Lugd. E.* o) *mittenda P.* p) *vero* om. *E.* q) *coctae I. B. R. tectae cretae E.* r) *parabitur E.* bene [T. XI.) a) *ſic Lugd. laterit* al. b) *praetoriis P.* c) *quae pedali ſit alt. P.* d) *poſſit P.* e) *ſtillicidia* om. *E. I. B. R. pluuia penet. Deinde P. parietes non poſſint ſtillicidio penetrari Barth.* 38, 10. *par. non p. pen. perpluuia Lugd.* f) *onus tectorum E.* f. *opus.* [T. XII.] a) *coeli regionibus I. I—G.*

docti, annon Vitruuio eadem ſint reſtituenda, quod aliqua ex parte agnoſcere videtur Philander. *Tiburtinus lapis* eſt, qui iuxta *Tibur* oppidum occurrit. *Columbinus*, Iſidoro teſte Orig. 19, 10 *a colore auis nuncupatus, natura vicinus gypſo, et mollitie ſimillimus. Fluuiatilis ſilex*, ait idem, *ſemper velut madens eſt.* Latinus de limitibus p. 304 edit. Goeſii: *Lapis fluuialis cromaticus dicitur. Lapis Tiburtinus Caeſalis dicitur. Lapis albus ſilicineus, ſi peralbus fuerit, Gallienſis nuncupatur.* SCHOETTG.

10, 3 AVT SPONGIA) Vid. ad Col. 11, 3, 43.

10, 3 TESTAE CRETAE) Vitr. *ſuccretae.* Non videtur de participiali forma cogitaſſe Sylburgius, cum vocem eam vncis incluſit: quin ex eodem fonte etiam *coctae* vetuſtarum editionum, et *toſtae*, quod eſt in epitome Vitruuii, ortum videtur.

11, 1 QVAE TRABIBVS SVBIAC.) An pro *trabibus* legendum *tegulis*; nam in Vitr. 2, 8 ex quo excerpſit Palladius, non abſimilis haec lectio occurrit: *Summis parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubiiciantur altitudine circiter ſeſquipedali, habeatque proiecturas coronarum.* PONTED. *Trabes* intelligo, quibus nititur tectum ipſum, tegulis quae ex aſſulis ſuſpenſae ſunt conſtans.

11, 1 PARIETEM NON — PLVVIAM) Τὸ *ſtillicidia* virgulis in editione ſua circumſcripſit H. Commelinus, indicium ea voce Mſ. caruiſſe. Et caret, vt ipſi notauimus, quum eodem codice vſi ſumus beneficio P. Scriuerii, qui et alterum ſuum nobis vtendum dedit. Barthii memb. *parietes non poſſunt ſtillicidio penetrari.* demtis duabus vocibus, quas nunquam ille genuino Palladio adfuiſſe arbitratur. In quo fallitur et manifeſte paſſus eſt ibi codex ille malam manum. Germanum habet Mſ. membr. Bibliothecae Leidenſis: *parietem non poſſint penetrare perpluuia.* Omiſſo τῷ *ſtillicidia*, quod addiderant homines inepti, qui elegantiſſimam vocem, *perpluuia*, ferre non quiuerunt. *Perpluuia* ſunt illae ipſae ſtillae ſiue humor ille pluuialis, qui ſtructuram permeat aut potius rimae, qua pluuia delabitur et perfluit. Feſtus: *pateram perplouere in ſacris cum dicitur, ſignificat pertuſam eſſe. Perpluuia* a *Perpluo*, vt *a diluo diluuium*, ab *eluo eluuies.* Haec GRONOVIVS Obſeru. 1, 20 cuius emendationem etiam confirmat Vitruuius 2, 8 vbi eandem noſtri ſententiam his verbis exprimit: *Cum enim tecto tegulae fuerint fractae, aut a ventis deiectae, qua poſſit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica teſtacea laedi laterem.* SCHOETTG.

11, 2 TERTIO — OBDVCERE) h. e. tribus diſtinctis temporibus. *Obducere* hic eſt *trulliſſare, corium, loricam inducere.* Ita Vitruu. 7, 3 *parietes quam aſperrime trulliſſentur — ſubareſcente*

XIII. CAMERAS in agreſtibus aedificiis ex ea materia vtilius erit formare quae facile inuenietur in villa [a]. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere: Aſſeres ligni Gallici vel cupreſſi directos et aequales conſtituemus in eo loco vbi camera facienda eſt, ita ordinatos, vt inter ſe ſeſquipedalis menſura ſit vacua. Tunc eos catenis ligneis ex iunipero, aut oliua, aut buxo, aut cupreſſo factis ad contignationem ſuſpendemus, et binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alli-
2 gatas. Poſtea paluſtrem cannam, vel hanc craſſiorem quae in vſu eſt, contuſam, facta et ſtrictim iuncta crate ſubnectemus [b], et per omne ſpatium cum ipſis aſſeribus et perticis alligabimus [c]. Dehinc primo impenſa pumicea [d] induemus, et trulla aequabimus, vt inter ſe cannarum membra conſtringat. Poſt arena et calce coaequabimus. Tertio tuſi marmoris puluerem miſtum cum calce ducemus, et poliemus ad ſummum nitorem.

XIV. OPVS quoque albarium ſaepe delectat, cui calcem debebimus [a] adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. ergo vt [b] vtilem probes [c], aſcia calcem quaſi lignum dolabis. Si nusquam acies eius offenderit, et [ ſi [d] ] quod aſciae adhaeret, fuerit molle atque viſcoſum, conſtat albariis operibus conuenire.

XV. PARIETVM vero tectura ſic fiet fortis et nitida. Prima [a] trullis frequentetur inductio. cum ſiccari coeperit, iterum inducatur, ac tertio poſt haec tria coria ex marmoreo [b] grano cooperiatur ad trullam. quae inductio ante tam diu ſubigenda [c] eſt, vt rutrum, quo calx ſubigitur, mundum leuemus. Haec quoque marmoris grani inductio cum ſiccari incipiet [d], aliud corium ſubtilius oportet imponi: ſic et ſoliditatem cuſtodiet et nitorem.

XVI. VITANDVM eſt autem, quod plerique fecerunt aquae cauſa, villas [ in [a] ] infimis vallibus mergere, et paucorum dierum voluptatem praeferre habitatorum ſaluti: quod etiam [b] magis metuemus [c], ſi prouincia quam colimus, de morbis aeſtate ſuſpecta eſt. Cui [d] ſi fons deſit, aut puteus, ciſternas conſtruere conueniet, quibus omnium conduci poſſit aqua tectorum. Fiunt autem hoc modo.

XVII. SI-

[T. XIII.] a) *quae f. inuenietur. In villa E.* poſt *tabulas——cannas.* poſt *tignationem.* b) *ſubnectimus a. V. E.* c) *alligamus E. I. I——G.* d) *pumica I. B. R. E.* [T. XIV.] a) *debemus E.* b) *vt* om. *P.* c) *calcem probans, quaſi P.* d) *ſi* om. *P. Lugd. E.* [T. XV.] a) *Primo I. B. R.* b) *marmore Lugd.* c) *ambigenda E.* d) *inceperit I. B. R. coeperit I. I——G.* [T. XVI.] a) *in* om. *Lugd. E.* b) *etiam* om. *Lugd. P. E.* c) *metuimus E. mutuemus P.* d) *cum Lugd. E.*

*ſcente iterum ac tertio inducatur. Tectorium* eſt ſubtilior ex gypſo vel marmore impenſa, laeuigationem recipiens, reliquis coriis inducta. Conf. Tit. 15.

13, 1 ASSERES) Hauſit haec pro more ſuo ex Vitruuio 7, 3 vbi Philander rerum ſingularum hic deſcriptarum imagines exhibet. SCHOETTG.

13, 1 CATENIS LIGNEIS) Vide quae dicta ſunt ad Ca. 18, 9; locum praeſertim Vitruvii, quem noſter deſcribendo aliquantum obſcurauit. Illud quidem tenendum, *catenas* pertinere ad aequalem tenorem et firmum aſſeribus iunctis conſeruandum (fabri noſtri vocant *riegel, leiſten,*) *ſuſpendi* autem aſſeres clauis ferreis tum per aſſeres, tum per ipſas etiam catenas adactis.

14 Sumſit ex Vitruuio 7, 2. SCHOETTG.

15 Ex Vitruuio 7, 3. SCHOETTG.

15 MARMOREO GRANO) Ita etiam Vitruuius. Sed Epitome c. 22 legit, *ex marmore Graio:* vbi vir doctus in margine auguratur, *grandi.* SCHOETTG. Mihi non diſplicebat *granum marmoreum* h. e. marmor non in puluerem leuigatum, ſed maioribus granis et arenis aſperum, cui deinde ſubtilius corium impoſitum aſperitatem tollat.

15 VT RVTRVM) Explicatius haec Vitruvius: *dum ita materies temperetur, vti cum ſubigitur, non haereat ad rutrum, ſed purum ferrum e mortario libretur.* SCHOETTG.

17 Initium

XVII. SIGNINIS [a] parietibus magnitudo ea, cui delectaris et ſufficis, conſtruatur longior magis quam latior. Huius ſolum alto rudere ſolidatum [b] relicto fuſoriis [c] loco teſtacei pauimenti ſuperfuſione leuigetur. Hoc pauimentum omni cura terendum [d] eſt ad nitores [e], et lardo pingui decocto aſſidue perfricandum. Quod vbi deducto humore ſiccatum eſt, ne rimis in aliqua parte findatur, etiam 2
parietes ſimili corio [f] velentur obducti, et ita poſt diuturnam et ſolidam ſiccitatem, aquae praebeatur hoſpitium. Anguillas ſane, piſceſque fluuiales mitti in his, paſcique conueniet, vt horum natatu aqua ſtans agilitatem currentis imitetur. Sed ſi aliquando in quocunque loco pauimenti, vel parietis tectura [g] ſuccumbat [h], hoc genus malthae adhibebimus, vt humor in exitum nitens poſſit includi. Rimas et 3
lacunas ciſternarum, et [i] piſcinas, vel [k] puteos farciemus hoc genere, et ſi humor per ſaxa manabit. picis liquidae quantum volueris, et tantundem ſumes vnguinis, quod vocamus axungiam, vel ſeuum. Tunc in olla vtrumque miſcebis et coques donec ſpumet; deinde ab igne remouebis. Cum fuerit eadem refrigerata permiſtio [l], calcem minutim ſuperadiicies, et ad vnum corpus omnia miſta reuocabis. Cumque velut ſtrigmentum [m] feceris, inſeres locis corruptis ac manantibus, et 4
preſſum ſumma denſitate calcabis. Salutare erit aquas illuc per tubos [n] fictiles duci, et opertis immeare ciſternis. nam caeleſtis aqua ad bibendum omnibus antefertur, vt et ſi fluens adhiberi poſſit, quae ſalubris non eſt, lauacris debeat et hortorum vacare culturae.

XVIII. CELLAM vinariam Septentrioni debemus habere oppoſitam frigidam, vel obſcurae proximam [a], longe a balneis, ſtabulis, furno, ſterquiliniis [b], ciſternis, aquis, et caeteris odoris horrendi: ita inſtructam neceſſariis, vt non vincatur a fructu; ſic autem diſpoſitam, vt baſilicae ipſius forma calcatorium loco habeat altiore [c] conſtructum, ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depreſſi ſint, gradibus tribus fere aut quatuor aſcendatur. Ex his lacubus canales ſtructi, vel tubi [d] fictiles circa extremos parietes currant, et ſubiectis lateri ſuo doliis

[T. XVII.] a) *Ciſternae magnit. qua delect. et cui ſuff. Pol. Cr.* b) *ſoli datum* diuiſ. *I. I —— G.* c) *foſſoriis E. fuſoriis I. B. R. Barth. Lugd. fuſoris I. I —— G. Com. furariis Pal.* laudatus Schoettgenio. d) *cedendum I. I —— G.* e) *nitorem E. I. I —— G.* f) *cura P. modo E.* g) *tectum I. B. R.* h) *ſuccubat Barth. ſuccumbit E.* i) *et* om. *Lugd. E. I. B. R.* k) *et I. B. R.* l) *promixtio I. B. R.* m) *ſtricmentum Lugd.* n) *turbas Lugd.* [T. XVIII.] a) *vel obſcure poſitam E.* b) *ſterculinis Lugd.* c) *altiore* om. *Lugd.* d) *tubae Lugd.*

17 Initium tituli huius deſcripſit Creſc. 1, 9. Conf. Col. 1, 6, 12.

17, 1 SOLIDATVM) induratum, ἐδαφισμένον. Haec enim eſt huius loci ſignificatio, pro malthatione tenaci et ſolidata, qua ſarciebantur corrupta tectoria in balneis et piſcinis fontibusque, vt ait Salmaſius ad Soli. c. 52. p. 771. SCHOETTG.

17, 1 TERENDVM EST) Membranae *terendum*, non *cedendum*. Ego tamen, cum a *pauiendo pauimentum* dicatur, teſte Varrone R. R. 3, 1 et pauicula ſit inſtrumentum, quo caedatur, apud Catonem et Columellam, vulgatam lectionem, (*caedendum*) damnare minime velim. BARTHIVS 38, 10.

17, 2 SVCCVMBAT) Mſ. elegantius *ſuccubat*. Vt *occubare*, et hoc ipſum poëtis non eſt infrequens. BARTH.

18 Conf. Plin. 14, 21 ſ. 27 it. Col. 1, 6, 11 qui accuratius aquam a foetidis rebus diſtinguit.

18, 1 FRIGIDAM VEL OBSCVRAE) Deeſt verbum *obſcuram*, neceſſarium ſane vt in Creſc. 4, 32 *Cellam vinariam ſeptentrioni habere debemus oppoſitam frigidam, obſcuram, vel obſcuro,* (lego *obſcurae*) *proximam.* PONTED.

18, 1 BASILICAE FORMA) Si vera eſt lectio, et *baſilicam* hic omnino voluit Palladius, intelligo baſilicam cum cella comparatam, non tam qua fornicata erat; ſed in quantum gradibus aliquot eleuata ſoli illius pars, quae pro tribunali


eſſet,

2 doliis per vicinos meatus manantia vina defundant. Si copia maior eſt, medium ſpatium [e] cupis deputabitur, quas, ne ambulacra prohibeant, baſellis [f] altioribus impoſitas, vel ſupra [obruta [g]] dolia poſſumus collocare ſpatio inter ſe longiore [h] diſtantes, vt (ſi res exigat) curantis [i] tranſitus poſſit admitti. Quod ſi cupis locum ſuum deputabimus, is [k] locus ad calcatorii ſimilitudinem podiis breuibus, et teſtaceo pauimento ſolidetur, vt etiam ſi ignorata [l] ſe cupa diffuderit [m], lacu ſubdito excipiantur [non] peritura vina quae fluxerint.

XIX. SICVT horreorum quamuis ipſam [Septentrionis [a]] deſideret partem, et ſuperior, et longe ab omni humore [b] et laetamine et ſtabulis ponendus eſt, frigidus, ventoſus et ſiccus: cui prouidendum [c] ſtructurae diligentia, ne rimis poſſit abrumpi [d]. Solum igitur [e] omne bipedis ſternatur vel minoribus laterculis, quos
3 ſuffuſo [f] teſtaceo pauimento debemus imprimere. Tunc diuiſas cellas (ſi magnus ſperabitur ſeminum [g] modus) grano cuique tribuemus. Et [h] ſi terrae pauperies [i] minora promittit, vel craticiis [k] podiis erunt diſcernenda granaria, vel vimineis vaſculis [l] reditus tenues colligemus [m]. Sed factis granariis, amurca luto miſta parietes linuntur; cui aridi oleaſtri vel oliuae folia pro paleis adiiciuntur: quo tectorio

e) *medium ſpatium* om. *E.* f) *vaſellis I. B. R. aſellis Barth. Lugd. duas ſellis E.* g) *obruta* om. *I. B. R.* h) *largiore E. I. I —— G. Lugd.* i) *currentis I. B. R. E.* mox *deputauimus.* k) *his locus E.* l) *ignoranti Barth.* m) quid ſi *diffiderit?* [T. XIX.] a) *Septentrionis* om. *Lugd. E. I. B. R.* b) *odore P. olere Cr.* c) add. *eſt E.* d) *obrumpi Lugd.* e) *ergo I. B. R. omne* om. *Lugd.* f) *ſuffoſſo E. I. B. R. ſuffoſo Barth.* g) *ſeminis E.* h) *Et* om. *Lugd.* i) *pauperes promittunt Lugd. P. E.* k) *craciis E.* l) *Vaſculis continue redactis tenue Barth. vaſculis in quae redactus tenues Lugd. E.* m) *congeremus E.* mox om. *luto,* et *linentur* et om. *cui.*

eſſet, quoties iudicia ibi agerentur. Conſidera exempli cauſa baſilicam a Vitruuio ſtructam et deſcriptam 5, 1.

18, 2 BASELLIS) Liber calamo exaratus, *aſellis altioribus* habet, et vocem incluſam omittit. Memini ſane et alibi legere *aſellas* pro furcis ſ. perticis, quibus aliquid imponitur, ſed nulli nunc libri adſunt, qui memoriam iuuent. BARTHIVS 38, 10. Non improbabilis videtur lectio Barthiana. Certe ὀνίσκους in machinis eſſe *suculam*, trabem, vel *axin* potius tranſuerſum, conſtat. Si *cantherium* transferre licuit ad aedificandum et ſuſtinendas vites, ſi *onager* eſt in machinis; quidni *aſello* tale quid contigerit? et contigit iam illi nomen et locus in machinis bellicis, quod oſtendit Du Freſnius. Et quid melius aſello conueniat, quam impoſitum onus? Sed ſi verum eſt *baſellis*; erit diminutum μιξοβάρβαρον ex *baſis*: pro quo agnouit laudatus modo Cangius.

18, 2 SVPRA [OBRVTA] DOLIA) Si incluſit Sylburgius hanc vocem, quia in antiquis editionibus abeſt, nihil reprehendo. Sed non abs re tamen fuerit meminiſſe eorum, quae diſputamus ad Colum. 12, 18, 4 de *doliis depreſſis.* Nam de his etiam hic ſermonem eſſe, certum eſt.

18, 2 [NON] PERITVRA) Nihil mutaueris hic quidem ſententiam, ſiue abſtuleris negationem, ſiue reliqueris. Si abeſt *non*, intelligendum eſt *alioqui.*

19 Deſcripſit Creſcentius 3, 2 De eadem re praecipit Col. 1, 6, 13 ſq.

19, 1 HVMORE ET LAETAM.) Quod obſeruauimus, *olere* eſſe apud Creſcentium, illud minime contemnendum eſſe videtur. Fuit, puto, apud Palladium, certe apud Creſcentium *olore*, vt Pall. 1, 33, 1.

19, 1 SVFFVSO PAVIMENTO) Barth. 38, 10 praefert alteram lectionem *ſuffoſſo.* Infeliciter ſane. Imprimuntur molli impenſae ex calce et teſta bipedae: qualis impenſa alias pauimentis adhibetur. Et ne mireris *ſuffundi* pauimentum, geminus locus eſt hoc ipſo libro 40, 2 vbi *ſuperfunditur.*

19, 2 REDITVS TENVES) Mſ. Barthii: *vaſculis continue redactis tenue colligemus.* Latet aliquid aliud, quod alii exſculpant, ait ille. Videbimus. Mſ. *granaria vel vimineis vaſculis, in quae redactus tenues colligemus.* Hinc patet, quanto praeſtet hic codex. *Redactus* eſt ſine controuerſia a manu Palladii: cuius eſt interpretatio *reditus*: a *redigere*, quod proprium ſignatumque antiquis pro recipere ad ſe reditus ſuos ex fructibus, mercibus, vectigalibus. Cicero diuin. in Q. Caecilium: *deinde bona vendit, pecuniam redigit.* In Verrem: *reliqua vendidit, pecuniam exegit. Cum ad HS. vicies quinquies redegiſſe conſtaret.* De L. agraria: *cum omnem pecuniam ex aerario exhauſiſſetis, ex vectigalibus redegiſſetis.* In Philippicis: *Decreuiſtis tamen pecuniam Pompeio, quantam*

tectorio ſiccato, rurſus amurca reſpergitur: quae vbi ſiccata fuerit, frumenta con-
dentur. haec res gurgulionibus et caeteris noxiis animalibus inimica eſt. Aliqui
coriandri folia frumentis miſcent ad ſeruandum profutura. Nihil tamen diu cuſto-
diendis frumentis commodius erit, quam ſi ex areis in alterum locum vicinum
transfuſa refrigerentur aliquantis diebus, atque ita horreis inferantur. Negat 3
Columella ventilanda eſſe frumenta, quia magis miſcentur animalia totis aceruis.
quae ſi non moueantur, in ſummitate intra menſuram palmi ſubſiſtent, et hoc velut
corrupto corio caetera illaeſa durabunt. aſſerit [n] idem, noxia animalia vltra praedi-
ctam menſuram non poſſe generari. Herba conyza ſicca (vt Graeci aſſerunt) ſub-
ſtrata frumentis, addit aetati [o]. ab horreis tamen auſter eſſe debet auerſus [p].

XX. OLEARIS cella meridianis ſit obiecta partibus, et contra frigus muni-
ta [a], vt illi per ſpecularia debeat lumen admitti. Ita et operas, quae hieme futu-
rae ſunt, nullus algor impediet: et oleum cum premetur [b], adiutum [c] teporibus,
frigore [d] non valebit aſtringi. Trapetis, et rotulis et praelo nata [e] eſt forma, quam
conſuetudo dictauit. Receptacula olei ſemper munda ſint, ne nouos [f] ſapores in- 2
fecta veteri rancore corrumpant. At ſi quis maiori diligentiae ſtudet, ſubiectis hinc
inde cuniculis pauimenta ſuſpendat, et ignem ſuggerat [g] fornace ſuccenſa. Ita
purus calor olei cellam ſine fumi nidore vaporabit, quo ſaepe infectum, colore cor-
rumpitur, et ſapore.

XXI. STABVLA equorum vel [a] boum, meridianas quidem plagas [b] reſpiciant,
non tamen egeant ſeptentrionis [c] luminibus quae per hiemem clauſa nihil no-
ceant, per aeſtatem patefacta refrigerent. Ipſa ſtabula propter vngulas animalium,
ab

n) *Aſſeruit I. B. R.* o) *aetatem E.* p) *aduerſus I. B. R.* [T. XX.] a) *obmunita P.* b) *premitur E.* c) *vſum Lugd. eius* inſ. *I. B. R.* d) *vincto temporibus frigore E.* e) *nota Lugd. E.* f) *nouo ſapore I. B. R.* g) *ſubiiciat E.* [T.XXI.) a) *et Lugd. E.* b) *partes Lugd. I. B. R.* c) *a ſeptentrione Lugd. E. I. B. R. et MS. Zinzerl. ad Val. Fl.* 4, 28.

*quantam ex bonis patriis in praedae diſſipationem inimicus victor redegiſſet.* Plautus Perſa a. II. ſc. V. *Atque ego omne argentum tibi actutum incolume redigam.* Vbi male interpretantur, reddam: eſt enim proprie, alicunde reficiam. puta ex vendita paraſiti filia. Liuius lib. VI *quibus ſub haſta venundatis tantum aeris redactum eſt.* Idemque ſaepe alibi. Florus in epitomis: *bona eorum vendidit; ex quibus plurima initio rapuit. redactum eſt HS. ter millies quingenties.* Nec eſt profecto, quod reſpuant docti viri apud Horatium: *Omnem redegit Idibus pecuniam.* Quin quia Mſſc. plures huc eunt, alterum illud, *relegit*, fidenter refutabo; quanquam non ignorem proferri locum Catonis pro illa lectione. Sed expediamus prius Palladium, qui *redigi* ἀντὶ τῦ prouenire ponit, vt *redactum* pro reditu vel prouentu. L. VIII. tit. II *Vt vero ſemina maiora redigantur, eruta rapa foliis omnibus purgabis.* L. IX. tit. VIII *Si depaſci ſaepius velis, vſque in menſem Maium eius paſtura ſufficiet: quod ſi ex ea ſemen redigere, vſque ad Martias Kalendas.* Et iſto modo emendandum auctore Mſ. lib. VII Palladii tit. VII *Hoc menſe aluearia caſtrabuntur, quae matura eſſe ad mellis redactum ſignis quam plurimis inſtruemur.* i. e. vt mel iam redigatur. Vulgo: *reditum.* L. LVIII §. 1 D. de vſufr. *Sempronio do lego ex redactu fructuum, oleris et porrinae, quae habeo in agro ferrariorum, partem ſextam.* GRONOVIVS Obſeru. 1, 19 p. 156, 157.

19, 3 NEGAT COLVMELLA) Vid. 1 6, 16 ſq.

20, 1 OLEARIS) Vitruuius 2, 9 et Epitome c. 13 *olearia.* Sed Mſ. Epitomes *olearis.* SCHOETTG.

20, 1 MERIDIANIS —— PARTIBVS) Monuiſſe videtur Palladium *auſtri* mentio modo facta, vt ad illud membrum tranſiret, vbi illo opus eſt.

20, 1 SPECVLARIA) Specularis lapis, graece διοπτρος, antiquis eum vſum dabat, quem nobis hodie vitrum in feneſtris, et praeſtantiſſimus e Cappadocia et Hiſpania afferebatur. Multa de eo Salmaſius ad Soli. c. 23 p. 182, 183 Lamb. Bos Diatr. ad 1 Cor. 13, 12. SCHOETTG.

20, 2 CALOR —— VAPORABIT) Vid. Col. 1, 6, 18.

21 Conf. Col. 1, 6, 5 et 6.

22 QVO

2 ab omni humore ſuſpenſa ſint. Boues nitidiores fient, ſi focum proxime habeant, et [ignis [d] ] lumen intendant. Octo pedes ad ſpatium ſtandi ſingulis boum [e] paribus abundant, et in porrectione xv. Plancae [f] roboreae ſupponantur ſtationibus equorum [cum [g] ſtramine] vt iacentibus molle ſit, ſtantibus durum.

XXII. CORS ad meridiem pateat, et obiecta ſit ſoli, quo [a] facilius hieme aliquem teporem concipiat, propter ea quae inſunt animalia, quibus [b] etiam ad aeſtatis temperandum calorem porticus furcis, aſſeribus, et fronde formari [c] debent [d], quae vel ſcandulis [e], vel (ſi copia ſuppetit) tegulis, vel (ſi facilius et ſine impenſa placuerit) tegentur caricibus aut geniſtis.

XXIII. CIRCA parietes cortis extremos auiaria facienda ſunt, quia ſtercus auium maxime neceſſarium eſt agriculturae, excepto anſerum laetamine, quod ſatis omnibus inimicum eſt. Sed habitacula caeterarum auium maxime neceſſaria ſunt [a].

XXIV. COLVMBARIVM [a] vero poteſt accipere ſublimis vna turricula in praetorio conſtituta, leuigatis ac dealbatis parietibus, in quibus a quatuor partibus [b], ſicut mos eſt, feneſtellae [c] breuiſſimae fient, vt columbas ſolas ad introitum
2 exitumque permittant. Nidi figurentur interius. A muſtellis tutae fient, ſi inter eas [frutex [d] virgoſus ſine foliis aſper, vel] vetus ſpartea proiiciatur, qua animalia calceantur, vt eam ſecreto non videntibus aliis, vnus attulerit, [non [e] pereunt. Et [f] neque locum deſerunt, ſi per omnes feneſtras aliquid de ſtrangulati hominis loro, aut

d) *ignis* om. *E. P. Lugd. ignem int. I. B. R.* e) *boum* deeſt *P.* f) *plantae I. B. R.* g) *cum ſtramine* om. *E. Lugd. I. B. R.* [T. XXII.] a) *quia facilius propter etc. I. B. R. quo —— concipiat* om. *Barth. et Lugd. et E.* b) *his vero, quae inſunt, animalibus ad aeſt. temp. etc. Erf. quibus etiam* om. *I. B. R. Barth Lugd.* c) *formetur P.* d) *debent* om. *P. I. B. R.* e) *ſcindulis Mſſ. Pal. Barth. Lugd. E.* [T. XXIII.] a) in Mſ. Erf. add. *id eſt, quo facilius hieme calorem faciat, frigus repellat.* [T. XXIV.] a) *Columb. accipiat Pol.* b) *i. q. a q. partibus* om. *E.* c) *feneſtrellae a. V. E. ſicut mos eſt* inſ. *Lugd. E.* d) *frutex I. I —— G. frut [ex v. ſ. f. a v.] Com. [frutex —— vel]* om. *I. B. R. Barth. Lugd. Pol. Cr. E.* e) *[non —— ſuſpendas]* om. *Pol.* Vid. etiam *Morg. I,* 80. *et II,* 13. *non pereunt, neque locum deſerunt E.* mox idem om. *loro.* f) *Et* om. *Lugd.*

22 QVO FACILIVS HIEME ALIQVEM TEPOREM CONCIPIAT) Haec, vt et illa verba, *quibus etiam*, a calamo ſcripto vetuſto codice penitus abſunt. Sane legerat ſupra gloſſator, hiemalia conclauia ad meridiem proiecta eſſe debere. Nobis genus hoc farctorum ſemper minus placuit. SCHOETTG.

22 SCANDVLIS) Ita Mſſ. *ſcindulis*, codices vero Pliniani 16, 10 teſte Harduino habent *ſcandulae.* Et vtraque ſcriptio bonorum ſcriptorum et codicum autoritate confirmatur. *Scandularii* in bello ſunt, qui hiberna ſcandulis tegunt l. 6 ff. de iure immunitatis, vbi vide Gothofredum.

24, 2 A MVSTELLIS) Creſc 9, 90.

24, 2 [FRVTEX VIRGOSVS) Incluſa a membranis abſunt. Ego gloſſam *ſpartae* eſſe arbitror, itaque eiicienda prorſus. BARTHIVS 38, 10. Poteſt fieri, vt non ſint Palladii, quae etiam nos includenda putauimus. Sed gloſſam eſſe *ſparteae*, Barthio non credimus. *Spartum* herba eſt non frutex, ſi Dodonaeum audimus, in quantum ad *Sparteas* adhibetur. Intelligi h. l. *Sparteam ſoleam*, epitheton *veterem* declarat. vid. Col. 6, 12, 2 et 3 it. 6, 15, 1. Porro eadem ratio eſt *fruticis virgoſi* et *ſparteae* in hoc negotio; vtraque res impedit et abſterret muſtelam. (Nam de ſecreto, nugae ſunt.) Itaque forte vnus paterfamilias oſtendir, quid Sparteae, vbi ea ad manum non ſit, poſſit ſubſtitui.

24, 2 DE STRANGVLATI HOMINIS LORO) Illud de ſuperſtitionibus priſcorum non tacendum, vt hodie nefarii homines funes aut catenas de patibulis ſtrangulatorum hominum magni ad mira non pauca facienda aeſtimant, ita non penitus eius rei ignaros veteres fuiſſe. Ita ad morbos ſanandos obſeruabant inſtrumento eo iugulari feram, quae remedium datura erat, quo gladiator fuiſſet iugulatus. Scribonius Compoſit. XIII *Hoc remedium qui monſtrauit, dixit ad rem pertinere, occidi hinnulum cultro, quo gladiator iugulatus fuerit.* Sic haſta, quae in gladiatoris corpore ſtetiſſet, vtebantur nouae nuptae. Feſtus.

aut vinculo, aut fune ſuſpendas.] Inducunt alias, ſi cumino paſcantur aſſidue [g],
vel [ſetoſi [h]] hirci alarum balſami liquore tangantur. Foetus frequentant, ſi or- 3
deum torrefactum, vel fabam, vel herbum [i] ſaepe conſumant. Triginta autem co-
lumbis volantibus diurni tres ſextarii tritici ſufficient, aut [k] creturae, ita vt her-
bum foetus gratia menſibus praebeamus hibernis. Rutae ramulos pluribus [l] locis
oportet contra animalia inimica ſuſpendere.

XXV. SED columbarii cellae [a] duo ſubiecta cubicula fiant. Vnum breue, et prope obſcurum, quo turtures claudi poſſint. quos nutrire facillimum eſt. nam nihil expetunt, niſi vt aeſtate, qua ſola maxime [b] pingueſcunt, triticum vel milium mulſa maceratum ſemper accipiant. ſemodius vnus [c] diurnus centum viginti turturibus ſufficit. Aqua ſane eis frequenter [mundior] debet offerri.

XXVI. ALIVD vero cubiculum turdos nutriat. qui ſi alieno tempore ſaginentur, et voluptatem cibi [a], et reditum maximum praeſtant; PARCITATI beneficium miniſtrante luxuria. Sit autem locus mundus et lucidus [b], et vndique leui-
gatus. tranſuerſae in hoc perticae figuntur, quibus poſſint poſt incluſum volatum ſe-
dere: rami etiam virides ſaepe mutentur. Caricae tunſae miſtis pollinibus largiſſime [c] 2
praebeantur. Myrti etiam, ſi facultas eſt, lentiſci, oleaſtri, ederae, arbuti ſemina
interdum ad excludenda faſtidia, et maxime aqua munda, praebeatur [d]. Claudantur [e] illaeſi et recenter capti, miſtis aliquibus ante nutritis, quorum ſocietate ad capiendos cibos pauidam nouae captiuitatis moeſtitudinem conſolentur [f].

XXVII. GAL-

g) *aſſiduo, vel ſi hirci E.* h) *ſetoſi* om. *Pal. Lugd. I. B. R.* pro *hirci* habet *irti Cr. Vid. Morg. l. c.* i) *orobum Cr. Morg. l. c.* k) *ſufficiunt Pol.* l) *plurimis Lugd.* [T. XXV.] a) *columbariae cellae E.* b) *maxime* om. *E.* c) *ſed modius vnus E.* et om. *diurnus.* [T. XXVI.] a) *tibi I. B. R. cibum et remedium m. E.* b) *Fit I. B. R. Lugd.* —— *mundus et nitidus, lucidus E.* c) *largitiſſime Lugd.* d) *tribuatur Lugd. E.* e) *claudantur* om. *Lugd.* mox *recens E.* f) *conſ.* om. *Lugd.*

Feſtus. *Celibari haſta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris ſtetiſſet abiecti occiſique, vt quemadmodum illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, ita iſta cum viro ſit.* Sic beſtia occiditur ferro, quo homo interfectus. Plinius Valerianus 2, 58 *Dantur item edendae carnes occiſae beſtiae eo ferramento, quo homo ante occiſus eſt.* BARTHIVS 39, 8. SCHOETTG.

24, 2 INDVCVNT) Geop. 14, 2 et 3 Creſc. 9, 91.

24, 2 SETOSI HIRCI) Locum varie tractatum et pro ingenio cuiusque interpolatum puto. Scripſit forte Palladius *hirci liquore:* hunc *alarum balſamum* interpretatus eſt aliquis. Legit alius prono errore, vt in Creſcentio expreſſum eſt, *irti* vel *hirti*: alius hoc interpretatus eſt *ſetoſi.* Sed ſagaci nare iſta perſequi, et odore veſtigare amplius, nihil attinet. Illud non inuidebo, ſi quis haec amat, eſſe canum amatoribus adhuc ſolenne, panis bolum ſub alis madefactum philtri cauſa iis obiicere. De quodam liberalium artium Magiſtro, qui puellae minime liberalis amorem hoc ſolo excuſabat, quod ita ſuaue animal ſub alis aleret Diana ſua, res inter lepidos homines peruulgata.

24, 3 HERBVM) Quod alias *eruum* vocatur. Ita 1, 34, 5 et Ian. 8 it. Febr. 7 vetuſtae editiones, vbi al. *eruum.* Confirmat Creſcentius 9, 89 qui vocat *orobum.*

24, 3 RVTAE RAMVLOS) Creſc. 9, 90.

25 Vid. Didymus Geop. 14, 24 Creſc. 9, 89.

26, 1 ALIENO TEMPORE) h. e. quo ſine cura hominum non pingueſcunt. Hoc fit auctumno tantum in hiemem praecipiti.

26, 1 ET VOLVPTATEM CIBI) Minime contemſerim antiquam lectionem *tibi.* Caeterum illud non opus eſt, vt moneamus poſt *parcitati* intelligendum *tuae,* poſt *luxuria, aliena.* Nimirum vitia etiam atque errores hominum tum aliis tum toti praeſertim reip. diuina gubernante prouidentia proſunt.

26, 1 QVIBVS POSSINT POST INCLVSVM VOLATVM SEDERE) Sit ne haec vera lectio, an potius haec altera: *Quibus poſſint poſt incluſum cibum* (aut *cibatum*) *ſedere*; incertum habeo. A Columella, quem imitari ſolet Palladius, haec de Turdis libr. 8 c. 10 praecepta invenio: *Sed in eo tranſuerſae perticae perforatis parietibus aduerſis aptantur, quibus inſideant, cum ſatiati cibo requieſcere volunt.* De volatu ſane ſuſpicari non deberemus, a quo hae volucres prohibendae ſunt, quippe motu maceſcunt. Idcirco traditum

XXVII. GALLINAS educare nulla mulier neſcit, quae [a] modo videatur [b]
induſtria. Hoc [c] de his praecepiſſe ſufficiat, vt fimo [d], puluere vtantur, et cinere.
Sint praecipue nigrae aut flaui coloris, [ſed [e]] albae vitentur. Vinaceae cibo ſte-
rileſcunt: ordeo ſemicocto et parere ſaepe coguntur [f], et reddunt oua maiora, duo-
bus cyathis [g] ordei bene paſcitur vna gallina, quae [h] ſit vaga. Supponenda ſunt
his ſemper oua numero impari [i], luna creſcente, a decima vſque in quintamdeci-
2 mam. Pituita his naſci ſolet, quae alba pellicula linguam veſtit [k] extremam. haec
leuiter [l] vnguibus vellitur, et locus cinere tangitur, et allio trito plaga mundata [m]
conſpergitur. Item allii mica trita cum oleo faucibus inſeritur [n]: ſtaphis agria
etiam prodeſt, ſi cibis miſceatur aſſidue. Si amarum lupinum comedant, ſub ocu-
lis illis grana ipſa procedunt. quae niſi acu leuiter [o] apertis pelliculis auferantur,
3 extinguunt [p]. Oculos portulacae ſucco forinſecus, et mulieris lacte curemus, vel
Ammoniaco ſale, cui mel et cyminum aequale [q] miſcentur. Pediculos earum peri-
mit [r] ſtaphis agria, et [s] torrefactum cyminum pari [t] pondere, et pariter tunſa cum
vino, et amari lupini aqua, ſi penetret ſecreta pennarum.

XXVIII. PAVONES nutrire facillimum eſt, niſi [a] fures aut animalia inimica formides; qui plerumque [b] per agros vagantes [c] ſponte ſe paſcunt, pullosque educant

[T. XXVII.] a) *quae — induſtria* om. *I. B. R.* b) *videtur Lugd. P.* c) *hoc modo E.* d) *fimo et I. B. R. fumo I. I.* —— *G.* e) *ſed* om. *Lugd. E.* f) *quatis Lugd.* ſic et 1, 28, 2. g) *ſaepe noſcuntur.* h) *quae ſit vaga* deſ. *I. B. R. quae circuit P. Lugd. Barth. E.* i) *imparia I. B. R.* mox *ad XV. E.* k) *vertit Lugd.* l) *leniter Cr.* m) *linga mundata E.* mox: *item vt a. m.* n) *infertur P. inſeretur E.* o) *leniter Cr.* p) *oculos extinguunt. Portulacae Cr.* q) *aequaliter miſceantur P. Cr.* r) om. *perimit E.* s) *et —— pondere* deſ. *P. Cr.* t) *paria et par. I. B. R.* [T. XXVIII.] a) *niſi eis I. B. R. Cr.* b) *plurimum I. B. R.* c) *vegati E.*

traditum a Varrone 3, 5 tantum luminis hoc ornithonis genus habere oportere, quantum neceſſarium eſt, *vt aues videre poſſint vbi aſſidant, vbi cibus, vbi aqua ſit.* PONTED. *Incluſum* eſt intercluſum, impeditum. Duplex perticarum vſus, prohibere volatum, et praebere ſedilia.

27 Comparandus Creſc. 9, 86 qui hunc titulum fere integrum deſcripſit. De cura gallinarum Col. 8, 3 - 5.

27, 1 FIMO) Quid ſi *fumo?* non tam varia lectio eſt, quam vox hic adiicienda. Nam *fumo* non minus quam *fimo* delectari hanc auem conſtat. De *fimo* notum: de *fumo* Col. 8, 3, 1.

27, 1 QVAE SIT VAGA) Hoc eſt, quae incluſa non ſit, nam incluſam *cellariam* licet dicere, vt columbas appellat Columella 8, 8 ſed in Mſ. *quae circuit.* Itidem vulgatum illud gloſſatoris officioſitati debemus. BARTHIVS 38, 10. Potius *quae circuit* gloſſema videbatur etiam cl. Schoettgenio.

27, 1 NVMERO IMPARI) Numerum imparem in aliis veterum ſuperſtitionibus notauimus. Is praecipitur a Palladio in ſuppoſitione ouorum. Idem iubet Columella 8, 5 Sic in medicina impar numerus. Marcellus cap. 1 *Baccae lauri impari numero contritae fronti impoſitae proſunt.* Ex Plinio Valeriano 1, 2 *Baccae quoque lauri impari numero in oleo contritae capiti inſtillantur.* Plinius Valerianus 3, 32 *muſcae impari numero infricantur.* Ad furunculos, *nouem aut ſeptem raphanis vtendum praecipit* 2, 40 *Cochleae marinae eduntur impari numero.* Idem 2, 15 Serenus c. 12 *Allia tum ſeptem numero, ſeptemque lupinos Cretaceam dabis in teſtam.* BARTHIVS 39, 8.

27, 2 PITVITA) noſtris *der Pips.* Vide Plin. 10, 57. SCHOETTG.

27, 3 STAPHIS AGRIA) *ϛαφὶς ἀγρία* vel *ϛαφυλὴ ἀγρία* vt appellat Columella eadem de re agens 8, 5. 21 eſt vuae genus, de quo Plin. 23, 1 *Aſtaphis agria ſiue ſtaphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falſo.* Poſt pauca. *Quidam eam pituitariam vocant, et plagis ſerpentium vtique illinunt.* Celſus 3, 21 *Vua taminia, quam ϛαφίδα ἀγρίαν Graeci nominant.* Aurel. Acut. 3, 30 *herba pedicularis, quam ϛαφίδα ἀγρίαν vocant.* SCHOETTG.

28 Totum hunc titulum deſcribit Creſc. 9, 82. Noſter autem in conſilio habuit Varronem 3, 6 et Columellam 8, 11. conſ. Geop. 14, 18.

28, 1 NISI FVRES) Zinzerlingius Promulſ. Crit. iuu. c. 25 ex Mſ. legit: *niſi eis fures.* Et elegans eſt phraſis: *timere alicui periculum*, quam etiam comprobat locis ſequentibus. Auguſt. de Ciuit. Dei 1, 9 *Plerumque ſuae famae ac ſaluti dum inſidias malorum timent, ab eorum reprehenſione*

cant [d], et [e] altiſſimas veſpere arbores petunt. Vna [ vero [f] ] his cura debetur, vt incubantes per agrum foeminas, quae hoc paſſim faciunt, a vulpe cuſtodias. ideo in inſulis breuibus meliori [g] ſorte nutriuntur. Vni maſculo foeminae quinque ſufficiunt. Maſculi oua et pullos ſuos perſequuntur [h] velut alienigenas, priusquam 2
illis criſtarum naſcatur inſigne. Ab Idib. Februariis calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur, ſi eis quinto quoque die tepida praebeatur. ſex cyathi vni ſufficiunt. Cupidinem coëundi maſculus confitetur, quoties circa ſe amictum caudae gemmantis incuruat, et ſingularum capita oculata [i] pennarum locis ſuis exerit cum ſtridore procurrens. Si oua pauonum gallinis ſupponantur, 3
excuſatae matres ab incubatione, tribus vicibus per annum foetus edunt. Primus partus quinque ouorum; ſecundus quatuor; tertius trium, vel duorum eſſe conſueuit. Sed electae (ſi hoc placuerit) nutrices gallinae ſint, quae a primo incremento lunae nouem diebus habeant nouem [k] oua ſuppoſita, quinque pauonina, et caetera ſui generis. decima die [ oua [l] ] omnia gallinacea ſubtrahantur; et alia 4
item [m] gallinacea totidem recentia ſupponantur, quot ablata ſunt, vt trigeſima luna, hoc eſt expletis triginta diebus, poſſint cum pauoninis ouis aperiri. oua autem pauonum, quae gallinae ſubiecta ſunt, ſaepe manu conuertantur, quia hoc ipſa facere vix valebit. vnam partem oui notabis, vt te ſubinde conuertiſſe cognoſcas. Maiores tamen gallinas oportet eligere; nam minoribus pauciora ſuppones. Natos [ autem [n] pullos ] ſi ad vnam transferre a pluribus velis, dicit Columella vni

d) *educunt a. V. E.* e) *et* om. *Lugd. I. B. R. E.* f) *vero* om. *Lugd. I. B. R. E.* g) *melius nutr. Cr.* h) *conſequuntur E.* i) *occulta* praeter *Iuntt. editi*: *E. occulata Lugd.* k) *nouem* om. *E.* l) *oua* om. *Lugd. I. B. R.* contra *omnia E.* m) *tunc I. B. R.* n) *autem pullos* omitt. *I. B. R. Barth. Lugd. E.*

*ſione abſtinent.* Et infra c. 30 *Timens infirmis animis hoſtem.* Plinius Paneg. c. 27 *Nemo iam parens filio ſuo niſi fragilitatis humanae vices horret.* SCHOETTG.

28, 1 INSVLIS BREVIBVS) Didymus Geop. 14, 18 *νησίδια χειροποίητα* vocat. SCHOETTG.

28, 2 SEX CYATHI VNI SVFFICIVNT) Vtrum ille non nimius ſit vni pauoni modus cibi diurnus, viderint alii. Conf. T. 28, 1.

28, 2 CAPITA OCVLATA PENNARVM ) Melius *oculata*, quod ex Mſ. Leidenſi produxit Gronouius Obſ. 2, 16 et ex tribus Anglicanis Waſſe ad Sall. Cat. c. 45 qui etiam ex aliis autoribus exempla adfert. SCHOETTG. In Cubae horto legitur: *capita occulta.* Videtur ſcribendum *oculata* vt apud Iuntam; fabulantur enim Poëtae Argi oculos pauonis pennis ab Iunone inſertos; hinc cecinit Ouidius libr. I Metamorph. *Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas, Extinctum eſt, centumque oculos nox occupat vna. Excipit hos, volucrisque ſuae Saturnia pennis Collocat, et gemmis caudam ſtellantibus implet.* PONTED.

28, 4 QVOT ABLATA SVNT. ) Hoc membrum *quot ablata ſunt* a librariis fortaſſe interpoſitum fuit; nam ſine eo perfecta eſt ſententia: *Decima die omnia oua gallinacea ſubtrahantur, et alia item gallinacea totidem recentia ſupponantur.* Apud Creſcentium qui haec omnia in 9, 82 tranſtulit, id non extat, neque in vernacula Palladii interpretatione. Accepit autem Palladius a Columella hunc locum, qui 8, 11 de ſupponendis huiusmodi ouis ita loquitur: *Decimo deinceps die omnia gallinacea ſubtrahantur: et totidem recentia eiusdem generis ſupponantur, vt trigeſima luna, quae eſt fere noua, cum pauoninis excludantur.* PONTED.

28, 5 NATOS AVTEM PVLLOS) Verba circumſcripta libri duo veteres non agnoſcunt. Talia licet nec profint nec obſint, tamen eiicienda ſunt, vt auctores potius integros, quam dimidiatos librarios legamus. BARTHIVS 38, 10. Cum ſuſpectam haberet Commelinus hanc lectionem, τὸ *autem pullos* lineis circumdedit, quia fortaſſe in codicibus, quibus vtebatur, non extabat. Apud Creſcentium quoque id non legitur, neque in Ienſonianis libris, ſed tantum: *Natos ſi ad vnam transferre* etc. Ille quoque vernaculae Palladii interpretationis auctor haec tantum vertit: *E ſe quando ſon nati uuoli dare quelli dell' una Gallina all' altra etc.* PONTED.

28, 5 COLVMELLA) 8, 11, 13. SCHOETTG.

vni nutrici viginti quinque ſufficere. mihi vero, vt bene educi poſſint, videntur quindecim ſatis eſſe. Primis diebus far ordei conſperſum vino pullis dabitur, vel vndecunque cocta pulticula et refrigerata. poſtea adiicietur porrum conciſum, vel caſeus recens, ſed expreſſus: nam ſerum pullis nocet. Locuſtae etiam pe-
6 dibus ablatis praebentur. Ita paſcendi ſunt vſque ad ſextum [o] menſem [p]. Deinde ordeum poteris praebere ſolenniter [q]. Trigeſimoquinto tamen die [r] poſtquam nati ſunt, etiam in agrum tuto eiici poſſunt comitante nutrice paſcendi, cuius ſingultu reuocantur ad villam. Pituitas vero et cruditates iis remediis ſubmouebis, quibus gallina curatur. Maximum illis periculum eſt, cum incipit criſta produci: nam patiuntur languores infantum ſimilitudine [s], cum illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

XXIX. IN phaſianis nutriendis hoc ſeruandum eſt, vt nouelli ad creandos foetus parentur, id [a] eſt qui anno ſuperiore ſunt editi: veteres enim foecundi eſſe non poſſunt. Ineunt foeminas menſe Martio [d] vel Aprili. Duabus vnus maſculus ſufficit, quia caeteras aues ſalacitate non aequat [c]. Semel in anno foetus creant [d].
2 Viginti fere ouis pariendi [e] ordo concluditur [f]. Gallinae his melius incubabunt, ita vt quindecim phaſianina oua [g] nutrix vna cooperiat, et [h] caetera ſui generis ſupponantur. In ſupponendo, de luna et diebus quae ſunt in aliis dicta ſeruentur [i]. Trigeſimus dies maturos pullos in lumen [k] emittet. Sed per quindecim [l] dies diſcocto [m] ac refrigerato leuiter [n] ordei farre paſcentur, cui vini imber aſpergitur. Poſt triticum fractum [o] praebebis, et locuſtas, et oua formicae. Sane ab aquae pro-
3 hibeantur acceſſu, ne eos pituita concludat. Quod ſi pituitam patientur phaſiani, allio cum pice liquida trito roſtra eorum debebis aſſiduus perfricare, vel vitium,
4 ſicut gallinis fieri conſueuit, auferre. Saginandi haec ratio eſt, vt vnius modii triticea farina [p] in breuiſſimas offulas redacta clauſo phaſiano per XXX dies *miniſtrata* [q] ſufficiat: vel, ſi ordeaceam farinam praebere volueris, vnius, et ſemiſſis modii farina per praedictos dies ſaginam replebit. Obſeruandum ſane eſt, vt offulae ipſae oleo leuigentur aſperſo, et ita inſerantur faucibus, ne ſub infima linguae parte mergantur: quod ſi euenerit, ſtatim pereunt [r]. Illud quoque magnopere curemus, ne [s] praebeantur noua alimenta, niſi [t] digeſtis aliis [u]; quia eos facillime onus cibi haerentis [x] extinguit. XXX. AN-

o) *vnum Cr.* p) *diem I. B. R.* q) *ſollenniter Lugd.* r) *Triceſimo tamen quinto die E.* recte. s) *dolores ſimilitudine infantium E.* [T. XXIX.] a) *iidem qui Barth.* b) *Martii vel Aprilis Cr. menſe* om. *E.* c) *non aequant E.* recte. d) *creabunt Lugd. E.* e) *patiendi I. B. R.* f) *concludet I. B. R.* g) *phaſiana oua E.* v. Lex. R. h) *et* om. *Lugd. Cr. E.* i) *ſeruemus Lugd. E.* k) *lumine mittet I. B. R.* l) *XII I. B. R.* m) *decocto Barth. diſcreto Cr.* n) *leuiter* om. *Barth.* o) *fructum Barth.* p) *tritici farina E.* q) *miniſtrata* om. *E.* r) *peribunt E. Lugd. I. B. R.* s) *vt I. B. R.* t) *niſi* om. *Barth. Lugd. I. B. R. niſi — aliis* om. *E.* u) *aliis* om. *I. B. R. Lugd.* x) *arentis Barth.*

28, 5 EDVCI) *Educere* eſt educare, quemadmodum et ſupra n. 1 pro *educant* quidam legunt *educunt.* Virgilius: - - *alii ſpem gentis adultos Educunt foetus.* BARTHIVS 39, 8.

28, 5 VNDECVNQVE) ex omnibus partibus. Terentianus apud Lactantium 1, 6 *vir doctiſſimus vndecunque Varro.* SCHOETTG. Mihi videbatur ſignificare *ex quocunque* legumine vel frumento.

29 De *phaſianis* multa interpretes ad Petro. c. 93. Deſcripſit hunc locum Creſc. 9, 83.

29, 1 VETERES) Phaſianos pro ſenibus accipias. Sic in Priapeis; et *veteres fagi* apud Virg. Ecl. 3. BARTH. 39, 8.

29, 1 CAETERAS AVES) Poſteriorem vocem omittit Lugd. meo quidem iudicio, male, quia ad ſenſum ſupplendum neceſſario requiritur. SCHOETTG.

29, 2 VINI IMBER) *Imber* eſt, quo quid adſpergitur aut irrigatur. Sic *vrinae imber* eſt infra c. 35. Claudianus de ornatricibus Veneris: *longos haec nectaris imbres irrigat.* BARTHIVS 39, 8.

30 Conſ.

XXX. ANSER ſane [a] nec ſine herba, nec ſine aqua facile ſuſtinetur: locis con-
ſitis inimicus eſt, quia ſata et morſu laedit et ſtercore: pullos [b] praeſtat et plumas,
quas et autumno vellamus et vere. Vni maſculo tres foeminae ſufficiant. Si deſit
fluuius, lacuna formetur [c]. Si herba non ſuppetit, trifolium, foenum Graecum,
agreſtia intuba, lactuculas [d] ſeremus alimento. Albi foecundiores ſunt; varii vel fuſci,
minus: quia de agreſti genere ad domeſticum tranſierunt. Incubant a Calendis 2
Martii vſque ad aeſtiuum ſolſtitium. Plus parient, ſi gallinis oua ſupponas [e]. Ex-
tremum partum matribus iam vacaturis educare permittimus. Pariturae ad haram [f]
perducantur. cum ſemel hoc feceris, conſuetudinem ſponte retinebunt. Gallinis
ſicut [g] pauonina, etiam anſeris oua ſupponas [h]. ſed anſerina [i] oua ne noceantur [k], ſup-
poſitis ſubiiciatur vrtica. Parui primis decem diebus intus paſcendi ſunt, poſtea 3
ſereno eos poterimus educere [l], vbi vrtica non fuerit, cuius aculeos formidant [m].
Quatuor menſium [n] bene ſaginantur: nam melius in aetate tenera pingueſcunt.
Polenta dabitur in die ter. large vagandi licentia prohibetur. loco obſcuro clauden-
tur et calido: ſic maiores etiam ſecundo menſe pingueſcunt. nam paruuli ſaepe die
trigeſimo [o]. ſaginantur melius, ſi ad ſatietatem milium [p] praebeamus infuſum. In-
ter [q] anſerum cibaria legumen omne porrigi [r] poteſt, excepto eruo [s]. Cauendum 4
eſt etiam, ne pulli eorum ſetas glutiant. Graeci ſaginandis [t] anſeribus polentae duas
partes, et furfuris quatuor aqua calida temperant, et ingerunt pro appetentis vo-
luntate [u] ſumenda. tribus [x] per diem vicibus potu adiuuant. media quoque nocte
aquam miniſtrant. Peractis vero XXX diebus, ſi vt iecur his tenereſcat, optabis,
tunſas caricas et aqua maceratas in offas volutabis exiguas, et per dies [y] viginti con-
tinuos miniſtrabis anſeribus.

XXXI. HIS

[T. XXX.] a) *ſane* om. *P.* b) *polluit Praeſtat Pol. Cr.* c) *lacunae formentur E.* mox *ſuppetat.* d) *lactucas E.* e) *illarum ſupponantur I. I —— G.* f) *aream E. I. B. R. Barth. aram* ſemper *Cr.* g) *ſupponas E.* h) *ſicut - - etiam* deſ. *P. Cr.* i) *anſerina oua* deſ. *P. Cr.* k) *noceantur a. V. it. Barth. Lugd. Pol. noceatur ſuppoſitis Cr. noceant ſuppoſitis,* alii. l) *educare E.* m) *reformidant I. I —— G.* n) *menſibus a. V.* o) *trig. moriuntur. Sag. vero etc. I. I —— G.* p) *milium coctum E.* q) *Item I. B. R.* r) *praeſtari P.* s) *herbo I. B. R. herebo Cr.* t) *anſeribus* om. *E.* u) *voluptate a. V.* x) *tribus —— miniſtrant* om. *Barth.* y) *dies* om. *I. B. R.*

30 Conf. Geop. 14, 22; Col. 8, 14; Creſc. 9, 84.

30, 2 AD HARAM) In altero libro eſt, *aream*; improbe. *Hara* enim etiam anſerile latine dicitur. Varro 3, 10 de iisdem: *ſingulis vbi pariant, faciendum haras quadratas circum binos pedes et ſemipedem.* BARTH. 38, 10 add. Col. 8, 15, 6.

30, 2 NE NOCEANTVR) Haec eſt veriſſima ſcriptura e membranis priſcis deſumta. Quis enim *noceri* poteſt, non nutricibus. Neque inſolens verbum eſt. Sic infra c. 35 *quodſi inobſeruantes homines ſub aëre deprehendant, nulli fructuum noceri.* In membranis iiſdem clare ſcriptum eſt: *nullum fructum noceri.* Ita Coelius Aurelianus Acutarum 2, 22 *non apud Romam ſolum phebotomatos pleuriticos, ſed in omni regione noceri debuit indicare.* Idem 3, 18 *Nocentur enim atque vexantur hoc vſu quamquam parui temporis reuelationem falſam ſentire videantur.* BARTH. Voluit noſter exprimere Col. 8, 14, 8.

30, 4 CAVENDVM EST ETIAM, NE PVLLI EORVM SETAS GLVTIANT) Scribendum non *eorum* ſed *hoedorum*, nam *eorum* deprauatum. Accepit haec Palladius a Quintiliis apud quos Geop. 14, 22 de Anſeribus haec traduntur: *φυλακτέον δὲ ὁμοίως μήπως ἐρίφου, ἢ χοίρου τρίχας καταπίνωσι· διαφθείρονται γὰρ καταπίνοντες. Cauendum ſimiliter ne forte hoedi aut porci pilos deglutiant* (anſeruli) *deglutientes enim moriuntur.* PONTED. Toleraui *eorum*, quod refero ad anſerum: quia ſetae non haedorum modo, ſed aliorum etiam animalium noxiae.

30, 4 GRAECI) Geop. l. c. *ἀλφίτων δύο μέρη καὶ πιτύρων τέσσαρα θερμῷ φυραθέντα* commemorantur.

40, 4 VT IECVR HIS TENERESCAT) Haec addit, quia Romanis maxime in deliciis erat iecur anſerinum. Hier. Mercurialis Var. Lect. 3, 8. SCHOETTG. Ficis augere iecinora adeo ſolenne fuit, vt Graecia infima *συκωτὸν* pro ipſo iecore, et Latine loquentes *ficatum* dicerent,

XXXI. HIS ordinatis, caetera exequenda ſunt. nam piſcinae duae vel ſolo impreſſae, vel caeſo lapide circa villam eſſe debebunt; quas facile eſt, aut fonte aut imbre ſuppleri, vt vna ex his vſui ſit [a] pecoribus, vel auibus aquaticis: alia madefaciat virgas et coria et lupinos [b], et ſi qua ruſticitas conſueuit infundere.

XXXII. FOENI, palearum, ligni, cannarum repoſitiones nil refert in qua parte [ſiant [a],] dummodo ſiccae ſint atque perflabiles, et longe remoueantur a villa propter caſum ſurripientis [b] incendii.

XXXIII. STERCORVM [a] congeſtio locum ſuum tenere debebit, qui abundet
humore, et propter odoris [b] horrenda a praetorii auertatur [c] aſpectu. Humor abun-
dans hoc praeſtabit ſtercori, vt ſiqua inſunt ſpinarum ſemina, putreſiant. Stercus
aſinorum primum eſt, maxime hortis; dein ouillum, et caprinum [d], et iumento-
rum; porcinum vero peſſimum: cineres optimi; ſed columbinum feruidiſſimum [e],
2 caeterarumque auium ſatis vtile [eſt [f],] excepto paluſtrium. Stercus, quod anno
requieuerit, ſegetibus [g] vtile eſt, nec herbas creat [h]: ſi vetuſtius ſit, minus prode-
rit. pratis vero recentia ſtercora proficient [i] ad vber [k] herbarum. Et maris purga-
menta, ſi aquis dulcibus eluantur, miſta reliquis vicem ſtercoris exhibebunt, et li-
mus, quem ſcaturiens aqua vel fluuii incrementa reſpuerint.

XXXIV. HORTI et pomaria [a] domui proxima eſſe debebunt [b]. Hortus ſit
ſterquilinio maxime ſubiectus, cuius [c] eum ſuccus ſponte foecundet. ab area longe
ſitus [ſit [d].] nam puluerem palearum patitur inimicum. Felix poſitio eſt, cui leniter [e]
2 inclinata planicies curſus aquae fluentis per ſpatia diſcreta deriuat. Si fons deſit,
aut imprimendus eſt puteus: aut, ſi nequeas hoc, piſcina ſuperius conſtruenda [eſt [f],]
vt illinc [g] aquas pluuia conferente [h], hortus per aeſtiuos rigetur ardores. Si hac
omni facultate carueris, ſemper altius tribus vel quatuor pedibus ad paſtini ſimili-
3 tudinem fodies hortulum, qui ſic cultus negligat [i] ſiccitates. Sed huic quamuis
contra neceſſitatem miſta [k] ſtercore quaelibet terra conueniat, tamen haec genera
ſunt in electione vitanda, creta [l], quam argillam dicimus, atque rubrica. Illud quo-
que cuſtodies in hortis, quos humoris natura non adiuuat, vt diuidas [per [m]] partes,
et

[T. XXXI.] a) *ſufficiat P.* b) *et lupinos* om. *E.* [T. XXXII.] a) *ſiant* om. *I. B. R. Lugd. E.* b) *ſurrepentis* coni. *Morg. I,* 81. [T. XXXIII.] a) *ſterquiliniorum E.* b) *foetoris I. I —— G. oloris Cr.* vid. ad 1, 19, 1. c) *conuertatur a. V.* d) *ouium et caprum E.* e) *feruentiſſimum E.* f) *eſt* om. *Lugd. P. E.* g) *ſatis P.* h) *nec caret herbis E.* i) *proderunt P.* k) *vbertatem Cr. E.* [T. XXXIV.] a) *pomarii Barth.* b) *debent E.* c) *cuius ſucco I. I —— G.* d) *ſit* deeſt *Barth: I. B. R. E.* e) *leuiter I. B. R.* f) *eſt* om. *E.* g) *illi I. B. R. E.* h) *conſternante P.* i) *negligit I. B. R.* k) *vita P. iuta Lugd. E. veſtita Barth.* l) *creta ſcilicet E.* m) *per* om. *Lugd. I. B. R. E.*

rent, e. g. Marcell. Empir. c. 22 *Ficatum lupi integrum lauri foliis inuolues.* Inde Itali hodie *Fegato, Higado* Hiſpani, *Foyer* Galli. Obſeruauit etiam Salmaſ. ad Solin. p. 343 a. F.

31 PECORIBVS) lauandis ſcil. Vid. Goeſium Indice Agr. v. *lauacrum.*

32 SVRRIPIENTIS) Non *ſurripere* ſolent clanculum incendia, ſed aperte graſſari. Quidſi *ſurgentis* fuit, quod vt ortum eſt ex *ſurrigo*, ita pronunciatione eo potuit declinari etc.

33 Deſcripſit Creſc. 2, 13. Conf. Col. 2, 15.

34, 1 CVI LENITER) Vid. leg. *cum.*

34, 2 SEMPER ALTIVS) Vid. Col. 11, 3, 10.

34, 3 MISTA STERCORE) Ex varietate lectionis ſupra propoſita coniicio veram lectionem eſſe *iuta*, e qua cum *vita* ortum eſſet puncto tranſpoſito, coniecit aliquis *veſtita*, quod ipſum cum non placeret, miſta repoſuerunt. Participio hoc vtitur noſter Mart. 10, 36 *iuti humoribus.* Quin viderat hoc olim I. Fr. GRONOV. ad Liu. 2, 5 vbi hanc formam noſtro propriam docet, quam oſtendit etiam noſter Index.

34, 4 MV-

et hieme ad Meridiem, aeſtate ad Septentrionem ſpatia [n] colenda conuertas.
[Debent [o] etiam horti eſſe clauſi: ſed] munitionis multa ſunt genera. Alii lu- 4
to inter formas clauſo, parietes figuratos ex lateribus imitantur. Quibus [co-
pia [p]] ſuppetit, macerias luto et lapide excitant. Plerique ſine luto congeſta in
ordinem [q] ſaxa componunt. Nonnulli foſſis ſpatia colenda [r] praecingunt: quod
vitandum eſt, quia horto ſubducit humores, niſi forte locus paluſtris colatur. Alii
ſpinarum plantas et ſemina in munitione diſponunt. Sed melius erit rubi ſemina, 5
et ſpinae, quae rubus caninus vocatur, matura [s] colligere, et cum farina erui [t] ex
aqua macerata miſcere. funes dehinc [u] ſparteos veteres hoc [x] genere miſtionis [ſic [y]]
inducere, vt intra funes ſemina recepta ſeruentur vſque ad verni temporis initia.
Tunc vbi ſepes futura eſt, duos ſulcos tribus a ſe pedibus ſeparatos, ſeſquipedis al- 6
titudine faciemus, et per vtrosque, funes cum ſeminibus obruemus leui terra. Ita
trigeſima die procedunt ſentes [z], quos teneros adminiculis opus eſt adiuuare, qui-
bus inter ſe ſentes [a] per ſpatia vacua relicta iungentur. Partes ſane horti ſic diui- 7
dendae ſunt, vt eae, in quibus autumno ſeminabitur, verno tempore paſtinentur:
quas [b] ſeminibus vere complebimus, autumni [c] tempore debebimus [d] effodere. ita
vtraque paſtinatio decoquetur beneficio algoris, aut ſolis. Areae faciendae ſunt an-
guſtiores, et longae, id eſt duodecim pedum longitudine, et ſex latitudine, vt [e] ſint
propter ſpatia vtrinque [f] purganda diuiſae. Margines vero earum locis humidis vel
irriguis duobus pedibus erigantur, ſiccis vno extuliſſe ſufficiet. Inter areas (ſi hu-
mor conſueuit effluere) ſpatia altiora ipſis areis eſſe debebunt, vt facilius ingredia-
tur aream de ſuperiore parte humor admiſſus, et vbi ſitientem ſaturauerit, in alias
poſſit excluſus auerti. Serendi tempora licet per menſes certa ſignemus, tamen ſe- 8
cundum loci et caeli naturam vnuſquiſque cuſtodiat. frigidis locis autumnalis ſatio
celerior fiat, verna vero tardior: calidis autem regionibus, et autumnalis ſerior fieri
poteſt, et verna maturior. Quaecunque [g] ſerenda ſunt, cum luna creſcit, ſeminen-
tur: quae ſecanda ſunt [h] vel legenda, cum minuitur.

XXXV. CONTRA nebulas et rubiginem. Paleas et purgamenta pluribus locis per hortum diſpoſita ſimul omnia, cum nebulas videris inſtare, combures. Contra grandinem multa dicuntur. Panno roſeo [a] mola cooperitur. item cruentae ſecures contra caelum minaciter leuantur. item [b] omne horti ſpatium alba vite praecingitur:

n) *ſpatia colenda* deſ. *P.* o) *Debent — ſed* om. *I. B. R. Lugd. E.* p) *copia* om. *Lugd. I. B. R. E.* q) *in ordine E.* r) *ſpatia collocanda E.* s) *matura* om. *P.* t) *herbi I. B. R. herebi Cr.* u) *deinde P.* x) *hoc genere* om. *P.* y) *ſic* om. etiam *Lugd. E.* z) *ſentes* om. *I. B. R.* a) *ſentes* om. *E.* b) *quas vero I. B. R.* c) *verne E.* d) *debemus Lugd. E.* e) *ſic propter Lugd. I. B. R. et ſint E.* f) *vtrisq. Lugd.* g) *quae I. B. R.* h) *ſunt* om. *E.* [T. XXXV.] a) *ruſſeo Lugd. E.* b) *Tum I. B. R.*

34, 4 MVNITIONIS GENERA) Vid. Col. 11, 3, 3.

34, 4 LVTO INTER FORMAS CLAVSO) Vid. ad Col. 9, 7, 4.

34, 4 QVIBVS [COPIA] SVPPETIT) Iam nominauit parietes, quare gloſſatores pereant. Tu lege cum Mſ. *Quibus ſuppetit materia, luto et lapide excitant.* BARTH. 38, 10. Quin *macerias* retinendum, quarum quartum genus Varronis 1, 14, 4 hic indicatur.

34, 5 SED MELIVS ERIT RVBI) Deſcripſit hanc particulam, et, quae ſequitur Creſc. 2, 28. Noſter autem vſus eſt Col. 11, 3, 5.

34, 7 AREAE FACIENDAE) Col. 11, 3, 13 qui locus hunc interpretatur, vt legitur in antiquis editionibus, *ſic diuiſas* vult *areas propter ſpatia vtrinque purganda*, quia in ſemita conſiſtens opera vltra tres pedes vix porrigere manus poteſt, ſine periculo incidendi in ſata.

35 Pleraque hoc capite tradita, ſuperſtitioſa bonam partem, habet etiam Columella 10, 340 ſqq. vbi ea explicata ſunt.

35, 1 VRSI

cingitur: vel noctua pennis patentibus extenſa ſuffigitur: vel ferramenta, quibus
2 operandum eſt, ſepo [c] vnguntur vrſino. Aliqui vrſi adipem cum oleo tuſum [d] reſeruant, et falces hoc, cum putaturi ſunt, vngunt. ſed hoc in occulto debet eſſe remedium, vt nullus putator intelligat: cuius vis tanta eſſe perhibetur, vt neque gelu, neque nebula, neque aliquo animali [e] poſſit noceri. intereſt etiam [f] vt res profanata non valeat. – Contra culices et limaces, vel amurcam recentem, vel ex cameris fuliginem ſpargimus. – Contra formicas, ſi in horto habent foramen, cor noctuae admoueamus; ſi foris veniunt, omne horti ſpatium cinere, aut cretae candore ſignemus [g].
3 – Contra erucas, ſemina quae ſpargenda ſunt, ſemperuiuae [h] ſucco madefiant, vel erucarum ſanguine. Cicer [i] intra olera propter multa portenta ſerendum eſt. Aliqui cinerem de fico ſuper erucas ſpargunt. item ſquillam vel in horto ſerunt, vel certe ſuſpendunt. Aliqui mulierem menſtruantem, nuſquam cinctam, ſolutis capillis, nudis pedibus contra erucas et caetera hortum faciunt circumire. Aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortum clauis [k] figunt.
4 – Contra animalia quae vitibus nocent, cantharides, quas in roſis inuenire conſueuimus, oleo merſas reſolui patieris in tabem: et cum putandae ſunt vites [l], hoc oleo falces [ putatorias [m] ] perunges. – Extinguuntur cimices amurca et [n] felle bubulo, lectis aut locis perunctis, vel foliis ederae tritis ex oleo, vel incenſis ſanguiſugis.
5 – Vt olera animalia infeſta non generent, in corio teſtudinis omnia ſemina, quae ſparſurus es, ſicca: vel mentam locis pluribus, maxime inter caules, ſere: hoc praeſtare fertur eruum [o] aliquantulum ſatum [p], praecipue vbi radices et rapa naſcuntur. Vel acre acetum ſucco iuſquiami [q] miſtum, fertur olerum pulices necare, ſi ſpargas. – Campas fertur euincere, qui fuſticulos allii ſine capitibus [r] per horti omne ſpatium
6 combu-

c) *ſaeuo Lugd. ſeuo E.* d) *tunſum E. I. B. R.* e) *malo I. I. A. H. G. E.* nobiſc. *Lugd.* f) *etiam* om. *Lugd. I. B. R. E.* g) *ſignabimus Lugd. I. B. R.* h) *ſemperuiui E.* i) *Cicer autem E.* k) *crucifigunt* iunct. *P. Barth. Lugd. E.* l) *vites* om. *E.* m) *putatorias* om. *Lugd. I. B. R. E.* n) *et felle bubulo* om. *P.* o) *herbum I. B. R.* p) *ſtratum I. B. R.* q) *Hyosquiami Lugd.* r) *capitibus comburens nidorem excitarit* reliquis omiſſis *Barth.*

35, 1 VRSI ADIPEM) Afric. Geop. 5, 30. SCHOETTG.

35, 2 NEQVE ALIQVO ANIMALI) In Regienſi et Commeliniano, Ienſonianoque libris occurrit: *neque aliquo animali poſſit noceri.* Quod contemnendum iudico, cum de Africani libris id acceperit Palladius. Apud Africanum enim Geop. 5, 30 haec habemus non abſimili modo: *ἢ ἀρκέῳ στέατι τὰ δρέπανα χρῖε, μηδενὸς εἰδότος, ἐν οἷς τὰς ἀμπέλους τέμνεις, καὶ οὔτε φθεῖρες, οὔτε παγετὸς ἀδικήσει τὴν ἄμπελον: c. vrcino adipe, nemine vidente, falces quibus vites putas, vnguito; neque pediculi, neque glacies viti nocebunt.* PONTED. Ego putabam *παγετὸν* Africani eſſe *gelu* et *nebulam* Palladii; huius autem animal illius *φθεῖρας* a corrumpendo dictas.

35, 2 INTEREST ETIAM) Pro *etiam* legendum videtur *enim: Profanata* hic ſumitur ex etymo, *e fano* elata, eliminata.

35, 2 CONTRA FORMICAS) Habet etiam Creſc. 6, 2 vt etiam illud *contra erucas.*

35, 3 MVLIÆREM MENSTRVANTEM) Ego excidiſſe aliquid puto, et ſcribendum: *Aliqui mulierem primum menſtruantem.* Quae vox latere facile in principio et fine duarum potuit. Talis enim mulier requirebatur. Colum. 10, [359] BARTH. 39, 8.

35, 3 NVDIS PEDIBVS) Sic fiebat in ſacris magicis, vt Geuartius docet Elect. 2, 12. Sane hoc magicum fuiſſe, Columella innuit lib. 10 vbi *Dardanias artes* vocat. BVCHN.

35, 4 INCENSIS SANGVISVGIS) quae viciſſim depelluntur nidore incenſi cimicis Col. 6, 18, 2; Veg. 3, 4, 43.

35, 5 IVSQVIAMI) Bene liber: *ſucco hyoſciami.* Eſt autem hyoſciamus, quem *altercum* vocant Latini, teſte Coelio 3, 21 acut. et Scribonio Comp. 52. BARTH. 38, 10. Deſcribunt etiam Plin. 25, 4 et Apuleius de herbis c. 4. Solemne eſt librariis, graecum *κυ* in *qui* mutare, vt *ſquibala* apud Vegetium Artis Vet. 1, 47 *Iuſquiamus* occurrit apud eundem 2, 12. SCHOETTG. Ita in Bartholomaei Anglici opere de proprietatibus rerum 17, 87 *iuſquiamus* ſemper ſcribitur. Vid. Ind. *quima, quatus.*

35, 6 CAMPVS FERTVR) In Mſ. legitur: *Campas*

comburens, nidorem locis pluribus excitarit. Si contra [s] eaſdem vitibus volue-
rimus [t] conſulere, allio trito falces putatoriae feruntur vnguendae. Naſci quoque
prohibentur, ſi circa arborum vel vitium crura bitumen et ſulfur incendas: vel ſi
ablatas de horto vicino campas excoquas aqua, et per horti tui [u] ſpatia vniuerſa dif-
fundas. – Ne cantharides vitibus noceant [x], in cote, qua falces acuuntur, ipſae
ſunt conterendae. – Democritus aſſerit, neque arboribus, neque ſatis quibuslibet 7
noceri poſſe a quibuscunque beſtiis; ſi fluuiales cancros plurimos, vel marinos, quos
Graeci παγούρους nominant, non minus quam decem fictili vaſculo in aqua miſſos
tegas, et ſub dio ſtatuas [y], vt decem diebus ſole [z] vaporentur. poſtea quaecunque
illaeſa volueris eſſe, [ea [a] aqua] perfundas, et octonis diebus peractis hoc repetas,
donec ſolide, quae optaueris, adoleſcant. – Formicas abiges [b], ſi [c] origano et ſulfure 8
tritis foramen aſperges [d]. hoc et apibus nocet. item cochlearum vacuas teſtas ſi vſſe-
ris, et eo cinere foramen inculces. – Culices galbano infuſo fugantur, aut ſulfu-
re. – Pulices amurca per pauimentum frequenter aſperſa, vel cymino agreſti cum
aqua trito, vel ſi [e] cucumeris agreſtis [f] ſemen aqua reſolutum ſaepe infundes [g],
vel aquam lupinorum pſilotri auſteritatibus iunctam [h]. – Mures, ſi amurcam ſpiſ- 9
ſam patinae infuderis, et in domo nocte poſueris, adhaerebunt. item necabuntur, ſi
helleboro nigro caſeum, vel panem, vel adipes [i], vel polentam permiſceas et offe-
ras. Et [k] agreſtis cucumeris et colocynthidis [l] ſuffuſio ſic [m] nocebit. – Aduerſus
mures agreſtes Apuleius aſſerit ſemina bubulo felle maceranda ante quam ſpargas.
nonnulli rhododaphnes [n] foliis aditus eorum claudunt, qui roſis his, dum in exitu [o]
nituntur, intereunt. – Talpas Graeci hoc genere perſequuntur: Nucem perforari 10
iubent, vel aliquod pomi genus ſoliditatis eiuſdem. ibi paleas et ceram [p] cum ſul-
fure ſufficienter includi. tunc omnes paruulos aditus, et reliqua ſpiramenta talpa-
rum diligenter obſtrui [q], vnum foramen, quod amplum ſit [r], reſeruari, in cuius
aditu nucem intus incenſam ſic [s] poni, vt ab vna parte flatus poſſit accipere, quos
ab alia parte diffundat: ſic impletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinus, vel
necari [t]. – Mures ruſticos, ſi querneo cinere aditus eorum ſatures, attactu frequenti 11
ſcabies

s) *contra easdem* om. *I. B. R. Lugd. Barth.* t) *conſulemus*; *allio Lugd. conſulimus allio P. ſi vitibus conſulemus E.* u) *tui* om. *Lugd.* x) *noceant — conterendae* om. *P.* y) *ſtatues I. B. R. ſub diuo E.* z) *per ſolem E.* a) *ea aqua* om. *Lugd. E. I. B. R.* b) *metuens P.* c) *ſi* om. *I. B. R. Pol. Lugd. E.* d) *aſpergens I. B. R. Lugd. E.* e) *ſi* om. *I. B. R. E.* f) *agreſtis* om. *P.* g) *infundens I. B. R. E.* h) *iutam Lugd.* i) *adipe P.* k) *Et agreſtis cucumeris* deſ. *P.* l) *coloquintidis I. B. R. fuſio E.* m) *ſic* deeſt *P.* n) *rhododaphnis I. I——G.* o) *exitu* omnes. p) *cedrum Lugd. cedriam E.* q) *obrui Lugd. I. B. R. E.* r) *eſt Lugd. I. B. R.* s) *intus accenſam E. ſupponi P.* t) *vel fugare poteris protinus vel necare E.*

*Campas fertur euincere, qui fuſticulos allii ſine capitibus comburens nidorem excitarit.* Apage cum ſpurcitiis ſuis farctores. BARTHIVS 38, 10.

35, 6 NE CANTHARIDES) Haec ſumta ſunt ex Africano Geop. 5, 49; et Zoroaſtre 13, 16. SCHOETTG.

35, 7 DEMOCRITVS ASSERIT) Verba eius extant Geop. 5, 50 et 10, 89 vnde ad verbum fere ſua vertit Palladius. Vide etiam, quae de παγούροις notauit Needham ad 10, 87. SCHOETTG.

35, 8 AVSTERITATIBVS IVNCTAM) *Iutam* legi vult I. F. GRON. ad Liu. 2, 5 recte et ex more Palladii. V. Index in *Iuuo* et *Adiuuo*.

35, 9 SI HELLEBORO) Eadem praecipit Paxamus Geop. 13, 4. SCHOETTG.

35, 9 APVLEIVS) Verba eius extant Geop. 13, 5. SCHOETTG.

35, 10 ET CERAM) Lugd. *et cedrum*, quam lectionem comprobat Paxamus Geop. 13, 7 ἔμβαλλε ἄχυρα καὶ κεδρίας τὸ ἀρκοῦν καὶ θεῖον. SCHOETTG. Poteſt fieri, vt *cedriam* ſcripſerit Palladius, *cedrum* ſubſtituerit librarius, et alius *ceram*. Sed mutare tamen quidquam nolui, cum *ceram*,

ſcabies occupabit ac perimet. – Serpentes prope omni auſteritate fugantur, et
nocentes ſpiritus innocentia fumi graueolentis exagitat. Vramus galbanum, vel
cerui cornua, radices lilii, caprae vngulas. hoc genere monſtra noxia prohibentur.
12 – Opinio Graecorum eſt, ſi nubes locuſtarum repente ſurrexerint [u], latentibus in-
tra tecta cunctis hominibus, eam poſſe tranſire: quod ſi inobſeruantes [x] homines
ſub aëre deprehendant, nulli [y] fructuum noceri, ſi continuo omnes ad tecta con-
fugiant. Pelli etiam dicuntur amari lupini vel agreſtis cucumeris aqua decocta, ſi
muriae [z] miſta fundatur. Exiſtimant aliqui locuſtas vel ſcorpios fugari poſſe, ſi ali-
13 qui ex eis vrantur in medio. – Campas nonnulli ficulneo cinere perſequuntur. ſi
permanſerint, vrina bubula et amurca aequaliter miſta conferueant, et vbi refrixe-
rint [a], olera omnia hoc imbre conſperge [b]. πρασοκούριδας [c] Graeci vocant animalia,
quae ſolent hortis nocere. Ergo ventriculum veruecis [d] ſtatim occiſi plenum [e]
ſordibus ſuis, ſpatio, quo abundant, leuiter debebis operire. poſt biduum reperies
14 ibi animalia ipſa [f] congeſta. hoc cum bis vel [g] tertio feceris, genus omne, quod
nocebit [h], extingues. Grandini creditur obuiare, ſiquis crocodili pellem vel hyae-
nae, vel marini vituli per ſpatia poſſeſſionis circumferat, et in villae aut cortis
ſuſpendat ingreſſu, cum malum viderit imminere. item ſi paluſtrem teſtudinem
dextra manu ſupinam ferens vineas perambulet, et reuerſus eodem modo ſic illam
ponat in terra, et [i] glebas dorſi eius obiiciat curuaturae, ne poſſit inuerti, ſed ſu-
pina permaneat. hoc facto fertur ſpatium ſic defenſum nubes inimica tranſcurre-
15 re. — Nonnulli vbi inſtare malum viderint, oblato ſpeculo imaginem nubis acci-
piunt, et hoc remedio nubem (ſeu vt ſibi obiecta diſpliceat, ſeu [k] tanquam gemi-
nata

u) *ſurrexerit E.* x) *obſeruantes E.* y) *nullum fructum Barth. Lugd.* z) *vrinae Barth.* a) *re-friguerint E.* b) *conſpargere I. B. R. E.* c) *πρασθοκορίδας B. R. πρασοκορίδας I. I —— G. πρασσοκορίδας Ienſſ. praſocoridas P. Lugd. E.* d) *verbecis Lugd. v. Ind.* e) *ventriculo —— pleno —— ſpatium —— debes E.* f) *ipſa* om. *P.* g) *et P.* h) *nocebat, extinguis P. E.* i) *vt Lugd. E.* k) *ſeu vt E.*

*ceram*, tanquam parabiliorem *cedriae* ſufficere ipſe quoque Palladius potuerit.

35, 11 SERPENTES) Plura vide apud Plinium H. N. 28, 9, 10. SCHOETTG.

35, 11 NOCENTES SPIRITVS) nihil ſunt aliud, quam adflatus peſtilentes ſerpentium. Ouidius lib. III Metam. —— *quique halitus exit Ore niger ſtygio, vitiatas inficit auras.* Haec Gronouius Obſ. 1, 23 qui ſimul refutat Barthium, quod per *monſtra* haec et *ſpiritus*, daemonas vult intelligi. Gronouii ſententiam confirmat Africanus Geopon. 5, 48 quem noſter exſcripſit; hic enim habet: *ἀπήλασαν αὐτόθι τὰ θηρία.* SCHOETTG.

35, 11 MONSTRA) vocantur, vt Statio, angues in Herculem infantem immiſſi: – *quum prima nouercae Monſtra manu premeres.* Et cur Africa monſtrorum mater? Gronouius l. c. Virgilius Georg. 1, 184 *Inuentusque cauis bubo, et quae plurima terrae Monſtra ferunt:* —— vbi Seruius: *Monſtra, id eſt alia purgamenta terrarum.* SCHOETTG.

35, 12 OPINIO GRAECORVM EST) Et ex iis Democriti Geopon. 13, 1 *ἐὰν νέφος ἀκρίδων ἐπέρχηται* etc. SCHOETTG.

35, 12 SI MVRIAE MISTA) Democr. l. c. *εἰ πικρῶν θέρμων ἢ ἀγρίων σικύων ζεσθέντων σὺν ἅλμῃ καταῤῥανθῶσι.* SCHOETTG.

35, 13 FICVLNEO CINERE) *κονίαν ἀμπελίνην* habet Florentinus Geopon. 12, 8.

35, 13 *Πρασοκούριδες*) Et haec quoque olim corrupta vox erat: *πρασιαὶ*, vt Graecorum Grammatici oſtendunt, ſunt *αἱ τῶν κήπων λαχανιαί· Κόριδες*, vnde nomen compoſitum, beſtiolas ſignificare ſatis notas, manifeſtum eſt: quare *πρασιοκόριδας* legendum arbitror. In Geoponicis tamen *πρασοκουρίδας* ſcriptum eſt: tanquam a porro, quod Graeci *πράσον* vocant, nomen illis inditum ſit: eadem certe ratio earum necandarum illic a Diophane, quae hic a Palladio traditur, vt vel Latinus a Graeco, vel contra Graecus ſcriptor a Latino hoc remedium neceſſario acceperit. VICTORIVS. Needham ad Geopon. 12, 9 noſtram lectionem defendit bonorum auctorum teſtimonio. Eſt autem *πρασοκουρὶς* animalculum viride, olera et porra (vnde et nomen traxit quod Gaza vertit *porricidas*) adrodens. SCHOETTG.

35, 14 GRANDINI CREDITVR) Ex Geopon. 1, 14.

35, 16 VIR-

nata alteri cedat) auertunt. item vituli marini pellis in medio vinearum loco vni ſuperiecta viticulae creditur contra imminens malum totius vineae membra veſtiſſe.
Omnia ſemina horti vel agri feruntur [l] ab omnibus malis ac monſtris tuta ſeruari, ſi 16
agreſtis cucumeris tritis radicibus ante macerentur [m]. Item equae [n] caluaria, ſed non virginis, intra hortum ponenda eſt, vel etiam [o] aſinae [p]. Creduntur enim [q] ſua praeſentia foecundare, quae ſpectant.

XXXVI. AREA longe a villa eſſe non debet, et propter exportandi facilitatem, et vt fraus minor timeatur, domini vel procuratoris vicinitate ſuſpecta. Sit autem vel ſtrata ſilice, vel ſaxo montis exciſa, vel ſub ipſo triturae tempore vngulis pecorum, et aquae admiſtione ſolidata [a], clauſa deinde et robuſtis munita cancellis
propter armenta, quae, cum teritur [b], inducimus. Sit circa hanc locus alter planus 2
et purus, in quem frumenta transfuſa refrigerentur, et horreis inferantur: quae res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde [vndecunque [c]] proximum tectum, maxime in humidis regionibus: ſub quo propter imbres [d] ſubitos frumenta (ſi ne-
ceſſitas coegerit) raptim vel [e] munda vel ſemitrita ponantur. Sit autem [area [f]] 3
loco ſublimi et vndecunque perflabili, longe tamen ab hortis, vineis, atque pometis [g]. nam ſicut radicibus virgultorum proſunt laetamen et paleae, ita inſidentes frondibus [eas [h]] perforant, atque [i] arere [k] compellunt.

XXXVII. APIBVS ſtationem non longe a domini [a] aedibus in horti parte ſecreta et aprica, et a ventis remota, et calidiore locare debemus, quae in quadratam conſtituta menſuram fures et acceſſus hominum pecudumque ſubmoueat. ſit [b] abundans floribus, quos in herbis vel in [c] fruticibus, vel in arboribus procuret induſtria.

l) *feruntur I. B. R.* m) a verbo *macerentur* vſque ad finem deeſt *P.* n) *aeque I. B. R.* o) *potius I. B. R. Barth. Lugd. E.* p) *aſellae Barth.* q) *enim* om. *E.* [T. XXXVI.] a) *ſolidata* om. *Lugd.* b) *cum teretur E.* c) *vndecunque* om. *P. Cr.* d) *per imbres E.* e) *vel* om. *P.* f) *area* om. *I. B. R. Cr.* g) *pomeriis Cr.* forte *pomariis.* h) *eas* om. *Lugd. P. Cr. E.* i) *et corrumpunt Cr.* k) *areſcere P.* [T. XXXVII.] a) *dominicalibus vel in horti parte ſecunda Barth. Lugd. domicalibus vel in h. E.* b) *Sit et P.* c) *in* deeſt *I. B. R.* dein *fructibus E.* ſic et mox.

35, 16 VIRGINIS) *Equa virgo* pulcre dicta, quae marem nondum paſſa eſt. *Virgo Camelus* apud Feſtum: *Camelis virginibus ſupplicare nupturae ſolitae ſunt.* BARTHIVS 39, 8. Sic *ouis virgo* Sedulius 1, 67 —— *qua vellere praeuius albo Virginis agnus ouis, grexque omnis candidus intrat.* Venantius Fortunatus Carm. 2, 3 *Quaeque lupi fuerant raptoris praeda ferocis In cruce reſtituit virginis agnus oues.* Pſellus in Canticum Canticorum p. 696 Ἔχεις γὰρ ὄμματα τερπνὰ περιστερᾶς παρθένου. SCHOETTG.

36 Deſcripſit pleraque Creſcentius 3, 1.

36, 1 FRAVS MINOR TIMEATVR) Suſpicor legendum *minus.* Creſcentius *non* ſubſtituit.

36, 2 VNDECVNQVE) Creſcentius 3, 1 *Fiat deinde proximum tectum*, τὸ *vndecunque* non habet, et recte fortaſſe; nam huiusmodi nubilarium non vndecunque, ſed certo in loco conſtitui debet, meridianae parti oppoſitum, ne ab area ſolem auertat. De hoc vid. Columella 1, 6, 24. Cum itaque hac de voce dubitarem, transmiſſae ſunt mihi ex Florentinis codicibus duae lectiones, quarum prima eſt: *Fiat domum vndecunque proximum tectum*; altera vero melior: *Fiat et inde proximum tectum.* PONTED.

36, 3 LAETAMEN ET PALEAE) Suſpicabar legendum *laetamine paleae.* Paleae proſunt radicibus *laetamine*, quia nutriunt eas. Sed intercedit Didymus Geop. 2, 26 quam prae oculis habuit noſter haud dubie, ὥσπερ γὰρ ἡ κόπρος, οὕτω καὶ τὰ ἄχυρα ταῖς μὲν ῥίζαις συμβάλλεται, τοῖς δὲ κλάδοις καὶ τοῖς φύλλοις βλαβερώτατά ἐστι κ. τ. λ.

37 Conf. Col. 9, 5. Hauſit ex noſtro quaedam Creſc. 9, 94 et plura 98.

37, 1 A DOMINI AEDIBVS) Mſ. probiſſime, *a dominicalibus.* Vt *aedes* ſubintelligatur. Ita *Plutonia* eſt regia Plutonis apud Horatium. Sed et hoc melius quod inſerta vocula legitur, *vel in horti parte ſecunda.* BARTHIVS 38, 10.

 37, 2 ME-

2 duſtria. herbas nutriat, origanum, thymum, ſerpyllum, ſatureiam, meliſphyllum[d], violas agreſtes[e], aſphodilum[f], citraginem[g], amaracum, hyacinthum, qui iris vel gladiolus dicitur ſimilitudine foliorum, narciſſum, crocum, caeteraſque herbas ſuauiſſimi odoris et floris. In fruticibus vero ſint roſae, lilia, fabae[h], roſmarinus, hederae: in arboribus ziziphus, amygdalus, perſicus, pirus, pomiferaeque arbores, quibus nulla amaritudo reſpondet flore[i] deſucto. Silueſtria vero, glandifera robora, terebinthus, lentiſcus, cedrus, tilia, ilex minor, et linus[k]. ſed[l] taxi re-
moueantur

d) *melisſillum Pal. Lugd. E.* om. *P. Cr.* e) *agreſtes, aſph. citraginem* om. *P. Cr.* f) *asfodillum a. V.* et *Lugd.* g) *citriaginem Pal. Lugd. I. B. R. E.* h) *violae flabae Barth. E. Lugd.* hic tamen om. *lilia.* i) *floris vel ſucci P. flore defuncto E.* k) *tinus Lugd. Pol. I. B. R. E. cinus* al. l) *et P.*

37, 2 MELISPHYLLVM) Mſ. Pal. et Lugd. *melisſillum*, vnde coniicit Sylburgius ſcriptum fuiſſe *meliſſophilon.* Sed *meliſſophyllon* vocant Dioſcorides 3, 118 et Apuleius c. 118; μελιττεῶνα Didymus Geop. 15, 5. Latinis *apiaſtrum* dicitur, non confundendum cum illo *apiaſtro*, quod graece ἄγριον σέλινον, alias *herba ſardoa* dicitur. Salmaſius ad Soli. c. 4 p. 71 Harduinus ad Plin. 20, 11. SCHOETTG. *Citrago* eadem eſt, quae *meliſphyllum* ſiue *meliſſophyllum*, quam poſteriorem *meliſſam* vocamus. De qua quidem re quidquam ampiius adiicere ſuperſedeo; ipſa enim per ſe ſatis euidens eſt. Si quis tamen ampliorem deſideret comprobationem, Dioſcoridem adeat, qui 3, 109 *meliſſophyllum* a Romanis *citraginem* vocari docet. Quapropter vel *meliſphyllum* vel *citraginem* delendum videtur. PONTED.

37, 2 ROSAE, LILIA, FABAE) Optime Mſ. *In fruticibus vero roſae, lilia, violae flabae.* Nec quicquam a lectione ſcripta recedendum arbitror, niſi ſi leges, *violae, fabae. Violas* agnoſcit in eadem re Colum. 9, 5 *fabas* Varro 3, 16. BARTH. 38, 10.

37, 2 TILIA ILEX MINOR, ET CINVS) Arbor *Cinus* omnibus obſcura iacet, ſed id mendoſe legitur pro *Pinus*, quae apibus quoque inſeruit, vt Columella litteris tradidit 9, 4: *itemque ſemper virens pinus, et minor ilex, nam prolixior ab omnibus improbatur.* Si quis tamen miretur, cur potius *Pinus* emendem quam *Tinus*, vt legitur in Ienſonianis libris, Columellaeque locum ſecus ac caſtigauit Salmaſius (hic enim probat, *Itemque ſemper virens tinus*) legam, is ſciat aptiorem ad mellificium mihi videri *Pinum* quam *Tinum.* Hoc autem quo planius accipi poſſit, inter neceſſaria eſſe video adiicere, ſtirpes bifariam Apibus inſeruire; ſunt enim quae ſuccum de floribus praeſtant, quo mel conficitur; ſunt quae reſinoſam materiam de cortice et foliis exhibeant, vnde cera conſtat. Ad mellificium itaque faciunt ſtirpes ſtoriferae, et odoriferae, vt Thymum, Apiaſtrum, Cytiſus, Viola, Serpillum, Amaracus, et aliae innumerae, *quibus*, vt Palladii verbis vtar, *nulla amaritudo reſpondet flore deſucto.* Ad ceram autem parandam Terebinthus, Lentiſcus, Cedrus, Ilex, Pinus, Abies, Larix. De primo apium munere ita Virgilius 4. Georg. cecinit: *Pars intra ſepta domorum Narciſſi lacrymam:* - - De altero quoque ſtatim: *et lentum de cortice gluten, Prima fauis ponunt fundamina.* De hoc item Ioannes Oricellarius libro quo vernacula lingua Apium cultum eſt complexus: *E la viſcoſa colla da le ſcorze Nel picciol ſen raccolgono, e co' piedi Pongon le prime fondamenta ai faui; A cui ſoſpendon la tenace cera.* Sunt etiam ſtirpes quae vtrumque item praeſtant, de flore nempe mel, de cortice ceram, vt Amygdalus, Prunus, Ceraſus. His ita traditis, nunc ſequitur vt propius rem videamus. *Tinus* quoniam nullum de cortice ſtillat gluten, ob flores tantum ad mellificium conferenda eſſet, niſi eos nullo etiam odore inſignes a media hieme emitteret, et, accedente vere, iisdem exui ſoleret, quibus temporibus in ſuo quaeque alueo ſtabulantur apes, neque ad pabulum egrediuntur, ſed fauis congeſtum mel edunt. Ideoque tam praecipua ad mellificium Tinus cenſenda non videtur. Contra Pinus a primo vere vſque ad brumam reſinam fundit, quam ſemper excipere poſſunt apes. Idcirco vt in campeſtribus locis domeſticas apes, ita in Alpinis tractibus totum meridiem excipientibus memoria repeto vidiſſe me ſaepe ſilueſtres, veſpasque omne genus circa Pinos Laricesque volitare, ſtillantemque oleoſum ſuccum ſuſcipere. Quapropter neque illud Columellae *ſemper virens pinus, et minor ilex* ſecus legendum ac in vulgatis libris cenſeo; nam vt *minor Ilex*, vt *Terebinthus*, vt *Lentiſcus*, vt *Cedrus* circa aluearia conſeruntur, quae tamen non floribus qui nulli fere in huiusmodi amentaceis plantis, ſed reſina mellificantes apes iuuant, ita etiam *Pinus.* Neque illi Virgilii verſus qui libr. 4 *Georg.* traditi ſunt: *Ipſe Thymum Pinosque ferens de montibus altis Tecta ſerat late circum cui talia curae.* (Quos ad ſuam ſententiam immutauit Salmaſius: *Verior*, inquit, *etiam apud Virgilium lectio:* ipſe thymum Tinosque ferens, *quam notauit Philargyrus.*) aliter accipiendi videntur. Etenim non modo in omnibus quos vidi, editis Virgilii libris, ſed etiam in rariſſimo eodemque mirae antiquitatis Florentino codice ſic, vt poſui, leguntur. In quorum altero verſu recte verbum *ſerat*, vt in editis etiam, ſed non omni-
bus

moueantur inimicae. Primi ſaporis mella thymi ſuccus effundit. ſecundi meriti 3
thymbra, ſerpyllum vel origanum. tertii meriti roſmarinus et ſatureia. Caetera [m],
vt arbutus et olera, ſaporem ruſtici mellis efficiunt. Sint autem arbores a Septentrionali parte diſpoſitae. Frutices atque virgulta ordines ſuos ſub maceriis exequantur. herbas deinde in [n] plano poſt frutices conſeremus. Fons vel riuus [o] huc conveniat otioſus, qui humiles tranſeundo formet lacunas, quas [p] operiant rara et transverſa virgulta, ſedes tutas apibus praebitura cum ſitient. Sed ab [q] his apium caſtris 4
longe ſint omnia [r] odoris horrendi, balneae, ſtabula, coquinae fuſoria. Fugemus [s] praeterea animalia quae ſunt apibus inimica, lacertos [t], blattas et his ſimilia. Aues etiam pannis [u] et crepitaculis terreamus. Purus cuſtos [x] frequens et caſtus accedat, habens noua aluearia praeparata, quibus excipiatur examinum rudis iuuentus.
Vitetur [y] odor coeni [z], et cancer aduſtus [a], et locus qui ad humanam vocem falſa imi- 5
tatione reſpondet. Abſint et herbae, tithymallus, helleborum, thapſia [b], abſinthium, cucumis agreſtis, et omnis amaritudo conficiendae aduerſa dulcedini.

XXXVIII. ALVEARIA meliora ſunt, quae cortex formabit [a] raptus ex ſubere, quia non transmittunt vim frigoris aut caloris. poſſunt tamen et ex [b] ferulis fieri. ſi hae deſint, ſalignis viminibus fabricentur, vel ligno cauatae arboris, aut tabulis, more
cuparum. fictilia deterrima ſunt, quae et hieme gelantur, et aeſtate ferueſcunt. Sed 2
inter ea loca, quae muniri debere praecepimus [c], podia ternis alta pedibus fabricentur inducta [d] teſtaceo, et albario opere leuigata, propter lacertorum [e] caeterorumque animalium noxam, quibus eſt moris irrepere: et ſupra haec podia aluearia collocentur, ita vt non poſſint imbre penetrari, ſpatiolis inter ſe patentibus ſegregata. Anguſtus tamen aditus admittat examina propter frigoris et caloris iniuriam. Sane ventis frigidioribus altus paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis ſedibus apricare.
Aditus omnes ſoli opponantur hiberno, qui in vno cortice duo vel tres eſſe debe- 3
bunt ea magnitudine quae apis formam [f] non poſſit excedere. Sic enim noxiis animalibus ingreſſu reſiſtetur anguſto: vel ſi apes obſidere voluerint exeuntes, alio, vbi [g] non fuerint, vtentur [h] egreſſu.

XXXIX. APES

m) *Cetera vero E.* n) *in* om. *I. B. R.* o) *riuus ſit, qui P.* p) *quas —ſitient* om. *P.* q) *a caſtris apium P.* r) *omnia —— coquinae* om. *P.* s) *fugabimus Lugd.* t) *lacertas.* u) *pennis I. B. R. pannis et* om. *Pol.* x) *cuſtos* om. *Lugd.* y) *Vitietur Ienſſ.* om. *P.* z) *odor foeni E.* a) *exuſtus Lugd. P.* b) *tapſia a V. Tharſia Lugd.* om. *P.* [T. XXXVIII.] Cum priori tit. cohaeret in Mſ. *Erf.* a) *formauit E.* mox *ex vbere id.* b) *ex* om. *Lugd. E.* c) *praecipimus I. B. R. praecipi Lugd. praecepi E.* d) *induta Lugd. E.* e) *lacertarum P.* f) *magnitudinem P. Cr.* g) *cum non defuerit I. B. R. Barth. Lugd. cui defuerint E.* omitt. *P. Cr.* h) *nitentur Barth. vitentur Lugd.*

bus (ſunt enim in quibus occurrit pro *ſerat ferat* vitioſe) ſcriptum eſt. Virgilium porro Ioannes Oricellarius imitatus, hoſce verſus eleganter vt ſolet, in vernaculam noſtram conſuetudinem protulit: *Il buon cultor de l' Api con ſue mani Porti da gli alti monti il verde pino, E lo transponga ne ſuoi floridi horti Con le ſue barbe integre e col natiuo Terreno attorno, ſi che non s' aueggia La ſuelta pianta auer cangiato ſito.* Neque denique hunc ipſum Palladii locum aliter reſtituendum exiſtimaui, quoniam Virgilium, Columellam, Oricellarium ita poſuiſſe video. PONTED.

37, 3 SECVNDI MERITI) eſt pretii ſecundi, vt crebro ſcriptores Chriſtiani. Macrob. 1, 3 ſomn. *Eadem loca tam ſibi quam caeteris eiusdem meriti didicit praeparari.* Pro pretio occurrit infra Febr. 9, 5 *Sic merita ſua vitis quaeque ſeruabit.* BARTH. 39, 8.

37, 3 RVSTICI MELLIS) quod *nemorenſe* vocat Col. 9, 4, 7.

37, 5 CANCER ADVSTVS) Vid. Col. 9, 5, 6.

38 Conf. Col. 9, 6. Deſcripſit Creſc. 9, 94 et 95.

38 2 PODIA) *Suggeſtus lapideus* Columellae 9, 7, 1.



39 Habet

XXXIX. APES ſi emendae ſunt, prouideamus vt plena aluearia comparentur: quam rem vel [a] inſpectio, vel murmuris magnitudo, vel frequentia monſtrat [b] commeantis ac remeantis examinis [c]: [et [d]] ex vicina potius quam [ex [e]] longinqua regione, ne aëris nouitate tententur [f]. Si vero longius aduehendae ſunt [g], nocte collo portentur: nec collocare, nec aperire aluearia, niſi veſpere inſtante, debemus.
2 Speculemur deinde per [h] triduum, ne omne ianuas ſuas egrediatur examen. hoc enim ſigno fugam meditantur aſſumere [i]. Contra haec et [k] caetera, ſuo vnumquodque menſe [l] reddemus [m]. Tamen creduntur non fugere, ſi ſtercus primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculorum.

XL. NON alienum eſt, ſi aquae copia patiatur, patremfamilias de ſtructura balnei cogitare; quae res et voluptati plurimum confert [a] et ſaluti. Itaque balneum conſtituemus in ea parte, qua calor futurus eſt, loco ab humore ſuſpenſo, ne vligo eum [b] fornacibus vicina, refrigeret. Lumina ei dabimus a parte meridiana, et Oc-
2 cidentis hiberni, vt tota die ſolis iuuetur et illuſtretur aſpectu. Suſpenſuras vero cellarum ſic facies: aream primo bipedis ſternis, inclinata ſit tamen ſtratura ad fornacem, vt ſi pilam miſeris, intro ſtare non poſſit, ſed ad fornacem recurrat. ſic eueniet vt flamma altum petendo, cellas faciat plus calere. Supra hanc ſtraturam pilae laterculis argilla ſubacta et capillo conſtructae fiant, diſtantes a ſe ſpatio pedis vnius et ſemiſſis, altae pedibus binis ſemis. Super has pilas bipedae conſtituantur binae in altum, atque his ſuperfundantur teſtacea pauimenta, et tunc, ſi copia eſt, marmora collo-
3 centur. Miliarium vero plumbeum, cui aerea patina ſubeſt, inter ſoliorum ſpatia forinſecus ſtatuamus fornace ſubiecta, ad quod miliarium [c] fiſtula frigidaria dirigatur, et

[T. XXXIX.] a) *vel* om. *Lugd.* b) *monſtrat* deeſt *P.* c) *probant* add. *P.* d) *et* om. *Lugd. E.*, *ex* om. *I. B. R.* e) *ex* om. etiam *Lugd. E.* f) *tereantur P. terreantur Cr.* g) *longius vehenda ſunt E.* h) *poſt I. B. R. Lugd.* i) *arripere Cr.* k) *vel P. Lugd.* l) *ſuo vna quaeque m. E.* m) *redemus I. B. R. reuidebimus I. I — G. reddemus* etiam *Lugd.* [T. XL.] a) *conferat E.* b) *eum I. B. R. cum* al. c) *fiſtula —— magnitudinis* om. *E.*

39 Habet Creſc. 9, 97.

39, 1 SI VERO LONGIVS) Sumta ſunt haec ex Col. 9, 8 et Florent. Geop. 15, 2.

39, 2 REDDEMVS) Suſpicor leg. *trademus.* SCHOETTG. Nihil mutandum: Ita Varro 3, 17, 1 ita Plinius centies.

40 Conf. Vitruu. 5, 10.

40, 1 A PARTE MERID.) Didymus Geop. 3, 2. SCHOETTG. Vitr. l. c. *quod maxime tempus lauandi a meridiano ad veſperum eſt conſtitutum.*

40, 2 SVSPENSVRAS CELLARVM) h. e. cauum illud cellae caldariae ſ. balneo proprio ſubiectum igne aut eius vapore certe ita implendum, vt incumbens ei pauimentum incaleſcat. Hoc proprie eſt hypocauſtum, vel hypocauſis, quaſi tu dicas locum ab inferiori parte calefactum. Quamquam ſpecialiſſime hoc nomine ſignificatur ipſe focus, in quo ignis excitatur et flamma, cui miliarium ſ. ahena imponuntur, quod *fornacem* ſtatim noſter vocat, *praefurnium* Vitruuius.

40, 2 LATERCVLIS) *beſſales* eſſe iubet Vitruuius ſiue octonorum pollicum. Hae pilae igitur ſuſtinent pauimentum cellarum: et interuallis ſuis vaporem concipiunt ipſi pauimento communicandum.

40, 3 MILIARIVM) Vas erat in balneo, in quo calida aqua fiebat, et populo etiam ſubminiſtrabatur. Vide Cuiacium Obſ. 2, 6; Bayſium de Vaſculis apud Gronouium t. IX antiqq. Graec. col. 699; Freinshemium de calidae potu c. 1, §. 5; Graeuium praef. tom. XII Antiqq. Rom. Imaginem eius exhibet Baccius de Conuiuiis vet. 3, 6. SCHOETTG. Formam miliarii ſatis vel ipſe noſter deſignat Apr. 8, 7. Breuiter vas eſt calefaciendae aquae eo loco conſtitutum, vbi ignis maxima vis eſt, et ita conſtructum, vt facillime et celerrime aqua in eo caleſcere poſſet: quam ad rem etiam canales in ſerpentis modum contortos machinati ſunt, quos dum tranſirent aquae caleſcerent, de quibus rebus, qui de balneis ſcripſere, itemque nuper Caſtellus in villarum apud antiquos deſcriptione ſatis egerunt.

40 3 CVI AEREA PATINA SVBEST) credo, ad vim ignis excipiendam, ne ita facile corrumpatur miliarium.

40, 3 FORINSECVS) extra cellam, in quam fiſtula cum epiſtomio ex miliario ducta pertinet.

40, 4 SI-

et ab hoc ad ſolium, ſimilis magnitudinis fiſtula procedat, quae tantum calidae ducat
interius, quantum fiſtula illi frigidi liquoris intulerit. Cellae autem ſic diſponantur,
vt quadrae non ſint, ſed, (verbi gratia) ſi xv pedibus longae fuerint, x latae ſint:
fortius enim vapor inter anguſta luctabitur. Soliorum forma pro vniuscuiusque vo-
luntate fundetur. Piſcinales cellae in aeſtiuis balneis a Septentrione lumen acci- 4
piant, in hiemalibus a meridie. Si fieri poteſt, ita conſtituantur [d] balneae, vt omnis
earum per hortos decurrat eluuies. Camerae in balneis [ſi [e]] ſigninae [fiant,] for-
tiores ſunt. quae vero [f] de tabulis fiunt, virgis ferreis tranſuerſis, et ferreis arcubus
ſuſtinentur. Sed ſi tabulas [g] nolis imponere, ſuper arcus ac [h] virgas bipedas [i] con- 5
ſtitues ferreis ancoris colligatas, capillo inter ſe atque argilla ſubacta cohaerentes,
et ita impenſam teſtaceam ſubter [k] inducis: deinde albarii operis nitore decorabis.
Poſſumus etiam, ſi compendio ſtudemus, hiberna aedificia balneis imponere: hinc
et habitationi teporem ſubmittimus, et fundamenta lucramur.

XLI. SCIRE conuenit, quoniam de balneis loquimur, quae ſunt malthae
calidariae [a] vel frigidariae, vt ſiquando in ſoliis ſciſſa ſunt [b] opera, poſſit repente ſuccurri.
Calidariae compoſitio talis eſt: Picem duram, ceram albam ponderibus aequis, ſtu-
pam, picis liquidae totius ponderis dimidiam partem, teſtam minutam, flore calcis,
omnia ſimul miſta [c] in pila contundes, et iuncturis curabis inſerere. – Aliter: Ammo-
niacum remiſſum, ficum, ſtupam, picem liquidam tundis [d] pilo, et iuncturas oblinis.
– Aliter: Ammoniacum et ſulfur vtrumque reſolutum line, vel infunde iuncturis. 2
– Item picem duram, ceram albam et ammoniacum ſuper remiſſum ſimul iuncturis
adline [e], et cauetere cuncta percurre. Item florem calcis cum oleo miſtum iuncturis [f]
illine, et caue ne mox aqua mittatur. – Aliter: Sanguini taurino et oleo florem cal- 3
cis admiſce, et rimas coniunctionis obducito. Item ficum et picem duram [g], et oſtrei
teſtas ſiccas ſimul tundes. his omnibus iuncturas diligenter adlines. Item malthae
frigidariae,

d) *balnea, vt omnis eorum —— decurrat ebulliens. E.* e) *ſi* et *fiant* om. *Barth. Lugd. E.* f) *de tubulis* omiſſo *fiunt E.* g) *tubulos Barth.* h) *has I. B. R.* i) *bipedes I. B. R. E.* k) *ſuperinducis* iunct. *I. B. R.* [T. XLI.] a) *caldariae Lugd. calderiae E.* et om. *vel frigidariae.* b) *ſint Lugd. E.* c) *mixta confundes, et I. B. R. Lugd. E.* d) *in pilo I. B. R. E. Barth. confundis et iunct. Lugd.* e) *adlide Lugd.* f) *infunde* inſ. *Barth.* g) *oſtreae.*

40, 4 SIGNINAE) *ſtructiles* vocat epitome Vitruuii c. 17; ipſe autem Vitr. *ex ſtructura.*

40, 5 ANCORIS) *vncinos* vocat Vitruuius, et quas *virgas* noſter appellat, *regulas.* Nimirum pro fornice primo ponuntur arcus, his imponuntur, vel ab his ſuſpenduntur regulae; crates illa vel tabulis contegitur ligneis, vel bipedis ſ. tegulis ex argilla: *earum camerarum,* audis Vitruuium, *ſuperiora coagmenta ex argilla cum capillo ſubacta liniuntur: inferior pars, quae ad pauimentum ſpectat,* (hoc eſt Palladii ſubter) *primum teſta cum calce trulliſatur; deinde opere albario ſ. tectorio politur.*

41, 1 CALIDARIAE) qua loca in balneis ſciſſa et corrupta reficiebantur. Salmaſius ad Solinum c. 52 p. 771. SCHOETTG.

41, 1 FRIGIDARIAE) qua piſcinarum, ciſternarum ac puteorum rimae ac lacunae farciebantur ac ſolidabantur. Salmaſius l. c. SCHOETTG.

41, 2 REMISSVM) quod, poſtquam apud ignem ferbuit, ſtatim colorem remittens vſurpatur. Exempla habet Barth. Adu. 38, 1. SCHOETTG. *Remitti* cum de ſale dicitur, eſt dilui; ſed hic quidem non aliam intelligo remiſſionem, quam liquefactionem ſ. reſolutionem, vt quae ſicca ſunt liquidis poſſint infriari. Ad infriationem illam pertinere videtur illud *ſuper,* quo mox vtitur, *Ammoniacum ſuper remiſſum etc.*

41, 2 FICVM) Etiam Plinii maltham ingreditur 36, 25 ſ. 58 Adſcribemus, ſi iuuare queamus: *Maltha e calce fit recenti. gleba vino reſtinguitur, mox tunditur cum adipe ſuillo et ficu duplici linamento.* Duo vltima verba, neſcio an bene emendet atque interpretetur Harduinus, qui legi vult *linimento,* et intelligi corium duplex, quo inducenda ſint tectoria parietum. Sed quid parieti cum maltha? *Linamento* forte illinenda maltha, eoque deinde vtendum ad explendas rimas ad eum modum, vt vulneribus non imponuntur modo linamenta emplaſtro illita, ſed etiam

frigidariae, ſanguinem bubulum, florem calcis, ſcoriam ferri, pilo vniuerſa contundes, et ceroti inſtar efficies, et curabis adlinire. Item ſeuum liquefactum cribellato cineri admiſtum frigidae aquae inter rimas labenti, ſi adlinatur, obſiſtet.

XLII. SI aquae copia eſt, fuſuras [a] balnearum debent piſtrina ſuſcipere; vt ibi formatis aquariis molis, ſine animalium vel hominum labore frumenta frangantur.

XLIII. INSTRVMENTA [a] vero haec, quae ruri neceſſaria ſunt, paremus [b]. Aratra ſimplicia, vel ſi plana regio permittit, aurita, quibus poſſint [c] contra ſtationes humoris hiberni, ſata celſiore [d] ſulco attolli. Bidentes [e], dolabras, falces putatorias,
2 quibus in arbore vtamur et vite. Item meſſorias vel foenarias, ligones, lupos, id eſt ſerrulas manubriatas minores maioresque ad menſuram cubiti, quibus facile eſt, quod [f] per ſerram fieri non poteſt, reſecando trunco [g] arboris, aut vitis interſeri: acus, per quas in paſtinis ſarmenta merguntur: falces a tergo acutas atque lunatas: cultellos item curuos [h] minores, per quos nouellis arboribus ſurculi aridi aut extantes facilius ampu-
3 tentur. Item falciculas [i] breuiſſimas tribulatas [k], quibus filicem [l] ſolemus abſcindere; ſerrulas minores, vangas [m], runcones, quibus vepreta perſequimur; ſecures ſimplices vel dolabratas; ſarculos vel ſimplices vel bicornes [n], vel aſcias in [o] auerſa [p] parte referentes raſtros. Item cauteres, caſtratoria ferramenta atque tonſoria, vel
4 quae ad animalium ſolent pertinere medicinam. Tunicas vero [q] pellicias [r], cum cucullis, et ocreas [s] manicasque de pellibus, quae vel [t] in ſiluis, vel in vepribus, ruſtico operi [u] et venatorio [x] poſſint eſſe communes. Expletis [y] his quae pertinent ad generale praeceptum, nunc operas ſuas ſingulis menſibus explicabimus [z], et a menſe Ianuario faciemus initium.

[T. XLII.] a) *fuſuras Barth. fuſura* alii. *ſulfura* et *priſtina* ſunt mendae *Gr.* hoc etiam *Heru.*
[T. XLIII.] a) *Inſtrumenta vero haec* om. *P.* b) *praeparemus I. I —— G.* c) *poſſit Lugd. E.* d) *celſior ſulcus attolli P. celſior ſulcus attollere Lugd. I. B. R. E.* e) *dolabra E.* f) *quod —— reſecando* om. P. g) *truncis arb. interſeri, quod per ſarpam fieri non poteſt: acus P.* h) *curuos* om. *P.* i) *faculas P.* k) *tabulatas Lugd. tubulatas E.* l) *filicem perſequimur: ſerr. Ienſſ.* m) *vuangas I. B. R. bangas P. bancas Pal. vanguas E.* n) *et aſcias E.* bene. o) *in —— raſtros* om. *P.* p) *aduerſa I. B. R.* q) *vero* om. *P.* r) *pelliceas I. I —— G.* s) *ocreis manicas P.* t) *vel* om. *P.* u) *operiet, et I. B. R.* x) *poſſunt E.* bene. y) Verba: *Expletis etc.* ordiuntur ſequ. librum *Lugd. I. B. R. E.* z) *explicantes a I. B. R.* abeſſe notat *Barth.*

etiam duplicia inferciuntur. Veniebat etiam illud in mentem, ſi forte in voce *duplici pix* lateat, et *linamentum* pro ſtuppa ſit, quam Palladius commemorat, vt ſcripſerit Plinius, *cum pice et linamento* aut modo ſimili.

41, 3 ITEM MALTHAE FRIGIDARIAE) Hic titulus eſt eorum, quae ſequuntur, ſiue datiuum ſingularem dicas, ſiue pluralem nominatiuum.

42 FVSVRAS) Si *fuſuras* non placeat, tamquam ἅπαξ hoc quidem intellectu λεγόμενον; *fuſoria* legamus, qua vſus eſt noſter 1, 17, 1 et 1, 37, 4.

42 MOLIS AQVARIIS) Mirum videtur molarum aquariarum, rei incredibiliter vtilis et prope diuinae, tam raram apud veteres mentionem, et vſum: cui vix aliam cauſam adſignauerim, quam ſeruorum copiam, quos in pinſendo occupari vellent. Habet deſcriptionem molae aquariae Vitruuius 10, 10. Et tamen cum Plinius prode, 18, 10 ſ. 23 *Maior pars Italiae ruido vtebatur pilo: rotis etiam, quas aqua verſet obiter et molat.* Vitruuiana deſcriptio etiam in hoc imperfectior eſt noſtris molis, quod nullam mentionem habet ſubtiliſſimae illius per pannum laneum cribrationis, qua ad delicias vſque frumenta laeuigantur.

43, 1 AVRITA) Aratris auritis, niſi fallor, opponuntur βραχέα, Geop. 3, 1. SCHOETTG.

43, 2 PER SERRAM) Non negligenda lectio Medicea, *per ſarpam*, quae videtur ἅρπη Graecorum eſſe, a qua *ſarpi* dicuntur, et *ſarpta vineta* apud Feſtum.

43, 3 DOLABRATAS) Earum imaginem, niſi fallor, expreſſit Graeuius ad Florum 4, 10, 10

43, 4 AD GENERALE PRAECEPTVM) Ian. 13, 4 *generalia* vocat abſolute. Ita etiam Columella praeceptum vocat librum ſuum vndecimum 11, 1, 2.

PALLA-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS[a].

## TIT. I.

IANVARIO menſe locis temperatis ablaqueandae ſunt vites, quod Itali excodicare appellant, id eſt circa vitis codicem [a] dolabra terram diligenter aperire, et purgatis omnibus velut lacus efficere, vt ſolis teporibus et [b] imbribus prouocentur.

II. APRICIS, aut macris, aut aridis locis prata iam purganda ſunt, et a pecore vindicanda.

III. PINGVES et ſicci agri proſcindi et apparari [a] iam poſſunt. Sed boues melius collo, quam capite iunguntur; quos, vbi ad verſuram venerint [b], arator retineat, et iugum propellat, vt eorum colla refrigerentur. Sulcus autem in arationibus longior, quam centum viginti pedum eſſe non debet. ſeruandum [vero [c]] eſt, ne inter ſulcos non mota [d] terra relinquatur. Glebae omnes dolabris [e] diſſipandae 2
ſunt. Sed aequaliter terram motam [eſſe] cognoſcis, ſi tranſuerſam per ſulcos perticam

### VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii Lib. II.] a) *Siue Ianuarius I. B. R.* Semper menſis nomen in titulo librorum eſt, qui deinde incipiunt, *Hoc menſe etc.* quod initium eſt etiam in *Lugd.* [T. I.] a) *radicem I. I —— Gry.* b) *et imbribus* om. *Lugd.* [T. III.] a) *aperiri E.* bene. *apta P.* b) *veniunt I. B. R.* c) *vero* om. *Lugd. I. B. R. E.* d) *aequaliter mota I. B. R.* e) *dolabris* om. *E.* non male v. not.

IANVARIVS. Menſium nominibus caſu recto appellauit libros ſuos praeter primum et vltimum Palladius, ſi vera eſt ratio, quam ſeruari diximus in primis editionibus, vt vnusquisque liber incipiat *Hoc menſe.*

1 ITALI) ruſtica dialecto: nam hoc verbum non eſt bonorum ſcriptorum, ſed ruſticorum. Vide BARTHIVM Adu. 13, 2. Ergo Romana lingua erat eruditiorum, Italica vero vulgi. Sic Vegetius de arte Veter. 1, 56 producit tale vocabulum: *cratis, quae iacca vocatur a vulgo.* Perinde enim apud nos verba ſunt quaedam plebeia, quibus artis ſuae terminos vulgus enunciat, a quibus tamen in ſcribendo abſtinemus. SCHOETTG. Catalogum ſatis magnum texuimus eorum, quae ruſticorum propria in his libris dicuntur, quem retulimus in Indicem v. *Ruſticae* voces.

1 EXCODICARE) Iſidorus Orig. 17, 5. *Oblaqueare eſt circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere. Hoc aliqui excodicare appellant.* SCHOETTG.

1 CIRCA VITIS RADICEM) In Manuſcripto libro puto veram lectionem ſupereſſe: *id eſt, circa vitis codicem.* Eamque confirmat Auctor libri de Arboribus, quem ego cur Gargilio Martiali adſcribam, cauſſas in Commentario de dubiis ſcriptoribus diſſerui, cap. X *quaecunque in cliuis erunt poſitae, ita ablaqueandae ſunt, vt a ſuperiore parte ſecundum codicem lacuſculi fiant.* et Columella lib. IV cap. 8. Sed ipſa Etymologia non ſinit dubitare. BARTHIVS 38, 4.

3 Deſcripſit Creſc. 2, 20 et a verbis: *Obſeruandum ne lutoſus* etc. 2, 15.

3, 1 BOVES MELIVS COLLO) Col. 2, 2, 27.

3, 1 ARATOR RETINEAT) Hic locus e Columellae 2, 2 excerptus integer non videtur; haec enim apud Columellam leguntur: *Arator retineat, et in priorem partem iugum propellat, vt eorum colla refrigeſcant, quae celeriter conflagrant, niſi aſſidue refrigerentur.* In vetuſto Florentino codice Palladii locus ſic repertus eſt: *arator retineat in iugum propellens vt eorum colla refrigerentur.* In Vaticanis vero libris manu exaratis: *et iugum propellant; vt corda* etc. vitioſe. PONTED.

3, 2 DOLABRIS) ἐπεξήγημα Creſcentius addit *vel malleis aut ligonibus.*

ticam mittas: quae res ſaepius facta, bubulcos ab hac negligentia ſubmouebit. Obſeruandum [eſt [f],] ne lutoſus ager aretur, aut (quod [g] ſaepe fit) poſt longas ſiccitates leui imbre perfuſus. nam terra quae lutoſa tractatur [h] in primodio [i], fertur
3 toto anno non poſſe tractari: quae autem ſupra leuiter infuſa eſt, et ſubter ſicca, ſi tunc aretur, aſſeritur per triennium ſterilis fieri. Et ideo mediocriter infuſus ager, vt nec lutoſus nec aridus ſit, proſcindi debet. Si collis eſt, tranſuerſus per latera ſulcetur. quae forma tunc ſeruanda eſt, cum ſemen accipiet.

IV. SI clemens fuerit hiems, ordeum Galaticum, quod graue et candidum eſt, circa Idus Ianuarias [a] ſeramus locis temperatis. octo modiis iugerum [b] complebitur.

V. CICERCVLA [a] menſe hoc ſeritur, loco laeto, caelo humido. tres modii iugerum complent. Sed hoc genus ſeminis raro reſpondet, quia decipitur auſtro, vel ſiccitate dum floret, quod tunc prope neceſſe eſt euenire.

VI. HOC menſe vltimo colligendi ſeminis cauſa non pabuli ſecandi, vicia ſeritur. iugerum ſex modii occupant. Serenda eſt in terra proſciſſa poſt horam ſecundam vel tertiam, cum ros eſſe deſierit, quem ferre non poteſt. ſed ſtatim cooperienda eſt ante noctem. nam ſi nuda manſerit, noctis humore corrumpitur. Obſeruandum eſt [a] ne ante vigeſimamquintam [b] lunam ſeratur, quia ſic ſatam limaces perſequuntur.

VII. FOENVM graecum in Italia colligendi ſeminis cauſa, menſe Ianuario vltimo, circa Februarias Calend. [a] ſerimus. ſex modii iugero ſufficiunt [b]. Arandum eſt [c] ſpiſſe, ſed non alte. nam ſi plus quam quatuor digitis obruatur, difficile naſcitur. idcirco quidam minimis aratris proſciſſa prius terra ſeminant, et ſarculis ſtatim ſata cooperiunt.

VIII. ERVVM [a] ſeri et hoc menſe nouiſſimo [b] poteſt, loco ſicco et macro. in iugero quinque [c] modii ſeruntur.

IX. HOC menſe ſerenis et ſiccis diebus, dum gelicidium [a] non eſt, ſunt ſarculanda frumenta. quod opus [b] plerique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, et [c] necentur frigore ſubſecuto. mihi autem [d] videtur herboſis locis tantum eſſe faciendum. Sed triticum et far ſarritur quatuor foliorum; ordeum quinque; faba et legumina, cum ſupra terram quatuor digitis fuerint.
2 Lupinus vero, qui vnam radicem habet, ſi ſarculetur, extinguitur; quod [e] nec deſiderat,

f) *eſt* om. *E.* g) *qui ſaepe ſit* ſine parentheſi *Cr.* h) *aratur Barth.* i) *principio P.* [T. IV.] a) *Ianuarii P. E.* b) *iuger Barth.* [T. V.] a) *Cicerula E.* [T. VI.] a) *eſt* om. *P.* b) *vigeſimam l. E.* [T. VII.] a) *Kal.* hic et vbiq. *Lugd.* b) *ad iugerum ſufficient E.* c) *eſt* om. *P.* [T. VIII.] a) *heruum Lugd. herbum I. B. R. E.* b) *vltimo Lugd.* c) *ſex Barth.* [T. IX.] a) *gelu Barth. gelicidia E.* b) *opus* om. *E.* c) *aut P.* d) *autem* om. *Lugd. P. E. Hoc videtur Barth.* e) *quod - - affligit* deſunt *P.*

3, 2 NE LVTOSVS AGER) Colum. 2, 4, 5. 4 IVGERVM) Liber calamo ſcriptus, *iuger* habet. vt et cap. ſeq. *tres modii iuger complent.* De quo viderint docti: ſequior aetas *iugeres* dixit. Arno Epiſcopus: *Tempore Caroli Magni, iugeres vinearum duas prope ciuitatem Reganoſpurgam.* BARTH. Quae hoc capite habentur, extant apud Columellam 2, 9, 16 vbi tamen *ſex modiis* legitur, non *octo.* SCHOETTG.

5 DECIPITVR) Suſpicabar *deciditur*, vel *decutitur.*

6 SERENDA EST) Colum. 2, 11. SCHOETTG.

9, 2 LVPINVS VERO QVI VNAM TANTVM RADICEM HABET) Creſcentius 3, 100 *Quia vnam tantum radicem habet.* Ita Columella 2, 12 *Excepto tamen Lupino, cuius ſemini contraria eſt ſarritio, quoniam vnam radicem habet*

rat, quia herbas praeter auxilium cultoris affligit. Faba autem ſi bis ſarculetur [f], proficiet, et multum fructum et maximum afferet [g]; vt ad menſuram modii complendi [h] freſa propemodum ſicut [i] integra reſpondeat. Si ſiccas ſegetes ſarculaueris, aliquid [k] contra rubiginem praeſtitiſti. maxime [l] ordeum ſiccum ſarrietur.

X. PASTINVM fieri nunc tempus eſt: quod fit tribus generibus, aut terra in
totum foſſa [a], aut ſulcis, aut ſcrobibus. Terra tota debet effodi, vbi ager immun-
dus eſt, vt ſilueſtribus truncis et radicibus filicis, vel herbarum noxiarum ſpatia li-
berentur. vbi autem mundae ſunt nouales, ſcrobibus paſtinemus aut ſulcis: ſed
ſulcis melius erit, quia humorem in [b] tota ſpatia paſtinata transmittunt. Fiunt er- 2
go ſulci tanta longitudine, quantam deſtinaueris [c] tabulae; latitudine pedum duo-
rum [et] ſemis, vel trium, ita vt iuncti duo foſſores deſignatum linea ſpatium bi-
dentibus perſequantur altitudine trium vel duorum [d] [et] ſemis pedum. Deinde
ſi per homines vinea colenda eſt [e], tantum crudi ſoli relinquimus, et ſic alter ſulcus
imprimitur. ſi vero arandae ſunt vineae, quinque vel ſex pedum ſpatia, quae non
ſunt fodienda, in medio relinquemus [f]. Quod ſi ſcrobes fieri placeat; faciemus 3
tribus pedibus altas, duobus ſemis latas, tribus longas. Siue foſſoribus colantur
vineta, ſeu bubus, eadem ſpatia, quae inter ſulcos ſunt dicta, ſeruemus [g]. Vltra
tres vero pedes altius fodiendae ſcrobes non ſunt, ne laborent frigore ſarmenta quae
pangimus. Latera ſcrobibus aequaliter inciſa ſint, ne obliqua vitis ſaucietur alte
nitentibus ferramentis cum foſſor incumbet. Paſtini [h] vero, quod omne verſabitur, 4
trium vel duorum ſemis pedum altitudine terra vniuerſa fodietur [i]. in quo erit dili-
gentia, ne crudum ſolum fraude occulta foſſor includat. quam rem ſubinde cuſtos [k]
virga,

f) *non affligitur, ſed* inſ. *P.* g) *reddit E. reddet P. Lugd. redditura vt I. B. R. Barth.* h) *complendi* om. *Barth.* i) *ſicut* om. *P.* k) *et* inſ. *Barth.* l) *maxime ſi I. I —— G.* [T. X.] a) *in totum effoſſa E.* b) *velut in totum I. B. R. Barth. Lugd. Cr. 4, 7. E.* c) *decreueris E.* d) *duum ſemis Lugd. E.* e) *v. colligenda eſt E.* f) *relinquimus I. B. R. relinquentur P.* ) *ſeruentur P. ſeruare debemus E.* h) *Paſtino vero omne quod I. B. R. Lugd. E.* i) *a. vniuerſa fodiantur E.* k) *per ſpatia quae fodiuntur cuſtos exploret virga P.*

*bet, quae ſiue ferro ſucciſa eſt, ſeu vulnerata, totus frutex emoritur.* PONTED.

9, 2 ET MVLTVM FRVCTVM ET MAXIMVM AFFERT) Vetus lectio —— *proficiet et multum fructum et maximum redditura.* Cuba vero transſcripſit: *proficiet multum fructum et maximum redditura.* Illud etiam *bis* ſuſpectum habeo, et libentius legerem non *bis*, ſed *ter*, vt apud Columellam 2, 12 a quo haec omnia excerpta: *Adeoque*, inquit Columella, *fabam ſariendam cenſeo, vt exiſtimem deberi ter ſarriri, nam ſic cultam comperimus non ſolum multiplicare fructum, ſed exiguam portionem in valuulis habere.* Et cap. 13 *Fabae modii quatuor vel ſex in veruacto duas operas bubulcorum retinent, at in reſtibili vnam. Occantur ſeſquiopera, ſarriuntur ſeſquiopera, iterum ſarriuntur vna opera, et tertio vna, metuntur vna.* PONTED.

9, 2 FRESA —— SICVT INTEGRA) *Integram* intelligo cum valuulis: nam alioquin freſa faba illam, quae liberata eſt valuulis, non aequare debet tantum, ſed ſuperare: idque ex tota mo-

lendi ratione, legibusque adeo ciuitatum circa hanc rem apertum putamus.

10, 1 TERRA IN TOTVM FOSSA) quae ratio paſtinum κατ' ἐξοχὴν vocatur v. g. Febr. 9, 13.

10, 1 IN TOTA SPATIA) In codice priſco: *quia humorem velut in totum ſpatia paſtinata transmittunt.* Ego emaculandum arbitror: *velut in totum.* Quod ſerie perlecta placiturum arbitror. BARTH.

10, 2 SI VERO ARANDAE SVNT) Intelligo, ſi ea quae foſſores cruda reliquerunt, deinde aranda ſunt: cum vero paullo ante dicitur, *ſi per homines vinea colenda eſt*; *ſolos* intelligo, non adiutos iumentis.

10, 3 NE LABORENT FRIGORE) Cum radii ſolis vltra dictum ſpatium vix penetrent.

10, 3 OBLIQVA VITIS) quae non in media ſcrobe poneretur, ſed ad latera et angulos Vid. Col. 4, 4, 1 it. 5, 5, 2.

10, 4 IN QVO ERIT DILIGENTIA) Deſideratur fortaſſe *adhibenda.* Creſcentius vulgatam ſequitur lectionem: Non ita vernacula Pal-

virga, in qua praedictae altitudinis modus deſignatus eſt, per ſpatia quae fodiuntur, exploret. Radices omnes et purgamenta, maxime rubi et filicis, in ſummum regeri [l] faciat. Quae cura in omni poſitionis genere et vbique ſeruanda eſt.

XI. TABVLAS autem pro domini voluntate [a], vel loci ratione faciemus, ſiue integrum iugerum continentes [b], ſeu medium; ſeu quartanariam [c] tabulam, quae quartam [d] iugeri partem quadrata [e] conficiet.

XII. MENSVRA vero [a] paſtini haec eſt, [vt [b]] in tabula quadrata iugerali [c], centeni octogeni pedes per ſingula latera dirigantur, qui [in [d] ſe] multiplicati trecentas vigintiquatuor [e] decempedas quadratas [f] per ſpatium omne complebunt. ſecundum hunc numerum omnia quae volueris paſtinare [g], diſcuties. Decem [h] et octo enim decempedae, decies et octies ſupputatae, trecentas vigintiquatuor [i] explebunt. Quo [k] exemplo doceberis in maiore agro [l] vel minore menſuram [m].

XIII. SED [a] ſolum vineis ponendis [b] nec ſpiſſum ſit nimis, nec reſolutum [c]; propius [d] tamen reſoluto: nec exile [e], nec laetiſſimum; tamen laeto proximum: nec campeſtre, nec praeceps; ſed potius edito campo: nec ſiccum, nec vliginoſum; modice tamen roſidum: nec ſalſum, nec amarum, quod vitium ſapore cor-
2 rupto vina [f] contriſtat. Caelum mediocris qualitatis, tepidum tamen magis quam frigidum;

l) *reici Barth.* [T. XI.] a) *voluptate Lugd.* b) *facientes P. E.* ſed correctum eſt. c) *quaternariam I. B. R. Barth. Pol. Lugd.* d) *tertiam P.* e) *quadrati Barth.* qui ſuſpicatur *quadratim.* [T. XII.] a) *vero* deeſt *I. B. R.* b) *vt* om. *E. Lugd. I. B. R.* c) *vt* inſ. *E. Lugd. I. B. R.* d) *in ſe* om. *Lugd. I. B. R. E.* e) *XX et IIII Pedas Lugd. et* 24 *P.* f) *quadrati P.* g) *paſtinorum Barth.* h) *Nam* 18 *dec. P.* i) 24 *decempedas P.* k) *De quo I. B. R.* l) *agri vel in min. menſura I. B. R.* m) *menſurare Barth.* [T. XIII.] a) *Sed* om. *P.* b) *faciendis E.* c) *reſ. ſit tamen I. B. R.* d) *proprius E. P.* e) *nec lentiſſimum E.* item mox *lento.* f) *vino conſiſtat P.*

ladii interpretatio: *E vuolſi auere grande diligenza.* PONTED.

10, 4 CRVDVM SOLVM) Mſ. *rudum ſolum.* Sed *crudum* eſt apud Columellam 3, 13. Porro mos erat Romanis patribus familias *Cuſtodes* apponere iis, qui in vineis opus faciebant, vt hic vides, et apud Catonem c. 33 idque inde, quod erant, qui vineas curandas conducerent, qui *Conductores* appellabantur. Columella l. c. *Sic compoſitum organum cum in ſulcum demiſſum eſt, litem domini et conductoris ſine iniuria decidit.* Cuſtodes ipſi *Exactores* quoque appellabantur. Idem Columella: *Opus eſt autem perito et vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, ſulcumque vacuari.* BARTH.

10, 4 CVSTOS VIRGA — EXPLORET) Vid. Col. 2, 4, 3 it. 3, 13, 10 ſq.

11 TABVLAS) Haec vox apud rei ruſticae Scriptores quamuis aream quadratam denotat. Sic alibi apud noſtrum Palladium 3, 9, 9 *iugeralis tabula*, quae iugeri modum explet. Et 3, 9, 11 *tabulatim diſponere*, id eſt, per eiusmodi tabulas. Haec Goeſius Ind. Agrar. v. *Tabula.* Sed apud Agrimenſorios ſcriptores *tabula vna habet quadratas perticas LXXII*, vt exſtat in Fragmento de iugeribus metiundis p. 311 edit. Goeſ. SCHOETTG.

11 QVAE QVARTAM IVGERI PARTEM) Varietas lectionis ſupra adnotata facit, vt ſuſpicer aliquid excidiſſe de tabula *ternaria, quae tertiam iugeri partem conficiat.* *Quaternariam* alioquin praetulerim *quartanariae.*

12 TABVLA QVADRATA IVGERALI) Quam gromatici tabulam vocant, ea eſt quarta pars iugeri habens pedes quadratos 7200 ſ. decempedas 72. (vid. fragm. modo laudatum ad tit. 11 a Cl. Schoettgenio) Sed hic aliter accipit Palladius, ſumit mediam proportionalem inter longitudinem iugeri 240, et eius latitudinem 120, quae eſt 180, cuius quadratum ſunt pedes 32400 ſ. decempedae 324. Qui modus multo maior eſt ipſo iugero, cuius decempedae quadratae ſunt 288 ſ. pedes 28800.

13 Compara Columellam 3, 11 et 12; Plin. 17, 4 et 5.

13, 1 CONTRISTAT) iniucunda et amara reddit. *Triſte* enim iniucundum notat. Lucretius 1, 9 —— *quoniam haec ratio plerumque videtur Triſtior eſſe, quibus non eſt tractata.* Virgilius Ecl. 3, 80 *Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.* Amarum autem notat eidem Georg. 2, v. 126 *Media fert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem Felicis mali.* vbi Seruius: *triſtes, amaros, vt triſtesque lupini.* SCHOETTG.

13, 2 IM-

frigidum; ſiccum potius quam nimis imbridum [g]. Sed ante omnia vitis procellas
ventosque formidat [h]. Ad paſtinandum rudes agros potius eligamus, vel maxime
ſilueſtres. vltima conditio eſt eius loci, in quo fuerunt [i] vetuſta vineta. Quod [k] ſi
neceſſitas coëgerit, prius multis arationibus exerceatur, vt abolitis [l] radicibus prio-
ris vineae, et omni earum [m] carie et ſqualore depulſo, nouella vitis tutius poſſit
induci. Tofus et alia duriora, vbi gelu relaxantur et ſolibus, pulcherrimas vineas 3
ferunt, refrigeratis aeſtate radicibus, et humore detento. Sed et ſoluta glarea, et
calculoſus ager, et mobiles lapides (ſi tamen haec omnia glebis ſe pinguibus miſcue-
re [n]) et ſilex, cui [o] terra ſuperpoſita [p] eſt, quia frigidus eſt et humoris tenax, radi-
ces aeſtate ſitire non patitur. Item loca, ad quae de cacuminibus terra [q] decurrit,
vel valles quas fluminum ſaturabit aggeſtio: ſed [r] hoc in iis locis, quae gelu et ne-
bulis infeſta [s] eſſe non poſſunt. Argilloſa terra commoda eſt, argilla autem ſola 4
grauiter inimica, et caetera quae in generalibus dixi. nam locus, qui miſera virgulta
produxerit, vel vliginoſus, vel ſalſus, vel amarus, vel ſiticuloſus et aridus approba-
tur [t]. niger ſabulo et rubeus [u] vtilis eſt, ſed cui fortis terra permiſta eſt. carbuncu- 5
lus, niſi ſtercoretur, macras vineas reddit. in rubrica difficilius comprehendunt,
quamuis poſtea nutriantur. ſed hoc genus terrae operibus inimicum eſt, quia paruo [x]
vel humore vel ſole [y], nimis madeſcit aut dura eſt. At maxime vtile ſolum eſt,
quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit, et raro proximum, quam
denſo fuerit. Plagam caeli vinea ſpectare debet locis frigidis meridianam, calidis 6
ſeptentrionalem, tepidis orientem; ſi tamen Auſtros vel Euros regio non habeat
inimicos. quod ſi hoc eſt vitium, melius in Aquilonem vel Fauonium vineta dirigi-
mus. Sed locus qui paſtinandus eſt, prius impedimentis et omnibus eliſis [z] libere- 7
tur arboribus, ne poſt calcatu aſſiduo terra effoſſa ſolidetur. Si campus eſt, duobus
ſemis

g) *vmbridum Lugd.* h) *nimis for. P.* i) *fuerant E.* k) *qui Lugd.* l) *oblitis Iuntt.* m) *eius P.* n) *miſcuerint I. I — G. miſcuerunt Lugd. E.* o) *circum terram ſuppoſitus, quia P.* p) *ſuppoſita Lugd. Barth. E. I. B. R.* q) *aqua Barth.* r) *ſed hoc —— poſſunt* om. *Pol.* s) *infecta E.* t) *reprobatur I. I —— G. adprobatur Lugd.* u) *rubens I. I — G. E.* x) *quia paſtino vel h. E. paruo humore nimis madeſcit, et paruo ſole nimis dureſcit I. I —— G.* y) *vel* inſ. *P.* z) *eliſis* om. *P*

13, 2 IMBRIDVM) Vtitur hac voce etiam Solinus c. 4 *Homo Sardus opem plurimam de imbrido caelo habet.* SCHOETTG. Non temere negligenda lectio codicis Lugdunenſis. Notum ὄμβρον Graecorum eſſe *imbrem.*

13, 2 CONDITIO) qualitatem vocant Philoſophi. Sic Siculus Flaccus *de conditionibus agrorum* h. e. qualitatibus ſcripſit, quod ad agrimenſoriam rem attinet. Confer Pareum Lex. Crit. p. 248. SCHOETTG.

13, 2 ET OMNI EARVM CARIE) Creſcentius 4, 6 *et omni eius* (vineae nimirum prioris) *carie ac ſqualore depulſo.* PONTED.

13, 3 CVI TERRA SVPERPOSITA EST) In Mſ. lego: *terra ſuppoſita eſt.* Male. Nam Col. 3, 11 *vineis amicus etiam ſilex cui ſuperpoſitum eſt modicum terrenum.* BARTHIVS. Nimirum *ſuppoſita* et *ſuperpoſita* in Mſ. vna modo lineola priorem perſecante differunt. Vid. ad Col. 3, 13, 12.

13, 3 TERRA DECVRRIT) In eodem codice eſt: *aqua decurrit.* nec ipſum bene. Nam Columella: *montium ima, quae a verticibus defluentem humum receperint.* Quae notamus, ne quis in ea incidens vetuſtate erroris in membranis turbas det. BARTHIVS.

13, 4 IN GENERALIBVS) h. e. libro primo, quem etiam *praeceptum generale* vocat 1, 43, 4. Locus, quem hic deſignat eſt 1, 7, 1.

13, 4 MISERA VIRGVLTA) quae minime laeta ſunt. Vt ibidem *contriſtari* vinum dicitur, quod aceſcit aut auſtereſcit. Sic Virgilius *miſerum* carmen pro infelici dixit. *Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.* BARTHIVS. Credo ea intelligi, quae Plinio 17, 5 ſunt *retorride nata.*

13, 4 APPROBATVR) Ne reponerem alteram lectionem *reprobatur,* obſtitit ipſe Palladius, cui in fine huius tituli *approbare* eſt experimento cognoſcere.

13, 5 QVIA PARVO VEL HVMORE) Terra rubricoſa dum ſiccatur, dura euadit. Creſcen-

 tius

ſemis pedibus [a] paſtinetur; ſi cliuus, tribus; collis praeruptus quatuor, ne [b] citius terra decurrat; vallis vero duobus pedibus. Sed ager vliginoſus, qui humores altius foſſus eructat, ſicut Rauennatis ſoli, non [c] amplius quam [d] in pedem ſemis effodiatur.
8 Illud experimentis aſſiduis comprehendi, vites melius prouenire, ſi vel ſtatim foſſae terrae [e], vel non longe ante, pangantur, cum tumor paſtini nondum repetita ſoliditate ſubſedit. Haec quoque [f] in faciendis ſulcis [g] et ſcrobibus approbaui, maxime vbi mediocris eſt terra.

XIV. MENSE Ianuario lactuca ſerenda eſt, vel Decembri, vt planta eius Februario transferatur. itemque [a] Februario ſeritur, vt poſſit Aprili menſe transferri. Sed certum eſt eam toto anno bene ſeri, ſi locus ſit laetus, ſtercoratus, irriguus. Antequam pangatur, radices eius reſecemus aequaliter, et liquido fimo linamus [b]: vel [c]
2 quae iam pactae [d] ſunt, nudatae laetamen accipiant. Amant ſolum ſubactum, pingue, humidum [e], ſtercoratum. Inter has herba [f] manu euellenda [g] eſt, non ſarculo. Latior [h] fit, ſi rara ponatur, vel cum producere incipiet [i] caulem, eo leuiter [k] inciſo gleba prematur [l] aut teſta. candidae fieri putantur, ſi fluminis arena vel lito-
3 ris frequenter ſpargatur in medias, et collectis ipſae foliis alligentur. Si vitio loci vel temporis vel ſeminis, cito lactuca dureſcit, planta eius auulſa, et denuo poſita teneritudinem conſequetur [m]. Item multis ſeminibus condita naſcetur, ſi caprini ſtercoris baccam [n] ſubula ſubtiliter excauaueris, et in ea ſemen lactucae, naſturcii [o], ocimi, erucae, radicis immiſeris, et [p] tunc inuolutam fimo baccam, terra [q] optime culta, breui ſcrobe demerſeris. raphanus nititur in radicem. caetera ſemina in ſum-
4 mo, lactuca pariter mergente [r], proſiliunt, ſingulorum ſapore ſeruato. Alii [s] hoc ita

a) *paſſibus E.* b) *ne —— pedibus* om. *P.* c) *non in I. B. R.* d) *quam pede P.* e) abeſt *terrae E.* f) *Hoc quoque E.* g) *ſulcis* om. *P.* [T. XIV.] a) *Item Febr. E.* b) *lingamur P. liniamus I. B. R. E.* c) *vel* om. *P.* d) *panctae I. B. R.* e) *humiditer Barth.* f) *herbas Lugd. I. B. R.* g) *vellenda eſt E.* h) *laetior Barth.* i) *incipiet* om. *P.* k) *leniter P.* l) *ponatur P.* m) *exequetur P.* n) *bacam Cr.* o) *naſtratio, eru. P.* p) *et* om. *I. B. R. E.* q) *terrae opt. cultae Lugd. E.* r) *emergente Cr.* s) *Alii hoc - - - - - - lactis exuberet* deſunt *P.*

tius 4, 6 *Quia paruo vel humore vel ſole aut nimium madeſcit, aut nimis ſiccatur.* Columella 3, 11 *Grauis eſt rubrica, vt idem Atticus ait, et ad comprehendendum radicibus iniqua. Sed alit eadem vitem, cum tenuit: verum eſt in opere difficilior quod neque humentem fodere poſſis, quod ſit glutinoſiſſima; nec nimium ſiccam, quia vltra modum praedura.* PONTED.

13, NE TERRA DECVRRAT) Quo profundius enim paſtinatum eſt, tanto maior eſt terrae motae moles, quam proinde aquae mediocris copia loco mouere non poteſt.

13, 7 IN PEDEM SEMIS) Col. 3, 13, 9 *ſeſquipedem* vocat.

13, 8 VEL NON LONGE ANTE) Ante paſtinationem nullum arboris genus induci poteſt: idcirco vitioſe legitur *ante* pro *poſt*, quae vox poſt extat in Creſcentio 4, 7. PONTED. Intelligamus poſt haec verba ἀπὸ τοῦ κοινοῦ participium *foſſae*, et ſana erunt omnia, reſpondebuntque ſibi aduerbia *ſtatim*, et *non longe ante.*

14, 1 HVMIDVM, STERCORATVM) Mſ. *ſtercoratum humiditer.* Differentiam quidem inter ſtercorationem humidam et arentem habes apud Columellam, licet in alia re 3, 11. BARTHIVS.

14, 2 CANDIDAE FIERI) Geop. 12, 13.

14, 3 CAPRINI STERCORIS BACCAM) Germani quidam, *Ziegenlorbern.* Ita vero vocantur ob ſimilitudinem ſtercora, quae ſigillatim decidunt, Graeci σπυράδας et σπυράθους vocant, Plinius Valerianus *pilulas.* Reineſius V. L. 2, 8 p. 199; Vegetius Artis Veter. 1, 47 *Et ſtercoris modicum, h. e. duas aut tres pillulas.* SCHOETTG. Habent hoc artificium Creſc. 8, 8; Didymus Geop. 12, 14.

14, 4 LACTVCA PARITER MERGENTE) Probat Creſcentianum *emergente* Cl. PONTEDERA. Retinuimus tamen *mergente*, quia nobis non videbatur Palladius hoc tantum indicare, vna emergere iſta ſemina, quod et ipſum verum eſt; ſed illud, reliqua ſemina ſorberi quaſi h. e. *mergi* lactuca, vt iis tantum *condita ſit*, quod dicebat initio. Didymus: καὶ ἔϛαι θρίδαξ τῶν συνεμβληθέντων σπερμάτων συμφυής. Et in titulo ὥϛε θρίδακα ἔχειν ἐν ἑαυτῇ σέλινον κ. τ. λ. Altera, quam ſtatim tradit, ratio hoc praeſtare videtur,

ita aſſequuntur: Auulſae lactucae folia carpunt, quae radicibus iuncta ſunt, et in
eiſdem gradibus ſurculo punctis [t], praeter raphanum, ſemina ſupradicta deponunt,
ac fimo adlinunt [u]. Sic obruta iterum lactuca praedictorum ſeminum caulibus am-
bietur. [Lactuca [x] dicta eſt, quod abundantia lactis exuberet]. Hoc menſe naſtur- 5
cium conſtat et [y] omni tempore eſſe ponendum, loco quali placebit, et caelo: fi-
mum non deſiderat: humorem quamuis diligat, tamen deeſſe non curat. Si cum
lactuca feratur, naſci fertur egregie. Et nunc et menſibus quibus volueris, et locis,
erucam ſerere nil [z] moreris. Hoc [a] etiam menſe caules, et toto anno ſeri poſſunt,
ſed melius aliis quibus adſcriptum eſt. Hoc etiam menſe allium et [b] vlpicum bene
ſeritur [c]: ſed [d] allio alba terra proficiet.

XV. MENSE Ianuario, Februario, et Martio, locis frigidis, calidis [a] vero Octo-
bri et Nouembri, ſorba ſeruntur egregie, ita vt [b] matura in ſeminario ipſa poma
pangantur. Ego expertus ſum multas arbores ex pomis ſponte progenitas, et in
creſcendo et in ferendo extitiſſe felices. Plantas etiam ſiquis ponere voluerit, ha- 2
bebit arbitrium, dummodo calidis locis menſe Nouembri, temperatis Ianuario vel
Februario; frigidis, Martio inclinante diſponat. Amat loca humida [c], montana, et
frigidis proxima, [et [d]] ſolum pinguiſſimum: cuius indicium certiſſimum facit, ſi
frequens vbicumque [e] naſcatur. Planta eſt transferenda robuſtior, ſcrobem deſide-
rat altiorem, et ſpatia largiora [f], vt (quod illi maxime [g] prodeſt) a ventis frequen-
tibus agitata grandeſcat. Si vermes patietur infeſtos, qui in ea rufi ac piloſi ſolent 3
medullae interna ſectari, aliquos ex his ſine arboris iniuria detractos, vicino cre-
memus incendio. creduntur hoc genere, vel fugere vel perire. Si minus ferre
coeperit, tedae cuneus eius radicibus inſeratur, vel circa partem vltimam foſſa fa-
cta, cumulo ingeſti [h] cineris adaequetur. Menſe Aprili ſorba inſeruntur in [i] ſe, in 4
cydoneo, in ſpina alba, vel trunco, vel cortice. Sorba ſeruantur hoc genere: Le-
cta duriora, ac poſita, vbi miteſcere coeperint, fictilibus vſque ad plenum clau-
duntur [k] vrceolis, gypſo deſuper tectis, et bipedanea ſcrobe loco ſicco ſub ſole
merguntur ore peruerſo, et deſuper ſpiſſius terra calcatur. Item ſecta per [l] partes
ſiccantur

t) *panctis* *I. B. R.* u) *alliniunt E.* x) *Lactuca —— exuberet* om. *Barth.* y) *et ex I. B. R.* z) *non P.* a) *Hoc —— adſcr. eſt* om. *Barth.* b) *et vlpicum* deſ. *P.* c) *bene ſeretur E.* bene. d) *cui alba I. B. R.* [T. XV.] a) *calidis vero* om. *P.* b) *et natura P.* c) *humida* om. *P.* d) *et* om. etiam *Lugd. E.* e) *vbique Lugd.* f) *latiora E. longiora I. I —— G.* g) *maxime* om. *I. B. R.* h] *ingenti cineres adaequentur E.* i) *in ſe* om. *Barth.* mox *in trunco E.* k) *clauduntur Lugd. claudantur* reliqui. l) *tres* inſ. *Cr.*

videtur, vt vna emergant ſuo ſibi ſeruato folio, reliqua ſemina. Vtrum reſpondeant hodiernis agricolis talia experimenta, non potui reſciſcere.

15 Retulit in ſuas areolas hinc pleraque Creſcentius 5, 27.

15, 2 AMAT LOCA HVMIDA) Cuba: *amat ſorbos* (L. *ſorbus*) *loca frigida montana* etc. Ita fit perfecta ſententia; nam *ſorba*, quae praecedunt, τῷ *amat* adnecti non poſſunt. PONTED.

15, 3 TEDAE CVNEVS) Solenne aduerſus ſterilitatem remedium. Vid. Index v. *cuneus*. it. Pall. Ian. 16, 18 et Oct. 8, 3 *Cuneum ex corno* κρανέας ἐπίυγον commendat in vniuerſum radicibus arborum immittendum Sotion Geop. 10, 87 add. Democr. Geop. 10, 61. Caeterum ſi hoc totum non ſit ſuperſtitioſum, et ad commenticium aliquem initum pertineat, quo foecundentur tanquam a mare arbores: videtur rationem eam habere, vt effectis in fibrarum et canaliculorum falce per cuneum adactum anguſtiis tanto concitatiore motu feratur commeans per omnia cum humore ſpiritus, eumque deinde motum poſt eluctatas anguſtias in liberiora ſpatia delatus aliquantum continuet, ea fere ratione, qua fumum felicius educunt camini in medio anguſtiores, et conis aut pyramidibus truncatis, atque illa ipſa parte qua truncati ſunt ſibi impoſitis, ſimiles.

5 ſiccantur in ſole, et ſeruantur in vaſculis in hibernum [m]. Cum voluerimus vti,
aqua feruenti macerata reuireſcunt [n] ſapore iucundo. Aliqui cum pediculis ſuis
viridia lecta ſuſpendunt locis opacis et ſiccis. Item ex ſorbis maturis, ſicut ex piris
vinum fieri traditur, et [o] acetum. Alii [p] ſorba in ſapa aſſerunt diu poſſe ſeruari.
6 AMYGDALVS ſeritur Ianuario et Februario, item locis calidis Octobri et Nouem-
bri, ſemine et plantis, quae de maioris [q] radice tolluntur. Sed in hoc genere ar-
boris nihil vtilius eſt quam ſeminarium facere. Fodiemus [r] ergo altam [s] pede [t] vno
ſemis aream, in qua obruemus amygdala, non amplius quatuor digitis [u], ita vt acu-
7 mina [x] figamus in terra ſpatio inter ſe binorum pedum ſeparata. Amant agrum
durum, ſiccum, calculoſum, caelum calidiſſimum [y], quia mature [z] florere con-
ſueuerunt. ita ſtatuendae ſunt [a] arbores, vt ad meridiem ſpectent. Cum in ſemina-
rio adoleuerint, relictis ibi quae ſpatio ſufficiant plantis, alias transferemus menſe
Februario. Sed ipſa amygdala ad ponendum, et noua legamus et grandia, quae
antequam ponamus [b], pridie [c] mulſa [d] aqua, ita vt ne nimis, maceremus, ne ger-
8 men extinguat ex multo melle mordacitas [e]. Alii prius fimo liquido per triduum
nuces eas macerant: deinde die et nocte eſſe patiuntur in mulſa, ſed quae ſuſpicio-
nem tantum poſſit habere dulcedinis. Cum in ſeminario amygdala diſponimus, ſi
ſiccitas interceſſerit [f], ter in menſe rigemus, et herbis naſcentibus circumfodiendo
ſaepe purgemus. Terra ſeminarii laetamen habere debet admiſtum. Spatia inter
9 arbores viginti aut vigintiquinque [g] pedum dediſſe ſufficiat. Putandae ſunt Nouem-
bri menſe, vt ſuperflua et arida et denſa tollamus. Seruandae ſunt a pecore; quia,
ſi rodantur [h], amareſcunt. Circumfodi [i] non debent quoties florent, quia inde flos
eius excutitur. In vetuſtate plus affert. Si ferax non eſt, tedae cuneum terebrata
10 radice mergamus, vel ſilicem ſic inſeramus, vt libro tegente claudatur. Locis
frigidis, vbi metus eſt de pruina, Martialis dicit hoc remedio ſubueniri: Antequam
floreant [k],

m) *ad hibernum E.* n) *reuiuiſcunt Cr. E.* o) *et* om. *P.* p) *Alii — ſeruari* om. *P.* q) *matris Cr.* r) *Faciemus I. B. R.* s) om. *altam E.* t) *vno ſemipede Cr.* u) *alta* add. *I. B. R.* x) *cacumina I. B. R. E.* y) *et* inſ. *I. I —— G.* z) *maturae I. B. R.* a) *ſunt, vt arbores I. I —— G. Vict.* b) *ponimus I. B. R.* c) *pridie* om. *P.* d) *aquata nimis mulſa macer. Lugd. P. I. B. R. E.* e) *ex mulſo melle E.* f) *interuenerit Cr. interceſſit Lugd.* g) *quindecim pedibus Lugd. E.* h) *ſi rodentur E.* i) *Qui circuf. P.*

ſimiles. Sed plura huius generis ipſa natura in ipſis quoque plantarum animantiumque corporibus machinata eſt, quae perſequi nobis iucundum, ſed haud ſcio an huic noſtro labori non valde accommodatum fuerit.

15, 6 AMYGDALVS) Quae habentur ſ. 6, 7 8 illa pleraque ſua fecit Creſc. 5, 2.

15, 7 AMANT AGRVM DVRVM) Addit Plin. 17, 18 *in pingui aut humida terra mori et ſterileſcere.* Reliqua ſumta ſunt ex eodem. SCHOETTG.

15, 7 MVLSA AQVA, ITA VT NE NIMIS, MACEREMVS) Perobſcura lectio; tradita enim macerandi ratione, et praecepto tempore, quid eſt quod addiderit *vt ne nimis maceremus?* Creſcentius vitioſa omnia excerpſit: *Quae antequam ponamus in mulſa maceremus multum aquata.* Ienſonii quoque editio vitioſa in hoc loco: *pridie aquata nimis in mulſa maceremus*; Ita Regienſis a Bruſchio procurata. In tribus porro Florentinis manu exaratis libris, et in Vaticanis leguntur eadem: *Pridie mulſa aquata nimis maceremus.* Quae mendoſa quoque. Deſumſit autem ex Columella hoc monitum Palladius, quod de Arb. cap. 22 ſic traditur: *Antequam nucem deponas, in aqua mulſa nec nimis dulci macerato.* id praecepit et libro 5 c. 10. Ex quibus apparet vocem *dulci* temporum iniuria de Palladii libris eliſam; quam ita diſpoſitam fuiſſe arbitror: *pridie mulſa aqua ita vt ne nimis dulci maceremus, ne germen extinguat ex multo melle mordacitas.* Hac adiecta planior euadit lectio, ac ſyncera. Si quis vero quaerat, quid de τῷ *aquata,* quod apud Creſcentium, Ienſonium, Bruſchium, et in codicibus Florentinis ac Vaticanis legitur, ſuſpicer, ex *aqua* atque *ita* ſimul coniunctis compoſitum iudico. PONTED. Nihil mutare volui. *Mulſa aqua, ita vt ne nimis* ſc. mulſa ſit, eadem eſt, quae Creſcentii *mulſa multum aquata,* et Ienſonii et quorundam codicum Mſſ. *aquata nimis mulſa.* Dilutior

floreant [k], radices nudantur, et albi lapides minutiſſimi miſti arenis congeruntur,
et vbi iam [l] tempus videbitur vt debeant germinare, effoſſi iterum lapides ſubmouen-
tur. Teneras nuces amygdalus creabit ( vt dicit) ſi ante florem radicibus ablaquea- 11
tis per dies aliquot calida aqua ingeratur [m]. Ex amaris dulces fiunt, ſi circumfoſſo
ſtipite tribus digitis a radice fiat cauerna, per quam noxium [n] deſudet humorem,
vel medius truncus terebretur, et cuneus ligni melle oblitus imprimatur; vel [ſi]
circa radices ſuillum ſtercus affundas. Amygdala ad legendum maturitatem faten- 12
tur, cum fuerint ſpoliata corticibus. Haec ſine cura hominis ſeruantur in longum.
Si difficulter corium dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Item decoria-
ta, ſi aqua marina lauemus, aut ſalſa, et candida fiunt, et plurimum durant. Men-
ſe Decembri vel [o] Ianuario, circa Idus amygdalus inſeritur: locis vero frigidis, et
Februario: ſi tamen ſurculos condias antequam germinent. Vtiles ſunt, qui de 13
ſummitate ſumuntur. Inſeruntur et ſub cortice, et in trunco. Inſeruntur in ſe,
et in perſico. Graeci aſſerunt naſci amygdala ſcripta [p], ſi aperta teſta nucleum ſa-
num tollas, et in eo quodlibet ſcribas, et iterum [q] luto et porcino ſtercore inuolu-
tum reponas. [TIT. XVI.] NVCEM [iuglandem [r]] ſeremus extremo Ianua- 14
rio, vel [s] Februario. Amat loca montana humida, et frigida, plerumque lapidoſa.
poteſt tamen et locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda eſt nucibus ſuis eo
more, quo et amygdala ſeruntur, et [t] iiſdem menſibus. ſed [u] quas Nouembri [x] men-
ſe diſponis, aliquatenus in [y] ſole ſiccabis, vt exſiccetur [z] noxium virus humoris. Quas 15
vero menſe Ianuario [a] vel Februario poſiturus es, aqua ſimplici pridie macerabis.
Ponemus

k) *floreſcant E.* mox *nudentur —— congregentur, ſubmoueantur.* bene. Sic poſt *ingeratur.* l) *iam dudum vid. P. iam tutum vid. I. B. R.* m) *inferatur P.* n) *noxius humor exſudet P.* o) *et Ian. E.* ſic mox *et Febr.* p) *ſcripta* om. *P.* q) *clauſum* inſ. *Barth.* r) *iuglandem* om. *Barth. I. B. R. E.* s) *vel Febr.* deeſt *P.* t) om. *et* recte *E.* u) *Siquas I. B. R. ſed* deeſt *P.* x) *menſe* om. *P.* y) *in* om. *Cr.* z) *exuatur E.* a) *Ianuarii Februarii Cr.*

Dilutior etiam eſt ea mulſa, de qua ſtatim, *quae ſuſpicionem tantum habere poſſit dulcedinis.* Deſcriptoribus obſcura cum videretur phraſis Palladii, illam explicando fecere dubiam. Nihil hic videtur corruptum, praeter illud *nec minus dulci* C. 5, 10, 12 quod pro *nimis* poſitum eſt.

15, 11 TENERAS NVCES) Haec et ſequentia hauſit ex Africano Geopon. 10, 59. SCHOETTG. Deſcripſit Creſc. 5, 2 extr.

15, 12 AMYGDALA) Florentinus Geop. 10, 58 SCHOETTG.

15, 12 DECORIATA) Expreſſit graecum, quod l. c. habet Florentinus, ἀπολεπίζειν. SCHOETTG.

15, 12 SI TAMEN SVRCVLOS CONDIAS) Creſcentius lib. 5 c. 11: *Si ſurculos colligas et condas antequam germinent: vtiles autem ſunt qui de ſummitate ſumuntur.* Praecipit hoc loco Palladius Nucem Graecam locis calidis menſe Decembri vel Ianuario eſſe inſerendam, frigidis vero Februario, ſed prius colligendos eſſe ſurculos, et reponendos antequam gemmae protrudantur, nam ſolet haec arbor prima gemmaſcere. Quare perperam in editis libris legitur, *Menſe Decembri vel Ianuario circa Idus amygdalus inſeritur: locis vero frigidis et Februario. Si tamen ſurculos* etc. Sic enim eſt ſcribendum, et cum Creſcentio legendum: *Menſe Decembri vel Ianuario, circa Idus amygdalus inſeritur: locis vero frigidis et Februario, ſi tamen ſurculos colligas et condas, antequam germinent. Vtiles autem ſunt qui de ſummitate ſumuntur.* PONTED.

15, 13 GRAECI) Democritus Geop. 10, 60. SCHOETTG. Accuratius nugatur noſter Nou. 7, 3.

15, 14 NVCEM IVGL.) Hinc ad ſ. 19 deſcripſit Creſc. 5, 18.

15, 14 NOXIVM VIRVS HVMORIS) *Virus* h. l. naturalem et inſitam virtutem, ſuccum et robur notat. Nonius 2, 915 *Viro etiam pro virtute naturali.* Lucretius lib. 2 *Concoctasque ſuo ſeruare et perdere viro.* *Alias notat tetrum odorem, vel ipſum etiam venenum,* Seruius ad iſta Georg. 1, 129 *Ille malum virus ſerpentibus addidit atris. Malum virus,* ait, *bene addidit malum ad diſcretionem epitheton. Nam virus bonum et malum eſt, ſicut venenum.* SCHOETTG.

Ponemus [b] autem tranſuerſas, vt latus, id eſt carina ipſa, figatur in terra. cacumen ipſum, cum ponimus nucem, in aquilonis partem dirigemus. Lapis ſubter, vel teſta ponenda eſt, vt radicem non ſimplicet, ſed repercuſſa reſpergat. Laetior fiet, ſi ſaepius transferatur. in frigidis locis bima, in calidis trima transferri debet. Ra-
16 dices plantarum (ſicut in aliis arboribus ſolemus) in hoc [c] genere reſecare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda [d] eſt. ſed melius cinis ſpargetur in ſcrobibus, ne calore ſtercoris aduratur: nam cinis creditur vel corticis teneritudinem
17 procurare, vel fructuum denſitatem [e] [ afferre [f] ]. Altis ſcrobibus delectatur pro arboris magnitudine, et deſiderat interualla maiora, quia ſtillicidiis foliorum ſuorum proximis, vel ſui generis nocebit arboribus. Debet aliquando circumfodi, ne caua [g] fiat vitio ſenectutis: [ quae [h] ſi vitietur, ] canalis longus a ſummo trunco ad imum debet excudi [i]: ſic beneficio ſolis et venti dureſcunt, quae in putredinem tranſi-
18 bant. Si dura nux erit [k], vel nodoſa, cortex circumcidendus erit, vt vitium [l] mali deducat humoris. Alii radicum ſumma praecidunt: alii terebratae radici palum [m] de buxo imprimunt, vel cuprinum clauum, vel ferreum. Si [n] Tarentinam facere volueris, ſolam nucis carnem lana propter formicas obuolutam in ſeminario debebis obruere. Si ferentem iam in hoc genus velis mutare, lixiuo per annum continuum ter rigabis in menſe. Cortex in nuce dimiſſus, maturitatis indicium eſt, qua-
19 lis debet et poni. Nuces [o] ſeruantur vel paleis obrutae, vel arena, vel foliis ſuis aridis, vel arca ex ligno ſuo facta incluſae [p], vel coepis [q] miſtae, quibus hanc viciſſitudinem reddunt, vt eis acredinem tollant. Martialis [ aſſerit [r], et] expertum ſe ait, virides nuces tantum liberas [s] putaminibus ſuis melle demergi, et poſt annum virides eſſe, et ipſum mel ita medicabile fieri, vt ex eo facta potio arterias curet, et fauces. Inſeritur, vt plerique [aſſerunt [t], ] menſe Februario in arbuto [u]: ſed me-
20 lius in trunco, vt aliqui, et in [x] pruno, vel [y] in ſe. HOC menſe tuberes inſeruntur

b) *Ponentur P.* c) *hac reſec. P.* d) *tangenda Cr. Lugd.* e) *et fructum dempſitatem P.* f) *afferre* om. *Cr. Lugd. Pal. Barth.* g) *vacua P.* h) *quae ſi vit.* om. *Cr. Pal. Lugd. Barth. E.* i) *excludi* ſupra ſcr. *excindi E.* k) *fuerit E.* l) *vicinum P.* m) *palum* om. *P.* n) *Si Tarentinas —— et poni* om. *P.* o) *ſi nuces facere volueris, varenis obrues: vel foliis etc. P.* p) *includes: vel cepis miſcebis: vt eis etiam acredinem tolli P.* q) *caepis B. R. coepis Iuntt. et Vict.* r) *aſſerit et* om. *Pal. Lugd. E.* bene. s) *liberatas Lugd. E.* t) *aſſerunt* om. *Pal. Lugd. I. B. R. E.* u) *in arbuſto E.* bene. x) *in pruno vel* om. *I. B. R.* y) *et I. I —— G.*

15, 15 CARINA) Nux nauis quandam habet ſimilitudinem, quae tamen optime omnium in amygdala poteſt conſpici, in qua pars ea quae inferius curuata eſt, *carina* dicitur a Plinio H. N. 17, 10 vnde et ipſae amygdalae ibidem *falcatae* dicuntur. Extremitates autem earum a Plinio *mucrones*, a noſtro *cacumina* vocantur. SCHOETTG.

15, 15 REPERCVSSA) Quidſi *repercuſſam ſpargat?* Conf. Col. 5, 10, 13.

15, 16 TINGENDA) Scribe ex Lugdunenſi Mſ. *ima planta tangenda eſt.* Sic Februario tit. XXV (ſ. 15) *lacertae viridis felle ſi tangantur cacumina non putreſcit.* Et Aprili tit. VIII, *Tunc dorſa apum bibentium tangamus illo liquore tincta feſtucula.* GRONOVIVS Obſ. 3, 18. De frequenti horum verborum in Mſſ. confuſione vid. quos laudat Burm. ad Ouid. Her. 19, 44.

15, 16 CINIS CREDITVR) Haec et ſequentia ſumta ſunt ex Damogeronte Geopon. 10, 64. GRONOV.

15, 18 RADICI PALVM DE BVXO) Vid. hoc tit. ſ. 3.

15, 18 CVPRINVM CLAVVM) In Graeco Damogerontis eſt κυπρίῳ ἥλῳ, quod Cornarius vertit, *cyprii aeris clauo.* Videmus ergo, Palladium κατὰ πόδα expreſſiſſe ea, quae ex Graecis hauſit. *Cyprum* autem ſ. *cuprum* ea aetate aes adpellatum eſt, quod monet Salmaſius ad Solinum c. 52 p. 770. SCHOETTG.

15, 18 SI TARENTINAM) Africanus Geop. 10, 66; Columella 5, 10, 14.

15, 18 LIXIVO) intellige *cinere.* Hic enim eſt lixiuium. Rhod. ad Scribo. comp. 229 p. 305

15, 19 INSERITVR) Inſitionem nucis prolixius docet Damogeron Geop. 10, 65. SCHOETTG.

15, 20 PER-

tur cydoneo. Nunc locis temperatis Perſicorum oſſa ponuntur. Et inſeritur eadem Perſicus in ſe, in amygdalo, in pruno: ſed pruno Armenia [x] inſeremus et praecoqua. Nunc etiam prunus inſerenda eſt antequam gumminet [y], in ſe et [ in [z] ] perſico. Et ceraſus opportune inſeretur agreſtis.

XVI. HOC menſe (ſicut Columella dicit) maturi agni, et animalia omnia minora atque maiora charactere ſignentur. Hoc tempore lardi, echini ſalſi, raporum condiendorum, et pernarum iuſta confectio eſt.

XVII. HOC menſe ex baccis myrti [a] oleum conficies hoc modo: Vnciam [b] foliorum per olei libram vnam mittes, et per vncias x vini veteris ſtyptici heminam, et cum oleo bullire facies. Idcirco autem vino reſpargentur [c] folia, ne [d] frigantur antequam decoquantur [e].

XVIII. ITEM eiſdem baccis vinum myrtite ſic facies: In vini veteris ſextariis vrbicis x mittis grana myrti confracta ſextarios [a] vrbicos III, quae ſint decem et nouem diebus infuſa. Poſtea expreſſis myrti [b] granis colabis, et [c] in eo vino medium croci ſcrupulum, et folii vnum ſcrupulum mittis, et ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

XIX. Item [ ex [a] ] lauri baccis oleum conficietur hoc modo: Lauri baccas quam plurimas et maturitate turgentes in aqua calida bullire facies: et vbi diu [b] ferbuerint, olei, quod ex ſe dimiſerint, ſupernatantis vndam pennis leuiter cogentibus in vaſa transfundes.

XX. LENTISCINI [a] etiam olei matura confectio eſt, quae fit taliter: Grana matura lentiſci quamplurima colliges [b], et vna die ac nocte ſupra ſe aceruata eſſe patieris. deinde ſportam granis eiſdem plenam cuicunque vaſculo ſuperpones [c] et [d] calida adiecta calcabis, et exprimes. tunc ex eo humore, qui defluxerit, ſupernatans oleum lentiſcinum ſicut laurinum colligetur [e]. Memento autem (ne rigore poſſit aſtringi) aquam calidam ſaepe ſuffundere [f].

XXI. GALLINARVM partus foecunditatem repetit hoc menſe poſt brumalem quietem; et incipiunt ad educandos pullos oua ſupponi.

XXII. HOC

z) *pruno in medio E.* a) *germinet I. B. R.* b) *in* deeſt *I. B. R. E.* [T. XVII.] a) *myrtae Barth. E.* b) *Per olei libram vnam mittis foliorum vncias decem et per vini ſteptici veteris heminam. Barth.* c) *reſpergentur a. V.* d) *vt refrigerentur P. ne refrigerentur E.* e) *decoquant Barth.* [T. XVIII.] a) *ſextarios vrbicos* 3. om. *P.* b) *myrti granis* om. P. c) *bacchis et P.* [T. XIX.] a) *ex* om. *E.* b) *diu* om. *E.* [T. XX.] a) *Lentiſci Lugd.* b) *colligis a. V. E.* c) *ſuperponis a. V. ſupponis E.* d) *et calida - - exprimes* deſ. *I. B. R. exprimis E.* e) *laurium colligitur E.* f) *ſuperfundere Pol. fundere Lugd.*

15, 20 PERSICORVM OSSA ) nuclei. Sic infra 3, 17, 8. *Hinc perſici poma ſine oſſibus naſci.* Flor. Geop. 10, 13 *ἀπὸ ὀςέυ περσικῦ.* SCHOETTG.

15, 20 ANTEQVAM GVMMINET ) *ἅπαξ* forte λεγόμενον, cui neſcio an praeferenda ſit antiquarum editionum lectio?

16 COLVMELLA ) 11, 12, 14.

17 MYRTI ) *myrtam* quidem pro *myrto* dicit et Apicius 1, 24 et Caelius Aurelianus Tard. 1, 1 et alibi. Confectionem olei myrti nemo melius monſtrauerit, quam Aëtius, quem vide libro primo. BARTHIVS.

17 STYPTICI ) Vid. Febr. 31, 2. SCHOETTG.

18 SEXTARIOS VRBICOS ) Ita dicitur, quod ab Italicis alioqui diſtiterit. Sic *ſextarios Italicos* in confectione olei myrtei poſcit Aëtius. In eo *decem et octo* dies nominant membranae, cum vnus vulgo addatur. Eius parationem habes apud Oribaſium Collect. 5, 25. BARTH.

18 ET FOLII ) h. e. malobathri.



23 De

XXII. HOC etiam menſe caedenda materies [a] eſt ad fabricam, cum luna decreſcit, et ridicae [b] vel pali faciendi.

XXIII. HIC menſis in horarum ſpatio cum Decembri menſe conuenit, quarum ſic menſura colligitur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIX |
| Hora | II | et | X | pedes | XIX [a] |
| Hora | III | et | IX | pedes | XV |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | XII |
| Hora | V | et | VII | pedes | X |
| Hora | VI | | | pedes | IX |

[T.XXII.] a) *materia I. I*—*G. E.* b) *ridicae vel* om. *P. redicae E.* [T.XXIII.] a) *XVIII. I. B. R.*

23 De horis eſt peculiaris Aldi libellus his ſcriptoribus in hac etiam editione adiectus. Supererat illud quaerere, ad quodnam horologium ſ. ſolarium pertineant numeri Palladiani. Credo equidem ad Romanum, ad cuius certe formam et diuiſiones ſuſpicari licet reliqua in prouinciis eſſe inſtituta. Diuerſam autem fuiſſe et longitudinem gnomonis et diuiſiones, (vt de diuerſa declinatione, quam eleuationem poli dicunt aſtronomi, taceamus) Vitruuius docet 8, 8. Porro ſimilis fere ratio videtur fuiſſe horologii Athenienſis, vbi ϛοιχεῖον δεκάπȣν horam coenae ſignabat. Vid. Ariſtoph. Εκκλησ. 648 et Pollux 6, 44. Eſt autem *decem pedum* vmbra circa aequinoctium, Aprili menſe et Septembri (quod menſurae loco aſſumi naturale eſt, tanquam medium inter longiſſimam vmbram et breuiſſimam) hora diei *nona*, quam coenae ſolennem fuiſſe notum eſt. Caeterum hoc etiam notamus, vt in Commeliniana, ita et hic iunctim commemorari eas horas, quarum ſunt aequales vmbrae v. g. I et XI, II et X et ita porro: In editionibus autem antiquis ſeparatim ſuo quamque horam ordine poni a I ad XI, idque etiam in Codice Mediceo obſeruatum oſtendit collatio ab Ang. Politiano facta menſe Decembri, reliqui enim de horis tituli vel deſunt, vel certe a Politiano praetereuntur.

PALLA-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA

## LIBER TERTIVS.

### TIT. I.

FEBRVARIO [a] menſe locis temperatis prata incipient cuſtodiri, quae prius (ſi macra ſunt) ſparſo laetamine ſaturentur, quod eiiciendum eſt luna creſcente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit, quod a ſuperiori parte fundatur [b], vt ſuccus eius per totum poſſit elabi.

II. LOCIS tepidis, aut ſi clemens tempus et ſiccum fuerit, colles pingues vel [a] hoc menſe proſcinde.

III. HOC menſe [a] ſerendum omne trimeſtrium [b] genus.

IV. HOC etiam menſe lenticulam ſeres ſolo [a] tenui, et reſoluto, vel etiam pingui; ſed ſicco maxime: quia luxuria et humore corrumpitur. vſque ad duodecimam lunam bene [b] ſeminatur, quae vt cito exeat atque grandeſcat, prius cum fimi ariditate miſcenda eſt: atque vbi ita requieuerit quatuor aut quinque diebus, tunc ſpargitur. Iugerum modii vnius ſemen implebit. Hoc etiam menſe cicercula ſeritur, loco et modo quo ante deſcripſi.

V. HOC menſe vltimo cannabum ſeres [a] terra pingui, ſtercorata, rigua, vel plana, atque humida, et altius ſubacta. In [b] vno pede quadrato ſex eiuſdem ſeminis grana ponuntur.

VI. NVNC

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. III *ſiue Februarius* T. I.] a) *Hoc Lugd. I. B. R. E.* Vid. ad princip. Ianuarii. b) *fundetur I. I —— G.* [T. II.] a) *vel* deeſt *P. Barth.* [T. III.] a) *vltimo inſ. Barth.* b) *trimenſt. Lugd. trimeſtre E.* [T. IV.] a) *loco P.* b) *bene* om. *P.* [T. V.] a) *ſeris I. B. R. E.* b) *In vno —— ponuntur* om. *P.*

FEBRVARIVS.

4 VSQVE AD DVODECIMAM LVNAM) Deſiderantur haec: *a luna creſcente vſque ad* etc. Vt Columella 2, 10 *Creſcente vſque ad duodecimam.* Vernacula quoque Palladii interpretatio eadem ſeruat: *da luna prima in fine a luna duodecima.* PONTED. Nihil mutaui, quia, quae deſunt, commode ſubaudiuntur. Ita etiam Creſc. 3, 13 *vſque ad lunam duodecimam de menſe Februarii ſeritur.*

4 CVM FIMI ARIDITATE) An pro *fimi ariditate*, *fimo arido*, vt Columella loquitur 2, 10 *quae vt celeriter prodeat, et ingrandeſcat, antequam ſeratur, fimo arido permiſcenda eſt.* Ita ex Palladio Creſcentius (carebat enim, vt indicaui, Columellae libris) accepit 3, 3 *de lenticula: priusquam ſeratur, cum fimo arido miſceatur.* PONTED. Conf. Flor. Geop. 2, 37. SCHOETTG. Nihil mutandum. Amat ea, quae *abſtracta* vocantur pro *concretis* ponere Palladius. Ipſo *ariditas* ita vſus eſt Febr. 21, 2 et Feb. 9, 12 *ſi legatur maturitas cum acerbitate*, h. e. maturae vuae cum acerbis.

5 VEL PLANA) Abeſſe iubet τὸ *vel* Vlitius ad Gratium v. 46 autoritate Mſ. et Columellae, 2, 10, 21. Sed in Columella expreſſe particula iſta occurrit. SCHOETTG.



6 PVR-

VI. NVNC ager qui accepturus eſt Medicam (de cuius natura, cum erit ſerenda, dicemus) iterandus eſt, et purgatis lapidibus, diligenter occandus [a]. Et circa Martias Cal. ſubacto ſicut in hortis ſolo [b], formandae ſunt areae latae pedibus x, longae pedibus quinquaginta, ita vt eis aqua miniſtretur, et facile poſſint ex [c] vtraque parte runcari [d]. Tunc iniecto [e] antiquo ſtercore in Aprilem menſem reſeruentur paratae.

VII. HOC menſe toto eruum [a] adhuc ſeri [b] poteſt; quia Martio ſerendum non eſt, ne paſtu ſuo pecoribus noceat, et boues reddat inſanos [c].

VIII. NVNC pomis et vitibus vetus vrina ſi affundatur, et numero fructuum [a] praeſtat, et formae: cui proderit vt amurcam miſceamus inſulſam, maxime in oleis: ſed hoc frigidioribus diebus antequam feruor incipiat. Etiam nunc ordeum galaticum, quod graue et candidum eſt, ſeretur locis frigidis circa Martias Calendas.

IX. HOC menſe omnia genera paſtinati ſoli, ſeu ſulci, ſeu ſcrobes vitibus compleantur. Natura autem vitis caelum omne ſolumque ſuſtentat, ſi genera conuenienter aptentur. Plano igitur loco ſtatues vitem, cuius genus nebulas [a] ſuſtinet
2 et pruinas; collibus, quod ſiccitatem durat [b] et ventos; pingui agro graciles atque
infoecundas [c]; macro feraces et ſolidas; denſo validas atque frondoſas; frigido et
nebuloſo, quae hiemem celeri maturitate praeueniunt, aut [quae] duris acinis inter
caligines ſecurius florent; ventoſo ſtabiles [d] et tenaces; calido grani tenerioris et
humidi; ſicco eas, quae pluuias ferre non poſſunt: et ne multa dicamus, eligenda
ſunt genera, quae profeſſione [e] vitiorum ſuorum contraria loca diligunt iis, in qui-
bus durare non poterunt. Placida ſane regio et ſerena tuto genus omne ſuſcipiet.
3 Vitium genera numerare non attinet. ſed notum eſt, maiores vuas pulchrae ſpe-
ciei, grani calloſi et ſiccioris, ad menſam; feraciſſimas [f] vero et cutis tenerioris, et
ſapore nobileis, et maxime quae citius defloreſcunt, vindemiis eſſe ſeruandas.
4 Loca naturam plerisque [g] vitibus mutant. Solae [h] Amineae vbicunque ſint, vinum
pulcherrimum reddunt. calidum ſtatum potius quam frigidum ſuſtinebunt. de
pingui ad macrum tranſire non poſſunt, niſi ſtercus adiuuerit. harum duo genera
ſunt,

[T. VI.] a) *curandus I. B. R. caecandus Lugd.* b) *ſicut moris eſt ſolo E.* c) *ex vtraque parte* om. *I. B. R.* d) *rigari Barth.* e) *ingeſto Barth.* [T. VII.] a) *herbū Lugd. I. B. R.* b) *ſerendū eſt: quia P.* c) *inſanandos Lugd.* [T. VIII.] a) *fructum Lugd.* [T. IX.] a) *nebulam Lugd.* b) *durat* om. *Cr.* c) *foecundas Cr. Barth. Lugd. E.* d) *ſtatui tenaces Lugd.* e) *poſſeſſione E.* f) *feraciores P.* g) *pleraque E.* h) *Sole Iuntt.*

6 PVRGATIS LAPIDIBVS) h. e. eiectis, modo vera ſit lectio, et non legendum potius, *purgatus lapidibus.* Neque tamen plane damnare auſim vulgatam lectionem, cum morali intellectu, *crimen et probrum purgare* dixerint Liuius et Tacitus.

8 FRVCTVVM) Lugd. *fructum*, quod melius. Senſus eſt, *praeſtat fructum numero* (caſus tertius) i. e. ad maiorem numerum, *et formae*, ad meliorem formam. SCHOETTG. Ego ſuſpicabar legendum, *et numero fructuum praeſtant et forma.* Sed amat inſolentiam interdum Palladius.

9, 1 PLANO IGITVR LOCO) Secutus eſt Columellam 3, 1, 5 ſqq. deſcriptus a Creſcentio 4, 5.

9, 1 QVOD SICCITATEM DVRAT) Creſcentius 4, 5 *quae per ſiccitatem durat, et ventos non timeat.* Vernacula quoque Palladii interpretatio ab hac Creſcentienſi lectione non abhorret. *Et quella che ne per ſecco, ne per vento ſi ſpauenta porrai ne colli.* PONTED. Noſtra editio Creſcentii Louanienſis, vltimo, vt videtur, decennio ſeculi XVti typis exſcripta, *Plano igitur loco ſtatues vitem, quae nebulas ſuſtinet et pruinas: collibus, quae ſiccitatem et ventos.*

9, 2 QVAE PROFESSIONE) An *quae pro defenſione vitiorum*, vt Creſc. laudato loco. PONTED. Putabam

ſunt, maior et minor. ſed minor melius defloreſcit et citius, internodiis minoribus
et grano breuiore. ſi arbori applicetur, pinguem terram; ſi colatur in ordines [i],
mediocrem deſiderat. imbres contemnit, et ventos: nam maior ſaepe vitiatur [k] in
flore. Sunt et Apianae [l] praecipuae. Satis eſt genera iſta [m] dixiſſe: induſtrius vir 5
probata deligat, et terris talibus mandet, quae imitari eas poſſint vnde ſumuntur:
ſic merita ſua quaeque ſeruabit. Sed vitem vel arborem melius erit de exili ad pin-
guem transferre. nam ſi a pingui terra ad ſolum exile tranſierint, vtiles eſſe non pote-
runt [n]. Eligenda ſunt ſarmenta, quae pangimus, de vite media, neque de ſum-
ma neque de infima, quinque vel ſex gemmarum ſpatio a veteri procedentia [o], quia non
facile degenerant, quae de locis talibus transferuntur. ſumantur autem de vite 6
foecunda. neque putemus brachia eſſe fertilia, quae vuas ſingulas aut [p] binas pro-
ducunt, ſed quae multa vbertate curuantur. nam poteſt ferax vitis feraciores in ſe
habere materias [q]. Erit et hoc ſignum fertilitatis, ſi de duro aliquo loco fructum
citabit, ſi foetu impleuerit ramulos ex ima parte ſurgentes. Sed hoc ſignis poſitis 7
per vindemias eſt notandum. Ad pangendum nouellus palmes debet eligi, duri
in ſe nihil habens et veteris ſarmenti, quia hoc putreſcente ſaepe corrumpitur. Sum-
ma flagella repudiemus ac ſurculos: qui licet bono loco nati ſint, tamen feracitate
caruerunt. Pampinarius qui de duro [r] naſcitur, etiam ſi attulerit fructus [s], pro 8
frugifero non eſt ponendus: in ſuo enim loco foecundatur a matre, translatus ve-
ro tenet ſterilitatis vitium, quod naſcendi conditione ſuſcepit. Caput ſarmenti cum
deponitur, torquendum non eſt, nec aliquo modo [t] vexandum, ne [u] demerſa peni-
tus foecundiore parte, quod ſterili proximum eſt, ſupra terram relinquatur: dein-
de quoniam [x] ipſa tortura vexatio eſt: et pars ea de qua radix [futura [y]] praeſumitur,
iniuriae nulli ſubiicienda eſt, cum [z] qua contendere cogatur ante quam teneat. Po-
nendae ſunt vites placidis diebus ac [a] tepidis, curandumque ne ſarmenta ſole vrantur
aut vento, ſed vel ſtatim ponantur, vel obruta reſeruentur. Hoc menſe, ac dein- 9
ceps toto vere, vinea ponenda eſt regionibus frigidis, pruinoſis, pinguibus campis,
et humidis prouinciis. Sit autem menſura ſarmenti cubitus vnus. Vbi pinguis eſt
natura terrarum, maiora inter vites ſpatia relinquemus; vbi exilis, anguſta nonnulli [b]
itaque in iis vitibus, quas toto ſolo paſtinato diſponunt, ternos pedes inter ſingulas
vites quoquouerſus dimittunt. Sed hoc genere diuiſionis in iugerali tabula pangentur [c]
tria

i) *in ordine E.* bene. k) *in flore —— dixiſſe* om. *P.* l) *Sint et Ap. E.* m) *ita I. B. R.* n) *poſſunt Lugd. E. I. B. R.* o) *procedentia Lugd. I. B. R. Cr. procid.* reliqui. p) *aut binas* om. *Lugd.* mox *quae* om. *E.* q) *feraciorem materiam E.* mox *inſignis p.* r) *de ſicco E.* s) *fructus* om. *Lugd. Barth. attulit E.* mox *pro fruge non eſt p.* t) *more Lugd. Barth. E.* u) *ne demerſum Lugd. nec demerſa* reliqui. vid. *Morg. I,* 82. x) *quoniam* om. *I. B. R. quod P. Lugd. E.* y) *futura* om. *Barth. Lugd.* hinc a *radix futura —— modice humido ſolo* in fine omnia deſunt in Mſ. *E.* z) *cum qua —— teneat* om. *P:* a) *ac tepidis* om. *Barth.* b) *Nulli I. B. R. itaque* om. *Lugd.* c) *pangemus P.*

Putabam *profeſſione vitiorum* ſignificare, *propter* vitia, quae indicant in ſe eſſe. Ita Plin. 36, 26 ſ. 65 Belus amnis *non niſi refuſo mari arenas fatetur* h. e. habere ſe oſtendit. Et 27, 2 ſ. 2 *Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu, ſtupentque pallentes, et vinci ſe confitentur.* It. 9, 57 ſ. 83 *gobiones, non niſi patinarum calore vitalem motum fatentes*, h. e. glacie ita rigentes, vt niſi cum iure feruido perfunduntur, vitae ſignum in iis nullum appareat. Plura Palladii loca dabit Index noſter in *Fateor* et *confiteor.*

9, 8 NE DEMERSA PENITVS) Legendum, *ne demerſa* etc. vt Clar. Morgagnus caſtigauit, quod et ratio ipſa docet et Vaticani codices PONTED. Tanto minus dubitaui hanc lectionem recipere, cum conſentiat Col. 3, 18, 2 cuius loci hic eſt epitome.

9, 9 DI-

10 tria millia [d] ſexcenta ſarmenta. Quod ſi duos ſemis pedes inter vites relinqui pla-
cuerit, in eadem tabula ponentur [e] vites quatuor [f] millia ſeptingentae quinquaginta
tres. Sed ad ponendum vtemur hoc ordine: Lineam, ſeruatis iis ſpatiis quae pla-
cuerit cuſtodire, candidis ſignis, vel quibuscunque notabimus: tunc tenſa per tabu-
lam linea, in eis locis ſurculos vel calamos figemus, vbi vnaquaeque [g] vitis ventura
eſt. ita ſpatium totius tabulae ſurculis complebitur ad numerum vitium futurarum:
atque is qui pancturus [h] eſt proiecta circa ſurculos ſarmenta ſine vllo errore depo-
11 net. Praeterea non eſt vno genere vitium omne paſtinum conſerendum, ne annus
iniquus generi ſpem vindemiae totius [i] extinguat. Et ideo quatuor aut quinque
eximii generis ſarmenta pangemus. ſed maxime expediet genera tabulatim diſpo-
ni, et decimanis [k] diuidi, niſi [l] deterreat operis difficultas. Quod ſi eſt vetus vinea [m],
ſingulorum generum ſurculis tabulatim poterimus inſerere: et facile hoc genus
colendi, quod eſt pulchrum atque vtile, conſequemur. Ita et maturitatis et floris
tempora, quae in vite diuerſa ſunt, ſuis temporibus [n] opportunius obtinere poteri-
12 mus. Nec paruo conſtabit, ſi legatur maturitas cum acerbitate [o], diſpendium, cum
vnius tempeſtiuam vindemiam ſequi, ſit permiſta [p] cruditate vitioſum, [et] alterius
ſeras

d) Nobiſcum *P. I. B. R. Lugd. Barth. tria millia vicena vna* rel. e) [*inter*] add. *Commel.* f) *V. M. CCCC. LXXVI. Barth. quinque millia quadringentae ſeptuaginta et ſex Lugd.* g) *quaeque.* ſolit. *P.* h) *paſtinaturus P. peracturus I. B. R. ita quis quae pacturus Lugd.* i) *omnem P.* k) *X annis P.* l) *ſi P.* m) *veteres vineas Lugd.* n) *ſuis poterimus opportunitatibus optinere I. B. R. Barth. ſuis temporibus et opport. obt. poterimus Vaticani* a Ponted. laudati. *poterimus* om. *Lugd.* o) *ſeritate P. ſeruitutis diſpendio Lugd.* p) *permixta cruditate* om. *P.*

9, 9 DIMITTVNT) Pro intermittunt, ita et Nou. 22, 6: ne forte de emendando aliquis cogitet.

9, 9 IVGERALI TABVLA) qualem deſcripſit Ian. 12 ſi ſequamur rationes ibi propoſitas, veriorem eſſe apparet lectionem, quam propoſuimus. Cum enim latus eius tabulae vtrumque habeat 180, capiet vnumquodque ſarmenta 60, efficiuntur per totam tabulam ſarmenta 3600. Alter numerus, quomodo verus eſſe poſſit, non video. Sume enim iugerum ordinarium 240 pedes longitudinis dabunt ſarmenta 80, latitudinis pedes 120 ſarmenta 40, quae erunt ſarmenta in vniuerſum 3200.

9, 10 QVATVOR MILLIA) Cum hic numerus non ſit quadratus, licet prope accedat ad quadratum ex 69, a quo tantum abeſt vnitatibus 8; alter autem quadratus ſit radicis 74, cum tamen hic poſtuletur radix 72: (quotus ex latere tabulae iugeralis quadratae 180 diuiſo per $2\frac{1}{2}$) apparet, vtrumque numerum corruptum certe errore non vacare: verum autem, ſi bene habeant τὰ διδόμενα, eſſe 5184. Nolui tamen mutare quidquam ſola calculi fide; cum haec ipſa videatur corruptorum numerorum cauſa nonnunquam fuiſſe, quod librarii hypotheſi aliqua aſſumta illam deinde tueri non dubitarunt. Illud *vicena vna* autem vix crediderim eſſe Palladii, qui *vnum* ſcripturus videtur fuiſſe.

9, 10 PANCTVRVS EST) Eſt ἀρχαϊσμός, neque eum non agnoſcunt membranae. Ennius. *Adſpicite, o ciues, ſenis Enni in imagine formam Qui veſtrûm panxit maxima facta patrum.* BARTHIVS.

9, 11 EXIMII GENERIS) Vel libri omnes cum Creſcentio 4, 9 conſentiunt in corrupta lectione, vel ipſe Palladius non ſatis cogitate ſcripſit. Quis enim non videt ſententiam poſtulare *eximiorum generum*? Columella 3, 20, 3 vbi in hoc argumento totus eſt, *ſatis eſt*, inquit, *per quatuor vel ſummum quinque genera vindemiae fortunam opperiri.*

9, 12 NEC PARVO CONSTABIT SI LEGATVR MATVRITAS CVM ACERBITATE DISPENDIVM) Non magnum eſt diſpendium vuas acerbas et maturas ſimul legere; at non paruo conſtat diſpendium inter acerbas maturas ſeligere, nam opus fere duplicatur. Locus itaque vitio laborat ob vnam hanc particulam *cum* pro *ſine* poſitam: *nec paruo conſtabit ſi legatur maturitas ſine acerbitate, diſpendium.* Columella 3, 21 *Illam quoque non exiguam ſequitur vtilitatem, quod et laborem vindemiae minorem patitur et ſumtum. Nam et quae matureſcere incipiunt, tempeſtiue leguntur, et quae nondum maturitatem ceperunt vuae, ſine diſpendio differuntur.* PONTED. At mihi videbatur ipſa verborum ſeries *cum* poſtulare. Neque enim hanc quaeſtionem attingere hic videtur Palladius, poſſintne *interiectibus capi cuiusque generis fructus*, vt loquitur Col. 3, 21, 6; et ſeligi maturae vuae ab
acerbis

ſeras maturitates expectare damnificum. Huic commodo adiicitur, quod, pro ge- 13
nerum diuerſitate per gradus accedente vindemia, minor operarum [q] numerus eam
poterit [r] expedire, et generatim condere, ac melius puros ſapores [s], ſine luctami-
ne alterius generis vnaquaeque vina ſeruare. Hoc ſi [t] difficile videbitur [u], non alias
ſimul conſeras, quam quae et ſapore, et flore, et maturitate conueniunt. Sed haec
in paſtinis vel ſulcis ratio erit: in ſcrobibus vero per angulos IV ſarmenta deponis.
Sed (vt aſſerit Columella) vinaceam ſtercori miſtam ſimul ſparges, et ſi exile ſolum 13
fuerit, pinguem terram ſcrobi inferes, vel aliunde portatam [x]. Cum vero plantam
vel malleolum diſponimus, modice humido ſolo, ſed potius arido quam lutoſo, dua-
bus gemmis ſupra terram relictis, ſarmenta ponemus obliqua, et [y] ſic facilius
comprehendent.

X. QVOD ſi arbuſtum te habere delectat, plantam generoſae vitis prius in ſe-
minario nutrire debebis, vt inde radicata transferatur ad ſcrobem cui arbor iniuncta
eſt. Seminarium vero dicimus aeque foſſam tabulam pedum duorum ſemis altitu-
dine. In hac, quam pro numero ponendarum vitium, vel qualiumcunque planta-
rum protendis aut contrahis, breuiſſimo ſpatio diſtantia inter ſe ſarmenta depones [a]:
ſi vallis aut humectus eſt campus, trium gemmarum, exceptis minutis quas habe- 2
bit inferius. et vbi conualuerint, hinc poſt biennium radicatas vites vel arbuſculas
transferas [b]: quas cum depones in ſcrobe, ad ſingulas materias rediges, putatis
omnibus quae ſcabra ſunt, curtatis [c] etiam radicibus, ſi quas potueris inuenire ve-
xatas. In ſcrobe autem ad arbuſtum faciendum duas radicatas vites deponis, hoc 3
ſeruans [d], ne ſe in radice contingant: ſed lapides quinum prope librarum medios
inter vtramque conſtitues, et ipſas vites ad ſcrobis latera diſcreta coniunges. Ma-
go [e] aſſerit, ſcrobem non primo anno eſſe complendam, ſed ſubinde coaequan-
dam: quae res vitem faciet altius fundare radices. ſed hoc aridis prouinciis forte
conueniet: humidis autem ſata putrefient recepto humore, niſi ſtatim terra cumu-
letur. Sed arbuſta qui [f] faciet, plantas arborum de his generibus ponat [g], ſi agro 4
ſuppe-

q) *operariorum P.* r) *poteſt P.* s) *puro ſapore Barth. Cr. ſapore* (om. *puro*) *Lugd.* t) *ſi* om. *Lugd.* u) *ſeruabitur P.* x) *perlatam Lugd.* y) *Et* om. *Lugd. E.* recte. [T. X.] a) *diſpones E.* b) *transferemus P.* mox *redigis E.* c) *curuatis rad. Lugd.* d) *ſcrutans I. B. R. obſeruans P.* mox om. *ſe E.* e) *Maro P.* f) *quae faciant Lugd.* g) *ponantur. Sed ſi Lugd.*

acerbis vindemiatorum opera, quae res et ipſa ſua habet incommoda, de quibus Columella l. c. Verum de eo, quod idem Moderatus ſ. 5 ita effert, *vt aut ſerum fructum cum praecoque eleuet, quae res mox acorem facit* (h. e. *permiſta cruditate vitioſum*) *aut ſi maturitatem ſerotini expectet, amittat vindemiam praecoquem*, hoc eſt ſtylo Palladii *damnificum.* Qui Columellae contulerit locum integrum, cum integro Palladii, non dubitabit ita, vti diximus, rem habere. Videbatur mihi porro non inelegans exiſtere lectio ſi coniungatur Medicea fides cum ſcriptura Leidenſi. *Nec paruo conſtabit, ſi legatur maturitas cum ſeritate diſpendio.*

9, 13 MINOR OPERARVM NVMERVS) Quia omnia ſimul matura plures manus poſcunt: ſi vnus hortus poſt alterum miteſcat, iidem, qui praecoqua condidere vina, mediis etiam et ſerotinis dare poſſunt operam.

9, 13 PVROS SAPORES) Qui *puro ſapore* ſcripſerunt, *vnaquaeque vina quarto* caſu accepere. Sed crediderim *vnaquaeque vina* eſſe ſubiectum quod vocant, orationis, et intelligendum *ἀπὸ τȣ̃ κοινȣ̃ poterunt.*

9, 14 COLVMELLA) de Arb. 4, 5.

9, 14 SARMENTA OBLIQVA) Sed vid. Col. 4, 4, 1.

10, 3 CONIVNGES) h. e. adiunges, applicabis ne putes inter ſe coniungendas, quod hoc ipſo loco vitari iubet. Cogitabam, an legendum forte ſit *iniunges*, vt ſ. 1 *ad ſcrobem, cui arbor iniuncta eſt.*

10, 3 MAGO) An rectius *Maro* laudatur Florentiae? certe Ge. 2, 354 iubet *deducere terram Saepius ad capita.* Sed potuit idem Mago ſuaſiſſe.

ſuppetit abundantia [h], populo, vlmo: fraxino in montanis et aſperis, in quibus vl-
mus minus laeta eſt. Has etiam Columella dicit ſeminario debere nutriri. Mihi
videtur, quod [i] nulla prouincia eſt, quae non ex his quamcunque ſponte producat,
plantas etiam [k] maiores de locis quibuſcunque translatas, vel eorum generum trun-
5 cos radicatos, hoc tempore circa ſcrobem vitis oportere conſtitui. Sed ſi ager
frumentarius fuerit, vbi arbuſta diſponis, quadragenos pedes inter arbores relin-
que, vt ſeri poſſit; in exili autem vicenos. In ſcrobe vero vitis ab arbore ſua
ſeſquipedis [l] ſpatio diſtare debebit. nam vitis multum ſubiecta arbori, incremen-
to arboris opprimetur. Caueis [m] etiam munienda eſt aduerſum pecoris appeten-
6 tis iniurias, et arbori ſuae protinus alliganda. Eſt et aliud de transferenda ex [n]
arbuſto vite compendium: Fit ex vimine parua corbicula, quae menſuram [o] pedis,
vel aliquanto minus, circini ſpatio poſſit amplecti. haec ad arborem, cui vitis in-
haeret [p], fertur, et in fundi [q] media parte pertunditur, quo ſarmenti virgam poſſit
7 admittere. Inducto itaque ſarmento vitis eius, de qua transferre diſponis, corbi-
cula ipſa ex aliqua arboris parte ſuſpenditur, et viua terra repletur, vt ſarmentum
terra poſſit includi; quod [ſarmentum] prius intorquetur. Ita exacto annui [r] tem-
poris ſpatio, ſarmentum, quod clauſum eſt, radices creabit intra praedictam cor-
biculam. tunc ſub fundo corbis inciſum radicatum ſarmentum cum ipſa corbe por-
tabitur ad locum quem vitibus arbuſtiuis deſtinabis [s] implere, ibique obruetur [t] circa
arboris maritandae radices. Hoc genere quantum volueris numerum [u] vitium trans-
feres, ſine ambiguitate prehendendi [x].

XI. VINEAE in prouinciis multis generibus fiunt: ſed optimum genus eſt, vbi vitis velut arbuſcula ſtat breui crure fundata. Haec primo calamo iuuatur, donec ſolidetur: ſed altior ſeſquipede eſſe non debet: vbi robuſta fuerit, ſola conſiſtet. Aliud genus eſt, in quo cannis pluribus circa diſpoſitis, ipſa vitis per cannas ſarmentis ligatis in orbiculos [a] flectitur ſe [b] ſequentes. Vltimae poſitionis vitis eſt, quae per terram proiecta diſcumbit. Hae omnes et ſcrobibus ponuntur, et ſulcis.

XII. HOC

h) *his vtatur* inſ. *Lugd.* i) *quia P. Lugd. E.* et mox *ſit* pro *eſt.* k) *iam Lugd. P. E.* l) *ſeſquipedi Barth.* m) *Caue P.* n) *ex arbuſto* om. *Barth. vite ex arbuſto E.* o) *menſuram Lugd. menſura* rel. p) *adhaeret E.* q) *profundi I. B. R. facundia parte P.* mox *quoad ſarmenti E.* r) *anni Lugd. annui* om. *E.* s) *deſideras P.* t) *obruitur I. B. R. E.* u) *numerum* om. *E.* bene. x) *perdendi E.* [T. XI.] a) *orbicula P.* b) *ſe* om. *E.*

10, 4 POPVLO) Forte *opulo.* Ita certe, quem hic laudat, Columella arb. 16, 2 et 5, 6, 5.

10, 4 MIHI VIDETVR, QVOD) *Videtur quod*, ſordes ſunt Latinae linguae ab hac aetate non nimis illae quidem alienae; verum quas hic tribui Palladio nihil neceſſe eſt. Sed male interpunctum erat poſt *producat*, vnde illud conſequebatur, vt τὸ *quod* ad *videtur* adiungeretur; quod tamen ne fieret interceſſum iuere, qui τὴν *quia* illi ſubſtituere; ſiue ipſe, ſi ita ſcripſit, Palladius. Tu coniunge, ita et explica. *Mihi* contra ſententiam Columellae, ſeminaria iniungentis, *videtur, plantas iam maiores oportere conſtitui.* Rationem praecepti interpoſuit, *quod nulla prouincia eſt, quae non ex his quamcunque ſponte producat.* Saepius ita peccatum eſſe a librariis vel correctoribus ſemibarbaris, oſtendimus in diſputatione bene longa, quae Fabriano theſauro nunc inſeritur p. 421 *de vſu coniunctionis quod etc.*

10, 6 QVAE MENSVRAM PEDIS) Ita videbatur legendum, cum commodum ſuppetias tulit Lugdunenſis codex. *Corbicula menſuram pedis circini* ſui *ſpatio amplectitur*, pro eo quod vulgo Geometrae, *corbicula habens diametrum vnius pedis.* De ipſo hoc propagandi genere vid. Cato c. 52 et 133.

10, 7 QVOD [SARMENTVM]) Incluſi, quod vix credibile mihi videretur, ita frequentatum eſſe nomen. Quid in formulis antiquis ſolenne ſit, non ignoro.

12 Totum

XII. HOC menſe locis frigidis aliquatenus et temperatis vitium iuſta putatio
[eſt [a].] Sed, vbi multae ſunt vineae, diuidantur, et pars earum quae Septentrio-
nem reſpiciet, verno putetur; alia pars aduerſa clementioribus plagis, recidatur
autumno. Sed in putatione ſemper nitamur, vt vitis fiat in crure robuſtior, ne
[ve [b]] debili viticulae duo duramenta ſeruemus. Auferenda ſunt lata [c], intorta, de- 2
bilia, malis locis nata ſarmenta. Focaneus [d] etiam, qui inter duo brachia medius
naſcitur, debet abradi: qui ſi pinguitudine [e] ſua brachium quodcunque proximum
debilitauerit, illi [f] deciſo ipſe ſuccedat. Erit tamen optimi [g] putatoris, inferius
ſarmentum, quod bono loco natum fuerit, reparandae [h] vitis cauſa ſemper tueri, et
ad vnam vel duas gemmas relinquere. In locis [i] clementioribus altius vitem lice- 3
bit expandere: in exilibus, aut aeſtuoſis, aut decliuibus [k], aut procelloſis, humilior
eſt habenda. locis pinguibus, ſingulis brachiis vitium bina flagella dimitte. Sed
erit ſapientis aeſtimare vim vitis. nam quae altius colitur [l], et foecunda eſt, plus
quam octo palmites habere non debet, ita vt conſeruemus [m] ſemper in inferiore
parte cuſtodem. Circa crus quidquid naſcitur, amputandum eſt, ſi non deſideret 4
vinea reuocari [n]. Quod ſi truncus vitis ſole, aut pluuiis, aut noxiis animalibus eſt
cauatus, purgamus [o] quidquid eſt mortuum, plagasque eas amurca linimus, et [p]
terra: quod proderit aduerſum praedicta. Cortex etiam reciſus, et pendens a [q]
vite tollatur: quae res minorem fecem reddit in vino. Muſcus radatur vbicunque
repertus [r]. Sed plagae, quas in [s] duro vitis accipiet, obliquae et rotundae [t] eſſe 5
debebunt. Deciſis, ſicut ſupra dixi, male natis omnibus, et veteribus, nouellos
et fructuarios ſerua. Vngues etiam cuſtodum ſiccos, et annotinos recide, et omnia
quae vetera vel ſcabra reperies. Illae [u] quae altius coluntur, vt in iugo vel per-
gula, vbi quatuor pedibus ſupra terram leuatae ſteterint, quaterna brachia habeant.
Si macra vitis erit, in ſingulis brachiis ſingula flagella dimittimus: ſi pinguis, bina. 6
ſed

[T.XII.] a) *eſt* om. *I. B. R.* b) *ve* om. *I. B. R. in tenui viticule* forte *ne tenui viticulae Cr.* c) *leta ſ. laeta Cr. laeta Lugd. lenta E.* d) *Focaneus etiam* om. *Pol. Cr. oculus etiam Lugd. focalis E.* mox *melius n.* e) *pinguedine bra. Pol. pinguedine Lugd. E.* f) *illo Lugd. E.* g) *optimum putatori Lugd.* h) *recuperandae Cr.* i) *laetis et* inſ. *Cr.* k) *decliuis Cr. I. B. R. E.* l) *tollitur I. I* —— *G. Cr.* Sed *colitur* etiam *Lugd. et Vlit. ad Grat. v. 64.* m) *conſideremus Lugd. E. et Vlit. l. c.* n) *renouari Cr.* o) *purgemus E.* poſt *liniamus.* p) *aut Cr.* q) *ante Lugd. E.* r) *inuentus P. fuerit repertus E.* s) *in duro* om. *Pol. in trunco Barth.* t) *et rotundae* om. *E.* u) *illae* —— *habeant* om. *P.*

12 Totum hunc titulum deſcripſit ordine aliquantum immutato Creſcentius 4, 12.

12 2 AVFERENDA SVNT LATA) Aliquoties, fateor, moleſta mihi fuerunt *ſarmenta lata*, neque id diſſimulaui ad Colum. 4, 24, 7. Sed fecit Creſcentius, qui *leta* ſcripſit, et, quod poſtea obſeruaui, Codex Lugdunenſis, vt hanc vocem ſubſtituendam *latis* putem. Abſurdum videbatur librariis, *laetum* ſarmentum abſcindi: (vid. Schoettgenius ad Pallad. 1, 6, 5 vbi ſimilem Commelini metum arguit) maluerunt itaque ponere quod non intelligerent. Verum ſi attendas apparebit, non ſimpliciter *laeta ſarmenta* damnari; ſed ſi ſint eadem ſterilia, vel ſupra modum exuberantia, vt ſuccum vitamque aliis intercipiant. Vid. omnino Col. A. 17, 3. Igitur et hic reſtituenda *laeta* ex Creſcentio arbitror, et apud Columellam 4, 24, 7 itemque de Arb. 10, 2 *latis* ſubſtituenda: niſi tamen exoriatur, qui doceat nos, quam vim *lata ſarmenta* habeant, et qua de cauſa reſecanda videantur.

12, 2 FOCANEVS ETIAM) Vid. Col. 5, 6, 35.

12, 3 IN LOCIS CLEMENTIORIBVS) Creſcentius 4, 12 *In locis laetis et clementioribus* etc. locus enim *laetus exili* opponitur, vt *clemens aeſtuoſo*, de quibus ſtatim agit Palladius. PONTED.

12, 4 AMVRCA ET TERRA) Col. 4, 24, 6.

12, 5 VNGVES CVSTODVM) Col. 4, 24, 8.

22, 6 SI MACRA VITIS ERIT) Creſcentius: *ſi macra et humilis vitis erit.* Idque recte:



duo

ſed prouidendum, ne in vna [x] parte ſint ſarmenta, quae ſeruas: quod cum ſit [y], vitis, tamquam ſi fulgure tangatur, areſcit. Relinquenda ſunt ſarmenta neque circa durum, neque in ſummo: quia haec velut pampinaria minus afferunt, illa vitem nimietate foetus onerant, et longius ducunt. quare in medio loco ſeruanda ſunt, quae [z] tuemur. Plaga non iuxta gemmam, ſed aliquanto ſuperius fiat, et auertatur a gemma propter lacrymam defluentem.

XIII. VITIS quae in arbore collocatur. Prima eius materia ad ſecundam
vel tertiam gemmam praecidatur. deinde omnibus annis aliquid per ramos creſce-
re ſubinde patiamur, vnam materiam ſemper ad cacumen arboris dirigentes. Sed
qui fructum volunt maximum, materias plures [a] per ramos ſubmittunt [b]; qui vi-
num melius, ſarmenta in cacumen extendunt. Fortioribus ramis arborum plures
2 materiae, debilioribus imponendae ſunt pauciores. Putandi autem ratio talis eſt,
vt et [c] vetera ſarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur, et
noua circumciſis capreolis et ramulis inutilibus dimittantur. Sed prouidendum eſt,
omnibus annis vitem reſolui ac religari, quia refrigeratur. Ita formandi ſunt rami
arborum vitiferarum, ne alter ſub alterius linea dirigatur: ſed loco pingui vlmus a
terra octo pedibus, gracili vero ſeptem ſine ramo relinquenda eſt. In ſolo roſido
et nebuloſo, rami arboris vitiferae in orientem et occidentem putatione dirigantur,
3 vt latera vacua ſolis radiis membra totius vitis oſtendant. Agendum eſt autem, vt
vitis ſpiſſa non ſit in arbore, et deficientibus [d] primis arboribus ſubſtituendae ſunt
aliae. In loco cliuoſo humilius rami arborum ſeruandi ſunt; in plano et vliginoſo,
altius. Palmites ad arborem non duro vimine ligentur, ne eos vinculum recidat,
aut atterat. Hoc autem noueris, quia palmes [e], quod extra ligaturam pendens habue-
rit, fructu [f] induet: quod infra ligaturam, materiae ſequentis anni deputabit [g].

XIV. VITES, quas prouinciali more velut arbuſculas [a] ſtare dixi, ſi inſtituere velis, ramos a quatuor partibus his relinques, et in eis brachiis ſarmenta pro vitis poſſibili-

x) *vna Cr. et I. B. R. ima* reliqui. y) *fuerit P.* z) *quae tuemur* om. *P.* [T. XIII.] a) *plures* deeſt *P.* b) *dimittant I. B. R.* c) *et* omitt. *E.* d) *deſinentibus E.* mox om. *ſunt.* e) *palmas P.* f) *fructum I. I*—— *G. fructu induit Lugd.* g) *deputabis E.* bene. [T. XIV.] a) *arbuſcula E.*

duo enim colendae vitis genera hoc in capite Palladius commemorat quorum vnum ſupra hoc modo expreſſit: *nam quae altius colitur et foecunda eſt, plus quam octo palmites habere non debet:* nunc alterum, *ſi macra et humilis vitis erit, in ſingulis brachiis ſingula flagella dimittimus.* PONTED. Verum hic *macra* tantum vitis et *pinguis* opponuntur: et ita quoque Col. l. c.

12, 6 NE IN VNA PARTE) Ita legendum non auctoritate modo antiquarum editionum, (a quibus non diſcedere, cum tacemus, ſignificamus Mediceum librum) et Creſcentii: ſed in primis Columellae 4, 24, 9. Quoties *vnus* et *imus* miſcuerint librarii apud Columellam, Index noſter docet. Reliqua huius capitis plana erunt collato Col. 4, 24, 11.

13, 1 VITIS, QVAE IN ARB. COLLOCATVR) Hunc velut indicem aut lemma poſuiſſe dicendorum videtur Palladius. Itaque interpunctione ſeparaui.

13, 2 PVTANDI AVTEM RATIO) Col. 5, 6, 26.

13, 2 LATERA VACVA SOLIS RADIIS) Ita et liber. Alterum tamen, vbi vox *radiis* omittitur, Latinius nobis viſum, neſcio an aliis. BARTHIVS 41, 7. Si *radiis* abſit, certe *ſoli* videtur legendum. Huic enim oſtendi totam vitem intereſt, et toto quidem die.

13, 3 NOVERIS, QVIA PALMES) Res ipſa eſt apud Col. 5, 6, 28. Ratio conſtructionis *noueris quia* barbara eſt. Poteſt autem cauſae intellectum habere ɥ quia. Hoc, quod de vinculo dixi, tanto magis noueris et obſerues, quia ſolet illud vrgeri magno pondere fructus.

14 Conf. Tit. 11. h. l.

14 POSSI-

poſſibilitate [b] ſeruabis. Vites autem, quae cannis in orbem coguntur [c], ſic putentur, quemadmodum eae quae nituntur ridicis [d], aut palis. Illae vero quae ſine adminiculis iacent, quod pro ſola indigentia [e] faciendum eſt, vel neceſſitate prouinciae, primo anno duas gemmas, deinde plures habebunt. Sed huius generis vinea ſtrictius eſt putanda.

XV. NOVELLAM vitem Columella dicit a primo anno ad vnam materiam
eſſe formandam, nec recidendam totam, ſicut Italiae conſuetudo eſt [a], anno ſecun-
do expleto, quia vel intereant vites in totum reciſae, vel infoecunda ſarmenta pro- 2
ducant, quae amputato capite velut pampinaria de duro coguntur exire: quare iuxta
ipſam commiſſuram veteris ſarmenti, vnam vel duas gemmas [ cenſemus [b] ] relin-
quendas [c]: quod eſt merito in viticula fortiore ſeruandum, et ſane excipiendam ca-
lamis nouellam, vel exiguis palis, vt tertio anno robuſtiores poſſit accipere. Nam 3
quadrima nouella, vbi laetum ſolum eſt, tres materias merito nutrire [d] cogetur.
Statim poſt putationem [e] ſarmenta deciſa [a [f] ] vineis, et rubi et impedimentum [g]
foſſoris omne [h] tollatur.

XVI. HOC etiam menſe propagandae ſunt vites: ſed vetus et exeſa vinea
cuius [a] duramenta longe [b] proceſſerunt, vt Columella dicit, mergis melius repara-
bitur, quam ſi infoſſione totius corporis obruatur. quod agricolis certum eſt diſpli-
cere. Mergum dicimus, quoties [c] velut arcus ſupra terram relinquitur, alia parte
vitis infoſſa. Nam (vt ait Columella) cum totae [d] ſtratae ſunt, plurimis radici- 2
bus totius corporis fatigantur. Mergi vero poſt biennium reciduntur in ea parte,
quae ſupra eſt, et in loco iuſtas [e] vites relinquunt [f]. Sed (vt agricolae aſſerunt)
poſt

b) *ſtabilitate E.* recte. c) *ſtringuntur P.* d) *ridicis aut* om. *P. radicibus Lugd. E.* e) *indulgentia P. pro* om. *E.* [T. XV.] a) Hic interp. *omnes.* Nobiſcum *Morg. I,* 83. b) *cenſemus* om. *Lugd. P. I. B. R. dicimus E.* mox abeſt *merito.* c) *reliquenda ſunt P.* d) *ſeruare P.* e) *in* inſ. *P.* f) *a* om. *Lugd. I. B. R. E.* g) *impedimenta P.* h) *omne* om. *P.* [T. XVI.] a) *cui Lugd.* b) *longe* om. *E.* vt ante *vetus.* c) *quotiens Lugd.* d) *tota eſt craterate P.* e) *iuſta P. viuas E.* f) *relinquuntur P.*

14 POSSIBILITATE) *Poſſibilitas* alicuius rei vel hominis eſt, quod quaeque et quisque extremum ſufferre valet. BARTHIVS 41, 6.

14 PRO SOLA INDIGENTIA) h. e. nonniſi cum alia vinearum genera excludunt cauſae idoneae. Sed nec diſſimulo, magis mihi probari cum Mediceo vnica mutata literula legamus *pro ſoli indulgentia*: inprimis cum *neceſſitatis prouinciae* ſeparatim fiat mentio.

15, 1 COLVMELLA) de Arb. 5; it. 4, 6, 1 et c. 1, 1. Deſcripſit Creſcentius 4, 13.

15, 2 [CENSEMVS] RELINQVENDAS) Verbum *cenſemus* in vetuſtis Florentinis et Vaticanis codicibus non reperitur, neque in Ienſonianis Bruſchianisque libris; idcirco etiam Commelinus lineis ipſum circumſcripſit, cum de eo dubitaret. Ego vitioſum, exiſtimo; nam Palladius non ſic eſſe faciendum exiſtimat, ſed ſic faciendum de Columellae ſententia commemorat, quae etiam id quod adiectum eſt, amplectitur: *et ſane excipiendam calamis nouellam.* Quare ſi retinendum verbum illud videatur, in *cenſet* immutarem. Creſcentius hunc locum ita 4, 13 expreſſit: *Quare iuxta commiſſuram veteris ſarmenti ad vnam vel duas gemmas inferiores capitis relinquenda* (an *relinquendae* vites nempe) *ſunt.* At Columella 4, 11 hoc modo loquitur: *Sed annotato ſuperioris anni pollice, ſupra ipſam commiſſuram veteris ſarmenti vnam vel duas gemmas relinquemus, ex quibus germinet.* De nouella vero vite vel exiguis palis vel calamis palanda proximo capite 12 agit. PONTED.

15, 2 EXCIPIENDAM) Deſiit ex Columellae perſona loqui. ſuumque interpoſuit iudicium, non quidem verbo *cenſemus*, quod dubium admodum, vel plane falſum eſt; ſed verbis, *quod* EST *merito in viticula fortiore ſeruandum.* Itaque non placet rediri ad infinitum orationis genus et ἀφηγηματικὸν, ſed legi vix apice mutato *excipiendum.* Quoties gerundia cum verbi ſui caſu iungantur, non hic opus eſt docere. Multa Varronis praeſertim ſuppeditabit noſter Index.

16, 1 COLVMELLA) 4, 22, 2; it. Arb. 7, 4 ſunt quaedam in hanc ſententiam, verba quidem

poſt biennium ſi recidas, plerumque infirmas [g] habent radices et repente ſimul pereunt [h].

XVII. HOC menſe calidis et apricis locis optime celebratur inſitio, quae fit
tribus generibus. Sed ex his duo nunc fieri poſſunt; tertium reſeruatur aeſtati.
Sunt [a] autem genera inſerendi haec: aut ſub cortice, aut in trunco, aut emplaſtro.
Inſeremus ergo ſic: Arborem vel ramum, in loco qui nitidus eſt et ſine cicatrice,
ſerra recidemus non laeſo cortice. poſt ſerraturam, plagam ferramentis acutis in-
2 cidamus [b]. Inde quaſi cuneum tenuem [c] ferreum, vel oſſeum, maxime leoninum,
inter corticem et lignum tribus prope digitis conſideranter [d] deponimus, ne corti-
cis faſcia diſſipetur; et in eum modum ſubducto cuneo, ſtatim ſurculum mergimus
vna parte deciſum ſalua medulla, et cortice partis alterius, qui ſupra arborem ſex
3 vel octo digitis emineat. Duos, vel tres, vel plures ſurculos pro trunci qualitate
conſtituimus: quaternis digitis, vel amplius inter eos ſpatium relinquemus: tunc
iunco, aut vlmo, aut vimine ſtringemus, et ſuper lutum muſco tectum ponemus,
ac ligabimus, vt quatuor digitis ſupra lutum poſſit ſurculus eminere. Pleroſque
delectat ſtrictum primo ſectae arboris truncum vinculis arctioribus, in medio finde-
re, et ibi ſurculos ex vtraque parte raſos [e] in modum cunei, vt integra ſit medulla,
demergere, praemiſſo ante cuneolo, quo ſubducto, depoſitus ſurculus redeunte in
4 plagam materia, poſſit aſtringi. Sed hoc vtrumque genus vernum [f] eſt, et fit cre-
ſcente luna, vbi [g] incipit gemma arborum turgeſcere. Surculi autem, qui inſe-
rendi ſunt, ſint nouelli, fertiles, nodoſi, de nouo nati, ab orientali arboris parte de-
ciſi, craſſitudine digiti minoris, bifurci vel trifurci [h], gemmis pluribus vberati.
5 Si arborem minorem deſiderabis inſerere, in qua ſine dubio meliora incrementa pro-
ueniunt, circa terram ſecato: et quod melius eſt, ſurculos inter lignum corticem-
que depone, tunc ſtringe. Quidam raſum ex vtraque parte ſurculum conuenien-
tem ſoliditati arboris inſerendae ſic in medio deponunt, vt cortex ſurculi vndique
cortici arboris reddatur aequalis. Sed in nouella arbore terra mota vſque ad ipſum
6 inſitum colligatur; quae eam res [i] a vento et calore defendet. Mihi aſſeruit dili-
gens agricola omne inſitum ſine dubio comprehendere, ſi depoſitis ſurculis viſcum
non temperatum in ipſa plaga pariter mergamus, quaſi glutino quodam ſuccos
materiae vtriusque miſturum. De emplaſtratione ſuo menſe dicemus. Quartum
7 genus Columella ſic retulit. Gallica terebra vſque ad medullam arborem perfo-
randam, plaga interius leuiter inclinata. ibi educto [k] omni ſcobe, vitem, vel ra-
mum ad modum foraminis impreſſi delibratum, ſuccidum tamen et humentem,
ſtricte imprimi, vna aut duabus gemmis foris relictis. tunc argilla et muſco locum
8 diligenter operiri. ita et vites in vlmo inſeri poſſe commiſſas [l]. Hiſpanus quidam
mihi

g) *infirmatas Lugd.* h) *perierunt Lugd.* [T. XVII.] a) *Eſt autem inſerendum P. genera* om. etiam *Lugd.* b) *nitidamus vel incidimus P.* c) *tenuem* om. *P. E.* d) *conſiderantes rep. Lugd.* e) *reciſos P.* f) *veris Lugd.* g) *quando P.* h) *vel trifurci* om. *E.* i) *colligatumque, ea res E.* k) *educta Lugd.* l) *commiſſas* om. *P.*

quidem nondum reperi. *Mergi* diſciplinam habes 4, 15.

17, 1 GENERA INSERENDI) Eadem praecipiunt Col. Arb. c. 26 et Florentinus Geop. 10, 75. SCHOETTG.

17, 6 SVO MENSE) Iunio 5.

17, 7 COLVMELLA) Arb. 8, 4 qui tamen *ſcobem* non vult dici, verum *ramenta*, quae terebra educuntur.

17, 8 SA-

mihi [m] hoc genus nouae [n] inſitionis oſtendit, [quod [o]] ex perſico ſe aſſerebat expertum. Salicis ramum brachii craſſitudine, ſolidum, longum cubitis duobus aut amplius, terebrari iuſſit in medio, et plantam perſici in eodem loco in quo conſiſtit, ſpoliatam ramis omnibus, ſolo capite relicto per ipſum ſaligni manubrii foramen induci: tunc eundem ſalicis ramum terrae capite vtroque demerſo, in arcus ſimilitudinem debere curuari, foramen luto, muſco, vinculis ſtringi [p]: anno deinde exemto [q], vbi infra medullam ſalicis caput plantae [r] ſic cohaeſerit, vt vnitas ſit ex duobus miſta corporibus, plantam ſubter incidi atque transferri, et aggerari terram, quae arcum ſalicis cum perſici cacumine poſſit operire: hinc perſici poma ſine oſſibus naſci: ſed hoc locis humidis conuenire vel riguis [s], et ſalices aquationibus adiuuandas [t], vt et natura ligni vigeat [u], quae delectatur humore, et ſuperfluentem copiam ſucci [x] germinibus [y] miniſtret alienis.

XVIII. HOC menſe locis temperatis inſtituemus oliueta, quae vel paſtinis conſerenda ſunt, vt extremas circa decimanum tabulas cingant, vel ſuum locum tenebunt. Si ponuntur in paſtino, radicatae plantae deciſis capitibus et brachiis, et in truncum redactae vſque ad menſuram cubiti vnius et palmi in fermento terrae foſſae [a] defigantur, locum palo antea deprimente: ordei grana ſubteriaciantur, et amputetur iis quidquid putridi inuentum fuerit, aut arentis: et tunc amputata capita luto velentur et muſco [b], vlmeis vinculis, vel tenacibus quibuſcunque conſtricta. Sed maximum beneficium eſt, vt proficiat incremento, ſi rubrica partes 2
notentur, quibus obuerſae ſteterunt [c], et contra eas ſimili ratione ponantur. Sint a ſe diſcretae pedibus quindecim, vel viginti. Omnis ſubinde circa eas herba vellatur: et quoties ſe imber infuderit, breuiſſimis ac frequentiſſimis foſſionibus ſolicitentur. et ſubinde ducta a trunco terra atque permiſta in aliquanto altiores cumulos congeratur. Quod ſi oliuetum ſuo loco facere volueris, haec genera terra- 3
rum ſequeris: terram cui miſta ſit glarea, aut cretam ſabulonis coniunctione reſolutam

m) *mihi* om. *Lugd.* n) *nouae* om. *Lugd. I. B. R. bonae P.* o) *quod* om. *Lugd. P.* Gron. ad Liu. 5, 32. *E.* ſic: *oſtendit ex perſico. Aſſerebat ſe expertum.* bene. p) *adſtringi E.* q) *exacto P.* r) *plantulae P. E.* s) *irriguis P. E.* t) *conuenire, vt etc. P.* u) *vice aquae delectetur P. Lugd.* x) *perſici P.* y) *graminibus I. B. R.* [T. XVIII.] a) *defoſſae E.* b) *et tunc capita earum luto vel E.* bene. c) *ſteterant E.* recte.

17, 8 SALIGNI MANVBRII) Haec ipſa appellatio docet intelligi non ramum matri adhuc haerentem, ſed taleam deciſam. Hinc etiam *vtriusque capitis* mentio, h. e. extremitatis.

17, 8 ANNO — EXEMTO) Ne quis feſtinet ad emendandum ex auctoritate Medicei et legendum *exacto*, obſtat Palladii vſus v. g. Febr. 26, 2.

17, 8 PLANTAE) h. e. ipſa ſtirps, quae ſalici inſerta eſt, ab inferiori parte illi coaluerit.

17, 8 CVM PERSICI CACVMINE) quod ex ſumma arcus parte exit, vt adeo commiſſura tota terra obruta ſit.

17, 8 POMA SINE OSSIBVS) Breuior multo ratio eſt Geop. 10, 16.

18 Pleraque huius tituli deſcripſit Creſcentius, 5, 19. Noſter autem ante oculos habuit Col. Arb. 17 et R. R. 5, 8 et 9.

18, 1 EXTREMAS CIRCA DECIMANVM TABVLAS) Non igitur totae tabulae, in quibus generatim vites poſitae ſunt, ſed ea tantum latera vel extrema, quae decimano, h. e. viae maiori vineam diuidendi contigua ſunt.

18, 1 TENACIBVS QVIBVSCVNQVE) Vtitur alias *tenacium* voce noſter pro *pediculis* vel *petiolis* fructuum ſubſtantiue: hic ſubſtantiue non minus, ſed pro materia quacunque ad ligandum et ita firmandum apta videtur poſuiſſe. Creſcentius breuiter *vinculis quibuscunque conſtricta.* Poſſis etiam hic quidem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ſubaudire *vinculis.*

18, 3 SVO LOCO) qui ei proprie adſcriptus adſignatusque eſſe debet. Virgilius Georg. 2, 62 *Miraturque nouas frondes et non ſua poma.* Plura obſeruarunt Barthius ad Rutilium 1, 537. Gronouius

tam, aut pinguem ſabulonem, aut terram naturae denſioris [d] et humidae. Creta
4 figuli omnino repudianda eſt, et vliginoſa, et in qua ſemper humor aſſiſtit [e], et
ſabulo macer, et nuda glarea: quamuis enim comprehendat, non conualeſcit. Poteſt
ſeri et vbi arbutus aut ilex ſteterat. nam cerrus [f] et aeſculus exciſa radices noxias
relinquit, quarum virus oleam necat. Locis aeſtuoſis Septentrionali colle; frigi-
dis, meridiano gaudet: mediis, cliuis delectatur. Neque imum locum, neque ar-
duum patitur, magis modicos cliuos [diligit [g],] ſicut eſt regio Sabina, vel Baetica.
Baccarum [h] genus numeroſum eſt, et plurium [i] vocabulorum, ſicut Pauſia, Orchis,
Radius, Sergia, Licinia, Cominia [k], et caeterae quas nominare non attinet. Pauſia
tamen oleum quod reddit, dum [l] viride eſt [m], optimum [eſt [n],] ſed cito vetuſtate
corrumpitur. Optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Sed de his haec [o] gene-
raliter praecepiſſe ſufficiet [p], maiores [q] baccas cibo, minores oleo profuturas. Si
5 frumentarius ager eſt, quem conſerimus olìueto, quadragenis inter ſe pedibus di-
ſtent: ſi macer, vicenis [r] quinis. Melius faciemus, ſi ordines in Fauonium diriga-
mus. Cum deponentur, in ſcrobes ſiccas [s] conſtituantur quaternis pedibus foſſas [t].
Glarea etiam, vbi lapides defuerint, miſceatur, et ſtercus. Si clauſus locus eſt,
modice ſupra terram, quae ponuntur, emineant. Si pecora formidantur, altiores
trunci eſſe debebunt. In ſiccis vero prouinciis cum pluuiae deſunt [u], rigare con-
6 veniet. Si [x] prouincia indiget oliuetis, et non eſt vnde planta ſumatur, ſemina-
rium faciendum eſt, id eſt tabula effoſſa, ſicut ſuperius dixi, vt ibi (ſicut Columella
dicit) rami ſerra inciſi in modum ſeſquipedalem deponantur. inde poſt quinquen-
nium poterit valida planta transferri, et locis frigidis hoc menſe plantari [y]. Scio
pleroſque, quod facilius atque vtilius eſt, radices olearum quae in ſiluis plerumque
ſunt, aut in locis deſertis, in cubitalem menſuram reciſas, aut in ſeminario, ſi pla-
cuerit, aut in olìueto ſolere diſponere, et admiſtione ſtercoris adiuuare. Qua re [z]
proueniet, vt ex vnius arboris radicibus numeroſa planta naſcatur [zz].

XIX. ETIAM pomiferas arbores poſſumus in paſtinis a Septentrionali regio-
ne diſponere, de quibus ſigillatim dicemus, quae ſpecialiter ſunt tenenda. Nam
pomis eadem conuenit terra, quae vitibus. ſcrobes autem maiores facies, vt
materiae proſis [a], et fructui. Si pomarium facies, inter ordines tricenos pe-
2 des relinques. Plantas ſtatues radicatas, quod eſt melius. ſed ſeruabis, ne cacu-
mina aut manu fracta aut eroſa non creſcant. Vnumquemque ordinem ſuo generi
deputabis,

d) *depreſſioris et viuidae Cr. viuidae* etiam *Lugd. E.* e) *exſiſtit Cr. conſiſtit Colum.* 5, 8, 6. f) *cedrus etiam exc. P.* g) *diligit* om. etiam *Lugd.* h) *Olearum P.* i) *plurimorum P. plurimum Lugd.* k) *Comminia Pal.* ind. Sylb. l) *dum* om. *P.* m) *eſt , et P.* n) *eſt* omitt. *I. B. R.* o) *hoc P.* p) *ſufficiat E.* bene. q) *maiores* —— *profuturas* om. *P.* r) *in cenis P.* deeſt plane *I. B. R.* s) *ſicce P.* t) *foſſe P.* u) *et* inſ. *Lugd.* x) *Et ſi I. B. R.* y) *transferri P.* z) *quare* omn. zz) *vellatur P.* [T. XIX.] a) *proſit I. I* —— *G. et fructibus E.*

Gronouius Obſ. 1, 11. SCHOETTG. De hoc vſu pronominis reciproci vbi ſignificat vnam aliquam et ſolidam naturam, nihil alieni habentem, etiam teſtantur loca Plin. 33, 4 ſ. 21. *Aurum arrugia quaeſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt:* et 33, 8 ſ. 42 *Siſaponenſibus miniariis ſuae venae arena ſine argento excoquitur.*

18, 3 DENSIORIS ET HVMIDAE) Quod eſt apud Creſcentium et Lugd. *viuidae,* illud ex *vuidae* corruptum arbitror. *Vuidam* hic habet etiam Col. 5, 8, 6.

18, 3 CERRVS ET AESCVLVS) *Quercus* eſt apud Col. 5, 8, 7. Itaque *cedrum* non puto admittendam.

18, 6 COLVMELLA) 5, 9, 3.

19 Vidit Colum. de Arb. 18 ſqq. et 5, 10.

19, 2 SED SERVABIS, NE CACVMINA) Locus vitioſus, qui hoc aut alio item modo emendari

deputabis, ne infirmae a valentioribus opprimantur [b]. Plantas ſimiliter notabimus,
vt ipſis quibus ſteterant cardinibus opponamus. De cliuo ſicco et exili, in planum, 3
pinguem et humidum transferemus. Si truncos ponere volueris, ſupra terram
prope tribus pedibus erigantur. Vbi duas in vna ſcrobe plantas deponis, cauendum eſt, ne ſe contingant. nam vermibus interibunt. Sed (vt Columella dicit) feraciores ſunt, quae ſeminibus, hoc [c] eſt nucibus ſuis, quam quae plantis ponuntur, aut [d] ramis. Vbi regio ſiccior eſt, aquationibus adiuuentur.

XX. NVNC locis maritimis et calidis fodiendae ſunt vites: vel (ſi haec [a] prouinciae conſuetudo eſt) exarandae, et in eiſdem locis palandae, aut ligandae ſunt vineae prius quam gemma procedat; cuius concuſſione vel attritu incurritur grande diſpendium. Nunc oleae caeteraeque arbores laetamen accipiunt decreſcente 2
luna. ſufficiet autem maiori arbori vehes [b] vna; minori, media; ita vt ſubducta a radicibus terra, et fimo permiſta, reuocetur. Tempore hoc, ſi quae ſunt in ſeminariis plantae, circumfodiendae ſunt, et amputandi eis rami ſuperflui, vel radiculae, quas circa in ſuperiore parte miſerunt.

XXI. HOC menſe roſaria conſeremus, quae ſulco breuiſſimo aut ſcrobibus ponenda ſunt, vel virgultis, vel etiam ſemine. Semina autem roſarum non putemus medios floſculos eſſe aurei coloris, quae roſae fuerunt, ſed baccas nutriunt, quas in breuiſſimi piri ſimilitudinem plenas ſeminibus poſt vindemiam reddunt maturas, quarum tamen maturitas ex colore fuſco et mollicie poterit aeſtimari. Siqua 2
etiam ſunt antiqua roſaria, hoc tempore [a] circumfodiuntur [b] ſarculis vel dolabris, et ariditas vniuerſa reciditur. Nunc et quae rara ſunt poſſunt ducta virgarum propagine reparari. Si roſam temperius habere volueris, duobus palmis ab ea [in] gyrum [c] fodies, et aqua calida bis rigabis in die. Nunc et liliorum bulbos pone- 3
mus, vel lilia ante habita ſarriemus [d] ſumma diligentia, ne oculos circa radicem naſcentes, et minores bulbulos ſauciemus, qui a matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, noua lilieta formabunt. Item violarum plantae, et croci bulbi ſerendi ſunt, vel [e] ſubtiliter (ſi fuerant ante) fodiendi.

XXII. HOC menſe aliqui lini ſemen laeto [a] ſolo in iugerum x modios ſpargunt, et lina conſequuntur exilia [b].

XIII. TEMPORE hoc canneta ponenda ſunt factis breuiſſimis ſcrobibus, et oculis cannarum per ſingulas ſcrobes obrutis, qui ſemipedis ſpatio inter ſe diſtare debebunt. Si calidae et ſiccae prouinciae ſtudemus, valles humidas vel irriguas opus

b) *deprimantur E.* c) *hoc eſt nucibus* om. *P.* d) *aut — adiuuentur* deſunt *P.* [T. XX.] a) *vel, cui haec E.* b) *neges P. veges Lugd. I. B. R. E.* [T. XXI.] a) *menſe P.* b) *fodiuntur Lugd.* c) abeſt *in E.* d) *ſariemus Lugd.* e) *et P.* [T. XXII.] a) *lento E.* b) *exilia* om. *E.*

emendari poteſt; *Sed ſeruabis, ne cacumina aut manu fracta, aut a pecore praeroſa ſint, nam non creſcunt.* Columella *de Arb.* cap. 18 *Nam ſi prius cacumina manu perfracta, aut a pecore praeroſa fuerint, quam adoleſcant, in perpetuum corrumpuntur.* Idem 5, 10 *Quoniam ſi ſaepius cacumina hominis manu tractata* (an *perfracta* vel *detracta*? vt indicaui) *aut a pecore praeroſa ſunt, in perpetuum ſemina incrementum capere nequeunt.* PONTED. Mihi videbatur ſanus eſſe locus, modo pro *eroſa* legas *deroſa.* Primam literam praecedens eiusdem organi hauſiſſe poteſt.

19, 2 CARDINIBVS) Eadem praecipit Virg. Ge. 2, 269.

19, 3 VT COLVMELLA DICIT) Nondum inueni locum. Si nuces arbores intelligit res aperta: loca dabit Index.

opus eſt deputare cannetis; ſi frigida regio eſt, locis mediis inſtituantur, ſed [a]
ſucco villarum ſubditis. Inter haec aſparagorum etiam ſemina ſpargere poſſumus,
vt miſta naſcantur, quia et aſparagi coluntur, et incenduntur eo more [b] quo cannae.
2 Sed ſi ſunt antiqua canneta, hoc tempore ſarrientur, reciſis quae in radice purganda
ſunt, id eſt putribus, male porrectis, et ſiqua gignendi oculos non habebunt [c].
Nunc ſalicis plantas, et omnium generum, quae arbuſto applicandae ſunt, vel ge-
neſtae [d], (vbi deerit) obruemus. Ex baccis etiam myrti et lauri, ſeminaria facie-
mus, vel ſi fuerant, excolemus.

XXIV. CIRCA Idus Februarias ſepes hortorum ex congeſto in ſunibus ſpi-
narum ſemine faciendae [ſunt,] ſicut dictum eſt, cum de munimine loqueremur
hortorum. Item Graeci dicunt de craſſa [a] rubi virga fieri debere particulas, et pal-
maribus ſcrobibus obrui, et quotidie [b], donec frondeat, foſſione et rigatione nutriri.
2 Hoc menſe lactuca ſeritur, vt [c] poſſit Aprili menſe transferri. Item carduus ſeri-
tur; et naſturtium, et coriandrum, et papauer, ſicut menſe Nouembri, et allium
et [d] vlpicum. Nunc [e] ſatureia ſeritur pingui agro, non ſtercorato, ſed aprico, vel
3 melius mari proximo, et [cum] cepullis miſta ſeminatur. Hoc etiam menſe cepul-
las ſeres: ſed conſtat et vere et autumno eſſe [f] ſeminandas. ſi ſemen eius [g] ſeueris,
in caput [h] creſcit, et minus reddit in ſemine: ſi capitulum ponas [i], ipſum maceſcit,
et multum ſemen educit. Terram cepae deſiderant pinguem, vehementer ſub-
actam, irriguam, ſtercoratam. ibi areas faciemus omnibus herbis et radice purgatas.
4 feremus placido et ſereno die, maxime Auſtro vel Euro flantibus. ſi minuente luna
ſerantur, tenues et acriores proueniunt: ſi creſcente, robuſtae et ſaporis humecti.
rarius ſunt ponendae; runcandae ac ſarculandae ſunt [k] ſaepius. Si capita volueri-
mus his eſſe maiora, folia omnia debemus auferre, [et] [l] ſic ſuccus ad inferiora
cogetur: de quibus vero ſemina colligenda ſunt, iuuentur [m] adminiculis [n], vbi cau-
lem coeperint excitare. Cum niger color ſeminis fuerit, praeferunt [o] maturita-
tis indicia. Vellendi ſunt thalli adhuc ſemiſicci cum ſemine, et ſic in ſole ſiccandi.
5 Hoc menſe anethum [p] feres locis frigidis. Omnem caeli ſtatum patitur, ſed tepi-
diore laetatur. Rigetur [q], ſi ſe imber abſtineat. ſeratur rarius. Aliqui ſemen eius
non obruunt, opinantes quod a nulla aue tangatur. Nunc et ſinapi ſerere poſſu-
mus [r]. Hoc etiam menſe caules feremus, qui et toto anno ſeri poſſunt. ſolum [s]
pingue et ſatis ſubactum diligunt: argillam [t] et glaream timent: ſabulone et arenis
6 non delectantur, niſi perennis vnda ſuccurrat. Omnem caeli ſtatum caulis patitur,
frigidum magis. Contra auſtrum poſiti citius ferunt; contra ſeptentrionem, ſerius.
Sed hic et ſapore caulis vincit et robore [u]. cliuis delectatur, et [x] ideo ponendae ſunt
plantae

[T. XXIII.] a) *ſed ſucco villarum ſubditis* deſunt *P.* b) *hoc menſe E.* c) *habent E.* d) *gene-ſtas (vbi deerunt) I. I. --- G.* [T. XXIV.] a) *groſſa Lugd. E.* b) *cotidie Lugd.* c) *vt -- carduus ſeritur* deſunt *P.* d) *et vlpicum* deeſt *P. vel I. B. R.* e) *Nam E.* f) *eſſe* om. *P.* g) *earum* coni. *Morg. I,* 84. h) *capite P.* i) *ponas marceſcit P. E.* k) *ſunt* om. *P.* l) *et* om. *E.* m) *iuuemus P.* n) ſic *Lugd. amminic.* reliqui. o) *praeferunt* om. *P.* p) ſic *Lugd. anetum* rel. q) *Regitur, ſi non pluerit; ſer. P.* r) *poſſ. Et caules, qui toto P.* s) *ſolo pingui et ſa. ſubacto P.* t) *arenam I. B. R.* u) *rubore, qui cliuis P.* x) *et ideo -- arearum* om. *P.*

24, 1 DE MVNIMINE HORTORVM) 1, 34, 5 ſq. Conf. Diophanes Geop. 5, 45; Colum. 11, 3. Add. Plin. 17, 10. SCHOETTG.

24, 2 ET [CVM] CEPVLLIS) Commelinus quoniam *cum* in vetuſtis libris non inuenerat ipſum lineis circumdedit. Cuba quoque non excerpſit. PONTED.

24, 7 Co-

plantae per puluinos [y] arearum. gaudet ſtercore et ſarculatione. rarius poſitus con-
valeſcit. celerius [z] coquitur virore [a] ſeruato, ſi, dum eſt trium vel quatuor folio-
rum, nitrum tritum cribello deſuper ſpargas, vt ſpeciem pruinae candentis [b] imite-
tur. Columella dicit plantarum radices alga marina inuoluendas ſeruandae viridita- 7
tis cauſa, fimo ſimul adhaerente [c]. Ponendae ſunt plantae maioris incrementi, quia
licet ſerius comprehendant, fortiores fient. Si hiems eſt, tepido iam die; ſi aeſtas, cum
ſol in [d] veſperam declinatur, planta pangenda eſt. Vaſtior fiet, ſi terra operiatur aſſi-
due. Semen [e] braſſicae vetuſtum mutatur in rapa [f]. Hoc menſe poſt Idus ſpon- 8
gias [g] aſparagorum vel nouas formare incipiemus ex ſemine, vel antiquas ponemus.
Mihi etiam illud vtile [h] videtur ac diligens, vt aſparagi agreſtis radices plurimas in
vnum locum congeramus cultum [i], vel certe ſaxoſum, quae ſtatim fructum dent
ex loco, qui aliud nil alebat, et has annis omnibus incendamus in ſcopis, vt fructus
frequentior ſurgat [k], et fortior. Hoc autem genus eſt ſapore iucundius. Nunc 9
etiam malua ſeri poteſt. Mentam quoque ſere plantis [l] vel radicibus, loco humido,
vel circa aquas. apricum ſolum, nec pingue, nec ſtercoratum deſiderat. Hoc
menſe [m] foeniculum ſeres loco aprico, et [n] modice [o] ſaxoſo. Seritur [p] primo vere
paſtinaca, et ſemine ponetur et plantis, loco pingui, ſoluto [q], altius paſtinato:
raram [r] ſtatues, vt robur accipiat. Cunela [s] etiam nunc ſeritur, et colitur eo more
quo allium vel cepulla. Nunc caerefolium [t] locis frigidis [u] poſt Idus ſeratur: deſi-
derat agrum laetum, humidum, ſtercoratum. Hoc menſe betam ſeremus, quam- 10
vis poſſit et tota aeſtate ſeminari. amat agrum putrem, humidum, laetum [x]. trans-
ferenda eſt quatuor aut quinque foliorum, radicibus fimo recenti oblitis. amat fre-
quenter effodi, et multo ſtercore ſaturari. Hoc menſe porrus ſerendus: quem ſi 11
ſectilem velis, poſt duos menſes, quam ſatus eſt, poteris deſecare manentem in areis
ſuis: quamuis aſſerat Columella, etiam ſectiuum diutius duraturum, melioremque [y],
ſi transferatur, et quoties ſecabitur, aqua iuuetur et ſtercore. ſi capitatum [z] facere
velis,

y) *bulbinos Lugd. I. B. R. vid. ſ.* 13. *pulbidos E.* z) *Celerius -- imitetur* om. *P.* a) *vigore ſervato E.* mox *ſpargis.* b) *pruinae canentis E.* bene. c) *haerente P.* d) *ad P.* e) *ſemen braſſicae --- iucundius* om. *P.* f) *rapam I. B. R. rapa I. I — G. Vict.* g) *ſfongeas Lugd. E.* h) *vile Lugd. illud* om. *E.* i) *incultum* coni. *Morg. I,* 85. k) *reſurgat E.* l) *quae pla. et rad. ſtercus deſiderat* caet. omiſſ. *P.* m) *loco P.* n) *et* deeſt *P.* o) *maxime I. B. R.* p) *ſeritur pr. vere* om. *P.* q) *ſoluto* om. *P.* r) *rarum P.* s) *Cunela --- caerefolium* om. *P.* t) *Nunc etiam cerefolium E.* u) *humidis P.* x) *locum Lugd. I. B. R.* om. *P.* y) *meliorem E.* z) *capitum Lugd.*

24, 7 COLVMELLA) II, 3, 23.

24, 7 MVTATVR IN RAPA) Quos interrogaui earum rerum peritos, ii negant ſibi tale quid in ſemine quinque et ſex annorum vſu veniſſe. Neque Theophraſtus et Plinius, quo loco de permutatione ſeminum et vitio aetatis agunt, ille hiſt. plant. 7, 6; hic 19, 11 ſ. 58 huius rei mentionem faciunt. Forte permutauit aliquis ſemina non multum diſſimilia.

24, 9 HOC MENSE FOENICVLVM SERES) Haec perperam in omnibus editis libris diſtinguuntur; nam ſic videtur ſcribendum: *Hoc menſe foeniculum ſeres loco aprico et modice ſaxoſo.* Seritur *primo vere Paſtinaca, et ſemine ponetur et plantis loco pingui.* Cuba non abſimili ordine transſcripſit: *Paſtinaca vere ſeritur. Primo ſemine ponitur et plantis.* At Plinium ad iſta ſeparanda potiſſimum ſequor, qui 19, 5 *ex iis*, inquit, *paſtinacae vnum genus ſponte prouenit; σταφυλῖνος Graece dicitur. Alterum ſeritur radice vel ſemine primo vere, vel autumno, vt Hygino placet Februario, Auguſto, Septembri, Octobri, ſolo quam altiſſime refoſſo.* PONTED. Obtemperaui viro doctiſſimo, et interpunxi vt iuſſit; licet non intelligerem, quid ad ſententiam intereſſet, ſi Commelini ſeruarem diſtinctionem, quae talis eſt, *Hoc menſe foeniculum ſeres loco aprico et modice ſaxoſo: ſeritur primo vere. Paſtinaca et ſemine ponetur, et plantis, loco pingui etc.* Neque enim dubium eſt quin foeniculum et ipſum *primo vere* ſeri velit Palladius: et quod in Februario tradit paſtinacae diſciplinam, eo ipſo



*primo*

velis, quod [a] vere ſeueris, Octobri menſe transferre debebis. ſerendus [aa] eſt loco
laeto, et maxime campeſtri, area plana, paſtinata alte, et diu ſubacta et ſtercorata.
ſi ſectiuum velis, ſpiſſius: ſi capitatum, rarius ſeres. ſarculo frequentandus eſt, et [b]
12 herbis liberandus. Cum digiti craſſitudinem habuerit [c], a media parte praeciſis fo-
liis, et truncatis radicibus, transferatur: oblitus fimo liquido, quaternis vel qui-
nis digitis ſeparetur. cum radices agit [d], modice comprehendendus et alleuandus
eſt ſarculo, vt ſuſpenſus [e] a terra, quod ſpatii vacuum ſubter inuenerit, capitis va-
ſtitate cogatur implere. Item plura ſemina in vnum ligata ſi depoſueris, grandis
porrus naſcetur ex omnibus. Item ſi capiti eius rapae ſemen immittas ſine ferro,
13 et pangas, multum fertur increſcere: melius [f] ſi frequenter hoc facias. Hoc menſe
inula ſeritur, quo canneta ponuntur. ſeritur oculis ſicut calami, quos abſcindere [g]
et terra leuiter debemus obruere, terra foſſa et ſubacta, excitatis ad lineam puluinis [h],
14 quibus eius oculos oportet infodere. trium pedum inter ſe ſpatio ſeparantur. Hoc
menſe colocaſiae [i] bulbos ponemus. amant [k] humidum locum, pinguem, maxime
irriguum. circa fontes laetantur et riuos, nec de ſoli qualitate curant, ſi perpetuo
foueantur humore. frondere prope ſemper poſſunt, ſi tanquam citreta tegumentis
defendantur a frigore. Hoc menſe cyminum et aniſum ſeritur [l] loco bene ſubacto,
et cui laetamen admiſceas. Quod ſatum eſt, herbis purgetur aſſidue.

XXV. PLANTAS pirorum [a] menſe Februario locis frigidis ponemus; cali-
dis vero Nouembri: ſed menſe Nouembri pira locis tepidis conſerenda ſunt, vt ſolo
iuuentur irriguo. ita et florem plurimum proferent, et magnitudinem pomi turgen-
tis acquirent. naſci tamen tali ſolo maxime diligunt, quale [b] vinetis diximus conue-
2 nire: ſed laeto ſolo et validas arbores, et fructus plurimos conſequemur. Lapidoſi
generis pira vitium mutare creduntur, ſi terris mollibus conſerantur. Sed pirum
plantis ſerere prope tardus euentus eſt: tamen quibus hoc [c] placuit, vt [d] ſemina
generoſa nihil ſibi de agreſti aſperitate permiſceant, plantas bimas aut trimas [e], eo
more quo oleae ponuntur, radicatas, magnis ſcrobibus ponant, ſupra terram tribus
altas vel quatuor pedibus, quarum deciſa cacumina argilla miſta muſcus debet operire.
Nam ſi quis pirorum ſemen aſpergat, naſci quidem neceſſe eſt, originem ſuam re-
fouente [f] natura, cuius AETERNITATI nulla tarditas poteſt afferre [g] faſtidium:
ſed homini hoc expectare longinquum eſt [h], cum et ſero veniant, et de generis nobi-
3 litate decedant. Melius ergo hoc menſe Nouembri fiet, vt pirorum plantas radica-
tas ſeramus agreſtium, ſubactis bene ſcrobibus, vt, cum prehenderint, inſerantur.
Hoc

a) *quod vere ſeueris* om. *P.* aa) *ſecundus Ienſſ. ſecundum P.* b) *et* om. *P.* c) *habuit P. dig. groſſitudinem h. E.* d) *aget E.* mox *alleuiandus.* e) *ſuſpenſum P.* f) *melius ſi --- ſeparantur* om. *P.* g) *abſcidere Lugd.* h) *bulbinis I. B. R. vid. ſ.* 6. i) *colocaſii Lugd.* k) *amant enim E.* l) *ſerimus E.* [Tit. XXV.] a) *pira* per i ſemper *Lugd.* b) *quali vineas Lugd. quale vineis E.* c) *ſic P. hoc placet Lugd. E.* d) *nam P.* e) *binas aut trinas E.* f) *repente P. remouente E.* g) *cauſare I. B. R. creare Lugd. E.* h) *longum eſt E.* recte.

*primo vere* et hanc ſerendam praecipit. Sed in Cubae verbis interpunctionem mutarem hoc modo: *Paſtinaca vere ſeritur primo: ſemine ponitur et plantis.* Verum vidit forte aliquid vir clariſſimus mihi obſcurum.

24, 11 COLVMELLA) 11, 3, 30.

25, 2 REFOVENTE NATVRA) Ex Medicea ſcriptura coniicio ſcriptum a Palladio vel *reparante* ſyllaba *par* olim in *per* contracta; vel *repetente.*

25, 3 CVM PREHENDERINT) Poterat aliquis ſuſpicari excidiſſe propter viciniam alterius *cum* praepoſitionem in hoc verbi intellectu ſolennem, legendumque *cum comprehenderint*, quod ſaepe

Hoc autem intereſt, quod quae plantis ſuis feruntur, dulcedinem ac teneritatem [i]
ſeruant [k], diu tamen ſeruata non durant: inſita vero, moram temporis ſuſtinebunt.
Spatia inter piros triginta pedum menſura diſcernat. Genus hoc arboris, vt profi-
ciat, frequenti humore, et aſſiduis foſſionibus eſt colendum, vsqueadeo, vt tem-
pore, quo florere conſueuit, nihil perditura credatur de flore prolato, ſi eam tunc
foſſor adiuuerit. Multum proficis, ſi interiecto anno quale libet laetamen adiun- 4
gas: ſed bubulum ſpiſſa et grauia poma generare [fertur [l].] Aliqui cinerem
miſcent, credentes hinc contrahi pomis argutos ſapores. Generum varietates exſe-
qui ſuperuacuum [m] puto, cum in ponendis vel [n] excolendis nulla ſit diſtantia. Si
languida arbor eſt piri, vel ablaqueatae radicem terebras, et ibi ligneum palum [o]
deprimis, vel in trunco ſimiliter terebrato ex teda cuneum figis [p], vel, ſi hoc deſit,
ex quercu. Vermes eius arboris et nati necantur, et naſci prohibentur radicibus 5
felle taurino frequenter [q] infuſis. Item faeces vini veteris recentes [r], ſi radicibus
affundantur per triduum, diutius [arbores] in floribus [rr] laborare non faciunt. Si 6
lapidoſa pirus eſt, ab extremis radicibus terram priorem leuabis, et ſecernes omnes
lapillos; quibus diligenter remotis, alteram terram cribro [s] cretam in loco eius in-
fundes. ſed hoc proderit, ſi rigare non ceſſes. Menſe Februario et Martio pirus [t]
inſeritur, more, quo dictum eſt, cum de inſitione loqueremur, ſub cortice, et in
trunco. Inſeritur autem piro agreſti [u], malo; vt nonnulli, amygdalo et ſpino [x];
vt Virgilius, orno et fraxino, et cydonio; vt aliqui, et Punico, ſed fiſſo [y] ligno.
Surculus piri, qui inſeritur ante ſolſtitium, anniculus eſſe debet, et prius quam fi- 7
gatur, foliis et omni tenera parte priuari: poſt ſolſtitium vero eum figis, qui ſum-
mum germen incluſit. Pirus omni genere inſeritur. Condienda ſunt pira [ita [z]] 8
die placido decreſcente luna a vigeſima ſecunda vsque in octauam. Eadem poma
ſicca, et manu lecta ab [a] hora ſecunda in quintam, vel a ſeptima in decimam, a ca-
ducis diligenter electa integra, et prope dura, et aliquanto viridia in picato vaſe
clauduntur, quod operculo tegitur, et deorſum os eius inclinatur, atque [breui [b]
ſcrobe] obruitur in eo loco, circa quem perennis aqua decurrit. Item quae dura 9
ſunt in carne et cute [c], prius in aceruo poſita, vbi ſe mollire coeperint, in vas fictile
bene

i) *teneritudinem Lugd. acredinem E.* k) *ſeruabunt P.* l) *fertur* ab. *Pal. et Vlit. creditur E.* m) *ſuperfluum E.* n) *vel excol.* om. *P.* o) *palum figis* om. *P.* p) *deprimis P.* q) *ſaepe P.* r) *recentes* om. *P.* rr) *in floribus* om. *E.* s) *cribratam in P.* t) *prius I. I. --- G. it. Pariſ.* 1536. u) *agreſti: vel vt P.* x) *ſpinae I. B. R.* y) *ſpiſſo P.* z) *ita* om. *P.* a) *hora a ſec. Lugd.* b) *breui ſcrobe* om. *Lugd. I. B. R. E.* c) *et in cute E.* r.

ſaepe eſt apud Columellam. Verum *prehendere* etiam noſter hoc libro 10, 7. v. Gloſſ.

25, 4 [FERTVR]) Abeſt haec vox a Mſ. Pal. et alio, quem Vlitius euoluit, prout ipſe teſtatur ad Gratium v. 522; qui praeterea tradit, Palladio vſitatum eſſe, vt infinitiuum ponat ſimpliciter, ſub quo poſtea intelligendum τὸ *ſolet.* Sed non memini me illud tam ſaepe in Palladio obſeruare, et Mſ. Lugd. vocem illam retinuit. SCHOETTG.

25, 4 NVLLA SIT DISTANTIA) Contra Diophanes Geop. 10, 23 Ἔςι δὲ πολυειδὲς διὸ καὶ ποικίλης δεῖται τῆς φυτείας. SCHOETTG.

25, 4 SI LANGVIDA ARBOR) Haec et ſequentia ad verbum fere deſumta ſunt ex Diophane l. c. SCHOETTG. Add. Col. 5, 9, 16.

25, 4 SI HOC DESIT) Videtur legendum aut *haec*, vt ad *tedam* referamus, aut *hic*, ad *cuneum.*

25, 5 LABORARE) aegrotare, ἐν τῷ ἀνθεῖν νοσοῦσαν dicit Diophanes. Nota eſt alias haec ſignificatio. SCHOETTG.

25, 6 SI LAPIDOSA) Sumſit haec a Quintiliis Geop. 10, 22. SCHOETTG.

25, 6 AMYGDALO) Tarentinus Geop. 10, 24. SCHOETTG.

25, 8 CONDIENDA SVNT) Democritus Geop. 10, 25. SCHOETTG.

bene [d] coctum picatumque ponuntur, et operculo ſuperueniente gypſantur. vas [e]
breui ſcrobe demergitur [f] in eo loco, qui quotidie ſole tangatur. Plurimi pira ob-
ruta inter paleas aut [g] frumenta ſeruarunt. alii ſtatim lecta cum tenacibus ſuis [h] pi-
catis vrceis condiderunt, et oribus vaſculorum gypſo vel pice clauſis, ipſa ſub diuo
obruta ſabulone texerunt. Alii pira, quae ſe non contingerent, in melle ſeruarunt.
10 Item pira diuiſa et purgata granis, in ſole ſiccantur. Aliqui [i] aquam falſam, cum
coeperit vndare calefacta, diſpumant, et ei poſt iam frigidae pira ſeruanda demer-
gunt. tunc exemta poſt tempus exiguum condunt vrceo, et eius ore lito conſer-
vant: vel nocte et die in frigida ſalſa manere patiuntur [k]: poſt in aqua pura [l] bi-
11 duo [m] macerant, deinde in ſapa, vel paſſo, vel dulci vino merſa cuſtodiunt [n]. Vi-
num de piris fit, ſi contuſa et ſacco rariſſimo condita ponderibus comprimantur, aut
prelo. hieme durat, ſed prima aceſcit aeſtate. Acetum ſic fit de piris: Pira ſilue-
ſtria, vel aſperi generis matura in cumulo reſeruantur per triduum. deinde mittun-
tur in vaſculo [o], cui fontana aut pluuialis aqua miſcetur, et opertum vas per trigin-
ta dies relinquitur, ac ſubinde quantum ſublatum fuerit aceti ad vſum, tantum red-
12 ditur aquae ad reparationem. LIQVAMEN de piris caſtimoniale [p] ſic fiet: Pira
maturiſſima cum ſale calcantur integra [q]. vbi carnes eorum fuerint reſolutae, vel in
cupellis, vel in vaſculis [r] fictilibus picatis condiuntur. Poſt menſem tertium,
ſuſpenſae eae carnes liquorem dimittunt ſaporis iucundi, ſed [s] coloris albiduli. con-
tra [t] hoc, illud proderit, vt tempore, quo ſaliuntur [u], pro aliqua parte vina ni-
13 gella permiſceas. MENSE Februario et Martio mala [x] ſeramus: ſi calida et ſicca
regio eſt, Octobri et Nouembri. eorum plura ſunt genera, quae numerare ſuper-
fluum eſt. Amant pingue ac laetum ſolum, et cui humorem non tam rigatio, quam
natura ſuppeditet. et ſi in arena vel argilla ſit, rigationibus adiuuetur. Montanis
locis debent ad Meridiem verſa conſtitui. et [y] frigido ſolo proueniunt, ſi caeli tepor
adiuuerit: nec in aſperis et humectis ſedem recuſant. Macrum et aridum ſolum
14 poma vermiculoſa efficit [z] et caduca. Seruntur omni genere, ſicut piri: neque
exarari neque effodi deſiderant. idcirco eis magis prata conueniunt. Stercus [ouil-
lum [a]] tantum non exigunt quidem, ſed libenter aſſumunt, vel ſi cineris pulueres
miſceantur. Amant modeſtas rigationes. Putatio illis apta eſt, ſed maxime vt ari-
15 da aut [b] male nata tollantur. Citius ſeneſcit haec arbor, et in ſenectute degenerat.
Si

d) *bene coctum* om. *P. lene etc. I. B. R.* e) *Vas --- demergitur* om. *P.* f) *tegitur I. B. R.* g) *et I. B. R.* h) *cum radicibus ſuis E.* i) *Aliqui --- et die in* om. *P. Creſc. Aliqui aq. ſal. calefactam, cum coeperint inundare, deſpumant Lugd.* k) *permittuntur: prius in P. Cr.* l) *dura Lugd.* m) *biduo poſtea in dulci etc. P. biduo macerentur vel in ſapa vel paſſo, et vſui reſeruantur Cr. biduum E.* n) *cuſtodiuntur P. vino ſeruata cuſtodiunt E.* o) *vaſculis Ienſ. vaſis P. vaſum Cr.* p) *caſtimoniale* om. *P. Cr.* q) *integra* om. *P. Cr. integro I. B. R.* r) *vaſis P. Cr.* s) *ſed* om. *P.* t) *contra P. Lugd. circa* al. *contra haec E.* u) *ſoluuntur vina P.* x) *mela Lugd.* hic et ſaepiſſime. y) *Et* om. *P.* z) *facit P.* a) *ouillum tantum* om. *Lugd. P. ouilium Ienſſ.* b) *et a. V. E.*

25, 9 ALII STATIM LECTA) Hinc ad ſ. 17 pleraque ſunt etiam apud Creſcentium 5, 20.

25, 12 CASTIMONIALE) Palladii an ſit haec vox, equidem dubito. Sed ſignificari arbitror potum, quo vti illis licet, qui *caſtimoniam* h. e. abſtinentiam a vino ex voto vel alia quacunque de cauſa debent, vt de melitite Plinius 22, 24 ſ. 54 *ſolebat dari mulieribus vini abſtemiis.* *Caſtimoniarum* ſuperſtitionem etiam de cibo et potu dici, eiusdem locus Plinii indicat obſcurus alioquin 31, 8 ſ. 44 vbi genus vel gari vel halecis ait *caſtimoniarum ſuperſtitioni ſacrisque Iudaeis dicatum, quod ſit e piſcibus ſquama carentibus.*

25, 13 PINGVE AC LAETVM SOLVM) Anatolius Geop. 10, 18 χαίρει δὲ τὰ μῆλα ψυχροῖς καὶ νοτεροῖς καὶ μελαγγείοις τόποις. SCHOETTG.

25, 15 LA-

Si caduca ſunt poma, fiſſae radici lapis iniectus poma retinebit. Lacertae viridis
felle ſi tangantur cacumina, non putreſcit. Vermes eius ſuillo ſtercore miſto hu-
manae vrinae, aut felle bubulo, extinguuntur: qui ſi plures circa arborem ſunt,
aereo ſcalpro ſemel raſi non vltra naſcentur, ſi [c] ea loca, vnde raſi ſunt, bubulum
ſtercus obducat. Si ſpiſſa poma ramos onerabunt, interlegenda ſunt quaeque vi- 16
tioſa, vt alimentum caeteris ſuccus aequiparet, et generoſis abundantiam miniſtret,
quam numeroſa vilitate [d] perdebat. Malus omni generi inſeri poteſt, quo pirus. 17
Menſe Februario, Martio et aliis, quibus pirus, inſeritur in malo, in piro, in ſpi-
no, pruno, ſorbo, perſico, platano, populo, ſalice. Diligenter legenda ſunt
mala, quae volumus cuſtodire. ea in locis [e] obſcuris, vbi ventus non ſit, ſtramentis
prius in crate ſubiectis, in cumulos ſecreta diſponimus: qui cumuli frequenti diui-
ſione ſeparentur. Aliqui diuerſa dixerunt, [vel ſingula] in vaſculis fictilibus pica-
tis atque [f] oblitis claudi, vel argilla inuolui, vel [g] ſolos pediculos creta adlini [h], vel
in tabulis [i] ſubſtrata palea diſponi, et ſtramentis de ſuperiore parte cooperiri. Mala 18
rotunda, quae orbiculata dicuntur, ſine cura [k] toto anno ſeruari [l] poſſunt. Alii
in puteo, vel [in [m]] ciſterna mergunt vaſa fictilia, quibus diligenter picatis et clau-
ſis mala committuntur [n]. Alii ex arbore mala illaeſa ſumſerunt, et pediculis eorum
pice feruenti merſis ſupra tabulatum per ordinem diſponunt [o], nucum foliis ſubter
expoſitis. Plerique ſcobem [p] populi vel abietis [q] inter mala diffundunt. Conſtat 19
mala ſic ponenda, vt pediculorum partes deorſum facias, neque ante quam vſui
neceſſaria videantur eſſe, contingas. Vinum et acetum fit ex malis, ſicut ex piris 20
ante praecepi. Cydoniis [r] ſerendis plerique tempora diuerſa dixerunt: tamen mihi
vſu [s] compertum eſt, in Italia circa Vrbem, menſe Februario, vel inchoante Mar-
tio, plantas cydoniorum radicatas in paſtinato ſolo tenuiſſe adeo feliciter, vt ſaepe
ſequentis anni fruge gauderent, ſi poſita maioris ſtatus fuiſſent. locis ſiccis et cali-
dis, extremo Octobri, vel Nouembri inchoante, ponantur. Amant cydonii lo-
cum frigidum, humectum. Si in tepido ſtatuuntur [t], opus eſt illis rigatione [u] ſuc-
curri. Ferunt tamen ſtatum mediocris ſitus, inter naturam frigoris et caloris, et 21
in planis et in decliuibus proueniunt, magis [x] tamen inclinata et deuexa deſiderant.
Serunt

c) *quae raſa ſunt bub. Lugd. E.* d) *vilitate Lugd.* e) *loco obſcuro P.* f) *atque* om. *P.* g) *vel ſolos --- eſſe, contingas* om. *P. nec habet Creſcentius, qui hunc locum excerpſit* 5, 12. h) *creta lini E.* i) *in ſtabulis E.* k) *curatione anno ſeruare ſe Lugd.* l) *ſe ſeruare I. B. R. ſeruare ſe Aſc. Par.* 1536 *et Iuntt. E.* m) *in* om. etiam *Lugd. E.* n) *committunt E.* o) *diſpoſuerunt Lugd. E.* p) *ſcrobem Lugd. E.* q) *habietis Lugd.* r) *cydoneis Lugd.* ſemper. s) *viſu E.* recte. t) *ponantur Creſc. ſtatuantur Lugd. E.* u) *irrigatione Creſc. E.* x) Sic *Lugd. tamen magis* al.

25, 15 LACERTAE VIRIDIS) Haec et ſequentia ſumta ſunt ex Anatolio Geop. 10, 18. SCHOETTG.

25, 17 QVIBVS PIRVS, INSERITVR) Ita incidere nos iuſſerat Cl. PONTEDERA.

25, 17 IN SPINO.) An *ſpina*, vt Creſcentius libro 5 c. de *Malis* tranſcripſit, nempe *alba*, de qua idem Palladius 5, 5 *Hoc menſe*, ait, *ſorbum poterimus inſerere in ſe, in cydonio, in ſpina alba.* Columella quoque 7, 9 *Pomiferisque ſylueſtribus, vt ſunt albae ſpinae.* Haec autem *ſpina alba* (quo nomine nunc etiam a colonis vſurpatur) eſt Oxyacantha, diciturque de ſententia Caſp. Bauhini *Meſpilus Apii folio ſylueſtris, ſpinoſa ſiue Oxyacantha* Pin. 454. PONTED. Sed meum exemplum Creſcentii antiquiſſimum *in ſpino* habet.

25, 17 PRVNO) *Coctana* ſubſtituit Creſc. 5, 12 et eam adeo videtur firmare ſententiam, qui prunis quam ficubus accenſere malunt coctana.

25, 17 SECRETA DISPONIMVS). Vid. Apul. Geop. 10, 26. SCHOETTG. Varro 1, 59, 2 it. Col. 12, 45, 6.

25, 20 CYDONIIS SERENDIS) De malis cydoniis digna ſunt conferri, quae notat Needham ad Geop. 10, 26. SCHOETTG.

25, 22 Vel

Serunt aliqui cacuminibus, et talea, ſed tardus eſt in vtroque prouentus. Ita po-
nendae ſunt largae [y] arbores cydonii, ne alteram quatiente vento ſtillicidium tan-
22 gat alterius. Dum minor eſt, vel [z] quando ponitur, iuuetur ſtercore: maior vero,
cinere vel cretae puluere ſemel toto anno radicibus miſſo. Poma in his et cito
matura, et maioris incrementi [a], aſſiduus humor efficiet. rigandae ſunt [b], quoties
caeleſtis negatur infuſio, et circumfodiendae locis calidis, Octobri menſe [c] et No-
vembri; frigidis [vero [d] ] Februario vel Martio. niſi [ enim [e] ] circumfodiantur [f]
aſſidue, aut ſteriles efficiuntur, aut earum poma degenerant. Putandae ſunt, ſicut
23 probaui, et a vitioſis omnibus liberandae. Si arbor aegra eſt, amurca aquae aequa-
liter miſta radicibus debet affundi [g], aut [h] calx viua temperata cum creta, vel reſina
locularis pici liquidae miſta trunco arboris adlini, vel ablaqueatae arbori circa radi-
ces imparis numeri poma cydonia pro magnitudine eius ponenda et obruenda fir-
mantur: quod annis ſingulis factum, cuſtodiet a vitiis, ſed arboris longae deroga-
24 bit aetati. Menſe Februario cydonia inſeruntur, melius in trunco quam cortice [i].
recipiunt in ſe ſurculos prope omnis generis Punici, ſorbi, omnium [k] malorum,
quae meliora producunt. Inſeruntur [l] autem nouellae arbores, quibus ſuccus eſt in
cortice: ſi maior eſt, circa radicem [m] melius inſeretur, vbi cortex et lignum bene-
25 ficio ſoli adhaerentis humeſcit. Legenda ſunt matura cydonia, quae hoc more
ſeruantur, vel inter binas tegulas poſita, ſi [n] luto ex omni parte claudantur, vel

ſi [o]

y) *longe Creſc.* et videtur aduerbio hic opus eſſe. z) *vel q. pon.* om. *P. quando* om. etiam *Lugd. et quando E.* a) *prouentus P.* b) *Rigentur ergo E.* c) *menſibus P.* d) *vero* om. *P. Lugd. vero Februario* om. *I. B. R.* e) *enim* om. *Lugd. I. B. R.* f) *circumfodiatur —— ſterilis —— effici-tur —— eius —— putanda eſt —— liberanda Lugd. E.* g) *infundi P.* h) *aut calx —— miſta* om. *P. Lugd. Creſc.* 5, 7. *calx vivus E.* i) *in cortice E.* r. k) *omniumq. Cuba,* teſte *Ponted.* l) *inſeran-tur Lugd. E.* m) *circa corticem E.* n) *Si* om. *I. B. R.*

25, 22 VEL CRETAE PVLVERE) Deſideratur, niſi maxime fallor, ante *puluere* verbum, *terrae* videlicet: *vel cretae terrae puluere*; nam de creta qua ratione ſuſpicari poſſumus, cuius naturâ adeo tenax eſt, vt nunquam in puluerem reſoluatur. Ad hunc modum de Pyro idem Palladius loquitur: *alteram terram cribro cretam in loco eius infundes.* Item 10, 14 *Alii pomis ſtatim grana decuſſa et ſole ſiccata pingui et prope cribrata terra autumno tria ſimul ponunt.* Item 1, 10 *In fluuiali vero arena ſi tertiam partem teſtae cretae addideris.* PONTED. Antiquum eſſe vitium debet, ſi eſt. Neque enim aliter legitur in editione Creſcentii antiquiſſima. Cretam probe ſiccam in puluerem poſſe redigi apertum eſt: creta ſtercorari agros et ipſum notum v. g. ex Varr. 1, 7, 8.

25, 23 RESINA LOCVLARIS) Neſcio quis primus in Fabriano Lexico expoſuerit *in loco factam*, vnde etiam in Calepinum demigraſſe videtur. Mihi videbatur locus ſuſpectus, augurabaturque animus *laricinam* vel *larignam* vel ſorte *laricalem reſinam*, pici liquidae conuenientem, quod et ipſa *liquida ſemper manet* docente Plinio 24, 6 ſ. 22.

25, 24 SI MAIOR EST) Res vt *minor* pro maior legamus, exigere videtur; nam ſi *maior* longe a radice quo citius fructum ferat, inſeritur ſummo trunco. Quod et Columella docet 5, 10: *ſi puſillam arborem inſerere voles, imam abſcindito, ita vt ſeſquipede a terra extet.* Idem Palladius 3, 17 hoc apertiſſime ſignificat: *ſi arborem minorem deſiderabis inſerere, in qua ſine dubio meliora incrementa proueniunt, circa terram ſecato.* Quas enim hoc in loco *nouellas* appellat, non tanquam puſillae ſunt accipiendae, ſed nouellae quidem et adultae quibus ſuccoſus ac nitidus ineſt liber, cum veteres improbentur. PONTED. Putabam legi poſſe, *ſi maiores*; vt conueniat cum *nouellis arboribus*, vt *inſeretur* tamen ſingulari numero retineatur: maiorum autem arborum putabam duriorem corticem et ſicciorem huic rei remedium eſſe, ſi prope terram inſerantur. Neque tamen ignoro, etiam maiores arbores procul a terra inſeri, et minores proxime. Ceterum Creſcentius 5, 7 ita mutat, *niſi cortex et lignum beneficio loci adhaerentis humeſcit.* Si *locum* pro ſolo dixit, male τὴν *vbi* mutauit in *niſi* vel ipſe vel librarius. Fortaſſe vaſculum intelligit deſtillans guttatim humorem in vinculum, quo vulnus arboris obligatum eſt.

25, 25 HOC MORE SERVANTVR) De eorum conſeruatione agit Democritus Geop. 10, 28. SCHOETTG.

25, 28 CVM

ſi [o] defruto incoquantur, aut [p] paſſo. Alii quae maiora ſunt, fici foliis inuoluta
cuſtodiunt. Alii tantum locis ſiccis [q] reponunt, a quibus ventus excluditur. Alii
canna [r] vel ebore in quatuor partes diuiſa, ſublatis omnibus quae in medio ſunt,
in vaſe fictili melle obruunt. Alii in melle ſic integra dimittunt [s], in quo genere 26
condiendi ſatis matura deliguntur. Alii milio obruunt, vel paleis ſeparata demer-
gunt. Alii plenis vino optimo [t] vaſculis mittunt: vel vini et defruti ad ſeruanda
cydonia, aequum corpus efficiunt. Alii doliis muſti mergunt, atque ita claudunt [u],
quod odoratum reddit et vinum. Alii in patina noua ſicco gypſo obruunt ſepara-
ta cydonia. SILIQVA [x] Februario menſe ſeritur et Nouembri, et ſemine et 27
plantis: amat loca maritima, calida, ſicca, campeſtria: tamen (vt ego expertus ſum)
in locis calidis foecundior fiet, ſi adiuuetur humore: poteſt et taleis poni. Scro-
bem deſiderat largiorem. Inſeri etiam poſſe menſe Februario credunt aliqui in
pruno, vel amygdalo. Siliquae ſeruantur diutiſſime, ſi expandantur in cratibus.
AMICA eſt morus et vitis. Mori naſcuntur ex ſemine, ſed et poma et virgulta 28
degenerant. Serenda eſt taleis, vel cacuminibus, melius autem taleis ſeſquipeda-
libus [y], ex vtraque parte leuigatis, ac fimo oblitis. cum locum palo ante feceri-
mus, immergimus, ac tegimus [z] cinere terris admiſto. non amplius quam quatuor
digitis operimus. Seremus a medio Februario et toto Martio; locis vero calidio-
ribus, Octobri poſtremo, vel Nouembris initio; ſed verno maxime, die nono Ca-
lendarum Aprilium. Amant loca calida, ſabuloſa, et plerumque maritima. in tofo 29
vel argilla vix comprehendunt. humor aſſiduus [ moris ] prodeſſe non creditur:
foſſionibus laetatur [a] et ſtercore. Putria in his et arida poſt [b] triennium ſunt pu-
tanda. Plantam [c], ſi robuſta [eſt,] transferes menſe Octobri, vel Nouembri: ſi [d]
tenera, Februario et Martio. Scrobes deſiderant altiores, interualla maiora, ne
[altera [e]] vmbris prematur alterius. Feracem altioremque [f] mori arborem fieri 30
aliqui tradiderunt, ſi perforato hinc inde trunco ſingulos cuneos inſeramus, tere-
binthi hinc [g], inde lentiſci. circa Octobris [h] Calendas morus ablaqueanda eſt, et
radicibus eius vini veteris recentiſſimae faeces infundendae. Inſeritur [autem [i]] in
fico [k], et in ſe tantum ſub cortice. Vlmo inſita comprehendit: ſed parturit ma-
gnae infelicitatis augmenta. AVELLANAE [l] ponendae ſunt nucibus ſuis. non 31
amplius ſupra terra ducenda eſt, quam craſſitudine digitorum duorum. plantis ta-
men et ſobole [m] expertus ſum melius prouenire. menſe Februario ſeu planta ſeu
ſemen exponitur. gaudent loco macro, humido, frigido, et ſabuloſo. menſe Iulio
circa Nonas auellana matura eſt: [locis [n] tamen calidis.] NVNC [o] ſeruntur myxa 32
ex

o) *defricto E.* ſic et mox. p) *aut paſſo* om. *P.* q) *tantum* om. *E.* r) *canna vel ebore in* om. *P.* s) *demittunt E.* recte. t) *optimo* om. *E.* u) *clauduntur Lugd. E.* x) *ſiliqua —— in cratibus* om. *P. ſilica E.* y) *vel —— ſeſquiped.* om. *E.* z) *immergamus ac tegamus E.* a) forte *laetantur.* Mſ. *E. laeta* mox idem *putrida.* b) *prius P.* c) *Pla. robuſtam tra. P. Pla. ſi robuſtam, tra. Lugd. I. B. R. eſt* om. *E.* d) *ſi teneram Lugd. I. B. R. tenerā* ſol. *P. teneram E.* e) *altera* om. etiam *Lugd. E.* f) *laetioremq. Lugd. E.* g) *hinc, inde lent.* om. *P. Cr. E.* h) *Octobres Kal. Lugd.* i) *autem* om. quoque *Lugd. E.* k) *perſico P.* l) *abellanae Lugd.* m) *et ſemine.* n) *locis tamen calidis* om. *Lugd. P. I. B. R. E.* o) *Nunc —— ſpinis* om. *P.*

25, 28 CVM LOCVM PALO ANTE) Creſcentius, qui 5, 14 hunc locum deſcribit, non videtur attendiſſe, quid ſit *locum palo* facere, et emendandi cauſa poſuiſſe *ſcrobem paullo ante* etc.

25, 30 INFELICITATIS AVGMENTA) Legendum puto *argumenta*, et reſpici ad illam ſuperſtitionem, de qua diximus ad Varr. 1, 40, 5. Sic plane Mſ. Erf.

ex nucleis in aliquo vaſe poſitis, donec plantae induant firmitatem, caelo tepido,
terra ſoluta, humore moderato. Inſeruntur menſe Martio ſorbis vel ſpinis.
ETIAM nunc tuberes ſeruntur, et inſeruntur, et oſſa duracinorum, vel plantae
eiusdem generis ponuntur, et [p] transferuntur, et inſeri poſſunt: et meſpilus inſe-
33 retur, et oſſa [ponentur [q]] prunorum. Ficus etiam locis temperatis nunc poni
poteſt [r], et ſorbus hoc etiam menſe ſeri, et amygdali [s] ſemina in areis obrui, et
locis temperatis nunc inſeri menſe inchoante, frigidis vero exeunte, conditis ta-
men ſurculis antequam germinent [t]. Et piſtaciae planta vel nunc ſtatui aut inſeri
poteſt, et caſtanearum ſemina [u] ſpargi. Nuces quoque iuglandes etiam nunc ſe-
minariis [x] recondi, et [y] ipſum genus inſeri, et frigidis et [z] humectis locis nunc
poterunt pineta ſeminari.

XXVI. NVNC verres maxime feminas inire debebunt. Legendi ſunt vaſti et
ampli corporis, ſed rotundi potius quam longi, ventre et clunibus [a] magnis, roſtro
breui, ceruice glandulis ſpiſſa, libidinoſi, anniculi, qui vſque ad quadrimos inire fe-
minas poſſunt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere, et quibus ad ſuſtinen-
2 dum foeturae onus magnus ſe venter effundat, caetera verribus ſimiles. Sed in
regionibus frigidis denſi et nigri pili, in tepidis qualescunque prouenerint. Femi-
na ad creandum, vſque in annos ſeptem partus onera geſtare ſufficiet: ad conci-
piendum, annicula debet incipere. quarto exemto menſe pariunt, vbi quintus incipiet.
incipiunt autem, ſicut dixi, menſe Februario, vt ſolidioribus herbis nati, et ſtipula
ſuccedente paſcantur. Vbi facultas eſt tranſigendi, venditis qui ſubinde nati ſunt,
3 celerior matribus foetura reparatur [b]. Genus hoc omnibus locis haberi poteſt; me-
lius tamen agris paluſtribus, quam ſiccis, praecipue vbi arborum fructuoſarum ſilua
ſuppetit, quae ſubinde maturis fructibus alterna per annum mutatione ſuccurrat.
maxime locis graminoſis, et cannarum vel iunci radice nutriuntur. Sed deficienti-
bus alimentis per hiemem, nonnunquam praebenda ſunt pabula glandis, caſta-
neae, vel frugum vilia excrementa caeterarum: verno magis, cum lactent nouella
4 virentia, quae porcis ſolent nocere. Neque gregatim claudendae ſunt porcae mo-
re aliarum pecudum, ſed haras [c] ſub porticibus faciemus, quibus mater vnaquae-
que claudatur, et alumnum gregem tutior ipſa defendat a frigore. quae harae
a ſuperiori parte detectae ſint, vt libere numerum paſtor exploret, et oppreſſis a
matre

p) *ſi. I. B. R. et transferri P.* q) *ponentur* om. *Lugd. P. I. B. R. E.* r) *poſſunt P.* s) *amigdala Lugd.* t) *generent P.* u) *caſt. aſpergi Lugd. et vt caſt. ſ. ſp. E.* x) *ſeminariisque P.* y) *et —— inſeri* om. *P. et ipſam inſeri I. B. R.* z) *vel Lugd. E.* [T. XXVI.] a) *cruribus I. B. R.* b) *prouenier P.* c) *aras* hic et alias *Lugd. Erf. areas.* mox abeſt *ipſa.*

26 Prae oculis habuit Col. 7, 9. SCHOETTG.

26, 2 FEMINA AD CREANDVM) vt illud, *canes ad venandum,* ſimilia.

26, 2 INCIPIVNT AVTEM) Vtrum Palladius ipſe poſuit *incipiunt* pro *concipiunt,* vt mulieres apud nos dicunt, *ſie faengt mit dem Kind an*: an, cum illud inſolitum ſit, fecit vox proxima, vt librarius ſcriberet *incipiunt* pro *concipiunt?* Ita puto.

26, 3 CVM LACTENT NOVELLA VIRENTIA, QVAE PORCIS SOLENT NOCERE) Inquinata lectio. Lego: —— *verno magis cum lactant. Nouella virentia porcis ſolent nocere,* docente eadem de re Columella 7, 9 *et vtique vere dum adhuc lactant. Viridia pabula ſuibus plerumque nocent. Itaque mane prius quam procedant in paſcua, conditiuis cibis ſuſtinendae ſunt, ne immaturis herbis citetur aluus.* PONTED. Hic eadem opera de duobus locis diſputabimus, non inuito, ſat nouimus humanitatem Clariſſimi viri, Pontedera. Columellam ita conſtituimus 7, 9, 9 *Fabae quoque —— facienda eſt poteſtas,*

matre foetibus ſaepe ſubueniat ſubtrahendo. curabit autem vt foetus proprios
cum vnaquaque procludat [d]. plus vero quam octo (ſicut Columella dicit) nutrire
non debet. Mihi vero vtilius probatur experto, porcam [e], cui [f] pabula ſuppetunt, vt 5
plurimum ſex nutrire debere, quia licet plures poſſit educare [g], tamen frequentiore [h] numero ſucta deficiet. In porcis etiam illud [i] eſt commodum, quod immiſſi vineis necdum turgentibus, vel exacta vindemia gramine perſecuto, diligentiam foſſoris imitantur [k].

XXVII. [a] IN huius menſis initio aliter myrtite ſic facies. Mittes vini veteris decem ſextarios in lagoena [b], et baccarum myrti [c] libras v miſcebis. cum xx et duorum dierum ſpatium confuſa [d] transegerint, per quos vas quotidie [e] conuenit agitari, tunc palmea ſporta colabis, et praedictis decem ſextariis mellis optimi fortiter triti pondo v miſcebis.

XXVIII. THERIACAM [a] vitem ſic facies, cuius iſte profectus eſt, vt vinum eius, vel acetum, vel vua [b], vel ſarmentorum cinis proficiat contra morſus omnium beſtiarum. Fit autem ſic: Sarmentum, quod pangendum eſt, trium digitorum ſpatio in ima parte findatur, et ſublata medulla ad eius vicem theriacae medicamen addatur. tunc terrae mandetur vinculo diligenter aſtrictum.
Aliqui [c] 2
eadem

d) *producat I. B. R. praecludat Cr.* e) *porca I. B. R.* f) *cui pa. ſupp.* om. *P.* g) *educere Lugd.* h) *frequenter e numero P. Lugd.* i) *illud* omitt. *I. B. R.* k) *imitatur* (phal. *Vict.* [T. XXVII.] a) Om. totum caput *P.* b) *laguena Lugd.* c) *myrte Lugd.* d) *confuſa* om. *Lugd.* e) *cotidie Lugd.* [T. XXVIII.] a) *Seriacam P. Thyriacam a. V. Tiriacam E.* mox *ſic faciemus.* b) *vel vua* om. *E.* male et videtur addendum *ipſa* e Geop. l. c. c) *Aliqui — infundunt* om. *P.*

*poteſtas, et vtique vere, dum adhuc lactent viridia pabula, quae ſuibus plerumque nocent.* Secuti ſumus ea in re quantum ad interpunctionem et interpoſitam *quae*, autoritatem primarum editionum: *lactant* autem editorum in *lactent* mutauimus tanto audacius, quod fluctuantes in eo verbo codices hic ipſe Palladii locus e Collumella expreſſus videretur in concordiam reuocare. Porro nego ex diſciplina Columellae et Palladii *lactare* tum porcos, cum *viridia* ſunt *nouella*, et *herbae immaturae. Iniri* enim *debet menſe Februario* porca (7, 9, 4) *quatuorque menſibus foeta quinto parit, cum iam herbae* ſolidiores *ſunt.* Eadem fere Palladius modo ſ. 2. Lactantibus itaque ſcrophis non iam metuenda ſunt viridia. Sed vitanda ſunt toti generi *viridia lactentia*, ſiue *immaturae herbae, quibus citatur aluus.* Neque nouum eſt *lactere* vel *lacteſcere* dici noua virentia. Non iam prouocabimus ad Propertii 4, 2, 14 apud quem Vertumni *coma lactenti ſpicea fruge tumet.* Ibi enim ad mollia adhuc et lactentia grana frumenti reſpicitur haud dubie: neque ad Virg. Georg. 1, 314. *Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgent*, quamquam ſerio id agit la Cerda, vt oſtendat pertinere hoc ad ſigna veris ruentis, non ad aeſtatem adultam, qua in re minime illum falli putamus. Sed quid faciamus Ouidio Faſt. 1, 351 *Nam ſata vere nouo teneris lactentia ſulcis. Nouum ver* profecto nondum habet *fruges lactentes.* Ita etiam Plin. 17, 2 ſ. 2 in primo vere et proxime a niuibus *lactentia ſata* commemorat. Et 17, 24 ſ. 37 n. 4 de *carbunculatione, Haec*, inquit, *verno tepore inuitatis, et erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens adurit lacteſcentes germinum oculos* etc. Denique 18, 29 ſ. 69 n. 2 de *lacteo circulo* ridicula ſuperſtitione abreptus, *Huius defluuio*, inquit, *velut ex vbere aliquo, ſata cuncta lacteſcunt —— ſi purus atque mitis aër genitalem illum lacteumque ſuccum tranſmiſerit in terras, laeta adoleſcunt ſata* etc. Patiamur ergo Palladium retinere ſua ſibi *lactentia viridia.*

26, 4 CVM VNAQVAEQVE PROCLVDAT) Cum *procludat* inuſitatum ſit, quod doceant Lexica, reduxiſſem lectionem primarum editionum, niſi apud Col. (ſ. 12) eſſet, *vnamquamque cum ſua prole claudat*, et Creſcentius 9, 77 haberet *praecludat*, quae forte verior lectio eſt.

26, 5 COLVMELLA) 7, 9, 13.

26, 5 FREQVENTIORE NVMERO SVCTA) Apud Creſcentium eſt *e nimio ſueta.* Fuit forte olim *e nimio ſuctu.*

27 ALITER) Forte reſpicit hac voce ad Ian. 18 add. Tit. 31.

28 THERIACAM) Ex Flor. Geop. 4, 8 Adde Plin 14, 18. SCHOETTG. Mediceus, quod indicatum eſt, *Seriacam.* Vtrum ergo etiam Latini



tini

eadem ſarmenta iam medicamine ſatiata, intra ſquillae bulbum recondunt, et terris praedicta [d] ratione committunt. Aliqui antidoti eius affuſione radices vitis infundunt. Sane ſarmentum, ſi de hac vite ſumatur ad transferendum, potentiam materni medicaminis non tenebit. Oportebit autem theriacae infuſione aſſidua, vim ſucci ſeneſcentis iterare.

XXIX. EST pulchra ſpecies vuae, quae granis interioribus caret. Hinc efficitur, vt ſumma iucunditate ſine impedimento ſorberi poſſit, [velut vnum omnium corpus vuarum]. Fit autem Graecis auctoribus hac ratione per artem ſuccedente natura: Sarmentum, quod obruendum eſt, quantum [a] latebit in terra, tantum findere debebimus, et medulla omni ſublata, ac diligenter exſcalpta [b], membra iterum
2 diuiſae partis adunare, et vinculo conſtricta deponere. Vinculum tamen [c] papyro aſſerunt eſſe faciendum, et ſic in humida terra eſſe ponendum. Diligentius quidam ſarmentum reuinctum quantum exciſum eſt, intra ſquillae bulbum demergunt,
3 cuius beneficio aſſerunt ſata omnia comprehendere poſſe facilius. Alii tempore quo vites putant, ſarmentum fructiferum [d] putatae vitis in ipſa vite, quam poſſunt de alto ſublata medulla excauant non diuiſum, et calamo affixo alligant, ne poſſit inuerti. Tunc *ὀπὸν* [e] *κυρηναϊκὸν*, quod Graeci ſic appellant, in excauata parte ſuffundunt, ex aqua prius [f] ad ſapae pinguedinem reſolutum, et hoc transactis octonis [g] diebus, ſemper renouant, donec vitis germina nouella procedant. Et in granatis malis fieri hoc poſſe firmatur a Graecis, et in ceraſis. Opus eſt experiri.

XXX. VITES quae lacrymarum nimietate tabeſcunt, et deplorando vim roboris ſui auertunt [a] a fructu, trunco earum lacerato Graeci ſinum fieri iubent. ſi hoc minus proderit, radicum robur pingue reſcindi, vt afferat medicinam vulnus impreſſum. tunc inſulſa amurca ad medietatem decocta et refrigerata, plagae exciſio perlinetur [b], et ſub hac acetum acre fundatur.

XXXI. GRAECI item myrtite [a] ſic praecipiunt temperari: Myrti baccas maturas in vmbra ſiccatas, et poſtea tuſas [b], vncias octo mittis in linteo, et ſuſpendis

d) *hac rat. Lugd.* [T. XXIX.] a) *quantum* om. *E.* b) *exculpta Lugd. E.* c) *autem de Cr.* d) *fructiſeuum Lugd.* e) *copon tenaycon Cr. quireniacon Lugd. opon quirenaycon E.* f) *prius — reſolutum* om. *P.* g) *octo P.* [T. XXX.] a) *auertuntur I. B. R. Lugd. E.* b) *perlinitur E.* [T. XXXI.] a) *mirtetum E.* b) *tunſas E.*

tini miſcuere ſonum *th* cum ſibilo, quod Ebraeis, Graecis recentioribus, et Anglis familiare eſt. Ipſum certe *ſ* et *t* frequenter permutata apud Latinos pariter et Graecos conſtat.

29, 1 HINC EFFICITVR —— VVARVM) Si non totum hoc interpolatum eſt, et omittit certe Creſcentius, qui reliqua habet, 8, 6 certe non putauerim a Palladio eſſe, quae vncis incluſi.

29, 1 GRAECIS AVCTORIBVS) Democrito Geop. 4, 7. SCHOETTG.

29, 3 ΟΠΟΝ ΚΥΡΗΝΑΙΚΟΝ) Vid. Needham ad l. c. SCHOETTG. Verbo eſt ſilphium illud nobile.

29, 3 NE POSSIT INVERTI) et effluat ille ſilphii ſuccus.

29, 3 ET IN GRANATIS MALIS FIERI HOC POSSE FIRMATVR A GRAECIS ET IN CERASIS OPVS EST EXPERIRI.) Vltimum membrum ſic eſt diſtinguendum: *et in ceraſis. Opus eſt experiri* [Sic Mſ. E.] Cum enim hac de re dubitaret, idcirco adiecit, eſſe id experientia confirmandum. Huiusmodi vero experimentum in Geop. 4, 7 nomine Democriti ita traditur: *τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσεις καὶ ἐπὶ καρύας* (Lego *ῥοιᾶς* cum interprete, idque et Palladii teſtimonio) *καὶ κερασέας, εἰ βούλει ἀγίγαρτον ποιῆσαι.* PONTED.

30 GRAECI) Sotion Geop. 5, 38. SCHOETTG.

31, 1 GRAECI ITEM) Vid. tit. 27.

31, 2 ASPE-

dis in vino, et [c] vas cooperies ac linibis: et cum plurimis diebus ſic fuerit, auferes et vteris. Aliqui myrti baccas ſine pluuia collectas maturas et [d] locis ſicciori- 2 bus calcant, vel exprimunt, et vino miſcent VIII cotularum menſuram per amphoram vini. quod vinum medicinae quoque proderit, vbi ſtypticis eſt vtendum. ſtomachum ſolidare titubantem ſolet [e], reiectiones ſanguinis inhibere, fluorem ventris aſtringere, limum dyſentericae [f] paſſionis medicabiliter aſperare [g].

XXXII. CONDITVM vel abſinthiatum, vel roſatum, vel violatum procedere ſponte fertur ex vitibus (vt natura ſuſcipiat, quod procurare ſueuit [a] induſtria) ſi ſarmenta in vas aliquod ſemiplenum ſupradictis potionibus merſa ſeruentur, et [b] viuam terram ſimul reſoluas [c] ad lixiuii modum, donec oculi ſarmentorum nitantur exire: tunc eadem ſarmenta gemmantia in quo volueris loco, vitium caeterarum [d] more deponas [e].

XXXIII. VT vitis botryones et albos afferre poſſit et nigros, Graeci ſic fieri debere iuſſerunt: Si vicinae ſunt [a] vites nigra et alba, cum putantur, ſarmenta vtriusque inter ſe diuiſa ſic iunges [b], vt medios vtriusque generis oculos aequando reddere poſſis vnitati [c]: tunc papyro ligabis ſtricto et molli, atque humida terra curabis adlinire, et interiectis ternis diebus adaquare, donec germen nouae frondis erumpat. Hinc exemto tempore, ſi libuerit, genus efficies per plura ſarmenta.

XXXIV. HIC menſis in horarum menſura cum Nouembri menſe concordat, quas hac numeri ratione colligimus:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXVII |
| Hora | II | et | X | pedes | XVII |
| Hora | III | et | IX | pedes | XIII |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | X |
| Hora | V | et | VII | pedes | VIII |
| Hora | VI | | | pedes | VII |

c) *et prius eas tonſas* P. d *ex Lugd.* E. e) *ſolet* om. *I. B. R. Lugd. et Vlit. ad Grat.* 522. f) *diſſintericae I. B. R. I. I. A. H.* g) *aſpirare fertur I. B. R.* [T. XXXII.] a) *conſueuit P. E.* b) *vt P. E.* c) *reuoluas E.* d) *caeter.* deeſt *P.* e) *deponet P. diſponas E.* [T. XXXIII.] a) *ſint. Lugd.* b) *iunge Lugd.* c) *reddens, reddere p. E.*

31, 2 ASPERARE) h. e. duriorem reddere, vt *glacialis hiems aquilonibus aſperat vndas.* Aeneid. 3, 285.

32 VIVAM TERRAM) Interpretor ex loco herbido vel frugifero ſumtam.

33. GRAECI) Geop. 4, 14.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

# DE RE RVSTICA

## LIBER QVARTVS.

### TIT. I.

MARTIO [a] menſe locis frigidis putatio vinearum celebratur [b], de qua abunde
Februario menſe locuti ſumus, vſquequo incipit [c] gemma eſſe ſuſpecta.
Nunc vineas oportet inſerere, cum vites non aquato, ſed ſpiſſo humore lacrymabunt.
Seruabimus ergo vt truncus, qui inſeritur, ſolidus ſit, et alimento humoris
exuberet, neque vlla vetuſtate aut iniuria laceratus areſcat. tunc deciſae viti
ſurculi qui inſerendi ſunt, ſint ſolidi, rotundi, gemmis ſpiſſis, et pluribus oculati.
2 Tres tamen oculi in inſitione [d] ſufficient. Radendum eſt ergo ſarmentum ad menſuram
digitorum duorum, vt ab vna parte ſit cortex. Aliqui non patiuntur nudare
medullam [e], ſed leuiter [f] radunt, vt inciſura ſenſim poſſit in acumen exire, et
[vt [g]] corticata [h] pars cortici nouae matris aptetur. Infimus oculus ita infigendus
eſt, vt trunco iunctus [i] adhaereat, qui oculus exteriorem partem debet aſpicere,
vinculo ſalicis, infuſo et paleato luto [k] deſuper, alligari: tegumento quoque ali-
3 quo a ventis et a ſole defendi, ne hi quatiant, hic adurat. Vbi calor temporis
coeperit, ligaturae ipſi pinnicillo [l] circa veſperam tenuis debet frequenter humor
affundi, vt hoc alimento contra vim caeli torrentis animetur. Cum ergo germen
ruperit [m], et aliquod ceperit incrementum, calami adiutorio [n] debet annecti, ne
motus aliquis fragilem procedentis ſarmenti quaſſet aetatem. vbi ſolidius quantumcunque
proceſſerit, vincula oportet abſcindi [o], ne adoleſcentia molliſſimi ger-
4 minis nodo durae conſtrictionis [p] angatur. Aliqui infra terram ſemipedis ſpatio
effoſſae viti ſurculos inſerunt, et beneficio congeſtionis accumulant, vt hoc quoque
nouis ſarmentis praeter nutricis alimenta ſubueniat. Nonnulli circa terras melius
aſſerunt

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. IV. *vel Martius.* T. I.] a) *Hoc I. B. R. Lugd. E. Vid.* princ. Ian. b) *celebrabitur P.* c) *incipitur Lugd.* d) *inciſione P.* e) *nudam medullam E.* f) *vites P.* g) *vt* omitt. *Lugd. I. B. R. E.* h) *excorticata P.* i) *vinctus Lugd.* k) *luto* om. *P.* l) *penicilo Lugd.* m) *eruperit Lugd.* n) *adiuuatorio E.* o) *abſcidi Lugd.* etiam alias. p) *contritionis Lugd.*

MARTIVS.

1, 1 FEBRVARIO MENSE) Tit. 15.

1, 1 GEMMA ESSE SVSPECTA) h. e. cum metus eſſe incipit, ne inter putandum gemma laedatur.

1, 2 NE HI QVATIANT) Creſc. 4, 11 *Ne hii quatiant.* An, *ne ii?* In Vaticanis codicibus vitioſe, *ne huius quatiant.* PONTED.

1, 3 TEMPORIS) malo, *temporius.* SCHOETTG. Vel ita ſcripſiſſe puto Palladium, vel certe *tempori*, h. e. mature, vt ex *coeperit* ſibilus ſini praecedentis vocabuli adhaeſerit. *Tempori* et *temperius* atque *temporius* apud noſtros etiam alias leguntur.

1, 3 PINNICILLO) Sic et Mſ. Pal. et rel. edd. pro penicillo. *Peniculus* autem, a quo diminut. *penicillus* praeter alia etiam ſpongiam notat. Feſtus: *Peniculi ſpongiae longae propter ſimilitudinem caudarum adpellatae. Penes enim vocabantur caudae.*

aſſerunt inſerendum, quia in altiori difficilius comprehendunt. Vſque ad Idus, vel aequinoctium vites locis frigidis pangendae ſunt, ſeu paſtino, ſeu ſulco, ſeu ſcrobibus more quo dictum eſt.

II. NVNC locis frigidis prata purganda atque ſeruanda ſunt. locis gelidis colles pingues, et agros vliginoſos proſcindere, atque exarare conueniet. Veruacta [a] etiam, quae Ianuario menſe [b] ſunt facta repetere.

III. CALIDIS et ſiccis regionibus panicum ſeremus et milium. Leuem et ſolutam terram deſiderant: nec in ſabulone ſolum, ſed in arena quoque proueniunt, dummodo caelo humido et ſolo ſerantur irriguo: quia ſiccum et argilloſum agrum reformidant. Herbis liberentur aſſidue: quinque ſextariis ſpatium iugeri complebitur [a].

IV. NVNC cicer vtrumque ſerere debemus loco laetiſſimo [a], caelo humido. macerandum eſt pridie, vt poſſit citius naſci. Iugerum tribus modiis conſeretur. Cicer grande naſci Graeci dicunt, ſi infundatur aqua tepida pridie: amare [b] etiam loca maritima: temperius prouenire, ſi ſeratur autumno.

V. HOC etiam menſe cannabum ſerimus vsque in aequinoctium vernum, hac ratione, qua in Februario diſputatum eſt.

VI. NVNC cicera ſeritur, quae diſtat a cicercula [a] ſolo colore, quo ſordet, et nigrior eſt, primo ſulco, vel ſecundo, ſolo laeto. Iugerum quatuor vel tribus, vel etiam duobus modiis implebimus.

VII. HOC menſe nouella vinea incipiat puluerari, quod nunc ac deinceps per omnes Calendas, vsque ad Octobres faciendum eſt, non ſolum propter herbas, ſed ne tenera adhuc ſemina, ſolidata terra conſtringat. Graminum radices, quae plurimum vitibus nocent, extirpandae ſunt. Nunc locis frigidis vinearum foſſio 2
celebranda eſt [a]: et palandae atque ligandae ſunt vites: ſed nouellam mollibus vinculis alligemus, quia eam teneram vincula duriora praecidunt [b]. Palus maioribus [vitibus [c]] ſolidus, minoribus ponatur exilis. Propter vmbrae moleſtiam ſtatuatur ab Aquilone, et [d] plaga frigida, ſpatio quatuor digitorum vel ſemipedis remotus a vite,

[T. II.] a) *beruacita P. beruacta Lugd. veriacta E.* b) *menſe* om. *P.* [T. III.] a) *impletur P. ſpatium iugerale comp. E.* non male. [T. IV.] a) *lentiſſimo E.* b) *amara I. I. — G.* [T. VI.] a) *cicerula E.* [T. VII.] a) *approbanda eſt E.* b) *praeſcindunt E.* c) *vitibus* om. *P. Pal.* d) *et* om. *E.*

*caudae.* Plautus Rudente 4, 3, 69 *Ego iam hic te, itidem quaſi penicillus nouus exurgeri ſolet, Ni hunc amittis, exurgebo quicquid humoris tibi'ſt.* Terentius Eunucho 4, 7, 7 vbi Thraſo Sangam adloquitur, qui peniculo armatus ad expugnandas aedes procedebat: *Quid, ignaue, peniculon' pugnare, qui iſthunc huc portes, cogitas?* Reſpondet Sanga, irridendo Thraſonem: *Egone? imperatoris virtutem noueram et vim militum Sine ſanguine hoc fieri non poſſe: qui abſtergerem vulnera.* SCHOETTG.

1, 4 DICTVM EST) T. 17.

3 LEVEM ET SOLVTAM) Haec ex Flor. Geop. 2, 36. SCHOETTG.

3 QVINQVE SEXTARIIS) Col. 11, 2, 33.

4 CICER) Flor. Geop. 2, 36. SCHOETTG. De generibus ciceris Col. 2, 10, 19.

6 CICERA) Ex Col. 2, 11, 12.

6 VEL ETIAM DVOBVS) Si Columellae locum cum noſtro conferas, videtur deſiderari poſt *duobus τὸ ac ſemodio.* PONTED.

7, 1 PVLVERARI) nam puluere admodum vites iuuari ſcribunt Col. 4, 28, 1 et Geop. 3, 11. SCHOETTG.

7, 3 VI-

3 vite, vt poſſit ex [e] omni parte circumfodi. VINEAS veteres nunc aliqui a terra
altius truncant, ſtudentes reparationi: ſed vitioſum eſt. nam plerumque vaſtior
plaga ſole putreſcit et roribus. quare hoc genere reparetur [f]: Prius ablaqueabitur
altius, donec eius nodus appareat: deinde infra terram ſupra nodum recidatur, vt
operta, de frigore et ſole [g] nihil timeat. Hoc faciendum, ſi optimi generis vitis
ſit [h], et alte poſita; alioquin generoſis melius erit inſerenda ſarmentis. Omnia
ſupra dicta locis calidis primo menſe; frigidis vero poſt Idus ipſius exequemur.
4 AEGRAS vites, vel quibus fructus areſcit, circumfodies, et vrinam veterem ſuf-
fundes [i]. item cinerem ſarmenti vel [k] querci aceto mixtum ſubiice [l], aut inciſas circa
terram laetamine refoueto, et quae germinant fortiora dimitte. CVM vitis biden-
5 te laeditur aut ferro, plagam, ſi terrae iuncta eſt, adline ſtercore ouillo [m] vel ca-
prino: tunc terra miſta circumfoſſa ligare curato. Si in radice laeſa eſt, operiens
liquidum laetamen admiſce.

VIII. NVNC oleis laborantibus circum radices inſulſa amurca fundetur:
maximis arboribus (quod Columella dicit) ſex congii, mediocribus quatuor, cae-
teris pro aeſtimatione ſufficiunt. Alii paleas fabae binos per maiorem [a] arborem
qualos; alii veteris vrinae humanae trunco, quantum ſatis videtur, affundunt, et
2 arbori mortarium ſtatim faciunt, maxime locis ſiccis, trunco ante cooperto. Oleam
ſterilem [b] terebra Gallica perforabis. tunc duos frugiferae arboris ab Auſtrali parte
ramos eiusdem magnitudinis tollis, et ſtricte in foramen vtrumque coniicies [vel
lapidem, vel pini vel querci [c] palos,] et abſciſſo [d] eo quod ſuperabit, luto paleato
curabis

e) *ex* om. P. f) *paretur P.* mox *prius enim E.* g) *et calore P.* deeſt *in ſole I. B. R.* h) *eſt P. E.*
i) *infundes P. ſuffundis I. B. R.* k) *vel querci* om. *P.* l) *aut quernu* inſ. *P.* m) *ouilino E.*
[T. VIII.] a) *maiorem* om. *P.* b) *oleam veterem E.* c) *quercus E.* d) *abſciſo E.*

7, 3 VINEAS VETERES) Haec ex Col. 4, 22. SCHOETTG.

7, 3 DONEC EIVS NODVS APPAR.) Loquitur ergo de vitibus ex eo genere inſitis, de quo paullo ante 1, 4.

7, 4 AEGRAS VITES) Haec et ſequentia hauſit ex Varrone Geop. 5, 41 et 42.

8, 1 NVNC OLEIS) Eadem habet Febr. 8 it. Quintilii Geop. 9, 10.

8, 1 COLVMELLA) 11, 2, 29.

8, 1 PALEAS FABAE) Ita pleraeque editt. Needham ad Geop. l. c. legit *palearum*, quod non eſt in Rob. Stephani editione, qua eum vſum eſſe ex pagina citata conſtat. Concinnior tamen eſt eius lectio et aptior ſequenti membro, vbi etiam legitur genitiuus caſus: *veteris vrinae humanae* etc. Interim etiam accuſatiuus non abhorret ab huius, quin nec ab optimorum temporum conſuetudine.

8, 1 ARBORI MORTARIVM) h. e. locum excauant aquae excipiendae. Eleganter Quintilii l. c. et multo apertius: *Δεῖ δὲ — ποιεῖσθαι τὴν τῆς γῆς περίχωσιν — τάτε κύκλῳ τῆς περιχώσεως φιαλῶν, πρὸς τὴν τῶν ὑδάτων ὑποδοχήν.* Phialae cauitatem illam comparant Quintilii, quam mortario ſimilem dicit Palladius, cuius hinc etiam figura alias indicata confirmatur.

8, 2 [VEL LAPIDEM VEL PINI]) Quae vncis incluſimus, ea libri omnes, ipſe etiam Creſcentius 5, 19 ita collocant. Quam importuna vero ſint eo, quem adhuc incubuere loco, tum illud indicat, quod *frugiferae arboris ramis, et ab auſtrali parte decerptis* non poſſunt paria facere lapis, paliue pinei etc. tum quod ſtatim iubet Palladius *abſcindere id quod ſuperat*, (hoc eſt extra foramen prominet, vt deinde luto poſſit occuli) quod in lapidem plane non conuenit; quam apta autem ſint his, quae ſequuntur, de palo oleaſtri radicibus figendo, non poteſt cuiquam eſſe obſcurum; inprimis ſi cogitauerit, ſolenne id remedium eſſe ſterilitatis apud noſtrum vid. Ian. 15, 3, 9 et 11; Febr. 25, 15; Mart. 8, 2 et 10, 3 ac 30. Huc igitur transferenda, vbi aſteriſcum ſignificaui, verba incluſa arbitrabar aliquanto ante, quam conferrem Geop. 9, 10 vnde omnia ſumta ſunt, quae hic habet Palladius. Hic vero manifeſte priori loco duos tantum frugiferae arboris ramos commemorant Quintilii, obuerſis cacuminibus traiiciendos per foramen, et vtrinque apprehenſis fortiter pertrahendos, vt velut cuneorum duorum tenuiores

curabis occulere. Sed [e] ſi ſine fruge luxuriant, oleaſtri palum * radicibus eius infige. Nunc [f] etiam [g] quibus moris eſt, frumenta iterum ſarrire conueniet. Nunc locis frigidis ſeminaria, quae Februario menſe [h] dicta ſunt, baccarum et ſeminum fiant, et roſaria in menſis initio percolantur.

IX. NVNC horti optime ſumunt cultionis initia. Menſe Martio carduus
ſeritur. terram ſtercoratam et ſolutam diligit, quamuis in [a] pingui poſſit melius
prouenire. et hoc illi contra talpas prodeſt, ſi pangatur in ſolido [b], ne terra ab ini-
micis animalibus facilius perforetur. Serendi ſunt cardui luna creſcente, in area 2
iam [c] parata, ſemina ſpatio ſemipedis [d] diſcreta. cauendum eſt [e] ne [f] ſemina inuer-
ſa ponantur. nam debiles, incuruos et duros creabunt. non alte imprimenda ſunt,
ſed tribus digitis comprehenſa mergantur, donec ad primos articulos terra perue-
niat. tunc leuiter operiantur, et herbis liberentur aſſidue, donec plantaria ſoliden-
tur, et rigentur ſi aeſtus interuenit. Si acumina ſeminum confringas [g], ſpinis ca- 3
rebunt: Item ſi ſemina eorum madefeceris per triduum laurino [h] oleo, vel nar-
dino [i], vel opobalſamo, vel ſucco roſae, vel maſtichino [k], et poſtea ſiccata depreſſe-
ris, eiusdem ſaporis orientur, cuius [l] vnguentum ſemina combiberunt. Singulis
ſane annis a [m] codice auferendae ſunt plantae, vt nec matres fatigentur, et ſoboles
per alia ſpatia digeratur [n]: cum aliqua tamen radicis [o] parte vellendae ſunt. quos
reſeruabis ad ſemina colligenda, liberatos omnibus pullis teſta ſupertegere debebis,
aut cortice. nam ſolent ſemina ſole vel imbribus interire. Contra talpas prodeſt 4
catos

e) *Sed* om. *I. B. R.* f) *Nunc — conueniet* om. *P.* g) *etiam* om. *I. B. R.* h) *menſe* om. *E.* [T. IX.] a) *non P.* b) *ſolidiore terra P.* c) *imperata Lugd.* d) *ſint* inſ. *Lugd.* e) *eſt* om. *I. B. R.* f) *nam P.* g) *conſtringas E.* h) *oleo nardino vel laurino et poſtea P.* i) *nardo Lugd. E.* k) *maſticino a. V. E.* l) *cuius — combiberunt* om. *P.* m) *cottidie auf. P.* n) *dirigantur E.* o) *radices G. Gr. Vid. Morg. I.* 87.

res partes craſſioribus adiunctae foramen tanto arctius expleant: quale quid in ſutrina calceorum etiam obſeruare me memini. Deinde ſtatim ſubiungunt curam olearum *ὑλομανουσῶν*, (ita eleganter appellant, quas noſter *ſine fruge luxuriantes*) quae vero illa eſt? *πάσσαλον εἰς τὰς ῥίζας ἐμπήξας ἐλαίας ἀγρίας, ἢ πίτυος, ἢ δρυὸς, ἢ λίθου.* Nihil profecto apertius. Itaque etiam Cl. Needham ex hoc loco Palladium emendandum ita cenſuit: *Sed ſi ſine fruge luxuriant, oleaſtri palum, vel lapidem, vel pini vel querci palos radicibus eius infige.* Interim vel *κακῶς κείμενα κινεῖν* noluimus, peccaturi potius in eam partem, quae cautior eſt.

8, 2 SVPERABIT) exſtabit. Quintilii: *ἔκτεμε τὰς ἑκατέρωθεν ὑπεροχὰς, καὶ πηλῷ δι' ἀχύρων περίπλασον τὰς ὀπάς.* SCHOETTG.

9, 1 CARDVVS) ſatiuus ſcil. Graecis *κάκτος* et *κινάρα.* Varro Geop. 12, 39 ex quo pleraque noſter hauſit. Pluribus illum deſcribunt Io. Bapt. Porta Villae 10, 57; Salmaſius ad Sol. c. 19 p. 159; c. 33 p. 371 et ad Tertull. de pallio c. 2. SCHOETTG.

9, 1 SI PANGATVR IN SOLIDO) Creſcentius libr. 6. cap. de *Carduis* ita tranſcripſit: *Si in ſolidiori terra pangatur, ne ab inimicis animalibus perforetur.* Hunc carduorum cultum Aloyſius Alamannus libr. 5 vernacula conſuetudine verſibus hiſce comprehendit: *Lo ſpinoſo carcioſo è il tempo homa: Giunto di trapiantar; ſuegliendo fuore Dell' antiche lor madri i picciol figli, Et riporgli in terren ben lieto, eo graſſo, E'l piu duro è il miglior, oue non poſſa Le naſcoſe ſue inſidiae ordir la talpa.*

9, 2 SERENDI SVNT CARDVI) An potius: *Serenda ſunt cardui luna creſcente, in area iam parata, ſemina.* PONTED. Ingenioſa coniectura, qua tamen nec ipſa videtur opus eſſe, ſi incidatur, quod a nobis factum eſt, poſt *parata.*

9, 3 CODICE) Bapt. Porta legit *radice,* quod melius puto: nam et ſtatim ſequitur: *cum aliqua tamen radicis parte vellendae ſunt.* Mirum in nulla editione hoc occurrere. SCHOETTG.

9, 3 VT NEC MATRES) melius Porta: *vt ne.* SCHOETTG.

9, 3 QVOS RESERVABIS) Creſcentius *quas* (nempe matres, vt ex iis patet, *vt nec matres fatigentur*) *ſeruabis — liberatas* etc. PONTED.

catos [p] frequenter habere in mediis carduetis [q]. muſtelas habent plerique [r] manſue-
tas. aliqui foramina earum [s] rubrica et ſucco agreſtis cucumeris impleuerunt. non-
nulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, vt illae territae fugiant ſolis
5 admiſſu [t]. plerique laqueos in aditu earum ſetis pendentibus ponunt. Hoc etiam
menſe vlpicum bene et allium ſeremus, et cepullas, et cunilam [u] locis frigidis, et
anethum. Nunc et ſinapis, et caules optime ſeruntur, vel plantantur: et malua
ſeritur et armoracea, et origani planta transfertur. lactuca et beta, et porrus, et
capparis [x] ſeri poſſunt, et colocaſia, et ſatureia, et naſturcium. intyba etiam [y] et
6 raphanos [z] nunc aliqui ſerunt, quibus vtantur aeſtate. Nunc melones ſerendi ra-
rius. diſtent inter ſe ſemina pedibus duobus, locis ſubactis, vel paſtinatis, maxime
arenis. ſemina eius [a] mulſo et lacte per triduum maceranda [b] ſunt, et tunc [c] iam
ſiccata ponenda: hinc ſuaues efficientur. odorati autem [ fiunt [d],] ſi eorum ſemina
7 multis [e] diebus inter roſae folia ſicca [f] mergantur. Nunc et cucumeres ſeminan-
tur, rare [g] ſulcis factis, altitudine ſesquipedali, latitudine pedum trium. inter ſul-
8 cos VIII pedum ſpatium crudum [h] relinques [i], vbi poſſint vagari. herbis iuuan-
tur, ideo ſarculo et runcatione non indigent. ſemina ſi ouillo lacte et mulſa mace-
res, dulces naſcentur et candidi. longi et [k] teneri fiunt [l], ſi aquam in patenti
vaſculo ſub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad [m] quam feſtinando tales effi-
cientur [n]. Sine ſemine naſcentur, ſi prius eorum ſemina oleo Sabino [o] perungan-
tur, et herba ea quae culex dicitur, trita confricentur. Aliqui florem cucumeris
cum viticulae ſuae capite cannae inſerunt, cui prius omnes nodos perforauerint:
ibi cucumis naſcetur in nimiam longitudinem tenſus. Oleum ſic metuit, vt ſi iuxta
poſueris, velut hamus plicetur. quoties tonat, velut timore [perterritus [p]] con-
9 vertitur. Si eius florem ſicut in ſua vite eſt, in forma fictili clauſeris ac ligaueris,
qualem vultum forma vel hominis vel animalis habuerit, talem cucumis [q] figuram
praeſtabit. Haec omnia Gargilius Martialis aſſeruit. Columella dicit, loco [r] apri-
co et ſtercoroſo ſi rubos habeamus aut ferulas, poſt autumni aequinoctium, his iuxta
terram [s] reciſis et excauatis ligneo ſtilo, inter medullas laetamen immittamus, et
cucumeris ſemen addamus: hinc naſci fructus qui poſſint et inter frigora non ne-
10 cari [t]. Hoc menſe aſparagos ſeremus circa Apriles Cal. pingui loco, humido,
ſubacto,

p) *cattos Lugd.* q) *carduis E.* r) *quidam I. B. R.* s) hic et mox *eorum Lugd. E.* t) *admiſſum P.* u) *et cucumeres E.* x) *cappar Lugd.* y) *etiam et* om. *P.* z) *raphanum I. B. R. rafanos Lugd.* a) *eorum* coni. *Morga. I,* 84. b) *macerentur et P.* c) *tunc ſicca ponantur P.* d) *fiunt* om. *Lugd. I. B. R. E.* e) *multis diebus* om. *P.* f) *ſiccata Lugd.* g) *raro Lugd.* h) *crudū* om. *P.* i) *relinquis I. B. R. E.* k) *et* om. *P.* ac *Lugd.* l) *fiunt* om. *P.* m) *ad quam feſtinando* om. *P.* n) *fiunt P.* o) *ſapino Pal.* p) *perterr.* om. etiam *Lugd. E.* q) *cucumeris figura Lugd. E.* r) *loco* om. *P.* s) *terram* om. *Lugd.* t) *negari I. B. R.*

9, 4 CVBILIA) pro cauernis et ſpeluncis animalium. Sic apud Phaedrum 1, 20, 8 de cane: *flagitare validius cubile coepit.* Idem 2, 5, 12 *Direpit ad cubile ſetoſae ſuis.* Sic et Graeci: Homerus Iliad. χ, 189 Ὡς δ' ὅτε νεβρὸν ὄρεσφι κύων ἐλάφοιο δίηται Ὄρσας ἐξ εὐνῆς διὰ τ' ἄγκεα καὶ διὰ βήσσας. vbi Euſtathius: εὐνὴν νεβροῦ, τὴν διατριβὴν λέγει, δυναμένην καὶ κοίτην καλεῖσθαι, ὅθεν Ἡσίοδος θῆρας ὑληκοίτας φησίν. Palaephatus περὶ ἀπίστων 14, 2 ἦν δὲ ἐν τῷ ἄντρῳ εὐνὴ λέοντος καὶ λεαίνης. 15, 2 ἐπὶ τὴν τῆς ἄρκτου κοίτην. SCHOETTG.

9, 7 LONGI ET TENERI) Vid. Col. 10, 393 ſq. et quae ibi notata ſunt.

9, 8 OLEO SABINO) An *oleo ſeſamino,* quo medicari ſemina huiusmodi in *Geop.* 12, 19 teſtantur Quintilii: ὁμοίως δὲ καὶ ἀσπέρμους σικύους καὶ κολοκύνθας ποιήσεις, εἰ τρεῖς ἡμέρας, πρὶν τὸ σπέρμα καταβαλεῖν, ἐναποβρέξῃς τοῦτο σησαμίνῳ ἐλαίῳ. PONTED.

9, 8 ALIQVI FLOREM) Eadem Plin. 19, 5 ſ. 23.

9, 9 COLVMELLA) 11, 3, 53. SCHOETTG.

9, 10 ASPA-

ſubacto [u], ita vt minoribus [x] foſſulis ad lineam directis bina aut terna grana ſemipe-
dis ſpatio diſcreta ponantur. dehinc ſtercore ſolum tegatur, et herbae ſubinde vel-
lantur, vel per hiemem ſupra ſtramina iaciantur primo vere tollenda. hinc poſt
triennium naſcentur aſparagi. Sed expeditior ratio eſt, ſi aſparagorum ſpongias [y]
ponas, quae cito fructum miniſtrent. Hae ſic fient [z]: Semina aſparagi quanta tri- 11
bus digitis comprehendere poſſis [a], poſt Idus Febr. pingui et ſtercorato ſolo [b] in
ſingulis foſſis pones [c], et leuiter obrues. his coëuntibus, radix connexa naſcetur,
quae appellatur ſpongia [d]. Sed et haec moras habet. nam per biennium in ſemina-
rio ſuo eſt ſtercore et aſſidua runcatione [e] nutrienda [f]. deinde [g] poſt aequinoctium
autumni transferetur [h], et vere aſparagum dabit. has erit vtilius comparare, quam
longa expectatione nutrire. eas tamen in ſulcis diſponemus [i], ſi loca ſicca ſunt, in-
ter medios ſulcos; ſi humida, in ſummitate ſulcorum. Humor ſpongias aſparago-
rum tranſitu ſuo debet tantum [k] rigare, non [l] ſiſtere. Aſparagum, quem primo 12
protulerint, confringere debemus non auellere, ne adhuc inualidam moueamus
ſpongiam: caeteris annis auellendus eſt [m], vt oculos ſuae [n] germinationis aperiat:
quia ſi deinceps refringas, loca quae foecunda eſſe conſueuerunt, remanente aſpa-
ragi radice claudentur. [Miniſtrabunt [o] autem vere: et] autumno reſeruabis [p]
eum, de quo ſumturus es ſemina. poſtea ſcopas eius incendes, tunc circa hiemem
ſpongiis adiicies ſtercus et cinerem. Hoc menſe ruta ſeritur locis apricis, ſolius 13
cineris inſperſione contenta. Loca deſiderat altiora, vnde humor elabitur. ſi po-
nas ſemina eius adhuc clauſa folliculis [q], ſingulatim manu debebis affigere. Si iam
minuta ſunt, ſparſa iactabis, et raſtro obducta cooperies [r]. Caules eius, qui in-
cluſis ſeminibus nati fuerint, fortiores erunt, ſed ſero naſcentur. Ramuli eius
cum aliqua corticis parte conuulſi verno [s] tempore pro plantis tenebunt [t]: tota ve-
ro translata morietur. Nonnulli ramulos eius pertuſae fabae inſerunt vel bulbo, at- 14
que ita obruunt alieno vigore ſeruandos. Proſequuntur etiam maledictis, et maxi-
me in terra ſoluti lateris ponunt, quod prodeſſe certiſſimum eſt. ſed (vt aſſerunt)
melius furtiua proueniet [u]. ſub fici arboris vmbra libentius acquieſcit [x]. non effodi
herba [y], ſed optat [z] auelli. immundae [a] mulieris formidat attactum. Ab hoc menſe 15
vſque

u) *ſubacto, ita vt* om. *P.* x) *in min. P.* y) *ſpongeas* hic et ſaepe *Lugd. fungeas E.* z) *Haec ſi fiunt E.* a) *poteris P.* b) *loco P. Lugd. E.* c) *ponis* — *obruis Lugd. ponas* — *obruas E.* d) *q. a. cungea E.* mox om. *et.* e) *truncatione Lugd.* f) *nutrita P. Lugd. E.* g) *Denique I. B. R.* h) *transfertur E.* i) *deponemus E.* k) *tantum* om. *P.* l) *non etiam tangere vel ſiſtere P.* m) *euellenda eſt E.* mox *oculis ipſius g.* n) *ipſius Lugd.* o) *Min.* — *et* om. *P.* p) *ſeruabis Lugd. autumno. Reſeruabis autem eum. E.* q) *foſſiculis P.* r) *operies. E. P.* s) *vere pro P.* t) *erunt P.* u) *proueniunt I. B. R.* x) *acquieſcunt P.* y) *herbam I. B. R. herbas P. E.* z) *optat* deeſt *P.* a) *immundae* — *attactum* om. *P.*

9, 10 ASPARAGOS) Col. 11, 3, 43. SCHOETTG.

9, 11 INTER MEDIOS SVLCOS) Videtur igitur *ſulcum* poſuiſſe pro parte elatiore inter duas depreſſiores: vide quae diſputantur ad Varr. 1, 29, 3.

9, 11 SISTERE) Non intellecta vis huius verbi intranſitiua pro *ſtare*, peperit gloſſema ineptum Codicis Medicei, quod ſupra produximus.

9, 13 RVTA) Col. 11, 3, 38 it. Plin. 19, 8 ſ. 45 vbi pleraque.

9, 14 PROSEQVVNTVR MALEDICTIS) vt ocimum, de quo Plin. 19, 7 ſ. 36 et Perſius, cum *ocima cantare* 4, 22 dixit pro maledicta ingerere. Ita etiam Plin. l. c. de cumino, *precantur ne exeat*; vbi Theophraſtum 7, 3 et 9, 9 H. Pl. laudat Harduinus.

9, 14 MELIVS FVRTIVA) Etiam hoc habet Plin. 19, 7 ſ. 37 *Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant, ſicut apes furtiuas peſſime.*

9, 14 IMMVNDAE MVLIERIS) id eſt, menſtruatae: ſuffragatur Plinius 28, 7 ſ. 23 *novellas*

vsque in Octobrem totum coriandrum ſeritur. amat terram pinguem, ſed et macro ſolo naſcitur. ſemen melius putatur, quod vetuſtius fuerit: delectatur humore.
16 ſatum bene cum olere [b] quocunque naſcetur. Hoc menſe cucurbita ſerenda eſt. amat ſolum pingue, humidum, ſtercoratum, ſolutum. Hoc in cucurbitis inſigne eſt, quod longas pariunt et exiles ſemina, quae in earum ceruice naſcuntur: quae in ventre fuerant, cucurbitas faciunt craſſiores: quae in fundo, latas, ſi inuerſis cacuminibus obruantur. Vbi adoleſcere coeperint, adminiculis [c] adiuuentur. quae ſeruantur ad ſemina, vsque ad hiemem in ſua vite dependeant, deinde ſublatae in
17 ſole ponantur, aut fumo: aliter ſemina putrefacta depereunt. Hoc menſe blitus ſeritur ſolo qualicunque, ſed culto. olus hoc neque runcandum eſt neque ſarculandum. cum ſemel natum fuerit, ipſum ſe per multa ſecula ſeminis ſui deiectione reparabit, vt, etiam ſi velis, vix poſſit aboleri. Nunc etiam ſerpyllum ſeritur plantis et ſemine, ſed [d] vetuſtate meliori. laetius frondebit, ſi iuxta piſcinam vel lacum, vel putei margines conſeratur. Aniſum [e] quoque et cyminum nunc bene ſeritur. locis [f] laetioribus melius prouenit, itemque caeteris, ſi humore iuuetur et ſtercore.

X. LOCIS temperatis menſe Martio vel Aprili mala Punica ſeremus; calidis vero et ſiccis, Nouembri: amat haec arbor ſolum cretoſum, macilentum, ſed in pingui etiam prouenit. regio illi eſt apta, quae calida eſt. ſeritur plantis de matrum radice deuulſis [a]. Sed quamuis multis generibus ſeratur, melius tamen ramus eius cubitalis [b] inciſus manubrii craſſitudine, et capite vtroque acuta falce leuigatus, ſcrobi velut obliquus immergitur: prius tamen porcino ſtercore et in capite, et in parte, quae ima eſt [c], oblinatur, vel in crudo ſolo malleo cogatur ad
2 inferiora defigi. Melius proueniet, ſi ponendus ramus gemmata [d] iam matre ſumatur. Sed qui in ſcrobe deponit, ſi tres lapillos in ipſa radice conſtituat, prouidebit [e], ne poma findantur. Curandum ne virgula inuerſa deponas. Creduntur acida fieri, ſi rigentur aſſidue: nam ſiccitas in his et ſuauitatem praeſtat, et copiam.
3 cuius tamen nimietati aliquid debet humoris opponi. Circumfodi autumno debet, et verno. Si acida naſcantur, modicum laſeris cum vino tritum per ſumma arboris cacumina oportet [f] infundi, vel ablaqueatis radicibus tedae clauus [g] infigi. Alii algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli ſtercus miſcent aſininum atque porcinum. Si florem non continet, vrinam veterem compari menſura aquae temperabis,

b) *d. humore ſatum. Bene cum* etc. *E.* c) *adminic. Lugd. amin.* reliqui. d) *ſed vet. mel.* om. *P. ſed vetuſtate melior E.* e) *Aneum et P.* f) *Locisque P.* [T. X.] a) *diuulſis Lugd. Cr. E.* b) *cubitularis P.* c) *quae humi eſt E.* d) *gemante Vlit. ad Grat.* 144. *et Lugd. gemmante E. gemata iam* om. *P.* e) *prouideat E.* mox *fundantur.* item *virgulta.* f) *debet P.* g) *clauos E.*

*vellas vites eius tactu in perpetuum laedi: rutam et ederas* res medicatiſſimas, *illico mori.* Noſter preſſe ſecutus eſt Florentinum, qui Geop. 12, 25 μεμιασμένην in hoc ipſo argumento nominat.

9, 16 IN CVCVRBITIS INSIGNE) Eadem Col. 10, 380 et 11, 3, 49.

10, 1 MALA PVNICA) V. Geop. 10, 29. Pleraque huius capitis habet etiam Creſc. 5, 13.

10, 1 MATRVM RADICE) Vlitius ad Gratium v. 132 ex Mſ. emendat *matre radice,* quod eſt per adpoſitionem, vt *ſaxo ſilice* apud Liuium, *termes virga* apud Gratium. SCHOETTG. Nihil mutare volui. Totam plantam dici *matrem* apparet ſ. 2 *gemmata mater* non de radice ſola intelligi certe poteſt. *Matrum* quoque eſt apud Creſcentium.

10, 2 NE VIRGVLA INVERSA) Quidni? Hoc ipſum remedium laudat Africanus Geop. 10, 30 ὁμοίως δὲ κἂν κατακέφαλα φυτευθῶσιν, οὐ χαίνουσιν.

10, 3 SI ACIDA NASCANTVR) Eadem remedia habet Col. 5, 10, 15. *Laſer* autem intelligi, non Cyrenaicum illud, ſed in Perſide,

perabis, et ter per annum in radicibus infundes [h]. vni arbori amphora ingeſta ſuffi-
ciet. vel amurcam mittes inſulſam, vel algam radicibus iunges, et bis rigabis in
menſe; vel arboris florentis truncum plumbeo circulo debebis includere, vel corio
anguis inuoluere. Si crepant poma, lapidem in media arboris radice ſupponis, vel 4
ſquillam circa arborem feris. Et ſi, dum [i] pendent poma, tenacibus, ſicut in ar-
bore habentur, intorſeris, in totum annum ſine corruptione ſeruabis [k]. Si vermi-
bus laborant, tangis radices felle bubulo, et continuo moriuntur: aut [l] clauo aeneo
ſi vermes eosdem purges, difficile naſcentur: vel aſini vrina ſtercori admiſta porci-
no vermibus obuiabit. Cinis cum lixiuio circa Punici truncum frequenter infuſus,
laeta et fructuoſa reddit arbuſta. Aſſerit Martialis candida in his grana fieri, ſi ar- 5
gillae et cretae quartam partem gypſi miſceas, et toto triennio hoc genus terrae
radicibus eius adiungas. Idem dicit mirae magnitudinis fieri, ſi olla fictilis obrua-
tur circa arborem Punici, et in ea ramus cum flore claudatur, ne reſiliat ligatus ad
palum: tunc cooperta olla contra aquae muniatur incurſus. autumno [m] patefacta
ſuae magnitudinis poma redhibebit. Multa [n] in Punico ipſe aſſerit poma proce- 6
dere, ſi tithymalli et portulacae ſuccus aequaliter mixtus ante quam germinet,
trunco arboris adlinatur. Inſeri poſſe affirmat [o] de ramorum connexione, vt me-
dulla vtrinque diuiſa ſe iungat. In ſe tantum inſeri poteſt circa Apriles Calend.
menſe Martio vltimo. Sed ſecto trunco ſurculus recentiſſimus ſtatim debet inſeri,
ne mora exiguum, qui ineſt, ſiccet [p] humorem. Punica mala ſeruantur, ſi pica- 7
tis [q] pediculis ordinata ſuſpendas. Aliter: Lecta integra in aqua marina vel [r] mu-
ria feruente mergantur, vt combibant. poſt triduum ſole ſiccentur, vt ſub dio [s] nocte [t]
non maneant: poſt in loco frigido ſuſpendantur. cum volueris [u] vti, aqua dulci
pridie macerabis. Feruntur [x] haec pomis recentibus aemulari: item, ſi a tactu 8
inuicem ſeparata paleis obruantur. Item foſſa fit longa, et cortex eiusdem magni-
tudinis [y] paratur, cui mala acutis ſurculis ſuis affiguntur. tunc inuerſus cortex ſupra
foſſam ponitur, vt mala ſine terrae tactu ſubterpendentia ab humore defendat.
Item ſi induantur argilla, et ea ſiccata loco frigido pendeant. Item ſi ſeriola [z] ſub 9
dio

h) *fundes Lugd. E.* i) *dum* om. *P.* k) *ſeruantur P. E.* l) *aut clauo — arbuſta* om. *P.* m) *autumno vero E.* mox *poma habebit.* n) *multa — adlinatur* om. *P.* o) *firmatur Lugd. firmat E.* p) *exiccet P. Creſc. qui eſt, ſicc. E.* q) *picatis — Aliter* om. *P.* r) *vel muria feru.* om. *P.* s) *diuo Lugd.* hic et alias *I. B. R. E. vt ſub diuo nocte permaneant Cr.* t) *nocte* om. *P.* u) *cum autem volueris vti E.* x) *Feruntur — operitur* om. *P.* y) *latitudinis Lugd. E.* z) *olla Cr.*

ſide, Media vel Armenia natum, vult Io. Rhodius ad Scribo. c. 67 p. 127.

10, 4 SI CREPANT POMA) Haec ex Africano Geop. 10, 30 et Col. 5, 10, 16 ex quo et plura. SCHOETTG.

10, 4 ASINI VRINA) humanam ſubſtituit Paxamus Geop. 10, 34 et Col. 5, 10, 15.

10, 5 POMA REDHIBEBIT) In tribus vetuſtis Florentinis codicibus tres inter ſe diſſimiles huius verbi *redhibebit* lectiones reperiuntur; in perantiquo *perhibebit*, in altero *reddere debebit*, in tertio *redhibebit*, vt in vulgatis libris, et in Vaticanis manu exaratis. Creſcentius l. 8. c. 7 tranſcripſit: *exhibebit.* Idem Palladius eadem de re praecipiens l. 6. c. 6 ſic: *pro vaſculi magnitudine pomum reddit.* PONTED.

10, 6 SI TITHYMALLI) Eadem Democritus Geop. 10, 35.

10, 6 MEDVLLA VTRINQVE DIVISA) Eadem fere ratio quam in vite tradidit Febr. 33.

10, 7 PVNICA MALA SERVANTVR) Berytius Geop. 10, 38 Columella 12, 44. SCHOETTG.

10, 7 PICATIS PEDICVLIS) Creſcentius 5, 13 *appendiculis* habet, ſiue librarii errore, ſiue quod ea aetas *appendiculas* vocauit, a quibus penderent fructus, eaque res fugit diligentiſſimum Freſnium.



10, 10 IN-

dio obruatur, quae habeat arenas vſque ad medium, et mala cum tenacibus lecta imprimantur cannis ſingulis, vel ſambuci virgulis, et ita ſeparata in arenis figantur, vt ipſa quatuor digitis emineant ab arena. Hoc et ſub tecto in ſcrobe [bipedanea [a]] fieri poteſt, et vtilius eſt ad ſeruandum, ſi cum [b] ramo longiore tollantur.
10 Aliter: In ſeriola cui ad medium aqua mittatur, ſuſpenduntur mala, ne humorem tangant [c], et ſeria clauditur, ne ventus irrumpat [d]. Item in dolio intra ordeum ſic ordinantur, ne ſe inuicem tangant: [et] dolium deſuper operitur. Vinum de malis granatis conficies hoc modo: Grana matura purgata diligenter in palmea [e] fiſcella mittis, [et] in cochlea exprimis, et lente coques vſque ad medietatem: cum refrixerit [f], picatis et gypſatis vaſculis claudes. Aliqui [g] ſuccum non excoquunt, ſed ſingulis ſextariis libras mellis ſingulas miſcent, et in praedictis [h] vaſculis ponunt et
11 cuſtodiunt. MENSE Martio citri arbor quatuor [i] modis ſeritur, ſemine, ramo, talea [k], claua. amat terram rarioris naturae, caelum calidum, humoremque continuum [l]. ſi granis velis ſerere, ita facies: terram in duos pedes fodies, cinerem miſcebis, breues areas facies, vt vtrinque per canales aqua diſcurrat. in his areis palmarem [m] ſcrobem manibus aperies, et tria grana [n] deorſum verſo acumine iuncta conſtitues, et obruta quotidie rigabis. citius procedent, ſi beneficio aquae te-
12 pentis vtaris. Natis [o] germinibus ſemper proxima herba runcetur. Poteſt hinc trima planta transferri. Si ramum velis ponere, non amplius ſeſquipede debebis immergere, ne putreſcat. Claua [p] ſeri commodius eſt, quae ſit manubrii craſſitudine [q], longitudine cubitali, ex vtraque parte leuigata, nodis et aculeis reciſis, ſed integra ſummitate gemmarum, per quas ſpes futuri germinis intumeſcat. Di-
13 ligentiores et fimo bubulo adlinunt vtrinque, quod ſummum eſt, vel marina alga veſtiunt, vel argilla ſubacta, partis vtriusque extrema cooperiunt, atque ita in paſtinato ſolo deponunt. Talea et gracilior et breuior eſſe poteſt; quae ſimiliter vt claua mergetur. ſed talea palmis duobus ſuperſit: claua omnis obruitur. in ſpatio
14 non deſiderat interualla maiora. aliis arboribus non debet annecti. Calidis locis, ſed irriguis, et maritimis maxime gaudet, quibus humor exundat. Sed ſi quis hoc genus, vt in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel parietibus munito, vel in meridianam partem verſo diſponat hanc arborem. ſed hibernis menſibus tectum [r] ſtramine velet agreſti: vbi aeſtas refulſerit, aëri arbor nuda et ſecura reddatur. Ta-
15 lea ſiue claua eius calidiſſimis regionibus, et per autumnum ponitur: frigidiſſimis Iulio et Auguſto poſitas, et quotidianis rigationibus animatas, ipſe vſque ad poma et magna

a) *bipet* om. *E.* b) *non Cr.* c) *ne humore tangantur E.* recte. d) *erumpat Cr.* e) *palmeam fiſcellam Cr.* f) *refriguerit E.* vt ſupra. mox recte *claudis.* g) *Aliqui — cuſtodiunt* om. *P. alii ſuccum E.* h) *praedicto vaſe cuſtodiunt Lugd. I. B. R. Cr. et in praedicta vaſcula E.* i) *multis Lugd. E.* k) *talea claua* om. *P.* l) *que* om. *E.* m) *palmarem* om. *P.* n) *genera P.* o) *Natis — transferri* om. *P.* p) *Clabam Cr.* et ita ſemper *Claua* — ad *ſ.* 16 om. *P. Claba* (ſic ſemper) *ſ. commodius poteſt. E.* q) *groſſitudine Cr.* r) *tectum* omn. praet. *Lugd.*

10, 10 INTRA ORDEVM) ἐν σωρῷ σίτου Berytius l. c.

10, 11 CITRI ARBOR) Citri nomine duae veniunt arbores, malus medica, et θύον, ex qua menſae citreae ſiebant. Salmaſius de homonymis hyles iatricae c. 67; Bodaeus a Stapel ad Theophr. hiſt. plant. 4, 4 p. 337. SCHOETTG. add. Needham ad Geop. 10, 7 no. *a*; vbi docet *citrum* eſſe, quae in vulgaribus linguis hodie id nomen habet, *vn Citronnier* etc. adde quae dicemus ad ſ. 16.

10, 12 CLAVA SERI) Illa ſcribendi ratio, quam in Creſcentio notauimus, *v* et *b* permutatis, non tantum optimis quibusque codicibus familiaris eſt, ſed inde diminutum *clabula* tanquam vox peculiaris ex Nonio refertur in theſauro

magna incrementa perduxi. Citreum iuuari creditur, ſi cucurbitae vicinis locis
ſerantur: quarum vites etiam combuſtae vtilem citri arboribus cinerem praebent.
Gaudent aſſidua foſſione. hinc proueniunt poma maiora. Niſi quae arida ſunt, 16
rariſſime debemus abſcidere [s]. Inſeritur menſe Aprili locis calidis, Maio frigidis,
non ſub cortice, ſed fiſſo trunco circa ipſas radices. Inſeritur et piro, vt quidam
[volunt [t],] et moro, ſed [u] inſiti ſurculi qualo [x] deſuper omnino muniendi ſunt [y],
vel fictili vaſculo [z]. Aſſerit Martialis apud Aſſyrios [a] pomis hanc arborem non ca-
rere: quod ego in Sardinia [et [b] in] territorio Neapolitano in fundis meis comperi
(quibus ſolum et caelum tepidum eſt, [et [c]] humor exundans [d]) per gradus quos-
dam ſibi ſemper poma ſuccedere, cum maturis ſe acerba ſubſtituant, acerborum
vero aetatem florentia conſequantur, orbem quendam continuae foecunditatis ſibi
miniſtrante natura. Feruntur acres medullas mutare [e] dulcibus, ſi per triduum 17
aqua [f] mulſa ſemina ponenda macerentur, vel ouillo lacte, quod praeſtat. Aliqui
menſe Februario truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non
exeat: ex hoc humorem fluere permittunt, donec poma formentur: tunc foramen
luto replent: ſic, quod eſt medium, fieri dulce confirmant. Citreum et in arbore 18
poteſt per [g] totum annum propemodum cuſtodiri [h]: melius ſi vaſculis quibuscun-
que claudatur. Si velis legere atque ſeruare, nocte luna latente debebis cum ra-
mis

s) *abſcidere Lugd:* hic et alias *I. B. R. et Com. abſcindere* al. *vid. Pall. Iun.* 2, 2. t) *volunt et moro* om. *Lugd. E.* u) *ſed — vaſculo* om. *P.* x) *qualo — ſunt* om. *Lugd.* y) *omni modo mun. ſunt E.* z) *clauduntur Lugd.* a) *Sirios Lugd.* b) *et in* om. *P. Pal. et Lugd. E.* qui et *Sardia.* c) om. *et* etiam *Lugd.* d) *eſt* add. *P.* e) *maturare E.* f) *aqua* om. *I. B. R.* g) *per totum annum* om. *P.* h) *toto anno ſeruari. Melius quā ſi P.*

ſauro Fabriano. Caeterum *clauam*, *κορύνην* et *πάσσαλον*, *taleam* ita diſtinguit Anatolius Geop. 10, 8 vt *claua* ſit ramus ita in arcum incuruatus, vt duo extrema pangantur in terra, ipſumque germen erumpat ex ſumma *flexura*, quam *fornicem*, haec enim eſt *καμάρα*, appellat: *talea* autem incuruari non poteſt, ſed inuerſim *κατὰ κεφαλῆς* parte acutiore depangitur, vnde *πασσάλου* h. e. *claui* nomen inueniſſe videtur. Noſter deponi tantum transuerſam et iacentem iubet clauam, quo modo vites proſterni e Columella vidimus, nulla curuaturae mentione iniecta.

10, 16 POMIS NON CARERE) An *nunquam carere*, vt in vernacula Palladii interpretatione: *ed afferma Marziale che in Aſſiria queſti arbori hanno tutto l'anno frutto.* Sed id etiam Palladius ſtatim docuit ſ. 16. De huiuſmodi ſtirpibus hoſce verſiculos vernacula lingua prodidit Aloyſius Alamannus lib. 5.

*Dico il giallo limon, gl' aranci, e' i cedri,*
*Ch' entr' à i fini ſmeraldi al caldo, al gielo,*
[*Chè Primàuera è loro ouunque ſaglia*
*Ouunque aſcenda il ſol*] *pendenti, et freſchi*
*Et acerbi, et maturi han ſempre i pomi,*
*E' nſieme i fior.*

PONTED. Adiiciamus Plinii locum elegantem 12, 3 ſ. 7 de citro, quam hic *Aſſyriam malum* vocat, *Omnibus horis* (vt *genitalem horam anni* alias ver dixit) *pomifera eſt, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis ſubnaſcentibus* —— *niſi apud Medos et in Perſide naſci noluit.* Palladius igitur forte primus eſt, qui huius arboris extra Mediam conualeſcentis meminit, quae poſtea non in Italia tantum, Hiſpania Galliaque coli ſe paſſa eſt, ſed in ipſum ſeptentrionem translata fructus edidit, quanquam bonitate inferiores his, qui ſub clementiore ſidere educantur. Non ignoro, quid de hac re diſputetur v. g. apud Spanhem. de vſu et praeſt. num. diſſ. 6 p. 329 ſq. Sed illum ſequor characterem, quem indicat Palladius, *orbem continuae foecunditatis*: quidquid ſit de mira totius generis varietate, quam elegantiſſime, vt reliqua, quae ad cultum et naturam eius arboris pertinent, perſequitur Io. Bapt. Ferrarius eleganti libro, quem vocat *Heſperides*: de qua appellatione, ad quem fructum pertineat, praeclare etiam meritus eſt, quem modo laudabam, Spanhemius.

10, 16 IN SARDINIA) h. e. vt explicat Sylburgius, in Neapolitano Sardiniae territorio. Nam et Ptolemaeus Sardiniae Neapolim agnoſcit, Geogr. l. 3. SCHOETTG. Illud [*et in*] nobis pepererunt, qui *Neapolin* illam principem hodie regni cognominis cogitantes, a Sardinia remouendam putarunt.

10, 16 PER GRADVS QVOSDAM) Theophraſtus hiſt. pl. 4, 4 φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν· τὰ μὲν γὰρ ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέπτει. SCHOETTG.

10, 18 VEL

mis foliatis carpere, et ſecreta diſponere. Alii ſingula vaſis ſingulis claudunt, vel [i]
gypſo adlinunt, et opaco loco ordinata cuſtodiunt. Plerique in [k] cedri ſcobe, vel
19 [in [l] ] ſtraminibus minutis, vel in paleis tecta ſeruant [m]. MESPILA [n] locis cali-
dis maxime gaudent, ſed irriguis; tamen frigidis quoque proueniunt: magis ſabu-
lone pingui, atque [o] glareoſa terra, cui arena permiſta eſt, vel argilla cum ſaxis.
ſerenda eſt taleis [p] menſe Martio vel Nouembri, ſed ſolo ſtercorato et ſubacto, ita
vt vtrumque caput taleae ſtercus obducat. Sunt eius incrementa tardiſſima. amat
putari atque [q] circumfodi, et parco humore inter ſiccitates ſaepe refoueri. Seri-
20 tur et ſemine, ſed in longiorem ſperatur aetatem. Si vermibus occupatur, ſtilo
aereo purgandi ſunt, et amurca, vel humana vetere vrina, vel viua calce perfunden-
di, ſed parcius propter arboris noxam, vel aqua decocti lupini. Si [r] putatur hinc
arbor ſterilis fieri, fimus et cinis vitium ſimul ſi radicibus infundantur, fertilem red-
21 dunt. Si formicae moleſtae ſunt, rubrica cum aceto et cinere temperata necabun-
tur. Si poma labuntur, fruſtum de eius radice praeciſum in media trunci parte fi-
gatur [s]. Inſeritur menſe Februario in ſe et in piro, et in malo. ſurculus tamen eius
ex arbore media debet aſſumi: nam de ſummitatibus vitioſus eſt. in trunco fiſſo in-
22 ſerenda eſt: nam corticis macies ieiuna nil nutriet. Meſpila ad ſeruandum legun-
tur necdum mitia, quae et in arbore diu durabunt, vel in vrceolis picatis, vel in ordi-
nem ſuſpenſa, vel [t], vt quidam, poſca [ vel ſapa ] condita. Die ſerena legantur ac
media, et paleis obruantur diſcreta, ne ea viciſſim tactus afficiat. Vel cum pedicu-
lis lecta ſemimatura, et ſalſa aqua per dies quinque macerata. poſtea ſaepe [u] infun-
23 dantur, vt enatent. Seruantur et melle, ſed ſi minus matura collegeris. CALIDIS
locis fici planta radicata Nouembri menſe, temperatis Februario, frigidis melius [x]
Martio vel Aprili ponenda eſt: ſi taleam vel cacumen ponas; vltimo Aprili, cum
ei ſe viridior ſuccus infuderit. Plantae in ſcrobe depoſitae lapides ſubſtituendi ſunt,
ad radicem fimo terra miſcenda eſt. Si loca frigida ſunt, plantarum cacumina diui-
24 ſis cannae internodiis defendantur a frigore. Si cacumen velis ponere, triſulcum [y]
ramum bimum vel trimum ab auſtrali parte decidas [z], et ſic obrues, vt diuiſa cacu-
mina terra interiacente velut tres ſurculos [a] reddant. Taleam ſic ponemus, vt cae-
tera, cui leuiter ab infima [b] parte diuiſae lapidem mergemus in fiſſo. Ego menſe
Februario vltimo vel Martio in Italia plantas grandes ficorum per paſtinatum ſolum
diſpoſui,

i) *vel gypſo adlinunt* om. *P.* k) *in — vel* om. *P.* l) *in* om. *Lugd. I. B. R. E.* m) *ſeruarunt P.* n) *Meſpili E.* o) *aut Lugd. aut glarea terra E.* p) *taleis* om. *P.* q) *atque — refoueri* om. *P.* r) *ſed I. B. R. Cr. Lugd.* s) *figimus P.* t) *vel — condita* om. *P. vel vt quidam paſca condita I. B. R. vel ſapa* om. *Lugd. E.* u) *ſapae E.* mox, *ſi nimis matura.* x) *melius* om. *P. Cr.* y) *triſulcum* om. *Cr.* z) *decides Lugd. E.* bene. a) *tres ſulcos E.* b) *ſima P. vna Cr.* quod ortum videtur ex *ima.*

10, 18 VEL GYPSO ADLIN.) Vid. Geop. 10, 10.

10, 19 SERENDA EST TALEIS) Deſideratur verbum; nam *meſpila* cum verbo *eſt*, proximisque *aliis amat*, *ſeritur* non conueniunt. Deerit fortaſſe *arbor*, vt Tit. 10. de Malo Punico: *Locis temperatis*, inquit, *menſe Martio vel Aprili mala punica ſeremus; calidis vero, et ſiccis Nouembri. Amat haec arbor ſolum cretoſum.* PONTED.

10, 20 IN LONGIOREM SPERATVR AETATEM) factura nepotibus vmbram, et fructu profutura alteri demum ſaeculo.

10, 23 CALIDIS LOCIS) Haec ex Didymo Geop. 10, 45. SCHOETTG. Adde Creſc. 5, 10 vbi totam prope ficus diſciplinam a noſtro mutauit.

10, 23 VLTIMO APRILI) Nimis ſera fici ſatio extremo Aprili cenſenda eſt; Quare perlibenter ad Creſcentium accedo qui 5, 10 excerpſit: *Vltimo Martii vel menſe Aprili.* Quod et ipſo Palladio auctore probatur; haec enim infra ab eodem tradita memoriae ſunt: *Nam* (Martio nimirum) *ficulnea cacumina obruuntur vtiliter, cum tumeſcunt, vt plantas faciant, ſi earum copia non abundat.* PONTED.

10, 28 ALI-

diſpoſui, et eo anno poma peperere ſupra comprehendendi felicitatem, velut tributa[c]
reddentes. Legendae ſunt plantae, in quibus frequens nodus extuberat[d]: ſteriles 25
creduntur, quae nitidae ſunt, et oculos ſuos per longa internodia diſtulerunt. Si
plantam fici prius[e] nutrias in ſeminario, et maturam transferas in ſcrobem, poma
generoſiora[f] producet. Aliqui[g] multum prodeſſe confirmant, ſi plantam fici diuiſo
ſquillae bulbo interſitam ſtrictamque vinculis collocemus. Scrobes amat altas, in-
terualla maiora, terrae genus durum, et gracile, et ſiccum pro vtili ſapore pomo-
rum. prouenit et petroſis atque aſperis: tamen poteſt locis prope omnibus ſeri[h]. 26
quae in montanis et frigidis locis naſcuntur, quia minus lactis habent, ad ſiccitatem
durare non poſſunt: vſus illis in viridi eſt, melioris magnitudinis, et ſaporis arguti.
quae naſcuntur in campis et locis calidis, et pinguiores ſunt, et in ſiccitate durabi-
les. Si genera numerare velimus, immenſum eſt: ſufficit, quod omnibus aequa 27
cultura eſt. illa diſtantia eſt, quod in Caricis melius alba ſeruatur: in locis nimie fri-
gidis praecoquas ficus ſeramus, quae cito veniant, vt ante imbres genus hoc poſſit
occurrere; calidis vero et aeſtuoſis eas, quae ſero maturant. Gaudet[i] aſſidua foſ-
ſione. per autumnum proderit, ſi ſtercus admoueas, praecipue de auiariis. reciden-
da ſunt in ea quae aut putria, aut male nata repereris: et ea ratione putanda eſt, vt
inclinata per latera poſſit expandi[k]. In locis humectis ficus ſaporis obtuſi eſt, 28
cui circumciſis contra hoc radicibus aliquantus cinis debet affundi. Aliqui inter
ficarias caprifici arborem ſerunt, vt non ſit neceſſe per ſingulas arbores pro reme-
dio eadem poma ſuſpendi. Menſe Iunio, circa ſolſtitium caprificandae ſunt arbores
fici, id eſt, ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino, velut ſerta[l] pertuſi. Si hoc deſit,
abrotani virga ſuſpenditur; aut callum, quod in vlmeis foliis inuenitur, aut arie-
tina[m] cornua circa radices arboris obruuntur; vel truncus arboris, quo loco turget,
ſcarificandus eſt, vt poſſit humor effluere. Ne vermes patiatur, ramum terebinthi 29
vel lentiſci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inuerſo. vncinis aereis tollen-
di ſunt vermes[n] ex fico. Alii amurcam, alii veterem vrinam ablaqueatis radicibus
miſcent. Alii bitumen[o] et oleum, aut ſolam calcem viuam latebris vermium liniunt.
Si formicae moleſtae ſunt, rubrica, butyro, et pice liquida miſta circa truncum de-
bet

c) *tributum E.* d) *exuberat Cr. Lugd. E.* e) *prius* om. *P. Cr.* f) *generoſa E.* g) Hinc ad ſ. 31. om. *P.* h) *fieri E.* mox om. *locis.* i) *Gaudent E.* mox *putrida.* k) *incidi Lugd.* l) *ſerra Aſc. et Com. ſera G. Gy. ſerta I. B. R. I. I. Lugd.* m) *arietina* — *obruuntur* om. *Lugd.* n) *vermes* om. *Lugd.* o) *vitimen Lugd.*

10, 28 ALIQVI INTER FICARIAS) Plin. 15. 19 ſ. 21 add. Colum. 11, 2, 56.

10, 28 VELVT SERTA) Emendari iubet Scaliger ad Varr. R. R. 3, 6, 1 *velut linea ſerta.* Nam *ſerta* eſt τὸ σχοινίον funiculus. Sic noſter alibi Iul. 6, 2 *Cum ſerta, quae appenſa ſunt, auferantur.* Deriuatur autem a *ſero*, vnde *ſeries*, ἡ συνάφεια, τάξις, vt docet Salmaſius ad Soli. c. 23 p. 187 vnde *ſertum*, (quod eſt participium praet.) pro connexione florum accipitur. Adde Lipſium Ant. Lect. lib. 3 p. 120. SCHOETTG. Recepimus emendationem Scaligeranam, in quantum ea laudatis in V. L. auctoribus conuenit. *Serta* (int. corona) vox proba, ſubſtantiue poni ſolita, et ad hanc rem aptiſſima, quod ex locis in Fabrianum theſaurum congeſtis manifeſtum eſt: quam vocem hic reponendam eſſe ſola coniectura nixi vidimus, cum locum laudatum Plinii illuſtraremus in Chreſtom. Plin. p. 536, eademque quid *ſerta* eſſet populariter explicaremus. Nempe *ſerta* hic eſt, quem *carpophoren*, *Fruchtſchnur* nominant architecti: flores, fructus, cepae, et quid non, ita colligata, vt funem quaſi vnum efficiant; ita hic *groſſi lino pertuſi* h. e. traiecti et ita connexi, faciunt ſertam. Talem *ſertam* ita deſcribit Apicius 1, 4 *Folia roſarum limo* inſeres, *et ſutiles facies.* Propius etiam ad rem noſtram facit noſter Varro 1, 41, 5. *Reſticulas per ficos maturas perſerunt* etc.

10, 29 SI FORMICAE) Haec remedia cum aliis etiam habet Paxamus Geop. 13, 10.

bet induci. Alii coracinum piſcem [p] contra formicas in arbore ſuſpendendum eſſe
30 confirmant. Si fructus ſuos velut aegra proiiciet [q], alii rubrica, aut amurca inſulſa
miſta aqua arborem liniunt [r]; vel cancrum fluuialem cum ramo rutae ſuſpendunt;
vel algam marinam, vel faſcem lupinorum; vel radici terebratae cuneum figunt,
vel ſecuri arboris corium ſaepe proſcindunt. Cum folia incipiunt producere fici [s],
vt fructum multum et pinguem ferant, in principio germinis cacumina ſumma de-
31 cutimus, vel illud tantum cacumen, quod ex arboris medietate procedit. Si matu-
ram ficum vis ſerotinam [t] facere, incipientes groſſos decute, cum illis fabae fuerit
magnitudo. Vt ficus cito maturet, ſucco [u] cepae longioris cum oleo et pipere
mixto vnge poma, quando groſſi incipiunt ſubrubere. Aprili menſe ficum debe-
mus inſerere inter corticem: vel ſi nouellae arbores ſunt, fiſſo ligno, quod ſtatim [x]
32 operiendum eſt et [y] ligandum, ne ventus introëat. Melius comprehendunt, ſi circa
terram reciſa inſerantur arbuſta. Aliqui et Iunio menſe inſerunt. Surculus legen-
dus eſt anniculus: inutilis enim creditur [z] maioris vel minoris aetatis. Inoculari
ficus locis ſiccis Aprili, humidis [a] melius Iunio [b] mediante poterit, Octobri menſe
locis tepidis. Propagari ficus ramis poteſt. inſeritur autem in caprifico, in moro,
33 in platano, et oculis, et ſurculis. Ficus virides ſeruari poſſunt vel in melle ordina-
tae, ne ſe [c] inuicem tangant, vel ſingulae intra viridem cucurbitam clauſae, locis
vnicuique cauatis, et item teſſera, quae ſecatur, incluſis, ſuſpenſa ea cucurbita, vbi
non ſit ignis vel fumus. Alii miſſas ficus recentes, minus maturas, in nouo vaſe
fictili lectas [d] cum pediculis, et a ſe ſeparatas recludunt, et in dolio vini pleno vas
34 natare permittunt. Martialis dicit, Caricas per genera multa ſeruari, cum ratio vna
ſufficiat. Ergo hoc genere, quo Campania tota cuſtodit, ſeruare debemus. in cra-
tibus ficus expanditur vſque ad meridiem, et adhuc mollis in qualum refunditur.
Tunc calefacto furno, ad panis coquendi modum, ſuppoſitis tribus [e] lapidibus, ne
ardeat qualus includitur, et clauſo furno vbi diſcocta ficus fuerit, ſicut eſt calida, in-
terpoſitis [f] foliis ſuis in vas fictile conditur bene picatum, denſius preſſa, et operculo
35 diligenter obducitur [g]. Si pluuiis abundantibus crates non poſſis expandere, ſub te-
cto eas ita ponis [h], vt ſemipede erigantur a terra, et eas ad vicem ſolis, cinis [calidus [i]]
ſubiectus vaporet, et ſubinde ficus, ſicut eſt diuiſa, vertatur, vt ficorum coria ſiccen-
tur,

p) *coracium E.* q) *proiiciat E.* r) *linunt Lugd.* s) *procedere incipient fici E..* t) *ſerotinam* om. *E.* mox om. *fuerit.* u) *ſuco caepae* hic et ſaepe *Lugd.* x) *ſtatim* om. *P.* y) *et lig.* om. *P.* z) *creditur* om. *E.* a) *humidis* om. *P. Lugd. E.* b) *Iulio Lugd.* c) *ſe contingant P.* d) *lectas* om. *E.* e) *ſuppoſ. lapidibus fuerit ficus cocta.* f) *interpoſita.* g) Hinc vſque ad finem *ſ.* 36 om. *Pol.* h) *reponis E.* i) *calidus* om. etiam *Lugd. E.*

10, 29 CORACINVM) *κορακῖνον* Paxamo. *Saperidam* aliis, *Platiſtacum*, *Platacem*: auctoritates habet Needh. ad Geop. l. c.

10, 30 SI FRVCTVS) Democritus Geop. 10, 48. SCHOETTG.

10, 33 TESSERA, QVAE SECATVR) h. e. quadrata particula, quae, vt in *emplaſtratione*, reciſa ad locum claudendum reponitur. Afric. Geop. 10, 56 vocat *μέρη τινὰ σπληνίοις ἐοικότα.* Sunt autem *σπληνία*, quod notum eſt, linteola, emplaſtro illita, quibus vulnera clauduntur, a quibus ipſa etiam *emplaſtratio* dicta eſt.

10, 33 RECLVDVNT) Non aperiunt, vt alias, ſed concludunt. Africanus l. c. *πωμάσας τὴν χύτραν.*

10, 33 VAS NATARE PERM.) Suſpenſum nimirum Gr. *ἐπιπλεῖν.*

10, 34 AD PANIS COQVENDI MODVM) Geop. 10, 54 *μετὰ τὸ τὸν ἄρτον ἀφαιρεθῆναι.* Nam prior modus nimis ſiccaret ficus.

10, 34 DISCOCTA) Vtitur hoc verbo etiam Plin. 29, 6 *Quidam denas virides in decem ſextariis olei veteris diſcoquunt.* SCHOETTG.

10, 34 BENE PICATVM) Paxamus Geop. 10, 54 *ἀπίσσωτον καινὸν κεράμιον* poſtulat. Legit certe Palladius *εὐπίσσωτον*: et credibile eſt ita ſcripſiſſe

tur, et pulpae [k] tunc duplicatae in ciſtellis ſeruentur, aut loculis. Alii maturas me-
diocriter ficus et diuiſas in cratibus expandunt toto ſole ſiccandas, et recipiunt [eas]
nocte ſub tecta [l]. Nunc [m] ficulnea cacumina obruuntur vtiliter, cum tumeſcunt, vt
plantas faciant, ſi earum copia non abundat. Vt etiam varios fructus vna ficus ex- 36
hibeat, ramos duos nigrae et albae arborum [n], inter ſe ita vinculo ſtringis ac tor-
ques, vt germina miſcere cogantur. ſic obruti et ſtercorati, et humoribus iuti, vbi
prodire coeperint, germinantes oculos aliqua ſibi [o] annexione conglutina [p]. tunc ger-
men adunatum parturiet duos colores, quos vnitate diuidat, diuiſione coniungat.
NVNC et pirus vel malus inſeri ac ſeri poteſt, et cydonia, et prunus inſeritur, et 37
ſorba ponuntur, et morus, nono Calendarum [q] Aprilium die [r], et inſeruntur piſta-
cia, et locis frigidis pini ſemen aſpergitur.

XI. HOC menſe comparandi ſunt boues, qui tamen, ſiue de noſtris capian-
tur armentis, ſiue emantur, idcirco nunc comparabuntur [a] vtilius, quia necdum ſa-
gina temporis pleni aut celare poſſunt fallaciam venditoris et vitia ſua, aut repu-
gnando [b] domiturae contumacem pleni roboris exercere fiduciam. Haec tamen 2
ſigna ſpectanda ſunt in bobus, ſeu de noſtro, ſeu de alieno grege fuerint comparan-
di, vt ſint boues nouelli, quadratis et grandibus membris, et ſolidi corporis, muſcu-
lis ac [c] toris vbique ſurgentibus, magnis auribus, latae [d] frontis, et criſpae, labris ocu-
liſque nigrantibus, cornibus robuſtis, ac ſine curuaturae prauitate lunatis, patulis
naribus [e], et reſimis [f], ceruice toroſa atque compacta, palearibus largis, et circa ge-
nua fluentibus, pectore grandi, armis vaſtis, ventre non paruo, porrectis lateribus,
latis lumbis, dorſo recto et plano, cruribus ſolidis, neruoſis et breuibus, vngulis ma-
gnis, caudis longis ac ſetoſis, pilo totius corporis denſo ac breui, rubei maxime co-
loris aut fuſci. Melius autem boues de vicinis locis comparabimus, qui nulla ſoli 3
aut aëris varietate tententur. aut ſi hoc deeſt, de locis ſimilibus ad ſimilia transfera-
mus [g]. Illud ante vniuerſa curandum eſt, vt viribus ad trahendum comparentur
aequales,

k) Hic interpung. *I. B. R. Aſc.* l) *et percipiunt nocte ſ. t. E.* m) *tunc E.* n) *ambarum ita inter ſe Lugd. albae arboris E. inter ſe* om. o) *inter ſe Lugd.* p) *conglutinata Lugd.* q) *Calend. Apriles I. B. R.* r) *die* om. *P.* [T. XI.] a) *parabuntur Lugd. E.* b) *ad repugnandum E.* c) *ac toris* om. *P.* d) *latu fronte et criſpa P.* e) *auribus et ſimis P.* f) *reſupinis E.* g) *transferemus Lugd.*

ſcripſiſſe Paxamum, qui illo ipſo capite etiam aliquot Caricas liquida pice tinctas miſceri iuſſerat reliquis. Permutationem illam τῶν ευ et α frequentem eſſe, olim obſeruatum viris doctis v. g. in Palaeographia Montſauconio.

10, 35 ET PVLPAE TVNC DVPLICATAE) Praetuli interpunctionem recentiorem, cui conſentit Creſcentius. Pulpae ſane ſiccari non debent, quae tanto ſunt delicatiores, quo plus mellei humoris retinent. Eaedem autem *duplicatae ſeruantur*, h. e. compreſſae et inculcatae, contractaeque. Quae interpretatio non abſurda, credo, videbitur, ſi quis cogitauerit, non modo *duplices* et *duplicari* dici, qui vulnerati ſe contrahunt (ἰδνωθέντας apud Homerum) vt ad Virg. Aen. 11, 45 Ouid. Met. 6, 293 Val. Flacc. 6, 509 Statium Theb. 3, 89 viri docti obſeruarunt: ſed Maximo etiam Valerio 5, 1 extr. 1 *duplicatum frigore corpus* dici, defendente eam lectionem Gronouio Obſ. 4, 19 cui hic Palladii locus ſuppetias ferre felices videtur.

10, 36 NIGRAE ET ALBAE ARBORVM) Τὸ *arborum* cum inutile videatur, ſaepe additamentum exiſtimaui; neque etiam apud Creſc. 8, 7 inuenio. PONTED.

11, 2 VT SINT BOVES NOVELLI) Haec deſumta ſunt ex Varrone 2, 5, 7 et Col. 6, 1. SCHOETTG.

11, 2 QVADRATIS) Malo emendare ex Columella: *quadrati*, *grandibus membris*. Eſt autem *quadratus*, qui bene compactis, robuſtis, et firmis membris eſt, ſtaturae tamen mediocris et commodae. Suetonius Veſp. c. 20 *Statura fuit quadrata, compactis firmiſque membris.* Col. 7, 12 de canibus: *Probatur quadratus potius, quam longus aut breuis.* Vide Beroaldum ad l. c. Suetonii. SCHOETTG.

11, 2 LATAE FRONTIS ET CRISPAE)



Creſcen-

aequales, ne valentioris robur alteri procuret exitium. In moribus haec conſideranda ſunt. Sint arguti, manſueti, timentes hortamen clamoris ac verberis, cibi appetentes. Sed ſi regionis ratio patitur, nullus melior cibus eſt, quam viride pabulum. vbi vero deeſt, eo ordine miniſtretur, quo pabuli copia, et laborum coget
4 acceſſio. Nunc tauros quoque (quibus cordi eſt armenta conſtruere) comparabit, aut his ſignis [h] a tenera aetate ſubmittet: vt ſint alti atque ingentibus membris, aetatis mediae, [et] magis quae iuuentute minor eſt, quam quae declinet in ſenium:
5 torua facie, paruis cornibus, toroſa vaſtaque ceruice, ventre ſubſtricto. Vaccas etiam nunc maxime parabimus. ſed eligemus forma altiſſima, corporis longi, vteri capacis et magni [i], alta fronte, oculis nigris et grandibus, pulchris cornibus, et praecipue nigris, aure ſetoſa, palearibus et caudis maximis, vngulis breuibus, et cruribus nigris [k] et paruis, aetatis maxime trimae, quia vſque ad decennium [l] foetura ex his
6 procedet vtilior. nec ante aetatem trimam tauros [m] his oportet [n] admitti. Sed erit ſtudium diligentis, amotis [o] ſenioribus, nouellas ſubinde conducere, et ſteriles aratro ac laboribus deputare. Graeci aſſerunt, ſi mares creare velis, ſiniſtrum tauri in coitu ligandum eſſe teſticulum; ſi foeminas, dextrum: tamen [p] tauros diu ante ab-
7 ſtinendos, vt, cum tempus eſt, acrius in cauſas dilati [q] feruoris incumbant. Sed his armentis hieme maritima et aprica loca, aeſtate opaca paremus ac frigida, montana maxime: quia melius frutetis, et his herba internaſcente ſaturantur. quamuis circa fluuios recte propter amoena loca paſcantur: foetura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, vnde magis [r] vtilius habentur, vbi pluuialis aqua tepentes format lacunas.
8 Tolerat tamen frigus hoc armenti genus, et poteſt facile hibernare ſub dio [s]: quibus tamen ſepta fieri, propter iniuriam grauidarum, conuenit laxiora. Stabula vero vtilia

h) *et his ſ. E.* mox *ſubmittunt.* i) *longi P.* k) *nigris et* om. *I. B. R.* l) *decimum I. B. R.* m) *tauris* ex Mſ. *Vlit. ad Nemeſian.* 114. SCHOETTG. n) *debet P.* o) *vetulis amotis P. Cr.* p) *tum tauros E.* recte. q) *dilati* om. *Cr.* r) *magis* om. *Cr.* PONTED. s) *diuo Lugd. E.* ſic ſemper.

Creſcentius 9, 64 *Lata fronte, et criſpa.* Sic et Palladius infra: *alta fronte, oculis nigris, et grandibus.* PONTED.

11, 5 VACCAS) Florentinus Geop. 10, 2. SCHOETTG.

11, 5 ALTA FRONTE) Lego: *Lata fronte*, vt Creſcentius 9, 60 tranſcripſit. Sed et Varro 2, 5 ita eſt locutus: *latis frontibus*; Ita Columella 6, 1 *Fronte lata et criſpa.* Ipſe quoque Palladius de Bubus (vt retuli) in hoc titulo: *Latae frontis* et *criſpae.* Id vernaculis verſibus celebrauit Aloyſius Alamannus lib. 2. *Quella vacca è miglior, che in ampia fronte Minaccioſa hà la viſta.* PONTED.

11, 5 ET CRVRIBVS NIGRIS ET PARVIS) Veteres libri: *et cruribus paruis* tantum, deeſt *nigris.* Ita Columella 6, 21 *et modicis cruribus.* Varro 2, 5 *cruribus potius minoribus, rectis genibus, eminulis, diſtantibus inter ſe.* Florentinus denique Geop. 17, 2 σκέλη ὀρθὰ, στερεὰ, παχύτερα, ἢ μακρότερα: *cruribus rectis, et ſolidis, craſſis magis quam longis.* PONTED.

11, 5 NEC ANTE AETATEM TRIMAM) An pro *trimam*, *bimam*, vt in Creſcentio habemus 9, 62 *Nec ante aetatem bimam tauros ei debet admitti.* Varro 2, 5 *Non minores oportet inire bimas, vt trimae pariant.* Columella 2, 21. Rurſus *minores bimis iniri non oportet.* In *Geop.* etiam Varronis nomine 17, 10 id praecipitur: Βιβάζειν δεῖ μὴ νεωτέρας τῶν β' ἐτῶν, ἵνα τριετεῖς οὖσαι τίκτωσιν. PONTED.

11, 6 AMOTIS SENIORIBVS) Ex Creſcentio deficere *et ſterilibus* arguitur ſic: *Sed erit ſtudium diligentis, amotis ſenioribus, et ſterilibus, nouellas ſubinde conducere, et ſteriles aratro et laboribus deputare.* Creſc. 9, 61 *Cuſtos diligens debet vetulis et ſterilibus amotis, reparare nouellas, et ſteriles aratro et laboribus deputare.* Colum. 6, 22 *Sed et curandum eſt omnibus annis in hoc aeque atque in reliquis gregibus pecoris, vt delectus habeatur: nam et enixae et vetuſtae, quae gignere deſierunt, ſubmouendae ſunt, et vtique taurae quae locum foecundarum occupant, ablegandae vel aratro domandae.* Varro in Geop. 17, 10 τὰς δὲ στείρας καὶ τὰς ἀσθενεῖς, καὶ τῇ ἡλικίᾳ προβεβηκυίας ἐκβλητέον ἐκ τῶν βωκολίων. PONTED.

11, 6 GRAECI) Afric. Geop. 10, 6. SCHOETTG.

12 Conſ.

vtilia ſunt [t] ſtrata ſaxo, aut [u] glareis, aut arenis, deuexa aliquatenus, vt humor
poſſit elabi, parti meridianae obuerſa propter flatus glaciales, quibus aliquis re-
ſiſtere [x] debet obiectus.

XII. HOC menſe vltimo domandi ſunt trimi boues, quia poſt quinquennium
bene domari non poſſunt, aetatis repugnante duritia. Capti [a] ergo ſtatim domen-
tur, qui quidem prius, cum teneri fuerint, frequenti manus attrectatione manſue-
ſcant [b]. Sed ſtabulum noui boues largioribus ſpatiis habere debebunt, vt et ante
ſtabulum loca [c] nullis concludantur anguſtiis, et producti non [d] aliqua vitientur
offenſa. In ipſo vero ſtabulo aſſeres transuerſi a terra ſeptem pedibus alti configan- 2
tur. ad quos boues ligentur indomiti. Tunc eligis abſolutam tempeſtatibus et im-
pedimentis omnibus diem, qua capti perducantur ad ſtabulum. quorum ſi nimia
fuerit aſperitas, vno die ac nocte inter vincula mitigentur atque [e] ieiunia: tunc ap-
pellationibus blandis, et illecebris oblatorum ciborum, non a latere, neque a tergo,
ſed a fronte accedens bubulcus admulceat, naresque et terga pertractet, mero ſubin-
de conſpergens: hac tamen cautione [f], ne aliquem calce contingat, aut cornu: quod
vitium, ſi in primordiis effectui ſibi ceſſiſſe ſenſerit, obtinebit. Tunc mitigatis, os 3
et palatum ſalibus frica [g], et in gulam demitte praeſulſi [h] adipis librales offas, et
vini ſextarios ſingulos cornu infundente per fauces: quae res intra triduum totius
ſaeuitiae iram reſoluet. Aliqui eos inter ſe iungunt, ac docent [i] onera tentare le-
viora, et quod vtile eſt, ſi arationi parantur, ſubacto prius ſolo exercendi ſunt, vt no-
vus labor tenera adhuc colla non quaſſet. Expeditior autem ratio eſt domandi, vt 4
aſperum bouem manſueto et valido boui coniungas, quo oſtendente facile ad omnia
cogetur officia. Si poſt domituram [k] decumbit in ſulco, non [l] afficiatur igne, vel [m]
verbere: ſed potius, cum decumbit, pedes eius ita ligentur vinculis, vt non poſſit
progredi aut ſtare, vel paſci. Quo facto, ſiti ac fame laſſatus [n] carebit hoc vitio.

XIII. HOC menſe ſaginati ac paſti ante admiſſarii generoſi [a] equabus admit-
tendi ſunt, et repletis foeminis, item ad ſtabula colligendi. Neque tamen aequalem
numerum omnibus [b] debemus adhibere, ſed aeſtimatis viribus vniuscuiusque [c] ad-
miſſarii, ſubmittenda [d] ſunt pauca vel numeroſa coniugia, quae res efficiet admiſſa-
rios non parua aetate durare. Iuueni tamen equo et viribus formaque conſtanti
non amplius quam duodecim vel [e] quindecim debemus admittere, caeteris pro quali-
tate virium ſuarum. Sed in admiſſario quatuor ſpectanda ſunt, forma, color, meritum, 2
pulchri-

t) *ſunt ſaxo, aut* om. *P.* u) *atque I. B. R.* x) *obſiſtere Cr.* [T. XII.] a) *Capite P. Cr.* b) *manſueſcunt.* c) *loca* om. *P.* d) *nulla vit. I. B. R.* e) *mit. ieiuniis Iuntt.* f) *actione P.* g) *fricabis a V.* mox *in linguam dimitte E.* h) *praeſalſae ad. librares P. praeſulſae Pal. et Lugd.* hic etiam *librileſ.* i) *eos* add. *P.* k) *domaturam Lugd.* l) *non — decumbit* om. *I. B. R.* m) *nec P.* n) *laxatus Cr.* [T. XIII.] a) *generoſis E.* b) *omnium Lugd. E.* c) *cuiusque emiſſarii P.* d) *admittenda Lugd.* e) *vel quind.* om. *Lugd.*

12 Conf. Col. 6, 2 it. Creſc. 9, 63.

12, 1 QVIA POST QVINQVE) Non video conſecutionem. Suſpicor legendum *qui.* GESN. Sic Mſ. Erf.

12, 2 EFFECTVI SIBI CESSISSE) Creſcentius, dum breuitatem ſectatur, corrupit, opinor, ſententiam. Ita enim, *quod vitium, ſi in primordiis affectauerit.* Omnes, credo, nouelli boues *affectant*: ſed non cedit effectui, ſ. ſuccedit omnibus.

12, 3 PRAESVLSI ADIPIS) *Praeſulſae* etiam Col. 6, 2, 7; Priſcianus li. 5 p. 138 *Quae vero ſupra ſyllabam* (impariſyllaba) *ſunt, ſi ſint propria vel appellatiua in ps deſinentia, maſculina ſunt. Adeps,* τὸ λίπος — *Quae tamen veteres etiam foeminino genere protulerunt. Varro in 2 R. R.* adipes illa *pro* adeps. *Marſus.* adipis pondo 20 vetuſtae. SCHOETTG.

13, 2 MERITVM) ingenium intelligi apparet n. 3.

 13, 2 VA-

pulchritudo. In forma hoc [f] ſequemur, vaſtum [g] corpus et ſolidum, robori con-
ueniens altitudo, latus longiſſimum [h], maximi [i] et rotundi clunes, pectus late
patens, et corpus omne muſculorum denſitate nodoſum, pes ſiccus et ſolidus, et
cornu concauo altius calciatus. Pulchritudinis partes hae ſunt: vt ſit exiguum [k]
caput, et ſiccum, pelle propemodum ſolis [l] oſſibus adhaerente, aures breues et
argutae [m], oculi magni, nares patulae [n], coma et cauda profuſior, vngularum ſo-
3 lida et fixa rotunditas. [Meritum [o], vt ſit audax animo, pedibus alacris, tremen-
tibus membris, quod eſt indicium fortitudinis, quique ex ſumma quiete facile con-
citetur, vel ex [p] citata feſtinatione non difficile [q] teneatur. Motus autem equi in
4 auribus intelligitur, virtus in membris trementibus.] Colores hi praecipui, ba-
dius

f) *haec Lugd. E.* g) *validum Iſid.* 12, 1. h) *latus longum ſubſtrictius Iſid.* i) *maximae et rotundae Iſid.* k) *egregium I. B. R.* l) *ſolis* om. *P. Iſid.* etiam *propemodum.* m) *acutae Iſid.* n) *et erecta ceruix, coma denſa et cauda. Iſid.* o) incluſa deſ. in omnibus editt. et Mſ. Erf. p) *excitata* al. q) *facile Mſ. Waſſ.*

13, 2 VASTVM CORPVS ET SOLIDVM) *Vaſtum* vitioſa vox, vt patet ex his quae ſequuntur: *robori conueniens altitudo, latus longiſſimum.* Haec enim ad magnitudinem referuntur, quae eſſent ſuperuacanea. Praeterea vaſtos equos improbauit Varro 2, 7 *Quod,* ait, *nec vaſtos nec minutos decet eſſe.* Lego itaque *validum,* vt extat apud Iſid. 12, 1 qui haec tranſcripſit: *forma, vt ſit validum corpus et ſolidum.* PONTED.

13, 2 LATVS LONGISSIMVM) Alio modo excerpſit Iſidorus: *Robore* (lego robori) *conveniens altitudo et latitudo, latus longum ſubſtrictius.* Quod poſtremum verbum ita expreſſit Columella 6, 29 *Latis lumbis et ſubſidentibus.* At alterum ita Varro 2, 7 *Equos ad admiſſuram quos velis habere, legere oportet, amplo corpore, formoſos, nulla parte corporis inter ſe non congruenti.* PONTED.

13, 2 NARES PATVLAE) Iſid. *Nares patulae, et erecta ceruix, coma denſa et cauda.* Quae lectiones inuicem collatae inter ſe vitioſae apparent; nam in Palladio deſiderantur *et erecta ceruix, denſa,* ex Iſidoro repetenda; in Iſidoro *profuſior,* quod ex Palladio deſumendum. Vtriusque itaque locus ſic legi poteſt: *Nares patulae, et erecta ceruix, coma denſa et cauda profuſior.* Quod hic Palladius *erecta cervix* dixiſſe videtur, Virgil. 3 *Georg. ardua ceruix* appellauit: - - - *illi ardua ceruix, Argutumque caput, breuis aluus, obeſaque terga.* Ita Horat. Sat. 1, 2 *Regibus hic mos eſt, vbi equos mercantur, opertos Inſpiciunt, ne ſi facies (vt ſaepe) decora, Molli fulta pede eſt, emtorem inducat hiantem, Quod pulchrae clunes, breue quod caput, ardua ceruix.* PONTED.

13, 2 SOLIDA ET FIXA) Iſid. *vngularum ſoliditatis fixa rotunditas,* in quo vitioſum *ſoliditatis* pro *ſolida et.* PONTED.

13, 3 MERITVM) Quae hic ſub n. 3 continentur, ea in hactenus editis abfuerunt, quae tamen abeſſe vix debebant. Quum enim paullo ſuperius promiſerit auctor, ſe de *forma, colore, merito,* et *pulchritudine* equorum acturum, tria vero, excepto *merito,* praeſtiterit, illud quoque iure abeſſe non debebat. Exhibet autem ea C. C. C. (interpretor Codex Corporis Chriſti) quem addit Waſſe ad Salluſtium l. c. et Iſidorus, qui auctorem noſtrum exſcribit. SCHOETTG.

13, 3 EX CITATA) Ita diuidendas voces iam vidit Waſſe l. c. vid. p. p. ſ. 8 vbi eadem lectionis varietas.

13, 3 NON DIFFICILE) *Facile* legendum putat Waſſe, ex Columella: *qui ſunt ex placido et ex concitato mitiſſimi.* Recte: nam Iſidorus legit: *non difficile.* SCHOETTG. Recepi lectionem Iſidori, quod ſine fraude fuerit.

13, 3 MOTVS AVTEM) Haec et ſequentia Palladio abiudicat Waſſe et a Gloſſurgo profecta putat. Sed leguntur etiam in Iſidoro. SCHOETTG. Mihi idem quod Waſſio, videtur.

13, 3 IN AVRIBVS) Iſidorus: *naribus:* neſcio quod praeferam. Nam vtrumque ingenium heroicum prae ſe fert. Virgilius Georg. 3, 84 *Micat auribus, et tremit artus, Collectumque premens voluit ſub naribus ignem.* SCHOETTG. Editio tamen Iſidori Baſil. 1489 fol. et ipſa *in auribus* legit.

13, 4 COLORES HI PRAECIPVI, BADIVS) Hi colores commemorantur ap. Iſidorum. Sed locus deprauatus eſt, ex quo tamen nonnulla in Palladio emendari poſſunt; et primum *murteus,* vt in nonnullis editionibus, (ſunt enim vitioſae quae exhibent *mureus*) legitur, recte ſcriptum videtur; nam Iſidorus *mirteus* tranſcripſit. *Gilbus* autem defendi poteſt, quamuis et Iſidorus habeat *Giluus,* et Virgilius, *Spadices, glaucique color, deterrimus albis Et giluo.* Quem colorem ita interpretatus eſt Seruius: *Giluus autem eſt melinus color;* veteres ſiquidem haſce literas *b* et *u* inuicem vſurpabant, vt *eruum* et *erbum* ſcribentes, *eruolae* et *erbolae, eluus* et *elbus.* Inter *Gilbus* porro et *ſcutulatus* Iſid. interpoſuit *glaucus,* qui color in iis quoque Virgilii verſibus quos commemoraui celebratur. PONTED.

13, 4 RVS-

dius [r], aureus, albineus, ruſſeus, murteus, ceruinus, gilbus, ſcutulatus, albus,
guttatus, candidiſſimus, niger, preſſus. Sequentis meriti, varius cum pulchritu-
dine, nigro vel albineo vel badio miſtus, canus cum quouis [s] colore, ſpumeus,
maculoſus, murinus, obſcurior. Sed in admiſſariis praecipue legamus, clari et
vnius coloris: caeteri vero deſpiciendi, niſi magnitudo meritorum [t] culpam coloris
excuſet. Eadem in equabus conſideranda ſunt, maxime vt ſint longi et magni 5
ventris [u] et corporis: ſed hoc in generoſis ſeruetur armentis. Caeterae paſſim [x]
toto anno inter paſcua, dimiſſis [y] ſecum maribus impleantur. Equarum natura eſt
partum ſpatio duodecimi [z] menſis abſoluere. Illud in admiſſariis ſeruandum eſt,
vt mediis aliquibus ſpatiis ſeparentur, propter noxam furoris alterni: ſed his ar-
mentis paſcua legamus pinguiſſima, hieme aprica, frigida et opaca prouideamus [a]
aeſtate, nec adeo mollibus locis [b] nata [c], vt vngularum firmitas de aſperitate nil
ſentiat. Si equa marem pati noluerit, trita ſquilla naturalia eius infecta libidinem 6
contrahunt [d]. Deinde grauidae non vrgeantur, nec famem vel frigus tolerent,
nec inter ſe loci [e] comprimantur anguſtiis. Generoſas equas, et quae maſculos
nutriunt, alternis annis ſubmittere debebimus, vt pullis puri et copioſi lactis ro-
bur [f] infundant; caeterae paſſim replendae. Aetas incipientis admiſſarii quinti 7
anni initio eſſe debebit. foemina recte [g] bima concipiet, quia poſt decennium iners
ex ea ſoboles et [h] tarda naſcetur. Pulli equarum nati manu tangendi non ſunt,
quia eos tactus laedit aſſiduus: quantum ratio patitur, defendantur a frigore. In
pullis pro aetatis merito ea ſunt conſideranda, quae ſignum bonae indolis mon-
ſtrant, quae in patribus vel matribus ſpectanda praecepi. dabit et hilaritas, alacri-
tas, agilitasque documentum. Nunc domandi ſunt pulli, vbi tempus bimae aeta- 8
tis exceſſerint. Conſideranda ſunt magna, longa, muſculoſa, et arguta corpora,
teſticuli pares [et] exigui: et caetera quae in patribus dicta ſunt. Mores, vt vel
ex ſumma quiete facile concitentur, vel ex [i] incitata feſtinatione non difficile te-
neantur. Aetatis conſideratio talis eſt: Bimo, et ſex menſium dentes medii ſupe- 9
riores

r) *baidius Lugd.* hic et p. p. *baſidus E.* mox *abſido.* s) *quolibet P.* t) *meriti P.* u) *longae et magni v. E. ventris et* eiicit *Vlitius* ad Nemeſia. *Cyneg.* 244. x) *paſſim* om. *P.* y) *admiſſis I. B. R. demiſſis Com.* z) *XIII mẽs P.* a) *prouideamus* om. *P.* b) *locis* om. *P.* c) *nacta P.* d) *concitabunt a V. libidine concitabit Lugd. libidinem excitabunt E.* e) *locis compr. anguſtis Lugd. E.* f) *copiam P.* g) *et* inſ. *Lugd.* h) *et tarda* om. *P.* i) *excitata* iunct. *P. in excitata Lugd.*

13, 4 RVSSEVS) *roſeum* legit Iſidorus, quomodo etiam eſt apud Caſſiodorum Var. 3, 52 vbi Furnerius in margine notauit Veteres edit. legere *ruſſeus.* Puto autem *ruſſeum* colorem eſſe igneum *feuerroth*, et clariorem quam roſeus. Bochartus Hieroz. 1, 2, 7. Nota eſt ſub Romanorum Impp. temporibus *factio ruſſata* a colore panni ruſſei. Gruterus p. CCCXXXVII. DIOCLES. AGITATOR. FACTIONIS. RVSSATAE. Fabrettus X. 2. DECVRIONIBVS. ET. FAMILIAE. PANNI. RVSSEI. Vide Barthium Adu. 16, 18. Fabricium Romae c. 12. Ferretium Muſis lapidariis 3, 43. SCHOETTG.

13, 4 MVRTEVS) Iſidorus: *Mirteus autem eſt preſſus in purpura.* quae non intelligo. *Myrteus* color alias eſt inter flauum et nigrum. Vid. Scaliger ad Tibullum p. 141. SCHOETTG.

13, 4 CERVINVS) Iſidorus: *Ceruinus eſt, quem vulgo gauranem dicunt. Aeranem idem vulgus vocat, quod in modum aerei ſit coloris.* Quid ſi *cerinum* legamus a *cera?* Nonius 16, 6 *Cerinum a cerae colore.* Plautus Epidico 2, 2, 49 *Plumatile aut cumatile, cerinum aut melinum.* SCHOETTG.

13, 5 SED HOC) Mſ. Commel. habuit, *ſed et hoc*, quod Vlitius putat eſſe ex abbreuiatura *non*, et legit, *ſed non hoc.* SCHOETTG.

13, 7 AETAS INCIPIENTIS) Col. 6, 28. SCHOETTG.

13, 7 PVLLI EQVARVM) Col. 6, 27. SCHOETTG.

13, 9 AETATIS CONSIDERATIO) Col. 6, 29 Apſyrtus Geop. 16, 1. SCHOETTG.

14 Vid.

riores [k] cadunt. quadrimo canini mutantur. infra ſextum [l] annum molares ſuperio-
res cadunt. ſexto anno quos primo mutauit, exaequat. ſeptimo anno omnes den-
tes [m] eius explentur. Latent ab hinc aetatis notae: ſed prouectioribus tempora
cauari incipiunt, ſupercilia caneſcere [n], dentes plerumque prominere. Hoc menſe
omnia quadrupedia, maxime equos, caſtrare debemus.

XIV. SI QVEM [a] mulorum genus creare delectat, equam magni corporis,
ſolidis oſſibus, et forma egregia debet eligere: in qua non velocitatem, ſed robur
exquirat. Aetas quadrima vsque in decennem huic [b] admiſſurae iuſta [c] conueniet.
Si aſinus equam [d] faſtidit admiſſus, oſtenſam prius aſinam (donec coëundi [e] voluptas [f]
ſolicitetur) adhibemus [ff]: qua ſubducta, equam libido incitata non ſpernet, et ra-
2 ptus illecebris generis ſui in permiſtionem conſentiet alieni. Si morſu furens lae-
dit obiectas [g], aliquatenus labore miteſcat. Creantur ex equa et aſino, vel onagro
et equa [h]. ſed generoſius nullum eſt huiusmodi animal, quam quod aſino creante
naſcetur. Vtiles tamen admiſſarii naſcentur ex onagro et aſina: qui poſt in ſobole
3 ſecutura [i] agilitatem fortitudinemque reſtituant. Admiſſarius tamen aſinus ſit hu-
iusmodi, corpore amplo, ſolido, muſculoſo, ſtrictis et fortibus membris, nigri
vel murini maxime coloris aut rubei: qui tamen ſi diſcolores pilos in palpebris aut
auribus geret [k], colorem ſobolis plerumque variabit. Minor trimo, maior decen-
4 ni non debet admitti. Annicula mula debet a matre depelli, et per montes aſpe-
ros paſci, vt itineris laborem in tenera aetate ſolidata contemnat. Minor vero
aſellus maxime agro [l] neceſſarius eſt, qui et laborem tolerat [m], et negligentiam
propemodum non recuſat.

XV. HOC menſe maxime apibus ſolet morbus incumbere [a]: nam poſt hiber-
na ieiunia tithymalli et vlmi amaris floribus, qui prius naſcuntur, auidius appetitis
ſolutionem ventris incurrunt [b] et pereunt, niſi affueris velocitate remedii. Prae-
bebis [c] ergo mali granati cum vino Amineo grana contrita, vel vuae paſſae cum ro-
re Syriaco et auſtero vino, vel ſimul omnia leuigata, et incocta vino aſpero. quae
deinde

k) *ſuperiores* om. *P.* l) *V. P.* m) *dentes* om. *P.* n) *canere E.* [T. XIV.] a) *Siquidem Lugd.* b) *huic — conueniet* om. *P.* c) *iuxta E.* melius. d) *viſam equam P.* e) *coëundi* om. *P.* f) *voluptate E.* ff) *prius ea ſubducimus: et tunc equam etc. P.* g) *obiecto Lugd.* h) *muli* add. *P.* i) *ſobolem ſecuturam E.* k) *aut naribus generet E.* l) *aratro Lugd.* m) *non recuſat, et neglig. tolerat P.* [T. XV.] a) *incurrere Cr.* b) *intereunt, niſi P. Cr.* c) *implebis Lugd.* mox *grana trita E.*

14 Vid. Col. 6, 36. SCHOETTG.

14, 4 ET PER MONTES ASPEROS PASCI) Hic locus alio modo legitur ap. Creſcentium 9, 58 de Palladio excerpentem: *Et per montes aſperos paſci; vt eorum vngulae dureſcant, et ne* (an *vt?*) *itineris laborem in aetate tenera ſolidati contemnent* (leg. *contemnant*) [ita eſt in edit. antiqu.] Cui non abſimilis eſt Columellae ſententia qui 7, 37 *Annicula,* inquit, *mula recte a matre repellitur, et amota montibus aut feris locis paſcitur, vt vngulas duret, ſitque poſtea longis itineribus habilis.* Propterea enim mulae in aſperis locis paſcuntur, vt ipſarum vngulae dureſcant. Id etiam docet Varro 2, 8 *Cum peperit equa mulum aut mulam, nutricantes educamus. Hi ſi in paluſtribus locis atque vliginoſis nati, habent vngulas molles. Iidem ſi exacti ſunt aeſtiuo tempore in montes, quod ſit in agro Reatino, duriſſimis vngulis fiunt.* Quare ſic fortaſſe ſcripſit Palladius: *Et per montes aſperos paſci, vt vngulas duret* (vel *vt ipſius vngulae dureſcunt:*) *et itineris laborem in tenera aetate ſolidata contemnat.* PONTED.

15 Deſcripſit prope totum caput Creſc. 9, 99.

15, 1 TITHYMALLI) Florentinus, Geop. 15, 2 Τιθύμαλλον δὲ νεμηθεῖσαι, τοῦ τε ὀποῦ γευσάμεναι, διάῤῥοιαν νοσοῦσι. SCHOETTG.

15, 1 PRAEBEBIS ERGO) Vid. Col. 9, 13, 5.

15, 2 IL-

deinde in ligneis canalibus [cc] refrigerata [d] ponantur. Item roſmarinus aqua mulſa
decoctus congelatur, et in imbrice ponitur ſuccus huiusmodi. Quod ſi horridae vi- 2
dentur atque contractae torpere ſilentio, et mortuarum corpora frequenter efferre,
canalibus ex canna factis mel cum gallae puluere vel ſiccae roſae coctum debebis in-
fundere. Illud ante omnia expediet, vt putres partes fauorum, vel vacuas ceras,
quas aliquo caſu examen ad paucitatem redactum non valebit implere, ſemper [e] re-
cidas acutiſſimis ferramentis ſubtiliter, ne mota alia pars fauorum cogat apes domi-
cilia concuſſa deſerere. Nocet apibus plerumque felicitas ſua. Nam ſi nimiis [f] 3
floribus annus exuberat, dum ſolam curam gerendi mellis exercent, de prole nil
cogitant. Cuius omiſſa reparatione populus idem labore confectus extinguitur,
totius gentis [g] exitio. Itaque cum mellis nimietatem videris ex [h] florum grandi et
continua meſſe defluere, interiectis ternis diebus, clauſo foramine non eas patia-
ris [i] exire. ita ad generandam [k] ſobolem conferentur [l]. Nunc circa Calend. Apri- 4
les curandi ſunt aluei, vt omnia purgamenta tollantur, et ſordes quas tempus con-
traxit hibernum, et vermiculi, et tineae, et araneae, quibus corrumpitur vſus fa-
vorum, et papiliones, qui vermiculos [m] ſtercore ſuo faciunt naſci [n]. Tunc fumus
incenſi [ et [o] ] ſicci bubuli ſtercoris adhibeatur, qui aptus eſt apium ſaluti. quae
purgatio frequenter vsque [p] in autumni tempora [q] celebretur. Haec omnia, cae-
teraque efficies, caſtus et ſobrius, et alienus a [r] balneis, vel a cibis acribus, et
odoris immundi, atque omnibus ſalſamentis.

XVI. HIC menſis ad deprehendendas horas conſentit Octobri.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXV |
| Hora | II | et | X | pedes | XV |
| Hora | III | et | IX | pedes | XI |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | VIII |
| Hora | V | et | VII | pedes | VI |
| Hora | VI | | | pedes | V |

cc) *vaſculis P. Cr.* d) *refrigeranda E.* e) *ſemper* om. *E.* bene. f) *nimis Lugd.* g) *generis P.* h) *ex — defluere* om. *P.* i) *ne eas E.* melius. k) *generandum ſe conferunt P. Cr.* l) *conferuntur I. B. R.* m) *vermes P. Cr.* n) *naſci* om. *P. Cr.* o) *et* om. *I. B. R. E. et ſicci* om. *P.* p) *vsque* om. *P.* q) *in autumnum tempus E.* r) *ab alleis Cr.*

15, 2 ILLVD ANTE OMNIA) Col. 9, 13, 12.

15, 4 QVI APTVS EST APIVM SALVTI) *Cognatum fimum bubulum apibus* vocat Plinius 21, 14 quia apes ex iuuenco mortuo naſcuntur, et hanc ob cauſam etiam fimus eius proficit apibus. SCHOETTG.

15, 4 ET ALIENVS A BALNEIS) Balinei odorem auerti a ſedibus apum vult etiam Col. 9, 5, 1. Sed lotum h. e. a balneis accedere debere ait cuſtodem ad apes idem 9, 14, 3. Lectio Creſcentiana *ab alleis* h. e. alliis mihi probaretur, niſi ſtatim ſequeretur, *vel a cibis acribus, et odoris immundi*, quo iam comprehenduntur allia. Forte *alienus a balneis* eſt, qui propter ſiccitatem et munditiem naturalem non opus habet balneis? An denique *alienus a balneis eſt*, qui non olet vnguenta, quibus offendi apes docet Varro 3, 16, 6.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI, DE RE RVSTICA

## LIBER QVINTVS.

### TIT. I.

APRILI menſe [a] in areis, quas ante [b] (ſicut diximus) praeparaſti, Medica ſe-
renda eſt. quae ſemel ſeritur, decem annis permanet, ita vt quater vel ſexies
poſſit per annum recidi. agrum ſtercorat, macra animalia reficit, curat aegrota.
iugerum eius toto anno tribus equis abunde [c] ſufficit. Singuli cyathi [d] ſeminis
2 occupant locum latum pedibus quinque [e], longum pedibus [f] decem. Sed mox
ligneis raſtellis [g] obruantur iacta ſemina, quia ſole citius comburuntur. Poſt ſa-
tionem [h] ferro locum tangi non licet, ſed raſtris ligneis frequenter herba munde-
3 tur, ne teneram Medicam premat. Prima meſſis eius tardius fiet [i], vt aliquantum
ſemen excutiat. caeterae vero meſſes quam volueris cito peragantur, et iumentis
praebeantur. Sed primo parcius praebenda eſt nouitas pabuli: inflat enim, et mul-
tum ſanguinem creat. Vbi ſecueris [k], ſaepius riga. poſt paucos dies, cum fruti-
care [l] coeperit, omnes alias herbas runcato: ita et ſexies per annum metis, et an-
nis decem poterit manere continuis.

II. NVNC locis temperatis oliua inſeratur, quae inſeritur inter corticem
more pomorum, ſicut ſupra dictum eſt. ſed vt oleaſtro inſeras, contra illud, quod
ex olìueto inſito et caſu incenſo renaſcitur oleaſter infelix, ſic prouidendum eſt.
poſitis prius oleaſtri brachiis in ſcrobe, in qua diſponemus inſerere, ſcrobes ita re-
2 plebimus, vt mediae vacuae ſint. cum comprehenderit oleaſter, inſeremus in in-
ſimo, vel inſitum ponemus: et inſitionem [a] prope infra terram nutriemus. deinde
ſicut adoleſcit, terram ſubinde colligimus. Ita commiſſura in profundo latente,
quisquis vrit aut caedit, oliuae locum non aufert [b] pullulandi: quae et apertam
redeundi

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. V. *ſiue Aprilis.* T. I.] a) *Hoc menſe, vt* in libris aliis *E.* b) *diximus ante debere praeparari P.* c) *abunde* om. *P.* d) *quati Lugd. ciati E.* e) *VI Pol.* f) *pedibus* om. *I. B. R.* g) *raſtrellis E.* h) *Poſt ſ. vero ferro E.* i) *fiat P. Lugd. E.* k) *ſeruis P. vbi ſaepius ſecueris, riga E.* l) *fructificare Lugd. E.* [T. II.] a) *inſitione E.* b) *auferet E.*

APRILIS.

1, 1 MEDICA SERENDA) Ex Col. 2, 11, 2 fere ad verbum. SCHOETTG.

1, 3 SED PRIMO PARCIVS) Locus ex Colum. 2, 11 non integer videtur, ex quo ita reſtitui poteſt: *Sed primo parcius praebenda eſt, ne novitas pabuli noceat; inſlat enim.* PONTED.

1, 3 VBI SECVERIS SAEPIVS RIGA) An melius, vt Colum. 2, 11 tradit, cuius haec ſunt, *Vbi ſecueris, ſaepius eam rigato*; nam aliud verbum *runcato* eodem modo adiectum eſt: *Poſt paucos dies cum fruticare coeperit, omnes alias herbas runcato.* PONTED.

2, 1 SVPRA) Mart. 10, 23.

2, 3 IN

redeundi felicitatem de [c] olea, et occultam valendi feracitatem de oleaſtri con-
nexione retinebit. Aliqui oleas in radicibus inſerunt, et vbi comprehenderint, 3
cum aliqua parte radicis auellunt, et transferunt more plantarum. Graeci oleas
ab [d] octauo Calendarum [e] Aprilium die, vsque in tertium Nonarum [f] Iulii inſeri
debere praecipiunt: ita vt [g] locis frigidis ſerius, calidis maturius inſerantur [h]. Lo-
cis frigidiſſimis nunc vinearum foſſio ante Idus peragenda eſt, et ſiqua de Martio
menſe reſtabant [i]. Vites quoque inſerimus. Seminaria [k] quae ſunt ante facta, 4
herbis liberentur, et leniter circumfodiantur. Nunc locis mediocriter ſiccis mi-
lium [l] ſerimus, et panicum. Hoc menſe pingues campi, et agri qui diu aquam
tenent, proſcindantur poſt Idus, cum et omnes herbas protulerint [m], et earum
ſemina nondum maturitate firmata ſunt.

III. HOC etiam menſe vltimo, et prope vere transacto [a] braſſicam ſerere
poſſumus, quae cauli ſeruiet, quia [b] cymae [c] tempus amiſit. Nunc apium [d] bene
ſeritur locis calidis et frigidis, terra quali volueris, dummodo ibi [e] ſit humor aſſi-
duus, quamuis naſci, ſi neceſſe fuerit, et in ſiccitate non deneget, et prope omni-
bus menſibus, a primo vere [vsque [f]] ad autumnum ſeratur extremum. Ex [g] ipſius 2
genere eſt hippoſelinon, durius tamen et auſterius, et heleoſelinon [h] molli folio,
et caule [i] tenero, quod naſcitur in lacunis, et petroſelinon maxime locis aſperis.
haec omnia genera [k] poſſunt habere diligentes. Apios [l] maiores facies, ſi ſemen
quantum tribus digitis comprehendi poteſt, linteolo clauſeris rariore, et breui foſſa
obrueris. ita omnium ſeminum germen capitis vnius ſoliditate nectetur. Criſpi 3
fiunt, ſi ſemina ante tundantur, vel ſi ſuper areas naſcentes [m] aliqua pondera vo-
lutentur, aut pedibus proculcentur [n] enata. Apii ſemina [o] vetuſtiora citius naſcun-
tur; quae nouella ſunt, ſerius. Hoc [p] menſe atriplicem ſeremus, ſi rigare pote-
rimus, et Iulio, et caeteris vsque ad autumnum, menſibus. amat aſſiduo humore
ſatiari. ſemen ſtatim cum ſpargitur, obruendum eſt, herbae ei ſubinde vellantur. 4
transferri neceſſarium non eſt, cum bene ſeritur, tamen poteſt melius adoleſcere,
ſi ſpatio rariore pangatur, et iuuetur ſucco laetaminis et humoris. ferro tamen re-
cidendum [q] ſemper eſt, quia ita pullulare non ceſſat. Nunc ocimum ſeritur: cito
naſci dicitur, ſi ſtatim cum ſeueris, aqua calida perfundas. Rem miram de ocimo 5
Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores, modo roſeos [r] pa-
riat,

c) *de olea — feracitatem* om. *Lugd.* d) *a nono P.* e) *Kalendas Ienſ. Calendas Apriles B. R.* bene. f) *nonas Iulias Lugd.* bene. g) *in* inſ. *I. B. R.* h) *inſeratur Lugd. E.* i) *reſtant P. reſtabunt E.* recte. k) *Seminaria* om. *P.* l) *multum milium I. B. R. milium ſeremus E.* m) *protulerunt Lugd.* [T. III.] a) *exacto P.* b) *quia - - amiſit* om. *P.* c) *quimae Lugd. I. B. R.* d) *amplius P. bene ſerimus E.* e) *vbi humor aqueus eſt Lugd. vbi humor aſſiduus eſt E.* f) *vsque* om. *Lugd. I. B. R.* g) *in Lugd.* h) *leoſelinon P. helioſelinon I. I — G. oleoſelinon maxime* reliquis omiſſis *Lugd.* i) *calide P.* k) *poſſunt ſemina diligenter habere P.* l) *Apios — nectetur* deſ. *P.* m) *acentes Lugd.* n) *conculcentur E.* o) *Alii ſemina E.* p) *Hoc — ceſſat* omitt. *P.* q) *ſemper eſt recidendus Lugd. E.* recte. r) *ruſſeos Lugd.*

2, 3 IN RADICIBVS INSERVNT) Florentinus Geopon. 9, 16. SCHOETTG.

2, 3 GRAECI) Forte periit auctor ex quo ſua deſumſit Palladius, nam Florentinus haec habet l. c. καιρὸς δὲ τούτου τοῦ ἐγκεντρισμοῦ, ἀπὸ τῆς πρὸ θ΄. καλανδῶν Ἰουνίων, τουτέστιν, ἀπὸ κβ΄. τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἕως νεομηνίας τοῦ Ἰουνίου μηνός. SCHOETTG.

3, 2 HIPPOSELINON) Col. 11, 3, 36.

3, 2 APIOS MAIORES) Florentinus Geop. 12, 23. SCHOETTG.

3, 4 PONDERA VOLVTENTVR) κυλινδροῦσθαι vocant Graeci l. c.

riat, et ſi ex eo [s] ſemine frequenter ſeratur, modo in ſerpyllum, modo in ſiſymbrium mutetur. Hoc etiam menſe melones et cucumeres ſeruntur, et porrus, et in primordio capparis, et ſerpyllum, et colocaſiae plantaria ponemus, et lactucas, et betas, et cepullas, et coriandrum ſeremus, et intyba ſecunda ſatione, quibus vtamur aeſtate, et cucurbitas, et [t] mentam radice vel planta.

IV. LOCIS calidis Aprili menſe ziziphum [a] conſeremus [b], frigidis vero Maio vel Iunio. amat loca calida [bb], aprica. ſeritur oſſibus, et ſtipite, et planta. creſcit tardiſſime [c]. Sed ſi plantam ponis, Martio magis [in] terra molli; ſi oſſibus ſeras [d], in ſcrobe palmari, ita vt terna grana per ſcrobem cacuminibus ponantur inverſis. quibus in imo et [e] in ſummo affundatur laetamen, et cinis, et herbis ad-
2 naſcentibus manu planta liberetur erumpens. Cum pollicis ſoliditati ſimilis fuerit, transferatur in locum paſtinatum, vel in ſcrobem. Terram diligit non nimis [f] laetam, ſed proximam tenui, atque ieiunae. Per hiemem prodeſt illi, vt circa codicem lapidum cumulus aggeretur [g], qui aeſtate debet auferri. Si arbor haec triſtis
3 eſt, ferrea ſtrigili ſubraſa hilarior fiet, vel ſi fimum bubulum radicibus modice et frequenter affundas. Zizipha collecta matura in longo [h] vaſe fictili ſeruantur oblito, et loco ſicciore compoſito: vel recenter [i] lecta poma, ſi guttis vini veteris perfundas, efficitur, ne ea rugarum deformet attractio. ſeruantur etiam deciſa cum ramis ſuis, aut fronde ſua inuoluta, atque ſuſpenſa.

V. HOC etiam menſe locis temperatis mala granata ponuntur, ea ratione qua dictum eſt, et inſeruntur. Nam [a] circa Calendas Maias Perſicus inoculari poteſt, quo more emplaſtratur [b] ficus, ſicut diximus, cum de inſitione loqueremur. Hoc menſe calidis locis citri arbor inſeritur, ſicut ſupra memoraui. Nunc locis frigidis fici [c] plantaria diſponemus, ſeruantes eam, quae ſupra dicta eſt, diſci-
2 plinam. Nunc etiam ficum debemus inſerere in ligno, vel ſub cortice, ſicut ante praecepi, et eam locis ſiccis inoculare. Nunc planta palmarum, quam [d] cephalonem vocamus, locis apricis et calidis eſt ponenda. Hoc menſe ſorbum poterimus inſerere in ſe, in [e] cydonio, in ſpina alba.

VI. TOT violae vncias [infundas [a],] quot olei libras miſeris, et diebus XL ſub dio [b] habere debebis. Violae purgatae, vt de rore nihil habeant [c], libras quinque vini veteris X ſextariis debebis infundere, et poſt XXX dies X mellis ponderibus temperare.

VII. HOC

s) *eodem Lugd.* t) *et — planta* om. *Lugd.* [T. IV.] a) *zizifum Lugd. I. B. R. zizyfum Pal.* et interdum *zyzyphus* Sylb. Ind. b) *ſeremus P.* bb) *loca frigida E.* c) *amariſſime E.* mox *ponas* recte. nam poſt eſt *ſeras.* mox om. *in.* d) *ponas P: Lugd.* e) *et in ſummo* om. *Lugd.* poſt *affundantur E.* f) *minus I. B. R.* g) *aggeratur Lugd. I. B. R. E. aggregetur P.* h) *loco P.* i) *recens Lugd. E.* melius. [T. V.] a) *nunc Lugd. E.* recte. b) *implaſtr. Lugd. Ienſ. E.* c) *ficus E.* d) *quae cefal. Lugd.* e) *et I. I — G.* [T. VI.] a) *infundas* om. *P. Lugd. E.* b) *diuo Lugd.* c) *habent Lugd.*

5, 1 QVA DICTVM EST) Mart. 10, 1 ſq. vbi etiam reliqua inuenies, ad quae hic prouocat.

5, 2 CEPHALONEM) Palma vim vitalem habet non in radicibus, vt reliquae ſtirpes, ſed in ſummo trunci vertice, quaſi conſitam in ramorum medio, a quibus circumquaque ſtipatur. Illud quidem auctores, ἐγκέφαλον τοῦ φοίνικος, Dioſcorides ἐγκάρδιον, Plinius 13, 4 *cerebrum* vocarunt. Haec Guilandinus de papyro c. 3. n. 19. *Cephalonis* vero vocem idem a vulgo deprauatam cenſet, mirans, cur id a noſtro vſurpetur, et ſuſpicans id aliunde irrepſiſſe. Certe Mſ. Pal. et Lugd. et editiones, quas vidi, ita legunt. SCHOETTG. *Cephalionem* apud Palladium eſſe ait Salmaſ. p. 933. b, B qui copioſe de hac re agit.

8 Sumta

VII. HOC menſe vituli naſci ſolent, quorum matres abundantia pabuli iuventur, vt ſufficere poſſint tributo laboris et lactis. ipſis autem vitulis toſtum [a] molitumque [b] milium cum lacte miſceatur ſaliuari [c] more praebendum. Nunc locis calidis tondeantur oues, et ſerotini foetus hoc menſe ſignentur. Nunc etiam prima eſt admiſſura, quae [d] excellit, arietum, vt agnos iam maturos hibernum tempus inueniat.

VIII. HOC menſe locis apricis [a] apes quaeremus. ſed loca mellifica indi-
cant apes, ſi circa fontes frequentiſſime [b] paſcantur: nam ſi rariores videbuntur,
in his locis mellificari vtiliter non poteſt [c]. Quod ſi frequentes aquantur, vbi ſint
examina earum, hoc genere poſſumus inuenire. Ac primo [d] quam longe [e] ſint, 2
exploremus, aut [f] proxime: rubricam liquidam breui vaſculo infuſam geramus,
et obſeruemus fontes aut aquas vicinas: tunc dorſa apum bibentium tangamus [g]
illo liquore tincta feſtucula, atque ibidem moremur. Si cito reuerſae fuerint, quas
tinximus, hoſpitia earum proxima eſſe noſcemus: ſi tarde, ſpatio longiore ſubmo-
ta, quod pro mora temporis aeſtimamus. ad proxima facile venies; ad longinqua 3
hoc genere perduceris. Cannae vnum internodium cum ſuis recidas [h] articulis,
et in latere aperies. ibi mel exiguum vel [i] defrutum mittes, et iuxta fontem pones.
cum ad eum [k] conuenerint apes, atque ingreſſae fuerint poſt odorem, foramen
pollice claudes appoſito [l], et vnam tantum patieris exire, cuius fugam perſequere.
ea tibi partem demonſtrat hoſpitii [m]. cum ipſam coeperis non videre, alteram con-
tinuo dimittes, et ſequeris. ita ſingulae ſubinde dimiſſae, te facient [n] vsque ad lo-
cum examinis peruenire. Aliqui mellis breuiſſimum circa aquam vaſculum ponunt, 4
de quo cum apis aquando [o] guſtauerit, ad commune pabulum pergens, alias exhi-
bebit: quarum frequentiam ſubinde creſcentem, notata reuolantium parte, vsque
ad examina perſequeris. Quod ſi eſt examen in ſpelunca reconditum, fumo [p] eii- 5
cietur, et cum exierit, aeris ſonitu territum in frutice, vel in aliqua ſiluae ſe par-
te ſuſpendet, et ita admoto vaſculo recipietur. Si vero in cauae arboris ramo
fuerit, acutiſſima ſerra idem ramus ſupra infraque deciſus, et munda veſte coo-
pertus poterit afferri, et inter aluearia collocari [q]. Veſtigantur autem [r] mane, vt 6
tota

[T. VII.] a) *tritum P.* b) *que* deeſt *I. B. R.* c) *ſaliu. — praebendum* om. *P. ſaluiati a. V. ſaliuatim ori Lugd. ſaluiatum ore E.* d) *quae excellit* om. *P.* [T. VIII.] a) *aptis Lugd. P. Cr.* b) *frequentiſſimae E.* c) *poterunt P. non poſſunt E.* d) *vid. Morg. I,* 47. e) *aut prope* inſ. *P. Cr.* f) *aut proxime* om. *P. Cr.* g) *tangantur Pol. Cr. tangat Lugd. E.* mox *fiſtula E.* h) *reciſis E.* f. *recides.* i) *vel defrutum* om. *P. defritum Lugd. defructu E.* k) *id peruenerint Pol.* l) *appoſito* om. *E.* m) *monſtrabit hoſp. E.* bene. n) *faciunt Lugd. E.* o) *aquanda P. Lugd. aquam deguſt. a. V. E.* p) *fimo Lugd.* q) *locari P.* r) *autem* om. *P.*

8 Sumta pleraque ex Col. 9, 8, 7. Palladium deſcripſit Creſc. 12, 4 et 9, 97.

8, 1 LOCIS APRICIS) Lectio *aptis* melius arridet, praecipue cum Columella 9, 8, 7 *idoneos ſaltus* habeat. SCHOETTG.

8, 3 POST ODOREM) An *propter odorem* vt Varro de apibus item loquitur 3, 16. Eo *magis ſi mulſo ſunt aſperſae, quo propter odorem auidius applicant ſe.* Deſumſit autem haec Palladius a Columella, qui 9, 8 ſic ait: *Deinde cum ad odorem dulcis liquoris complures apes irrepſerint, tollitur talea, et appoſito foramini pollice non emittitur niſi vna.* PONTED.

8, 4 CVM APIS AQVANDO GVSTAVERIT) Neſcio an plane contemnenda ſit Medicea lectio, *aquanda.* Quidſi *aquanda* eſt Palladio, quae *aquari debet,* vel iuſſa eſt, vt Plauto Epid. 1, 1, 69 *pereunda puppis,* quae perire omnino debet; et *dos placenda* Trin. 5, 2, 35. quae debet placere. Non ignoro, quid de priore loco



diſpu-

tota [s] dies ſufficiat ad ſequendum [t]. nam veſpere peracto opere ad aquam plerumque non redeunt. Vaſa autem, quibus [u] recipiuntur, perfricanda ſunt citreagine [x], vel herbis ſuauibus, et conſpergenda [y] imbre mellis exigui: quod ſi verno fiat, et circa fontes aluearia ſic tincta ponantur, locis quibus apum frequentia eſt, multi-
7 tudinem ſibi ſponte conducent, ſi tamen ſeruari a furibus poſſunt. Hoc etiam menſe, ſicut ſupra, purganda ſunt aluearia ſordibus, et necandi papiliones, qui maxime abundant florentibus maluis, quos hoc genere intercipiemus. Vas aeneum miliario [z] ſimile, id eſt altum et anguſtum, veſpere inter aluearia collocemus, et in fundo eius ponamus lumen accenſum. illuc papiliones conuenient, et circa lumen volitabunt, et anguſtia vaſculi ab igne [zz] proximo interire cogentur.

IX. HVIVS menſis horae, horis menſis Septembris aequantur [a] hoc genere.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIV |
| Hora | II | et | X | pedes | XIIII |
| Hora | III | et | IX | pedes | X |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | VII |
| Hora | V | et | VII | pedes | V |
| Hora | VI | | | pedes | IIII |

s) *toto die Lugd.* t) *querendum P.* mox *aquas E.* vt ſupra. u) *cum quibus P.* x) *citreagine, vel* om. *P. citriagine E.* y) *ſpargenda exiguo melle P.* z) *miliario ſimilè, id eſt* omitt. *P. et Creſc.* 9, 99. zz) *igni Lugd.* [ I. IX. ] a) *concordant Pol.*

diſputetur; ſed cum poſterior controuerſia careat, puto illum et priori et forte huic noſtro ſubſidio eſſe poſſe. Si tamen *aquando* retinere placeat, interpretabimur, *inter aquandum.* Alterum *aquam deguſtauerit,* videtur ſententiae repugnare.

8, 7 NECANDI PAPILIONES) Conf. Col. 9, 14, 9.

PAL-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

# DE RE RVSTICA

## LIBER SEXTVS.

### TIT. I.

MAIO [a] menſe locis frigidis et humectis panicum ſeremus et milium [b], more quo dixi. Nunc omnia prope, quae ſata ſunt, florent, neque tangi a cultore debebunt. Florent autem ſic: frumenta et ordeum, et quae ſunt ſeminis ſingularis [c], octo diebus florebunt, et deinde [d] per [e] dies XL, grandeſcent flore depoſito vſque ad [f] maturitatis euentum. quae vero duplicis ſeminis ſunt, ſicut faba, piſum, caeteraque legumina, XL diebus florent, ſimulque grandeſcunt. Hoc men- 2
ſe in locis ſiccis, calidis, ſiue maritimis foena recidantur [g], prius tamen quam exareſcant. Quod ſi pluuiis infuſa fuerint, conuerti ante non debent quam pars eorum ſumma ſiccata [h] ſit.

II. NVNC conſideremus nouellae vitis [a] ſarmenta, quae protulit, et ei pauca et ſolida relinquamus, et adminiculis firmemus, donec brachia prolata dureſcant. non autem amplius reſectae et pullulanti viticulae, quam duae vel tres materiae relinquantur, et alligentur propter iniuriam venti. Ideo autem tres materias dixi debere dimitti, ne diſſipantibus ventis nulla remaneat, ſi in primordio reliqueris pauciores. Hoc menſe pampinari conueniet. ſed tunc eſt opportuna [b] pampinatio, 2
cum teneri rami [c] digitis ſtringentibus crepabunt ſine difficultate carpentis. haec res vuas efficit pinguiores [d], et maturitati [e] conſulit ſolis admiſſu.

III. NVNC quoque pingues agri et herboſi proſcindantur. ſed ſi agros incultos volueris aperire, conſiderabis, ſiccus an humidus ſit ager, ſiluis aut gramine, frutetis [a] veſtitus aut filice. Si humidus erit, foſſarum ductibus ex omni parte ſiccetur. ſed apertae foſſae notae ſunt, caecae [b] vero hoc genere fiunt. Imprimuntur ſulci

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. VI. *ſiue Maius.* T.I.] a) *Maio menſe* om. *Lugd. I. B. R. E.* b) *nullum* ſphalma quarund. notatum *Morg. I*, 88. c) *ſinguli Lugd.* d) *dein Lugd.* e) *XL diebus P.* f) *ad* om. *Lugd.* g) *reciduntur E.* rectius. h) *ſiccetur P. ſiccata eſt Lugd. I. B. R. ſicca ſit E.* [T. II.] a) *nouella vitis E.* recte. b) *optima I. B. R.* c) *rami* om. *P.* d) *grandiores Barth. Aduerſ.* 37, 3. e) *maturationi id.* [T. III.] a) *frutectis Lugd.* b) *caeterae Lugd.*

MAIVS.

1, 1 QVO DIXI) Mart. 3.

1, 1 DVPLICIS SEMINIS) Vide quae diſputamus ad Col. 2, 12, 10. Caeterum deſcripſit hunc locum more ſuo Creſcentius 3, 7 et 8.

1, 2 CONVERTI ANTE NON DEBENT) Contra Creſcentius 7, 3 *Sed, vt ait Palladius, poſt pluuiam debet conuerti, antequam pars ipſius ſumma ſiccetur.* Sed forte librariorum in Creſcentio culpa interceſſit.

3, 1 COECAE) *Coecum* Latinis ἀόρατον ſignificare notum. Hinc apud noſtrum *coecae foſſae apertis* opponuntur. *Coeca plaga* apud Appuleium de herbis c. 2. Non dubitem ita exponere *coecam ſuſpicionem* in epiſtola Caecinnae ad Ciceronem 7. l. 6. Familiarium. BARTHIVS 37, 3.

Aggenus

ſulci per agrum transuerſi altitudine pedum ternum [c]: poſtea vſque ad medietatem lapidibus minutis [d] replentur, aut glarea, et ſuper terra [e], quam egeſſeramus, aequatur.
2 Sed foſſarum capita vnam patentem foſſam petant, ad quam decliues decurrant [f]: ita et humor deducetur, et agri ſpatia non peribunt. Si defuerint lapides, ſarmentis vel ſtramine ſubiecto [g] cooperiantur, vel quibuscunque virgultis. Sed
3 ſi nemoroſus eſt, extirpatis aut raro relictis arboribus excolatur [h]. Si lapidoſus, per macerias ſaxorum a [i] turba collectas et purgari poterit, et inde [k] muniri. Iuncus, et gramen, et filices frequenti aratione vincentur. ſed filicem, ſi ſaepe fabam conſeras, vel lupinos, et ſi ſubinde naſcentem mucrone falcis incidas, intra exiguum tempus abſumes.

IV. HOC menſe arbores et vites quae ablaqueatae fuerant, occare, hoc eſt, operire iam [a] conuenit. Nunc ad [b] rudem faciendam ſilua caedatur, quando omni fronde [c] veſtita eſt. Caedendi autem hic modus eſt, vt optimus operarius in alta
2 ſilua modii ſpatium, mediocris vero tertia minus poſſit abſcidere [d]. Nunc et ſeminaria fodiuntur aſſidue, et locis praegelidis [e] et pluuioſis oleae putantur, et eis muſcus abraditur. At [f] ſiquis lupinum ſtercorandi agri cauſa ſeminabit [g], aratro illum [h] nunc debebit euertere,

V. HOR-

c) *trium E.* d) *minutis* om. *P.* e) *terram Lugd. E.* f) *recurrant Lugd. E.* g) *ſuperiecto operiantur P. E.* h) *recolatur P.* i) *turba collecta I. B. R. Barth. Lugd.* k) *idem I. B. R.* om. P. [T. IV.] a) *nos P.* b) pro *ad — caedatur P. caedendam eſſe materiam* quae gloſſa videtur. c) *ſilua* inſ. *P.* d) Ita etiam *Lugd. et Baſ.* e) *pergelidis I. B. R. Lugd.* f) *Ac Lugd.* g) *ſeminauit E.* recte. h) *illum* om. *P.* mox *debet E.*

Aggenus Vrbicus de controuerſiis agrorum p. 74, 75 *Eiusdem conditionis eſt controuerſia de cloacis ducendis et foſſis coecis. Vallum coecum* eſt apud Caeſarem B. G. 1, 28. SCHOETTG. Sumſit deſcriptionem ex Col. 2, 2, 9.

3, 1 AVT GLAREA) Virgilius Georg. 2, 348. *Aut lapidem bibulum, aut ſquallentes infode conchas, Inter enim labentur aquae, tenuisque ſubibit Halitus, atque animos tollent ſata.* SCHOETTG.

3, 2 CAPITA) extremitates, principia. Fauſtus et Valerius Agrimenſores p. 261 *Vbi termini in capitibus centuriarum ſub terra inueniuntur.* Vitalis p. 360 *In caput limitis terminum inuenies.* Dolabella p. 300 *Sed et quibusdam regionibus pro lapidibus in capitibus centuriarum pali roborei infixi ſunt.* SCHOETTG.

3, 3 SAXORVM A TVRBA COLLECTAS) Quid hoc eſt, *a turba collectas?* Membranae non turbam hominum, quod typographi faciunt, ſed *lapidum* intelligunt copiam. Ita enim legunt: *per macerias, ſaxorum turba collecta* etc. Quod reducamus licet. *Turbam ſaxorum* dicit, ne quis eligenda cenſeat: ſed *in macerias congerenda*, vt oſtenduntur, maiora et minora, cuiuscunque formae. Sic *populi* voce alii ſcriptores vſi, de quo alibi BARTHIVS 37, 3. Rigaltius in Ind. Agrimenſ. verba haec ita citat: *per macerias ſaxorum attina collectas et purgari* etc. Et ita etiam Barthius Adu. 32, 4 qui ibi Hexametrum in auctore noſtro obſeruari tradit, hoc modo: *Attina collectas et purgari poterit atque inde.* Ita verba leguntur apud Barthium, puto autem τὸ *inde* conſtituendum eſſe initio verſus ſequentis, alias verſus non procedet. Vnde hi Duumuiri hanc lectionem hauſerint, non video: nam omnes codices habent vocem *turba.* Sunt autem *attinae* lapides ſeſe mutuo continentes in ſpeciem maceriarum congeſti, vt deſcribit Siculus Flaccus de conditionibus agrorum p. 4 et 6. SCHOETTG.

3, 3 FILICES) Inde Virgilius Georg. 2, 189 *filicem inuiſam curuis aratris* vocat. SCHOETTG.

3, 3 VINCENTVR) *Vincere* eſt labore ſuperare. Celſus 3, 19 *Si ſudor vincit, delinendus eſt homo gypſo vel ſpuma argenti.* BARTHIVS 37, 3.

4, 1 QVAE ABLAQVEATAE FVERANT) Neſcio quanti haec ſint, ſed in priſcis membranis extant haec verba: *Hoc menſe arbores et vites, quae oleis ac lupino vertendo ablaqueatae fuerant* etc. Viderint alii, ego lectionem tacere non debui. BARTHIVS 37, 3. Apparet ex lemmate vltima verba temere in contextum orationis relata.

4, 1 MODII SPATIVM) *Modius* eſt tertia pars iugeri, cuius menſura ſecundum Fragmenta Agrar. p. 264 eſt pedum LXXX in longitudine, et XL in latitudine. Verba ibi ſunt: *Iugerum vnum pedes CCXL long. et in latitudine ped. CXX faciunt terram modiorum III.* SCHOETTG.

5 Habet

V. HORTORVM ſpatia, quae per [a] autumnum ſeminibus implenda deſtinantur [b], aut plantis, nunc conueniet paſtinare. Hoc menſe apium bene [c] ſeritur, ſicut iam ante dictum eſt, vel coriandrum, et melones, et cucurbitae, carduus, et radices, et ruta pangentur. Porri quoque planta transfertur, vt rigationibus animetur.

VI. LOCIS calidis nunc mala Punica florere incipiunt. Ramus ergo cum flore (ſicut Martialis dicit) ſi obruto circa arborem fictili vaſe claudatur, et ne reſiliat, ligetur ad palum, pro vaſculi magnitudine pomum reddit autumno. Hoc etiam menſe locis calidis emplaſtrari [a] Perſicus poteſt. Locis frigidis nunc citri arbor inſeritur, et ea, quae dicta eſt, diſciplina ſeruetur. Nunc frigidis locis ziziphum conſeremus [b], et ficum inſerimus [c]. Hoc etiam menſe palmae planta diſponitur [d].

VII. NVNC caſtrandi ſunt vituli, ſicut Mago dicit, tenera aetate, vt fiſſa ferula teſticuli comprimantur, et paulatim confracti [a] reſoluantur. Sed hoc luna decreſcente verno vel autumno fieri debere praecipit. Alii ligato ad machinam vitulo, duabus anguſtis regulis ſtagneis, ſicut forcipibus, ipſos neruos apprehendunt, qui Graece κρεμαςῆρες dicuntur. His comprehenſis tentos teſticulos ferro reſe- 2
cant, et ita recidunt, vt aliquid de his capitibus neruorum [b] ſuorum dimittatur haerere. quae res et ſanguinis nimietatem prohibet, et non omnino iuuencos ſubducto robore virilitatis effoeminat. Nec [c] admittendum eſt, quod plerique faciunt, vt ſtatim caſtratos coire compellant [d]. nam certum eſt ab eis generari, ſed ipſos fluxu ſanguinis interire. Vulnera vero caſtraturae cinere ſarmentorum et ſpuma linentur argenti. Caſtratus [e] abſtineatur a potu, et cibis paſcatur exiguis, et ſequenti 3
triduo praebeantur ei tenerae arborum ſummitates, et frutecta mollia, et herbae viridis coma dulciore [f] ſagina roris aut fluminis. Pice etiam liquida miſto [g] cinere et

[T. V.] a) *per* om. *Barth.* b) *deſtinata ſunt P.* c) *bene* om. *P.* [T. VI.] a) *inplaſtr. Lugd.* b) *vt ea E.* c) *conſeretur et ficus: inſeritur P. et fic. inſ.* om. *Lugd. et ficum, vel inſeremus E.* d) *inſeritur I. B. R.* [T. VII.] a) *confringantur. Sed P. confracta H. A. Gr. G.* b) *neru. permittatur P.* c) *Non enim P.* d) *faciant P.* e) *Caſtratus autem E.* mox *ac ſequenti triduo.* f) *dulciore — fluminis* om. *P. Cr. dulciora etc. I. I — Gr.* g) *mixta Lugd.*

5 Habet Creſcentius 12, 5.

4 PER AVTVMNVM DESTINANTVR Eleganter Palladius *deſtinandi* verbo vſus eſt, *deſtinare autumnum*, pro *in eum*, omiſſa vocula. Ea ſcriptura permanſit in membranis, vulgo addito *per* contaminata eſt. BARTHIVS 37, 3. Fateor me non capere elegantiam, quam vidit aut vidiſſe putat Barthius.

6 Pleraque huius tituli habet Creſc. 12, 5.

6 QVAE DICTA EST) Mart. 10, 11 ſq.

7 Ex Columella 6, 26. SCHOETTG.

7, 1 VERNO VEL AVTVMNO) Vid. Ponted. ad C. 6, 25, 1.

7, 1 REGVLIS STAGNEIS) Sylburgius in Indice: *ſtagneum pro ſtanneum, vt et in* Gloſſ. *ſtagnum*, κασσίτερον, et λίμνη, ὑδροςάσιον. Sed apud Columellam, vnde noſter ſua ad verbum hauſit, legitur *ligneis*, quod mallem hoc quoque loco reponere. SCHOETTG.

7, 2 VVLNERA CASTRATVRAE) Creſc. 9, 63.

7, 3 DVLCIORE SAGINA) Mſ. codex: *herbae virides coma dulciore ſaginatoris aut fluminis.* Apud Columellam, vnde haec exſcripta ſunt: *Abſtinendus eo die ab humore et exiguo cibo alendus. Sequenti triduo velut aeger cacuminibus arborum, et deſecto viridi pabulo oblectandus probibendusque multa potione.* Ego Palladii eamdem mentem puto, vt herbae virides eae eligantur quae dulciore ſint coma, et in Columella *delecto* ſcribendum. Membranarum autem mendum in ſententiam eiusdem ita extrudendum vt legas: *herbae viridis comae dulciores, aqua roris aut fluminis.* Haec BARTHIVS 37, 3; cui contrariatur Gronouius Obſ. 2, 16 qui ad haec Barthii verba prolata adiicit: Peſſime. Scribendum cum noſtro: *aut herbae viridis coma dulcior a ſagina roris aut fluminis.* Sic Solinus *fontem humore ſupero ſaginatum.* Palladius de beta: *Amat frequenter effodi et multo ſtercore ſaturari.* Nouembri tit. III *vinea vetus ablaqueata fimo ſatietur.* Et Ianuario tit. XIII *Item loca, ad quae de cacuminibus terra decurrit, vel valles quas fluminum ſaturabit aggeſtio.* Haec GRONO-

et modico oleo poſt triduum vulnera diligenter vnguenda ſunt. Sed melius genus
4 caſtrationis ſequens vſus inuenit. Alligato enim iuuenco [h] atque deiecto, teſti-
culi ſtricta pelle clauduntur, atque [i] ibi lignea regula premente, deciduntur igni-
tis ſecuribus, vel dolabris, vel, quod eſt melius, formato ad hoc ferramento, vt
gladii ſimilitudinem teneat. Ita enim circa ipſam regulam ferri acies ardentis im-
primitur, vnoque ictu et moram doloris beneficio celeritatis abſumit [k], et vſtis
venis ac pellibus a fluxu ſanguinis ſtrictis [l], plagam cicatrix quodammodo cum ipſo
vulnere nata defendit.

VIII. LOCIS temperatis nunc ouium celebranda tonſura eſt. Sed tonſas
oues [a] hoc vnguine medicemus [b]. Succum decocti lupini, feces vini veteris, et [c]
amurcam pari [d] menſura miſcebis, et in vnum corpus omnia redacta curabis adli-
2 nire [e]. Poſt triduum deinde, ſi mare vicinum eſt, litori mergantur extremo: ſi in
mediis terris paſcimus, aqua caeleſtis [f] cum ſale paululum decocta ſub dio debebit
pecorum tonſa et vncta membra diluere. Hoc enim modo curatum pecus toto anno, nec ſcabrum fieri dicitur, et prolixas lanas creare fertur, ac molles.

IX. HOC menſe caſeum coagulabimus ſincero lacte coagulis [a] vel agni vel haedi, vel [b] pellicula, quae ſolet pullorum ventribus adhaerere, vel agreſtis cardui floribus, vel lacte ficulneo [c], cui ſerum debet omne deduci, vt et ponderibus vrgeatur. Vbi ſolidari coeperit, loco opaco ponatur, aut frigido, et preſſus

h) *vitulo P. et Cr. iunco E.* i) *atque —— deciduntur* om. *P. Cr.* k) *aſſumit Cr. E.* l) *ſtrictis, plagam* om. *P. Cr.* [T. VIII.] a) *oues* om. *P.* b) *medicemur Pal.* et *Lugd. E.* c) *et —— menſura* om. *Lugd.* d) *vini veteris miſc. P.* e) *adlinere Lugd.* f) *caeleſti c. ſ. p. d. ſub diuo debebit ouium tonſor vncta P. Cr. ſub diuo* et *Lugd. I. B. R. E.* [T. IX.] a) *quagelis Lugd. quagulis E.* b) *vel licula Lugd.* c) *ficulno Lugd. I. B. R.*

GRONOVIVS. Hoc ſuſpectum haberi poteſt, ſitne additamentum, praeſertim quoniam neque apud Creſcentium, apud quem eadem omnia tranſcripta ſunt, reperiatur, neque in vernacula Palladii interpretatione: *El caſtrato faccia aſtinenza delbere, e paſca cibi ſottili: e in queſte di gli ſi deano tenere vetticciuole di frondi d'arbore, e molli frondette, e erbe verdi*; an potius deprauata lectio vt opinor. Cum enim Columella, a quo haec excerpta ſunt, adiecerit *probibendusque multa potione*, cui nihil in Palladio reſpondet, idipſum aut quid idem iis *dulciore ſagina roris aut fluminis* ſignificari exiſtimo, nimirum ea quae caſtrato obiiciuntur aut rore madentia aut aqua aſperſa eſſe danda, ne ſi aquatum ducatur, nimia aqua hauſta, noxam capiat. Quapropter non contemnendi videntur Aldini libri, qui ediderunt: *dulciora ſagina roris aut fluminis*, quod et Iunta comprobauit, Gymnicus nec non Stephanus ac Gryphius. PONTED.

7, 4 PELLIBVS A FLVXV SANGVINIS STRICTIS) *Stricta pelle claudi* iuſſerat teſticulos, eaque ipſa ſtrictura adfluxum ſanguinis prohiberi, quod ipſum facit, vt facilius vſtione durata pellis cicatricem ducat: quod fieri ita celeriter non poterat, ſi liber ſanguini adpulſus patuiſſet.

8 Habet etiam Creſc. 9, 70.

8, 1 HOC VNGVINE) Haec ſumta ſunt ex Columella 7, 4, 7 et Didymo Geopon. 18, 8. SCHOETTG.

8, 1 MEDICEMVS) Ita omnes editi. Valde autem vſitatum eſt bonis auctoribus etiam deponentia actiuo more inflectere. Exempla ſiquis deſideret, quamplurima ſuppeditabunt Nonius c. 7; Gebhardus ad Propertium 2, 32, 7; Dreſemius ad Ioſ. Iſcanum 1, 74; Munkerus ad Hyginum fab. 100. SCHOETTG.

9 Deſcripſit Creſcentius 9, 72. Noſter autem habuit, quos ſequeretur Varr. 2, 11; Col. 7, 8; Geop. 18, 19.

9, 1 PVLLORVM VENTRIBVS) gallinaceorum, τῆς ἐν οἰκιδίῳ ὄρνιθος ὁ ἐχῖνος, ὃς ἔνδοθεν τῆς κοιλίας ἀπόκειται τῇ κόπρῳ. Berytius Geop. l. c.

9, 1 LACTE FICVLNEO) Plin. 7, 23 ſ. 63 *Fici ſuccus lacteus aceti naturam babet. Itaque coaguli modo lac contrabit.*

9 1 PRO

preſſus ſubinde adiectis pro acquirenda [d] ſoliditate ponderibus, trito [e] ac torrefacto
ſale debet aſpergi, et iam durior vehementius premi. Poſt aliquot dies [f] ſolidatae 2
iam formulae per crates ita ſtatuantur, ne inuicem ſe vnaquaeque contingat. Sit
autem loco clauſo et a ventis remoto, vt teneritudinem ſeruet atque pinguedinem.
Vitia caſei ſunt, ſi aut ſiccus [g] ſit aut fiſtuloſus: quod eueniet, aut ſi parum prema-
tur, aut ſales [h] nimios accipiat, aut calore ſolis vratur [i]. In recenti caſeo confi-
ciendo aliqui nucleos virides pineos terunt, atque ita miſto lacte gelant [k]. Aliqui 3
thymum tritum et frequenter colatum congelant. Qualemcunque etiam ſaporem
velis, efficere poteris, adiecto, quod elegeris, condimento, ſeu piperis, ſeu cuius-
cunque pigmenti [l].

X. HOC menſe incipiunt augeri examina, et in extremis fauorum partibus maiores creantur apiculae, quas aliqui reges putant; ſed Graeci eos οἴστρους [a] appellant [b], et necari iubent, quia requiem concutiunt quieſcentis [c] examinis. Nunc papiliones abundant, quos necemus, more quo dixi.

XI. NVNC circa extremum menſem pauimenta in ſolariis fiunt [a]: quae in
frigidis regionibus, et [b] vbi pruinae ſunt, glacie ſuſpenduntur et pereunt. Sed ſi
hoc placuerit, ſternemus duplices ordines tabularum transuerſos atque directos, et
paleam vel filicem [c] ſupra conſtituemus [d] et aequaliter aequabimus ſaxo, quod ma-
num poſſit implere. Pedaneum ſuper rudus inducimus, et aſſiduo vecte denſamus: 2
tunc antequam rudus ſiccetur, bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant
digitales, iungemus, ita vt calce viua ex oleo temperata, bipedarum canales, qui
inter

d) *aqquiſita Lugd. acquiſita I. B. R. E.* e) *toſto Barth.* f) *p. aliquos d. E.* g) *ſiccus aut fiſtuloſus eſt P. Cr.* mox *quod euenit, ſi a. E.* h) *ſal nimium Cr. ſales inimicos H. G. Gr. nimios* etiam *Barth. et Lugd.* i) *aduratur E.* k) *congelant Cr.* l) *condimenti I. B. R. pigmenti etiam Lugd. et Cr.* plane om. *P. alteriuscunque p. E.* [T. X.] a) οιςϱος *I. B. R. coſtros E.* b) *vocant P.* c) *ſe* inſ. *Barth.* [T. XI.] a) *mittunt E.* b) *et pruinoſis ſic fiunt. Sternemus Pol.* c) *filices ſubſternemus et P.* d) *conſtit. aequaliter. Aequabimus Lugd.*

9, 1 PRO ACQVIRENDA SOLIDITATE) Veteres libri excuſi cum Cuba: *pro acquiſita ſoliditate ponderibus*; apud Cubam praeterea non *adiectis* legitur, ſed *adactis* fortaſſe *adauctis*; quo magis enim denſatur caſeus, pondera ſubinde pro eius ſoliditate augentur. Columella 7, 8 *Sed cum paulo ſolidior caſeus factus eſt, pondera ſuperponuntur*: et rurſus: *atque vbi duratus eſt, vehementius premitur.* PONTED.

9, 2 SI AVT SICCVS SIT AVT FISTVLOSVS) Tertium caſei vitium quod eſt *aut ſalſus*, deſiderari opinor; haec tria caſei vitia, vt ipſe adiecit Palladius, contingunt ſic: *Si parum prematur*, fiſtuloſus eſt caſeus; ſi *ſales nimios accipiat*, eſt ſalſus; *ſi calore ſolis vratur*, ſiccus. De quibus Colum. 7, 8 *Sic neque fiſtuloſus neque ſalſus, neque aridus prouenit: Quorum vitiorum primum ſolet accidere, ſi parum preſſus; ſecundum, ſi nimio ſale imbutus; tertium, ſi ſole exuſtus eſt.* PONTED. Mendum tamen antiquum ſit oportet, cum totidem verbis hunc locum Creſcentius deſcripſerit: licet nulla Palladii mentione facta.

9, 3 PIGMENTI) h. e. condimenti, quod velut coloret ſaporem. Iſidorus in Differentiis Mſ. *tuus pronomen eſt, thus vero pigmentum. Pigmentum* alioqui etiam medicamentum ſonat. Caelius Acut. 2, 19 *Credibile autem ad eius pigmenti in ſtomacho effectum ſenſum accurrere materiam.* BARTH. 37, 3.

10 Habet etiam Creſc. 12, 10 it. 9, 98.

10 QVIESCENTIS EXAMINIS) In codice calamo ſcripto diſerte legitur, *quieſcentis ſe examinis.* Quod ego aſpernandum nego. Nam princeps Poëta Latinus dixit: — *ſuos requierunt flumina curſus.* Talia multa pro barbaris Typographi perperam eiecerunt. BARTHIVS.

10 DIXI) Ap. 8, 7.

11 Ex Vitruuio 7, 1. SCHOETTG.

11, 2 BIPEDAS QVAE — CANALICVLOS) Vitruuius l. c. vocat *tegulas bipedales, habentes ſingulis coagmentorum frontibus exciſos canaliculos digitales.*

inter ſe connectendi ſunt, impleantur, et earum coniunctione [e] rudus omne cooperiatur. Nam ſiccata omnis materia vnum corpus efficiet, et nullum transmit-
2 tet humorem. Poſtea ſex digitorum teſtaceum ſuperfundemus, et frequenter virgis verberabimus [f], ne rimis poſſit aperiri. tunc teſſellas latiores, vel tabellas qualeſcunque marmoreas, aut paginas imprimemus, et hanc conſtructionem res nulla vitiabit.

XII. HOC menſe lateres faciendi ſunt ex terra alba vel creta, vel rubrica. Nam qui aeſtate fiunt, celeritate feruoris in ſumma cute [a] ſiccantur, interius humore ſeruato: quae res ſciſſuris eos faciet aperiri. Fiunt autem ſic. terra creta diligenter, et omni aſperitate purgata, miſta cum paleis diu macerabitur [b], et intra formam lateri ſimilem deprimetur [c]. tunc ad ſiccandum relicta, ſubinde verſabitur ad ſolis aſpectum. ſint vero lateres longitudine pedum duorum, latitudine vnius, altitudine quatuor vnciarum.

XIII. [*De roſato.*] QVINQVE libras roſae pridie purgatae, in vini veteris X ſextarios [a] merges [b], et [c] poſt XXX dies X deſpumati mellis libras [d] adiicies, et vteris.

XIV. [*De oleo liliaceo.*] PER olei libras ſingulas dena lilia curabis infundere, et vas vitreum XL diebus locare ſub dio.

XV. [*De oleo roſeo.*] IN olei libras ſingulas, roſae purgatae ſingulas vncias mellis mittes [a], et VII diebus in ſole ſuſpendes [b] et luna.

XVI. [*De*

e) *coniectione Lugd. et Meurſ. ad Cato* 18, 7. f) *et frequenter verberemus* om. *virgis E.* T. XII.] a) *crate Barth. P. Lugd. E.* b) *maturabitur I. B. R.* c) *reprimetur I. B. R. E. lateris ſimilitudine repr. Lugd.* [T. XIII.] a) *ſextariis Lugd. E.* b) *mergis a. V. E.* c) *et* om. *I. B. R.* d) *libras* om. *E.* [T. XV. a) *mittis a. V. E.* b) *ſuſpendis I. B. R. E. I. I — G.*

11, 2 EARVM CONIVNCTIONE) *coniectio* Meurſ. ex Mſ. ad Ca. c. 18. ALMEL.

11, 3 PAGINAS) ſunt lapides quadrati, quibus pauimentum tegitur. Sic *paginae fundorum* ſunt partes, in quas agri diuiduntur, apud Innocentium de caſis per litteras. p. 222. ed. Goeſii. SCHOETTG. Vid. L. Pignorii Symb. epiſt. 18. ALMEL.

12 LATERES) Iterum ex Vitruuio 2, 3. SCHOETTG.

12 IN SVMMA CVTE) Codex caſcus: *in ſumma crate ſiccantur.* Ego vulgatam lectionem non abiiciam. nam eadem ratione qua hic *cutis* lateribus, *corium* eduliis incruſtatis tribuitur ab Apicio. BARTHIVS. Cui tamen contrariatur Gronouius Obſ. 3, 18. Verba eius ſunt: Mſſ. tres: *in ſumma crate ſiccantur.* vt et Barthianus Aduer. 37, 3. Quod ille ſpernit, mihi religioni eſt ſpernere. Ita vocat belle ſuperficiem eius compoſitionis. Sic in Septembri tit. 10 *Sed in nouo prato rapa conſerere poſſumus, quorum meſſe finita, caetera, quae dicta ſunt, exſequemur. Viciam tamen foeni ſeminibus mixtam poſt haec ſpargemus. Rigari vero, antequam ſolum durum fecerit, non debebit, ne eius cratem minus ſolidam vis interflui corrumpat humoris.* Humani corporis *luteam cratem* dixit Prudentius Cathemer. Hymno 8 *Frangit et cratem luteam laboris Longior vſus.* Paullo aliter: nempe pro compage. Sed ſic prorſus elephanti corium Sidonius in Burgo Leontii: *quippe improba cratem Natiuam nec tela forant.* Nec oblitus ſum, quod paullo ante mutuatus ſum a Seneca, nec Plinii *extremam cutem terrae*, tum eiusdem, *moueri terram callumque ſummae cutis ſolui.* Sed alias alia placent. *Cruſtam* vocat ibidem Seneca: *Omnis humor intra primam cruſtam conſumitur; nec in inferiora deſcendit.* Plinius *corium* 17, 4 *ſtatim ſubeſt arena tenuiſſimo caeſpitum corio.* Haec GRONOVIVS. Ego adſentior Barthio, quia Vitruuius, ex quo noſter ſua deſumſit, expreſſe ait: *quod ſummum corium ſol acriter cum percoquit, efficit vt videantur aridi* etc. SCHOETTG.

13 In hoc et tribus qui ſequuntur titulis ſeruaui lemmata,

XVI. [*De rhodomeli.*] IN ſucci roſae ſextariis ſingulis libras ſingulas mellis admiſces, et diebus XL ſub ſole ſuſpendis.

XVII. ROSAS nondum patefactas ſeruabis, ſi in canna viridi ſtante, fiſſa, recludas ita, vt fiſſuram [a] coire patiaris: et eo tempore cannam recidas, quo roſas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas ac bene munitas ſub dio obruunt, ac reſeruant [b].

XVIII. IN horarum menſuris Maius reſpondet Auguſto.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIII |
| Hora | II | et | X | pedes | XIII |
| Hora | III | et | IX | pedes | IX |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | VI |
| Hora | V | et | VII | pedes | IV |
| Hora | VI | | | pedes | III |

[T. XVI.] Deeſt totus titulus *P.* [T. XVII.] a) *ſciſſuram Lugd. E.* b) *et reſeruant* om. *E.*

lemmata, quia ſine his non intelligitur, qua de re agatur: probabile igitur eſt, ab ipſo auctore appoſita vel ipſa, vel his ſimilia.

17 ROSAS VIRIDES) ſucci plenas et recentes. Exempla vide apud Barthium Adu. 24, 15 et 28, 4. Sic etiam Graeci vtuntur verbo χλωρὸς, quo de Bodaeus a Stapel ad Theophraſti hiſt. plant. 2, 8. SCHOETTG.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI, DE RE RVSTICA

## LIBER SEPTIMVS.

### TIT. I.

IVNIO [a] menſe area paranda eſt ad trituram, cuius primo terra radatur: deinde effoſſa leuiter miſtis paleis et amurca aequatur inſulſa. quae res a muribus et formicis frumenta defendit. tunc premenda eſt rotundo lapide, vel columnae quocunque fragmento, cuius volutatio poſſit eius ſpatia ſolidare. dehinc ſole ſiccetur. Aliqui mundatis areis aquam ſpargunt, et minuta ibi pecora diu ſpatiari ac proculcare compellunt. et cum terra vngulis ſtricta [b] fuerit, ſpectant ſolidam ſiccitatem.

II. NVNC primo [a] ordei meſſis incipitur [b], quae conſummanda eſt antequam
grana arefactis [c] ſpicis lapſa decurrant, quia nullis, ſicut triticum, folliculis veſtiun-
tur. Quinque modios recidere poteſt pleni [d] agri opera vna meſſoris experti, me-
diocris vero tres, vltimi etiam minus. Sed ordei culmos iacere in agris aliquantu-
2 lum [e] ſinamus, quia fertur hoc more grandeſcere. Nunc etiam menſe poſtremo
locis maritimis et calidioribus ac ſiccis tritici meſſis abſciditur. Quam paratam eſſe
cognoſces [f], ſi aequaliter ſpicarum populus maturato rubore flaueſcat. Pars Gal-
liarum planior hoc compendio vtitur ad metendum, et praeter hominum labores,
vnius bouis opera ſpatium totius meſſis abſumit [g]. fit itaque vehiculum, quod dua-
3 bus rotis breuibus fertur. huius quadrata ſuperficies tabulis munitur [h], quae forin-
ſecus reclines [i] in ſummo reddant ſpatia largiora. ab eius fronte carpenti breuior
eſt altitudo tabularum. ibi denticuli [k] plurimi ac rari ad ſpicarum menſuram con-
ſtituuntur in ordinem [l], ad ſuperiorem partem recurui. A [m] tergo vero eiuſdem
vehiculi duo breuiſſimi temones figurantur [n], velut amites baſternarum [o]. ibi bos
capite in vehiculum verſo iugo aptatur, et vinculis, manſuetus ſane, qui non modum
4 compulſoris excedat. hic vbi vehiculum per meſſes coepit [p] impellere, omnis ſpi-
ca in carpentum denticulis comprehenſa cumulatur, abruptis, ac relictis paleis;
altitudinem vel humilitatem plerumque bubulco moderante, qui ſequitur. et ita
per

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. VII. *ſiue Iunius.* T. I.] a) *Hoc Lugd. E. I. B. R. Vid. Ian.* b) *fricta Lugd.* [T. II.] a) *prima Lugd.* b) *recipitur P. inciditur E.* c) *refractis Lugd.* d) *plena Lugd.* e) *aliquantum Lugd.* f) *cognoſcis Lugd. E.* g) *aſſumit Cr.* ita alias ſaepius *Lugd. E.* h) *munitur* om. *P.* i) *reclines I. I. E.* — *St. decliues Cr.* k) *dentili Lugd.* l) *ordine Lugd. E.* m) *At vero P.* n) *figuntur Cr. vel. am. baſt.* om. *idem.* o) *vaſternae Lugd.* p) *coeperit P. Cr.*

IVNIVS.

1 Ex Catone c. 91 et 129; it. Didymo Geop. 2, 26. SCHOETTG. et pene totidem verbis Col. 2, 20.

2 Conf. Col. 2, 21.

2, 2 PARS GALLIARVM PLANIOR) Deficere ex Creſcentii 3, 7 repetenda opinor: *Et modus quidem metendi conſuetus notus eſt. Pars vero Galliarum planior.* PONTED.

3 NVNC

per paucos itus ac reditus breui horarum ſpatio tota meſſis impletur. Hoc campeſtribus locis vel aequalibus vtile eſt, et iis, quibus neceſſaria palea non habetur.

III. NVNC frigidiſſimis locis, quae Maio ſunt praetermiſſa faciemus. agros aeque proſcindemus herboſis et gelidis partibus [a]. vineta occabimus. colligemus viciam. foenum Graecum reſecabimus ad pabulum. Hoc menſe locis frigidis peragenda eſt leguminum meſſis: itaque lenticulam collectam, cineri miſtam, bene ſeruabimus, vel vaſis oleariis aut ſalſamentariis repletis, ſtatimque gypſatis. Nunc et faba luna minuente velletur, ante lucem ſane; et antequam luna procedat, excuſſa et refrigerata ponatur. ita gurguliones [b] non patietur infeſtos. Hoc menſe lupinus colligitur, et ſi placuerit, ſtatim ſeretur [c] ex area: ſed longe ab humore eſt ponendus in horreis. ſic enim diutiſſime cuſtoditur, maxime ſi granaria eius afflauerit fumus aſſiduus.

IV. HOC menſe circa ſolſtitium braſſicam ſeremus, quam inchoante transferemus Auguſto, vel irriguo loco, vel pluuia initiante madefacto. Apium quoque bene ſerere poterimus, betas et [a] radices, et lactucas, et coriandrum, ſi [b] rigemus.

V. HOC etiam menſe ramus Punici (ſicut ſupra diximus) poterit intra fictile
vaſculum [a] claudi, vt ad eius magnitudinem poma reſtituat. Nunc pira vel mala,
vbi ramos multa poma denſabunt, interlegenda ſunt quaecunque vitioſa, vt ſuccus
qui ingrate his poſſet impendi, ad meliora vertatur. Hoc etiam menſe, locis frigidis, ziziphum ſerere poterimus. Nunc caprificandae ſunt arbores fici, ſicut in eius 2
narrauimus diſciplina. aliqui eas et hoc menſe inſerunt. Locis frigidis Perſicus
inoculatur: palmae planta circumfoditur. Hoc menſe vel Iulio celebratur inſitio
in pomis, quae emplaſtratio dicitur. ſolis arboribus conuenit [b], quibus pinguis
ſuccus in cortice eſt, vt ficis et oleis, ac ſimilibus, vt Martialis dicit, et Perſico. ſit
autem ſic: ex nouellis ramis et nitidis ac feracibus gemmam, quae bene apparebit 3
ſine dubio proceſſura, duobus digitis quadratis circumſignabis, vt ipſa ſtatuatur
in

[T. III.] a) *locis P.* b) *curcul. I. B. R.* c) *ſeretur I. B. R. fertur Cr. feretur Lugd. ſeparetur* al. [T. IV.] a) *et rad. et lact.* om. *Lugd.* b) *ſi rigemus* om. *P.* [T. V.] a) *vas, ſicut diximus, claudi P. Lugd.* b) *conuenire P.*

3 NVNC ET FABA) Ita ſcribatur: *Nunc et faba, luna minuente, velletur ante lucem ſane et antequam* etc. Sic Creſc. 3, 8 excerpſit. Sic Colum. 2, 10, 12 poſuit: *Sed et illud quod deinceps dicturi ſumus, experti praecipimus, ſilente luna vellito ante lucem.* PONTED.

3 ANTE QVAM LVNA PROCEDAT) h. e. interpret. Columella 2, 10, 12 *incrementum capiat:* oppoſitum *luna minuente.*

3 EXCVSSA ET REFRIGERATA PONATVR) Vbi ponenda non video in Palladio, vtique in Creſcent. 3, 8 *Et excuſſa et refrigerata reponatur in horreo.* In quo etiam verbum *reponatur* pro *ponatur*, recte poſitum videtur. Hoc vero a Columella accepit Palladius; nam 2, 10, 12 haec legimus: *Deinde cum in area exaruerit; confeſtim prius quam luna incrementum capiat, excuſſam refrigeratamque in granarium conferto.* PONTED.

3 GVRGVLIONES) Creſcent. *Et ſic gurguliones aut nullo modo, aut minus patietur infeſtos, vt ait Palladius.* PONTED.

3 SERETVR EX AREA) Editum *ſeparetur.* Sed Creſcent, 1, 3. c. *de Lupino: Et ſtatim, ſi placuerit, fertur ex area.* Vtraque lectio vitioſa pro *ſeretur ex area*, vt in Ienſonii libris editum eſt. Quod Columella confirmat, nam 2, 10, 1 de eodem *lupino* hoc literis mandauit: *Spargitur ſtatim ex area* etc. PONTED.

4 PLVVIA INITIANTE) poſt ardores caniculae nunc primum redeunte.

5 1 SVPRA DIXIMVS) Mai. 6.

5, 1 NVNC PIRA) Repetit Iul. 3, 1.

5, 2 NARRAVIMVS) Mr. 10, 28.

5, 3 EX NOVELLIS) Deſcribit Creſc. 2, 23.

5, 4 TRANS-

in medio, et ita ſubtiliter corticem leuabis acutiſſimo ſcalpro, ne gemma laedatur. item ex ea arbore, cui velimus [c] inſerere, ſimiliter cum gemma tolletur em-
4 plaſtrum, nitido tamen atque vberi loco. Tunc ibi conuenienter aſtringitur [d], et preſſum circa gemmam vinculis cogitur ſine germinis laeſione cohaerere, vt ea quae appoſitae [e] redditur, locum gemmae prioris includat. tunc [f] luto ſuperlinis [g], et liberam gemmam relinques. Ramos ſuperiores eius arboris ſecabis [h] ac ſtirpes: et [i] ab vno et viginti diebus exactis, reſoluto [k] vimine vinculorum, reperies externi ſeminis gemmam mire in arboris alienae membra tranſiſſe [l].

VI. Hoc etiam menſe vituli recte (vt dictum eſt ante) caſtrantur. Nunc etiam caſeum iure [a] conficimus, et oues in frigida regione tondemus.

VII. Hoc menſe aluearia caſtrabuntur, quae matura eſſe ad mellis reditum [a] ſignis quam [b] pluribus inſtruemur. Primum, ſi plena ſunt, apum [c] ſubtile murmur audimus. nam vacuae ſedes fauorum, velut concaua aedificia, voces, quas acceperint [d], in maius extollunt. quare cum murmuris ſonus magnus et raucus eſt, agnoſcimus non eſſe idoneas ad metendum crates fauorum. item cum fucos a ſedibus ſuis, qui ſunt apes maiores, grandi intentione deturbant; matura
2 mella [e] teſtantur. Caſtrabuntur autem aluearia matutinis horis, cum torpent apes, nec caloribus [f] aſperantur [g]. Fumus admouetur ex galbano et arido fimo bubulo, quem in pultario [h] factis [i] carbonibus conuenit excitare: quod vas ita figuratum ſit, vt velut inuerſi infundibuli [k] anguſto ore fumum poſſit emittere. atque ita cedentibus apibus, mella recidentur. Ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorum debet quinta dimitti [l]. ſane putres ac vitioſi faui de alueariis [m] au-
3 ferantur. Nunc mella conficimus congeſtis in mundiſſimum ſabanum fauis, ac dili-

c) *geſtimus P. Cr.* d) *aſtringitur et* om. *Cr.* e) *appoſita Lugd.* f) *Tamen P. tum Lugd.* g) *ſuper linis* diu. *P. ſuper perlinis I. B. R.* h) *ſeca E.* i) *ac viginti vno Lugd. E.* k) *reſolutis vinculis Cr.* l) *tranſire I. B. R. E.* [T. VI.] a) *iure* om. *E.* [T. VII.] a) *redactum Lugd. I. B. R. E. redditum P.* vt ſaepe in Columella *Lipſ.* b) *quam* om. *Lugd. E.* c) *perſubtile P.* d) *acceperunt Cr.* e) *mellantur Lugd.* f) *laboribus Lugd.* g) *excitantur P. Cr.* h) *pulmentario P. Cr.* i) *fictis Lugd. iactis* ſuſp. *Morg. I, 89. add. II, 15.* k) *infidibuli P. infudibuli Par. Iunt. et Mſ. Pal. infundibili Heru. infidubli Lugd.* l) *dimittitur P. Cr.* m) *aluearibus P. Lugd.*

5, 4 TRANSISSE) Creſc. 2, 22 pro *tranſiſſe transfixam* excerpſit, quod non omnino improbandum videtur. Sed Ienſ. lectio potior eſt, quae *tranſire* ſeruat. PONTED. Sed editio Creſcentii antiquiſſima, qua vtimur, *tranſiſſe*.

6 VT DICTVM EST) Maio 7.

7 Pleraque huius tituli tranſtulit in ſuum opus Creſcent. 9, 101, 102, 103. De eodem argumento Col. 9, 15.

7, 1 AD MELLIS REDITVM) Emendandum auctore Mſ. *ad mellis redactum*, i. vt mel iam redigatur. L. LVIII. §. 1. D. de vſufr. *Sempronio do, lego ex redactu fructuum, oleris et porrinae, quae habeo in agro ferrariorum, partem ſextam.* GRONOVIVS Obſ. 1, 19. Reliqua dantur ad Pallad. 1, 19, 2.

7, 1 MATVRA MELLA TESTANTVR) Mſ. *matura mellantur.* Adiuuanda pudenti coniectura ſcriptio, vt veram habeamus. Nimirum: *mature mellatur*, i. mel colligitur. Verbum digniſſimum Palladio, vnde *mellatio* pro meſſe mellis apud Columellam, Plinium, Solinum. Aut maneat ſane Mſ. lectio: *matura mellantur*, id eſt, maturus fructus redigitur. Vt ſubintelligatur τὸ *mella. Mellare matura*, vt *gaudere vana, iurare falſa.* Haec iterum GRONOVIVS Obſ. 2, 16.

7, 2 PARS — QVINTA) vid. Col. 9, 15, 8.

7, 3 SABANVM) h. l. eſt linum tenuiſſimum. Vox autem haec Romana non eſt, ſed aliunde deriuata, inuenitur enim etiam apud Graecos et Rabbinicos ſcriptores. Vide Matth. Martinium in Lex. Philol. Voſſium de Vitiis Serm. 2, 17; Druſium Animadu. 1, 37. Vſurpatur deinde etiam de variis rebus tanquam materia pro materiato.

diligenter expreſſis. ſed [n] antequam premamus, partes fauorum corruptas, vel [o]
pullos habentes recidemus: nam malo ſapore mella corrumpunt. Mel recens
paucis diebus apertis vaſculis habendum eſt, atque in ſummitate purgandum, do-
nec refrigerato calore [p] muſti more deferueat. Nobilius mel erit, quod ante ex-
preſſionem ſecundam, velut ſponte profluxerit. Hoc etiam menſe ceram confi- 4
cimus, quae in vaſe aeneo, feruenti aqua pleno, minute conciſis fauorum reli-
quiis, mollietur, et deinde [q] in aliis vaſculis ſine aqua reſoluta digeretur [r] in for-
mas. Nunc ſi [s] menſe vltimo, noua egrediuntur examina, cuſtos eſſe debebit
attentus [t], quia nouellae apes [u] vagantibus animis iuuentute [x], niſi ſeruentur, effu-
giunt. exeuntia [y] in aditu ſuo morantur vno aut duobus diebus, quae ſtatim [z]
nouis alueariis excipienda ſunt. Obſeruabit autem cuſtos aſſiduus vsque in octa- 5
vam vel nonam horam, quia poſt haec tempora non facile fugere aut emigrare
conſueuerunt, quamuis aliquae ſtatim et procedere et abire non dubitent. Signa
futurae fugae haec ſunt. ante biduum vel triduum acrius tumultuantur et mur-
murant. quod vbi appoſita frequenter aure explorator agnouerit, ſolicitior aduer-
ſum haec eſſe debebit. Solent haec ſigna [a] et cum pugnaturae ſunt, facere: qua- 6
rum [b] pugnam compeſcit puluis, aut mulſae aquae imber aſperſus. ineſt illi ad
originis ſuae reparandam concordiam, dulcis auctoritas. Sed cum ſe agmina ſic
pacata, in ramo aut loco quocunque ſuſpenderint, ſi vnius vberis eductione pende-
bunt, noris aut vnum regem eſſe vniuerſis, aut reconciliatis omnibus manere con-
cordiam. ſi vero duo vel plura vbera ſuſpendens ſe populus imitatur, et diſcor-
des ſunt, et tot reges eſſe, quot velut vbera videris, confitentur. Vbi globos 7
apium frequentiores videris, vncta manu ſucco [c] meliſſophylli [d] vel apii, reges [e]
requiras.

n) *ſed* om. *E.* o) *vel pu. habentes* om. *P.* p) *muſti calore deferu. Lugd. E.* q) *et inde E.* r) *dirigetur Lugd.* s) *ſed Lugd.* t) *attonitus Lugd. E.* u) *nouellae apes egrediuntur, et vag.* etc. *E.* x) *iuuentute* om. *P.* y) *Exeuntia — diebus* om. *P.* z) *duobus diebus* inſer. *P.* a) *hoc ſigni E.* b) *quarum compeſcit tumultum puluis Lugd.* c) *ſucci P.* d) *mellis P. melisphylli I. B. R. mellis ſoſilli Lugd.* e) *reges* om. *Lugd.*

riato. Hermas Paſtore lib. 3 p. 789 ed. Barthii, *Tunc ait mihi: Succinge te ſabano et miniſtra mihi. Succinxi me ſabano mundo, quod erat factum ex ſacco.* Barthius Adu. 99, 6 explicat h. l. *Sabanum* praecinctorium craſſiuſculum abſtergendis rebus idoneum. Iſidorus Orig. 19, 26 *Sabanum Graecum nomen eſt, facitergium et manutergium a tergendo faciem vel manus vocatur.* SCHOETTG.

7, 3 MVSTI MORE) Mſ. ignorat vocabulum *more*: vt ſuſpicari poſſis Palladium audentiore tralatione mel recens ac feruens *muſtum* appellaſſe, et ſcripſiſſe, vt illic habetur, *donec refrigerato calore muſti deferueat.* Plin. 11, 13 *Eſt autem initio mel vt aqua dilutum, et primis diebus feruet, vt muſtum, ſeque purgat.* Sic *muſteus caſeus, et redire in muſteum ſaporem* caſeos Plinio 11, 42 ſi magno Turnebo fides, eſt quaedam ſpecies mellis, quae *muſtum oleumque* vocatur. Verba enim Plinii, quae vulgo habentur cap. 15 *In omni melle, quod per ſe fluit, muſtum oleumque appellatur, acetum maxime laudabile eſt.* Sed fallitur vir doctiſſimus, neque illud quod muſto oleoque comparat Plinius, eſt aliud aceto. Scribendum autem eſt iuſſu Mſſ. Codd. *In omni melle, quod per ſe fluxit, vt muſtum oleumque, appellatur acetum. Maxime laudabile eſt etiam omne rutilum.* Ita plane membranae Leidenſes, niſi quod iteratur τὸ eſt. idque eiecimus. Mens Plinii eſt apud Palladium proxime dictum locum: *Nobilius mel erit, quod ante expreſſionem ſecundam velut ſponte profluxerit.* Haec GRONOVIVS Obſeru. 2, 16 qui rem acu tetigit. Nam Columella 9, 15, vnde noſter ſua ſumſit, ita habet: *Quae* (vaſa) *paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferueſcat.* Legendum ergo apud noſtrum: *donec refrigerato calore muſteum deferueſcat. Muſteum* ſubſtantiue, i. e. muſteus fructus, ſeu nouus, vt ad Catonem vidimus. SCHOETTG.

7, 4 CERAM CONFICIMVS) Col. 9, 16. SCHOETTG.

7, 4 NVNC SI) Col. 9, 9 ſq. SCHOETTG.

7, 5 SOLENT HAEC SIGNA) *Hoc ſigni* ex Mſſ. tuetur GRONOV. ad Liu. 32, 37 vbi pluribus hanc loquendi rationem reſtituit.

requiras. ſunt autem paulo maiores, et oblongi magis, quam caeterae apes, rectioribus cruribus, neque grandibus pennis, pulchri [f] coloris et nitidi, leues [g] ſine pilo, niſi forte [h] pleniores [i] quaſi capillum gerunt [k] in ventre, quo tamen non vtuntur ad vulnus. ſunt alii fuſci atque hirſuti, quos oportet extingui, et pulchriorem [l] relinqui. qui ſi frequenter vagatur [m] cum examinibus, exectis [n] alis
8 reſeruetur [o]: hoc enim manente nulla diſcedet. Sed ſi nulla naſcantur [p] examina, duorum vel trium vaſculorum multitudinem in vnum conferre poſſumus: dulci tamen liquore conſperſas apes, atque incluſas, per [q] triduum tenebimus, appoſito cibo mellis, et exigua tantum ſpiracula [r] relinquemus in cella. Quod ſi velis aluearium, cui per aliquam peſtem [s], multitudo ſubducta eſt, populi adiectione reparare, conſiderabis in aliis abundantibus, ceras fauorum et extremitates, quae pullos habent, et vbi ſignum naſcituri regis inueneris [t], cum ſobole ſua recides,
9 et in id aluearium pones. Eſt autem hoc futuri regis ſignum: inter caetera foramina, quae pullos continent, vnum maius ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi ſunt, quando eroſis [u] cooperculis ad naſcendum maturi capita nituntur exerere: nam [x] ſi immaturos transtuleris, interibunt. Si autem ſe ſubitum leuabit examen, ſtrepitu [y] aeris terreatur, aut teſtulae: tunc ad aluearium redibit [yy], aut in proxima fronde [z] pendebit, et inde in nouum vas herbis conſuetis et melle conſperſum [zz] manu attrahatur, aut trulla, et cum in eo loco requieuerit, veſpere inter alia collocetur.

VIII. HOC etiam menſe pauimenta faciemus ſub diuo et lateres, more quo dixi.

IX. GRAECI aſſerunt Aegyptios hoc more prouentum futuri [a] cuiusque ſeminis experiri: aream breuem loco [b] ſubacto et humido nunc excolunt, et in ea diuiſis ſpatiis omnia frumenti [c] vel leguminum ſemina ſpargunt. Deinde in ortu caniculae, qui [d] apud Romanos quartodecimo Calendarum Auguſtarum die tenetur, explorant quae ſemina ortum ſidus exurat, quae illaeſa cuſtodiat. his abſtinent, illa procurant [e]; quia indicium noxae aut beneficii, per annum futurum generi vnicuique, ſidus aridum praeſenti exitio vel ſalute praemiſit.

X. PER

f) *pulchrioris et P.* g) *lenes Lugd.* h) *fronte P. Cr.* i) *pleniorem* coni. *Morg. I,* 90. add. *II,* 16. k) *gerant Lugd.* l) *pulchriores P. Cr.* m) *vagantur P.* n) *ereptis P. Cr. E. exemptis I. B. R. exectis I. I — Gr. eruptis halis Lugd.* o) *reſeruentur P. ſeruentur Cr.* p) *naſcantur* om. *E.* q) *per triduum* deeſt *P.* mox *appoſito melle E.* r) *reſpiramina Cr. ſpiramina E.* s) *partem Lugd.* t) *erit P.* mox *id* om. *E.* u) *eroſis* om. *E.* x) *ſi iam maturos Lugd.* y) *ſonitu P.* yy) *rediet P. Lugd. E.* z) *rupe P.* zz) *conſperſo attr. et cum P. conſperſa Lugd.* [T. IX.] a) *futuri* abeſt *I. B. R. venturi E.* b) *leui P. in loco ſub. E.* c) *legumina vel frumenti P.* d) *quae Lugd.* e) *his abſtineant, illa procurent E.*

7, 7 PLENIORES QVASI CAPILLVM) Locus aperte corruptus, ſed neque emendatu, certe intellectu, difficilis ex Col. 9, 10, 1 cuius verba prae oculis dubio procul noſter habuit iſta: *ſine pilo, ſine ſpiculo, niſi quis forte pleniorem quaſi capillum, quem in ventre gerunt, aculeum putet* etc.

7, 9 VELVT VBER) *tuber* legit Harduinus ad Plin. 9, 16. SCHOETTG.

7, 9 COOPERCVLIS) Quae quando tenerae apiculae corrodere incipiunt, tunc ſignum eſt, eas perfectas eſſe. Sunt enim inſtar ouorum membranulae, quae ſingulas cingunt, vt ait Plinius. SCHOETTG.

8 Vid. Mai. 11, et 12.

9 GRAECI) Zoroaſtres Geop. 2, 15. SCHOETTG. Sed nulla hic Aegyptiorum mentio.

II QVO

X. PER[a] olei libras ſingulas chamaemeli[b] herbae florentis auream[c] medietatem, proiectis albis foliis, quibus flos ambitur, vnciarum ſingularum pondus infundis[d], et quadraginta diebus in ſole conſtitues.

XI. [*De oenanthe.*] SILVESTRES[a] vuas, cum florent, ſine rore colligimus, et expandimus in ſole, ne quid reſtet humoris, et flos ad excutiendum ſiccior apparetur. tunc cribello ſpiſſo cernimus, vt grana non tranſeant, ſed flos ſolus decidat. hunc in melle ſeruamus infuſo: et cum diebus triginta fuerit conditum, temperamus eo genere et more, quo roſatum moris eſt temperare.

XII. [*De Alica.*[a]] ORDEVM ſemimaturum[b], cui adhuc ſupereſt aliquid de virore, per manipulos ligabis, et torrebis in furno[c], vt facile mola poſſit infringi, et in modio vno ſalis aliquantum, dum molitur, miſcere curabis ac ſeruabis[d].

XIII. IVNIVS ac Iulius horarum ſibi aequa ſpatia contulerunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXII |
| Hora | II | et | X | pedes | XII |
| Hora | III | et | IX | pedes | IIX |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | V |
| Hora | V | et | VII | pedes | III |
| Hora | VI | | | pedes | II |

[T. X.] a) om. totum caput *P.* b) *camomillae I. B. R. chamaemillae I. I — G. chamimeli Lugd. cameli* ſupraſcr. *camamilli E.* c) *aureae medietatis I. I — G.* d) *infundes Lugd.* [T. XI.] a) om. caput *P.* [T. XII.] a) *dialſita Lugd.* b) *ſeminarium Lugd.* c) *forno Lugd.* d) *ſeruas a. V.*

11 QVO ROSATVM) de quo noſtra Maio 13.

12 Huic titulo lemma fecit, quisquis fecit de *alica:* ſed neque Plinii alica 18, 11 ſ. 29 neque ea, cuius Apicius ſemel iterumque meminit, neque χόνδρος Geoponicῶν 3, 7 cum hac deſcriptione convenit. Congruit autem melius polentae, e qua cereuiſia coquitur; licet ea apud nos hodie potius aqua adſperſa, et calore modico fota quaſi repueraſcere cogatur. Video hoc iam obſeruatum Io. Brùyerino de re cibaria 5, 12 p. 346 qui etiam 5, 9 varia polentae genera enarrat, praeſertim ex Plinio 18, 7 ſ. 14.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

# DE RE RVSTICA

## LIBER OCTAVVS.

### TIT. I.

IVLIO menſe agri qui Aprili proſciſſi fuerant, circa Calendas iterantur [a]. Nunc locis temperatis tritici meſſis expletur, more quo dictum eſt. ſilueſtres agri vtiliſſime [b] extirpabuntur [c] arboribus atque virgultis, cum luna decreſcit, deſectis [d] radicibus atque combuſtis. Hoc menſe arbores [e], quae in meſſe ſteterant, ſectis meſſibus obruantur aggeſtione terrarum propter nimios ſolis ardores. Opera vna x x maximas obruet. Nunc et nouellae vites mane et veſpere, iam calore depoſito, effodi debent, et auerſo gramine puluerari. Hoc menſe vtiliter, vel ante caniculares dies, filices extirpabis, et caricem.

II. HOC etiam [a] menſe cepullas ſerimus, irriguis ac frigidis locis, et radicem [b], et atriplicem, ſi rigare poſſumus, et ocimum, maluas, betas, lactucas, et porros rigandos [c]. Hoc menſe loco irriguo [d], napos ſeremus, et rapa, ſolo putri [e] et ſoluto, nec ſpiſſo. locis humidis laetantur, et campis. ſed napus in
2 ſicco et prope tenui, atque deuexo, et ſabuloſo melior [f] naſcitur. Loci proprietas vtrumque ſemen in alterum mutat. nam rapa in alio ſolo per biennium ſata [g] mutantur in napos; alio vero, napus tranſit in rapum [h]. Subactum ſolum ſtercoratum verſatumque conquirunt, quod et ipſis et ſegetibus proderit, quae ibi anno

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. VIII. *ſiue Iulius.* T. I.] a) *iterentur E.* b) *vtillime I. B. R. E. Lugd. Mſ. Com.* c) *extirpentur P.* d) *defectis Lugd.* e) *arbores* om. *E.* [T. II.) a) *etiam* om. *P.* b) *radices Lugd. E. radices, maluas etc.* om. reliquis *P.* c) *rigamus P.* d) *riguo Lugd. E.* e) *puro I. B. R. putrido E.* f) *melior* id. g) *ſata* om. *E.* h) *rapa Lugd. E.*

IVLIVS.

1 DICTVM EST) Iun. 2.

1 VTILISSIME) Mſ. Lugd. et membranae Commelinianae *vtillime*, quemadmodum et infra 11, 4, 1. Gronouius Obſ. 3, 18. Seruauit deſcriptor iſte analogiam: quemadmodum enim ab *humilis* eſt *humillimus*, ab *agilis*, *agillimus*, ſic ab *vtilis* fecit *vtillimus*. SCHOETTG. De re ipſa Col. 11, 2, 52.

1 MANE ET VESPERE) Geop. 3, 10 ἕως δευτέρας ὥρας, vt legit Braſſicanus, καὶ δείλης ἕως ὀψίας: quem locum non recte videtur emendaſſe doctiſſimus Needhamus ita, ἑοῦς ἀπὸ δευτέρας ὥρας et vertiſſe *mane* AB *hora ſecunda.* Taceo, quod vix Graece ita dici poſſe putem: illud ſententiae et rei ipſius, de qua agitur, naturae, et Columellae Arb. 12, 1 verbis, Palladiique, aduerſum, *a ſecunda demum hora* incipi eum puluerandi laborem. Itaque vel ſimpliciter retinenda vetus lectio; illud enim ἕως δευτ. ὥρ. ſatis indicat ſummo mane incipiendum, vel ſi illud ἀπὸ eſt ex Mſ. legendum, ἀπὸ ἕω, ἕως δευτέρας ωρας, vel ἑοῦς ἄπο, ἕως δευτέρας ὥρας.

2, 1 NAPOS — ET RAPA) Eadem Col. 2, 10, 23.

3, 1 SICVT

anno eodem ſeruntur. Iugero raporum quatuor ſextarii, napi autem quinque ſuf-
ficiunt. Si ſpiſſa ſunt, interuelles aliqua, vt caetera roborentur. Vt vero ſemina 3
maiora redigantur, eruta rapa, foliis omnibus purgabis, et ad dimidii digiti craſſi-
tudinem in caule ſuccides. Tunc in ſulcis diligenter ſubactis, octonis digitis ſepa-
rata obrues, et iniicies terram, et [i] calcabis. ita magna naſcentur.

III. HOC etiam menſe emplaſtratio [a] celebrari poteſt, ſicut ante demon-
ſtraui, et pirus vel malus locis humidis nunc inſita, me explorante, proceſſit.
Hoc etiam menſe in pomis ſerotinis, quae vbertate nimia ramos onerauerunt
(ſicut praedixi) interlegenda [b] ſunt, ſiqua vitioſa repereris, vt arboris ſuccum ver-
tamus ad meliorum nutrimenta pomorum. Nunc citri [c] taleam loco irriguo, fri- 2
gidis regionibus me plantaſſe memini, et quotidianis animaſſe liquoribus, quae et
naſcendo et afferendo votum felicitatis aequauit [d]. Hoc tempore [e], locis humidis
inoculari ficus, et inſeri citrius [f] poteſt: menſe iam medio, palmae planta circum-
fodi [g]. Nunc locis temperatis, amygdala matura ſunt ad legendum.

IV. HOC tempore maxime [a] tauris ſubmittendae ſunt vaccae, quia decem
menſium partus ſic [b] poterit maturo vere concludi; et certum eſt eas poſt ver-
nam pinguedinem geſtientes veneris amare laſciuiam. Vni tauro quindecim vac-
cas Columella aſſerit poſſe ſufficere, curandumque ne concipere nequeant nimie-
tate pinguedinis. Si abundantia pabuli eſt in regione, qua paſcimus, poteſt annis
omnibus in foeturam [c] vacca ſubmitti: ſi vero indigetur [d] hoc genere, alternis
temporibus onerandae ſunt, maximeque, ſi eaedem vaccae alicui operi ſeruire
conſueuerunt. Hoc menſe arietes candidiſſimi eligendi et admittendi ſunt molli- 2
bus lanis, in quibus non ſolum corporis candor [e] conſiderandus eſt, ſed etiam lin-
gua [f]: quae ſi maculis fuſcabitur, varietatem reddit in ſobole. De albo plerum-
que [g] naſcitur coloris alterius: de fuſcis nunquam [h] (ſicut Columella dicit) poteſt
albus [i] creari. Eligemus arietem altum, procerum, ventre promiſſo [k], et lanis
candidis [l] tecto, cauda longiſſima, velleris denſi [m], fronte lata, magnis teſtibus,
aetatis trimae, qui tamen vſque in octo annos poteſt vtiliter inire. Foemina de- 3
bet bima ſubmitti; quae vſque in quinquennium foeturae neceſſaria eſt, anno
ſeptimo deficit. eligenda eſt vaſti corporis, et prolixi velleris, ac molliſſimi, la-
noſi et magni vteri. Sed prouidendum eſt in hoc genere, vt pabuli vbertate ſatu-
retur, et longe paſcatur a ſentibus, qui et lanam minuunt, et corpus incidunt.
Admittendi ſunt menſe Iulio, vt nati ante hiemem conualeſcant. Ariſtoteles aſſe- 4
rit,

i) *calcibus proculcas P.* [T. III.] a) *impl. Lugd. E.* b) *legenda P.* c) *etiam I. B. R.* d) *aequabit Lugd. I. B. R.* om. ab hoc verbo vsque ad *Nunc etc. P. felicitatibus. E.* e) *Hoc menſe E.* f) *citreum Lugd. I. B. R. E.* g) *colligenda P.* [T. IV.] a) *maxime* om. *P. et tauris E.* b) *ſic* om. *P.* c) *futurum Lugd.* d) *indigent E.* e) *ſplenor P. ſplendor Cr.* f) *linguae E.* g) *quandoq. Cr. quoque plerumque E.* h) *namque P.* i) *alius Cr.* k) *promiſſis*, ſed ſupraſcr. *prominente E.* l) *candidiſſimis Lugd.* m) *depreſſi Creſc.*

3, 1 SICVT ANTE DEMONSTRAVI) Iun. 5, 2.

3, 1 SICVT PRAEDIXI) Iun. 5, 1.

4, 1 COLVMELLA) 6, 24, 3. Deſcripſit autem hanc ſectionem Creſc. 9, 62.

4, 2 HOC MENSE ARIETES) Deſcripſit Creſc. 9, 69.

4, 2 COLVMELLA) 7, 2, 6 vnde etiam arietis, quae ſequitur, deſcriptio hauſta eſt.

4, 4 ARISTOTELES) H. An. 6, 19. SCHOETTG. Inde Col. 7, 3, 12.

rit, ſi maſculos plures creari velis, admiſſurae tempore ſiccos [n] dies, et halitum Septentrionis eligendum, et contra eum ventum greges eſſe paſcendos: ſi foeminas generari [o] velis, Auſtri captandos flatus, et in eum paſcua dirigenda, ac ſic ineundas matres. [vt [p]] mortuarum vel vitioſarum [q] numerus nouella [r] ſobole re-
5 paretur. Autumno debiles quaeque pretio mutentur, ne eas imbecillas hibernum frigus abſumat. Aliqui duobus ante menſibus arietes a coitu reuocant, vt facem libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidam coire ſine diſcretione permittunt, vt hoc eis genere per annum totum foetura non deſit.

V. HOC menſe, cum ſol Cancri tenebit hoſpitium, luna ſexta in Capricorni [a] ſigno poſita, gramen ablatum Graeci aſſerunt nihil de radicibus rediturum [b]. Item ſi bidentes cyprei fiant, et ſanguine tingantur hircino, et poſt fornacis ardores non aqua, ſed eodem ſanguine temperentur, per eos erutum gramen extingui.

VI. HOC menſe vinum ſcillite ſic facimus: ſcillam [a] de montanis aut maritimis locis ſub ortu [b] Canicularum [lectam] procul a ſole ſiccamus. Ex hac in vini amphoram vnius librae menſuram mittimus, inciſis ante [c] tamen ſuperfluis,
2 et abiectis foliis, quibus pars extrema velatur [d]. Quidam velamina ipſa [e] filo inſerta ſuſpendunt, vt vino infuſa [f] mergantur, et non admiſta fecibus poſt XL dierum ſpatium ſerta quae appenſa ſunt auferantur. Hoc vini genus tuſſi reſiſtet [g], ventrem purgabit, flegma diſſoluet [h], ſpleneticis proderit, acumen praeſtabit [i] oculorum, concitabit digeſtionis auxilia.

VII. [*De hydromelli.*] INCHOANTIBVS Canicularibus diebus aquam puram pridie ſumis ex fonte. In tribus aquae ſextariis, vnum ſextarium non diſpumati mellis admiſces, ac diligenter per [a] carenarias diuiſum quinque horarum ſpatio continuo per inueſtes pueros curabis agitare vaſa ipſa concutiens. Tunc XL diebus ac noctibus patieris eſſe ſub caelo.

VIII. [*De aceto ſcillitico.*] SQVILLAE albae crudae proiectis duris, atque extrinſecus poſitis omnibus, teneram medietatem ad libram et ſex vncias per minutas

n) *ſic cuſtodies P. Cr. E.* o) *creare E.* p) *vt* om. *Lugd. E.* q) *initiatarum P.* r) *nouella* om. *P.* [T. V.] a) *capricornu Lugd. capricorno E.* b) *redditurum Lugd. I. B. R.* [T. VI.] a) *ſquillam Lugd. E.* b) *ortum canicularium Lugd. lectam* om. *E.* mox, *et ex hac in v. amphora.* c) *ante* om. *P.* d) *vallatur Mſſ. E.* e) *ipſa* om. *P.* f) *inſerta P.* g) *per* inſ. *Lugd.* h) *purgabit: ſpenetiori P. ſplenicis Pal.* i) *praebebit E.* [T. VII.] a) *per carenarias* om. *P. cauernas Pal. E. çaraenarias Lugd. caroen. I. B. R.*

4, 4 [VT] MORTVARVM) Optime Lugdunenſis Codex omittit τὴν *vt*, quam proinde coërcendam putauimus, ne abſurde committatur ſententia. Conſequens fuit, vt etiam poſt *matres* interpungeremus.

5 REDITVRVM) Si hanc lectionem ſerves vel *gramen ablatum* conſtructione Graeca ponitur pro ablatiuis conſequentiae, vel *nihil* pro *non.* Facilior, credo etiam verior, lectio ſupra propoſita *redditurum.*

6, 1 VINVM SCILLITE) Col. 12, 33. SCHOETTG.

6, 1 QVIBVS PARS EXTREMA VELLATVR) Longe ſuauius Mſſ. *vallatur.* Pari ſimilitudine Cicero lib. 2 de N. D. *Munitaeque ſunt palpebrae tanquam vallo pilorum.* De ſenectute: *frugem vallo munitam ariſtarum.* Haec GRONOVIVS Obſeru. 3, 18. Videtur aduerſari viro ſummo, quod ſtatim ſequitur *velamina* de eadem re.

6, 2 INFVSA MERGANTVR) Quidſi *infuſo?*

7 Ex Col. 12, 12 et Geop. 8, 28. SCHOETTG.

7 PER INVESTES PVEROS) Ita et Oct. 14, 16.

minutas partes recides, et in aceti acerrimi duodecim ſextariis merges. Vas ſignatum quadraginta diebus patieris eſſe ſub ſole: poſt abiecta ſquilla acetum diligentius excolabis, et in bene picato [a] vaſe transfundes. Aliud acetum digeſtioni et 2
ſaluti accommodum: Squillae dragmas VIII, aceti ſextarios XXX mittis in vaſculo, et piperis vnciam vnam, mentae et caſiae aliquantum [b], et poſt [aliquod [c]] tempus vteris.

IX. SINAPIS ſemen ad modum ſextarii vnius et ſemis [a], redigere curabis in puluerem, cui mellis pondo V, olei Hiſpani [b] vnam libram, aceti acris vnum ſextarium miſces, et tritis omnibus diligenter vteris.

X. IVLII [a] et Iunii horas par [b] menſurarum libra compoſuit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXII |
| Hora | II | et | X | pedes | XII |
| Hora | III | et | IX | pedes | IIX |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | V |
| Hora | V | et | VII | pedes | III |
| Hora | VI | | | pedes | II |

[T. VIII.] a) *picata vaſa Lugd. E.* b) *aliquantulum* id. c) *aliquod* om. *Lugd. I. B. R. E.* [T. IX.] a) *ſemiculi E.* poſt *reddere* id. b) *panis P. Spani Lugd.* [T. X.] a) *Iulii menſis et Iun. E.* b) *per menſuram libra conponſuit Lugd.*

PAL-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI
# DE RE RVSTICA
## LIBER NONVS.

### TIT. I.

AVGVSTO [a] menſe vltimo circa Calendas Septembris ager planus, humidus, exilis incipiat exarari. Nunc maritimis locis vindemiae [b] apparatus vrgetur. Hoc etiam menſe locis frigidiſſimis occatio vinearum fit [c].

II. HOC tempore, ſi terra exilis in vinea eſt, et vinea ipſa miſerior, tres vel quatuor lupini modios in iugero ſpargis [a], atque ita occabis. Quod vbi fruticauerit [b], euertitur, et optimum ſtercus praebet in vineis, quia laetamen propter vini vitium [c] non conuenit inferre vinetis.

III. NVNC [a] locis frigidis pampinatur, locis vero feruentibus [b] ac ſiccis obumbratur potius vua, ne vi ſolis areſcat, ſi aut vineae breuitas, aut facultas operarum permittit. Hoc etiam menſe extirpare poſſumus careċta atque fileċta [c].

IV. NVNC vrenda ſunt [a] paſcua, vt et altorum fruticum feſtinatio reprimatur ad [b] ſtirpes, et incenſis aridis noua laetius [c] ſuccedant.

V. HOC etiam menſe vltimo [a], ſiccis locis rapa et napus ſerenda ſunt, hac ratione qua [ante [b]] dictum eſt. Hoc menſe vltimo, locis ſiccioribus radices ſeruntur, quae hieme ſui vſum miniſtrent. amant terram pinguem, ſolutam, et [c] diu ſubactam, qualem rapa. tofum et glaream reformidant. gaudent caeli ſtatu nebuloſo.
2 ſerendae ſunt ſpatiis grandibus et alte foſſis. meliores proueniunt in arenis. ſerantur poſt nouam pluuiam, niſi poſſint ſorte rigari. quod ſatum eſt, ſtatim debet operiri leui ſarculo. Iugerum duo ſextarii, vel, vt quidam, quatuor, cum ſeruntur, implent [d]. Laetamen non eſt ingerendum, ſed potius paleae: quia inde fungoſae ſunt. Suauiores fiunt, ſi eas aqua ſalſa [e] frequenter aſpergas. Radices foeminini generis putantur, quae minus acres [f] ſunt, et habent folia latiora [et [g]] leuia, et cum iucundita-
3 te virentia. Ex his ergo ſemina colligemus. Maiores fieri creduntur, ſi ſublatis omnibus foliis, et ſolo tenui caule dimiſſo [h], ſaepe terris operiantur. Si ex nimis acra

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. IX. *ſiue Auguſtus.* T. I.] a) *Hoc Lugd. I. B. R. E.* Vid. ad princ. Ianuarii. b) *vineae P.* c) *fit* om. *Lugd. eſt E.* [T. II.] a) *ſeres P.* b) *frutificauerit E.* c) *vim P. pro vini vitio E.* [T. III.] a) *Tunc E.* ſic et Tit. 4. b) *ardentibus Lugd. P. E.* c) *filiceta I. I — G.* [T. IV.] a) *ſunt arida P.* b) *ad ſtirpes* om. *P.* c) *laetius berba ſuccedat Lugd. E.* [T. V.] a) *vltimo* om. *P.* b) *ante* om. *I. B. R. E.* c) *et* om. *Lugd.* d) *implebunt E.* e) *ſola P.* f) *accreſcunt et P.* g) *et* om. *Lugd. E. et leuia* om. *P. leuiora I. B. R. laetiora E.* h) *demiſſo Com.*

AVGVSTVS.

2 Col. 2, 16, 5.

5, 1 DICTVM EST) Iul. 2, 1.

5, 3 EX NIMIS ACRA) Florent. Geop. 12, 22 Ῥαφανίδες γλυκεῖαι ἔσονται, ὧν ἂν τὸ σπέρμα, οἰνομέλιτι ἢ χυλῷ ςαφύλων διαβρεχῇ. SCHOETTG.

5, 3 RA-

acra [i] dulcem fieri velis, ſemina die et nocte melle macerabis, aut paſſo. Raphanum tamen, ſicut braſſicam, conſtat eſſe vitibus inimicam [k]. Nam ſi circa ſe ſerantur, natura diſcordante refugiunt. Hoc etiam menſe paſtinacas [l] ſeremus.

VI. ETIAM nunc emplaſtrantur arbuſta. Pirum nunc [a] plerique inſerunt, et locis irriguis arborem citri [b].

VII. HOC menſe crabrones moleſti [a] ſunt alueariis apum, quos perſequi ac necare debemus. Nunc etiam quae Iulio non occurrimus [b], exequamur.

VIII. NVNC [a] ſi deerit aqua, eam quaerere ac veſtigare debebis, quam taliter poteris inuenire. Ante ortum ſolis iis locis [b] quibus aqua quaerenda eſt, aequaliter pronus mento ad ſolum depreſſo iacens in terra ſpectabis orientem, et in quo loco criſpum ſubtili nebula aërem ſurgere videbis [c], et velut rorem [d] ſpargere, ſigno aliquo vicinae ſtirpis aut arboris praenotabis. nam conſtat ſiccis locis, vbi hoc fiet, aquam latere. Sed terrarum genus [e] conſiderabis, vt poſſis vel de tenuitate, vel
de abundantia iudicare. Creta tenues nec optimi ſaporis venas creabit; ſabulo ſo- 2
lutus exiles, inſuaues, limoſas, et ſpatio altiore ſubmerſas; nigra terra humores et ſtillicidia non magna ex hibernis imbribus et liquore collecta, ſed ſaporis egregii; glarea [f] mediocres et incertas venas, ſed ſuauitate praecipuas [g]; ſabulo maſculus, et arena, et carbunculus certas, et vbertate copioſas: in ſaxo rubro bonae et abun-
dantes ſunt. Sed prouidendum eſt, ne inuentae [h] inter rimas refugiant, et per 3
interuenia dilabantur. Sub radicibus montium, et in ſaxis [i] ſilicibus vberes, frigidae, ſalubres: Locis campeſtribus ſalſae, graues, tepidae, inſuaues [k]: quarum ſapor ſi optimus fuerit, noueris eas ſub terris exordium de monte ſumſiſſe. ſed in mediis campis montanorum fontium ſuauitatem conſequentur [l], ſi vmbrantibus te-
gantur arbuſtis. Sunt et haec ſigna veſtigandae aquae [m], quibus tunc credimus, ſi 4
neque lacuna eſt, neque aliquis ibi ex conſuetudine humor inſidet [n] aut praeterit. Iuncus tenuis, ſalix [o] ſiluatica, alnus, vitex [p], arundo, edera caeteraque, ſi qua

i) *acri B. R.* ſed *acra* etiam *Ienſ. it. Lugd.* k) *inimicum E.* l] *paſtinacam E.* rectius. [T. VI.] a) *nec P.* b) *nutriri P.* [T. VII.] a) *infeſti P.* b) *occurrimus I. B. R. occurrimus facere, exequ. P. excurrimus, exeq.* reliqui. [T. VIII.] a) *Tunc E.* mox *eam* om. et poſt *inueſtigare debes.* b) *ſolis Lugd.* c) *videris Lugd. E.* d) *rorem* om. *Lugd.* e) *terrae genus E.* f) *glareae Lugd. E.* g) *ſed ſuauitate praecipua E.* bene. h) *in ventre P.* i) *ſaxis* om. *P.* k) *plerumque* add. *Cr.* l) *ſequentur Lugd. E.* m) *aquae* om. *E.* ſed eſt *veſtiganda.* n) *incidit. Iuncus Cr. inſideat E.* o) *ſalix ſi ſiluatica repereris. Fodiatur,* reliquis omiſſis *Lugd.* p) *vitex* om. *P. Cr.*

5, 3 RAPHANVM VITIBVS INIMICAM) Ex aliis auctoribus hoc idem prolixe probat Ptolemaeus Flauius Coniect. c. 97. SCHOETTG. Habet etiam Creſc. 6, 98. De braſſica ad Cic. de N. D. 2, 47. Orta opinio ex ambiguitate verbi ῥάφανος, quae Atticis braſſicam ſignificabat. Quam Plinio errandi occaſionem dederit, oſtendit Salmaſius Hyles iatricae c. 31. cuius inuentis hic etiam tacito auctore, vtitur Harduinus ad Plin. V. S. 26. n. 3.

7 OCCVRRIMVS) Adoptauimus lectionem magna conſenſione optimorum librorum comprobatam: alterum *facere* et ipſum bonum putamus; licet non audeamus recipere. *Occurrimus facere* mere Graecum eſt, ἐφθάσαμεν ποιεῖν vel ποιήσαντες. Sed poteſt *facere* omiſſum intelligi.

8 Hoc caput ad verbum fere deſcriptum e Vitruuio 8, 1. Vide etiam Plin. 31, 3. SCHOETTG. Hunc titulum cum 9 et 10 deſcripſit Creſc. 1, 7.

8, 2 SABVLO SOLVTVS) et *maſculus* quomodo differant, docere ſtudet Philander ad Vitruuium l. c. nimirum *maſculum* putat aſperum, ſcabrum, minus flauum, ſubfuſcum; contraria eſſe in ſoluto.

8, 3 PER INTERVENIA) Epitome Vitruvii c. 3 *Sed prouidendum erit, ne inter rimas ſaxorum, quum ſuſpenſue ſunt, decurrant.* Vox *interuenia* legitur etiam apud Vitruuium, et notat rimas ſeu venas ſaxorum. SCHOETTG.

8, 4 SALIX SILVATICA) An *ſalix erratica*, vt tradidit Vitruuius 8, 1 ex quo haec deſumſit Palladius: *Signa autem*, inquit, *quibus terrarum*

5 qua humore gignuntur. Locus [q] ergo, vbi ſupradicta [r] ſigna repereris [s], fodiatur latitudine pedibus tribus, altitudine pedibus quinque, et proxime ſolis occaſum, mundum vas ibi aereum vel plumbeum interius vnctum inuerſum ponatur in ſolo ipſius foſſionis. Tunc ſupra foſſa [t] labra crate [u] facta de virgis ac frondibus, addi-
6 taque terra, ſpatium omne cooperiatur [x]. Sequenti [y] die aperto loco, ſi in eodem vaſe ſudores [z] intrinſecus inuenientur, aut ſtillae, aquas ibi eſſe non dubites. Item ſi vas figuli ſiccum, neque coctum, eadem ratione ponatur, ac ſimiliter operiatur; altero [ vero ] die, ſi aquarum vena eſt [a], in praeſenti vas concepto humore ſoluetur. Item vellus lanae aeque poſitum, vel [b] coopertum, ſi tantum colligit
7 humoris, vt alia die fundat expreſſum, copias ineſſe teſtabitur. Item lucerna oleo plena et accenſa, ſi ibi ſimiliter tecta ponatur, et ſecuto [c] die inueniatur extincta ſuperantibus alimentis, aquas idem locus habebit. Item ſi in eo loco focum feceris, et terra vaporata humidum fumum nebuloſumque ructauerit, aquas ineſſe [d] cognoſces. His itaque repertis, certa ſignorum firmante notitia, puteum fodies, et aquae caput requires: vel ſi plura ſunt, in vnum colliges. Tamen maxime ſub radicibus montium in Septentrionali parte quaerendae ſunt aquae, quia in his locis magis abundant, vtilioresque naſcuntur.

IX. SED in fodiendis [a] puteis cauendum eſt foſſorum periculum, quoniam plerumque terra ſulfur, alumen, bitumen educit, quorum [b] ſpiritus miſti anhelitum peſtis

q) *Locis P. Locus vero vbi E.* r) *praedicta P. Cr. E.* s) *reperis I. B. R.* t) *foſſam cra. P. Cr. foſſae E.* u) *crates Lugd. P. E. I. B. R.* mox *virgultis E.* x) *cooperiat I. B. R. Cr. E.* y) *ſecundo Lugd. altero E.* z) *ſud. inueniantur P. Cr.* a) *proxima fuerit Cr.* b) *et Cr.* c) *ſecundo Cr. Lugd.* d) *ibi fore agnoſcas Cr.* [T. IX.] a) *defodiendis Lugd.* b) *quae ſpiritum peſtis Cr.*

*terrarum generibus ſuberunt aquae, praeter quod ſupra ſcriptum eſt; haec erunt, ſi inuenientur naſcentia, tenuis iuncus, ſalix erratica, alnus, vitex, arundo, hedera, aliaque.* Ita Plinius 31, 3 *Aquarum notae iuncus et harundo, aut herba de qua dictum eſt: multumque alicui loco pectore incubans rana: ſalix etiam erratica et alnus, aut vitex, aut hedera ſponte proueniunt.* PONTED.

8, 4 HVMORE GIGNVNTVR.) Omnes ſtirpes humore gignuntur, ſed non omnes multo humore gaudent. Quare hunc locum hoc modo expreſſit Creſcent. 1, 8 *Caeteraque quae humore multo aquoſa gignuntur.* At Vitruuius 8, 1 ſic hac de re eſt locutus: *Aliaque, quae huiusmodi ſunt, quae non poſſunt naſci, nec ali per ſe ſine humore.* In Vaticanis porro codicibus huius ex Creſcentio commemoratae lectionis veſtigium extat, nam haec leguntur: *certaque ſi aq̃ humore* etc. τὸ enim aq̃ *aquoſa* ſignificare videtur. PONTED.

8, 5 LOCVS ERGO) Idem docent Paxamus Geop. 3, 4 et Democritus 3, 6. SCHOETTG.

8, 5 INTERIVS VNCTVM) contra rubiginem ex humore, credo: et vt facilius in guttas coëant vapores a pinguedine quaſi refugientes, quippe ſpecifice, vt philoſophi aiunt, leuiore.

8, 6 SI AQVARVM VENA EST) Creſcentius: *Si aquarum vena proxima fuerit.* Vitruuius: *Si is locus aquam habuerit.* PONTED.

8, 6 IN PRAESENTI) Apud Creſcentium τὸ *in praeſenti* non lego, neque apud Vitruuium qui ait: *cum apertum fuerit, vas humidum erit, et etiam diſſoluetur ab humore.* A quo excerpens Plinius, de huiusmodi aquarum inuentionibus ſic 31, 3 loquitur: *Si figlinum humidum ruptumue aut in aere ſudor, vel lucerna ſine defectu olei reſtincta, aut etiam vellus lanae madidum reperiatur, non dubie promittunt aquas.* PONTED. Quidſi fuit in Palladio, *ſi aquarum vena eſt in proximo*: quod in compendiis ſcribendi facile pro *praeſenti* irrepere potuit? niſi forte ipſum *in praeſenti* poſuit pro *in proximo.*

8, 7 EXTINCTA SVPERANTIBVS ALIMENTIS) Vitruuius: *et poſtero die non erit exſucta, ſed habuerit reliquias olei et ellychnii, ipſaque humida inuenietur.* Epitome: *Lucerna plena oleo incenſa, ſi in eodem loco ſimiliter adoperta, in alia die lucens fuerit inuenta, indicabit eum locum aquam habere, propterea quod omnis calor ad ſe trahit humorem.*

9 Ex Vitruuio 8, 7. SCHOETTG.

9, 2 FOR-

peſtis exhalant, et occupatis ſtatim naribus extorquent animas, niſi quis fugae ſibi
velocitate ſuccurrat. Prius ergo quam deſcendatur ad intima [c], in eis locis lucer-
nam ponis accenſam, quae ſi extincta non fuerit, periculum non timebis; ſi vero
extinguetur [d], cauendus eſt locus [e], quem ſpiritus mortifer occupabit. Quod ſi 2
alio loco aqua non poteſt inueniri, dextera laeuaque puteos fodiemus, vſque ad
aquae ipſius libramentum, et ab his foramina hinc inde patefacta, velut nares, in-
tus [f] agemus, qua nocens ſpiritus euaporet: quo facto, latera [g] puteorum ſtructu-
ra ſuſcipiat. Fodiendus eſt autem puteus [h], latitudine octo [i] pedum quoquouer-
ſum [k], vt binos pedes ſtructura concludat: quae ſtructura vectibus ligneis ſubinde
denſetur [l], et ſtructa ſit lapide tofacio [m], vel ſilice. Si aqua limoſa fuerit [n], ſalis 3
admiſtione corrigatur. Sed dum foditur [o] puteus, ſi terra non ſtabit vitio gene-
ris diſſoluti, aut humore laxabitur, tabulas obiicies directas vndique, et eas trans-
verſis vectibus ſuſtinebis [p], ne fodientes ruina concludat.

X. AQVAM vero nouam ſic probabis: in vaſe aeneo nitido ſpargis, et ſi
maculam non fecerit, probabilis iudicetur. Item decocta aeneo vaſculo, ſi are-
nam vel limum non relinquit [a] in fundo, vtilis erit. Item ſi legumina cito vale- 2
bit excoquere, vel ſi colore perlucido carens muſco, et omni labe pollutionis alie-
na. Sed qui in alto ſunt putei, perforatis vſque ad infimam [b] partem terris ad loca
inferiora, poſſunt vice fontis exire, ſi vallis ſubiectae natura permittat.

XI. CVM vero ducenda eſt aqua, ducitur aut forma ſtructili [a], aut plumbeis fiſtulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. Si per formam ducetur, ſolidandus eſt canalis, ne per rimas aqua poſſit elabi: cuius magnitudo pro aquae menſura facienda eſt. Si per planum veniet, inter ſexagenos vel centenos pedes ſenſim reclinetur ſtructura in [b] ſeſquipedem, vt vim poſſit habere currendi. Si quis

c) quid ſi *infima? vltima E.* d) *extinguatur E.* melius. e) *locus mortifer. Quod P.* f) *intro Lugd. P. E.* g) *latera* om. *E.* mox *ſuſcipiet.* h) *puteus* om. *E.* i) *V. I. B. R. vel VII.* inſ. *Cr.* k) *quaquauerſum P.* l) *denſentur Pol. et Lugd.* m) *toſicio Lugd. E.* n) *ſit P.* o) *fodietur E.* p) *ſuſtin.* om. *Lugd.* [T. X.] a) *reliquit E.* bene. b) *vltimam I. B. R.* [T. XI.] a) *ductili E.* ſed correctum *fictili,* et add. vel *ſtructili.* b) *in* om. *I. B. R. E. in VI pedes Cr.*

9, 2 FORAMINA — VELVT NARES) Plin. 31, 3 ſ. 28 *aeſtuaria vocat, quae illum graviorem halitum recipiant.*

9, 1 SALIS ADMISTIONE) Vtrum Eliſae vati iam cognita fuit iſta aquae vitioſae correctio? an ſymbolum ei tantum erat ſalis phiala.

10 Vitruuius 8, 5. SCHOETTG.

10, 1 IN VASE AENEO) Sic quoque epitome Vitruuii c. 5. Sed Mſ. vt vir doctus in margine notauit, legit: *in vas aeneum nitidum*; quod ex ipſo Vitruuio ſumtum: is habet: *in vas Corinthium ſparſa.* SCHOETTG.

10, 1 PROBABILIS IVDICETVR) In Creſcentio *indicabitur* legitur pro *iudicabitur,* quo vſum Palladium opinor, nam rurſus verbum aliud eodem modo vſurpauit: *Si arenam vel limum non relinquit in fundo, vtilis erit.* Vitr. 8, 5 *item ſi fons nouus fuerit foſſus, et in vas Corinthium ſiue alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua ſparſa maculam non fecerit, optima erit.* PONTED.

11, Vitruu. 8, 7. SCHOETTG.

11, 1 FORMA STRVCTILI) formam ſtructilem pro canali fabrica conſtante explicat Philander ad l. c. SCHOETTG. De hoc intellectu *formae* copioſe illuſtriſſimus vir Io. Polenus ad Fronti. de aquaeductibus p. 143, 12 ſq.

11, 1 IN SESQVIPEDEM) Ienſon. non *in ſeſquipedem* ſed *ſeſquipedem* ſine particula edidit. An *ſemipedem,* vt docet Vitruvius 8, 7 (a quo vt indicaui, excerpſit Palladius) *vt,* inquit, *ſtructura fiat quaſi ſolidiſſima, ſolumque riui libramenta habeat faſtigiata, ne minus in centenos pedes ſemipede eaeque ſtructurae confornicentur, vt minime ſol aquam tangat* PONTED. Caeterum in hac *directura formarum*

2 quis [c] mons interiectus occurrerit [d], aut per latera eius aquam ducemus obliquam, aut ad [e] aquae caput [f] ſpeluncas librabimus, per quarum [g] ſtructuram perueniat [h]. Sed ſi ſe [i] vallis interſerat, erectas pilas vel arcus vſque ad aquae iuſta veſtigia conſtruemus, aut plumbeis fiſtulis clauſam deiici patiemur, et [k] explicata valle conſurgere. Sed, quod eſt ſalubrius, et vtilius, fictilibus tubis cum [l] ducitur, duobus digitis craſſi, et ex vna parte reddantur anguſti [m], vt palmi ſpatio vnus in alte-
3 rum poſſit intrare: quas iuncturas viua calce oleo ſubacta debemus illinire. Sed antequam in iis [n] aquae curſus admittatur, fauilla per [o] eos mixta exiguo liquore decurrat, vt glutinare poſſit, ſiqua ſunt vitia tuborum [p]. Vltima ratio eſt, plumbeis fiſtulis ducere: quae aquas noxias reddunt. Nam ceruſa [q] plumbo creatur attrito, quae corporibus nocet humanis. Diligentis erit aquarum receptacula fabricari, vt copiam vel inops vena procuret.

XII. MENSVRA vero [a] fiſtularum plumbo ſeruetur huiusmodi. Centenaria x pedum [b] mille ducentas libras habeat. Octogenaria noningentas [c] LX. Quinquagenaria ſimiliter x pedum pondo ſexcenta [d]. Quadragenaria [e] pondo quadringenta

c) *qui Lugd.* d) *ſuccurrerit Lugd.* e) *ad* om. *Lugd.* f) *in* inſ. *Lugd.* g) *quas ſtructura Lugd. I. B. R. E.* h) *conueniat I. B. R.* i) *ſe* om. *Lugd.* k) *et* om. *I. B. R.* l) *conducitur P. E.* m) *acuti P.* n) *S. anteq. bis E.* o) *per eos* om. *P.* p) *tubulorum P. E. tabularum Lugd.* q) *ceruſſa Lugd.* [T. XII.] a) *vero* abeſt *P.* b) *pedes P.* c) *octingentis XL I. B. R. E. octingentas quadraginta Lugd.* d) *octoginta* add. *Lugd.* e) *quadrag. pondo quadr.* om. *I. B. R.*

*marum*, hoc enim verbo vtitur Frontinus, non ſemper obſeruatam eſſe illam de ſemipede (ſiue ſeſquipedem malis adeo) regulam in ſumtuoſiſſimis etiam veterum operibus, ſiue hoc imperitia artis librandi factum ſit, ſiue vt aquae infra terram depreſſae non ita facile ab hoſtibus interciperentur, tum ipſe Frontinus indicat, tum ad eum laudatus modo Io. Polenus p. 63 ſq. qui porro Fabretti inuentis et rationibus hac in re vti ſe profitetur.

11, 2 SI QVIS INTERIECTVS MONS) De hac parte non vltima Romanae magnitudinis ex inſtituto agit Raph. Fabrettus, cuius tres de aquis et aquaeductibus veteris Romae diſſertationes tomo IV theſauri antiquitt. inſeruit Graeuius, vnde petere poterit, cuius intereſt, haec diligentius explicata, quin oculis etiam ſubiecta cognoſcere.

11, 2 IVSTA VESTIGIA) Vix dubito, quin *faſtigia* legendum ſit. Vid. Varr. 1, 14, 2 et 1, 20, 5 in quibus locis planitiem decliuem ſignificat. *Lene, molle, decliue faſtigium* Caeſaris in Fabriano theſauro adnotata ſunt; Curtiana dat index Freinshemii. Forte a tectis templorum deſumta loquendi ratio.

11, 3 VITIA TVBORVM) h. e. interprete Vitruuio, *vti coagmenta, ſi qua non ſint ſatis oblita, fauilla oblinantur.*

12 CENTENARIA X PEDVM) Hauſit e Vitruuio 8, 7 quem ſecutus etiam eſt Plin. 31, 6 ſ. 31. Notandum autem, quod ait Vitruvius, *Ex latitudine lamnarum, quot digitos habuerint, ante quam in rotundationem flectantur, magnitudinum, ita nomina concipiunt fiſtulae. Namque quae lamna fuerit digitorum quinquaginta, cum fiſtula perficietur ex ea lamna, vocabitur quinquagenaria, ſimiliterqu reliquae.* Numeri, quos e Commeliniana editione damus, a qua non abeunt reliquae ſaeculo XVto recentiores, videntur illi primum intuenti ſibi inuicem reſpondere; conueniunt etiam cum his, qui nunc ſunt apud Vitruuium 8, 7 et Plinium 31, 6 ſ. 31 niſi quod hic octonariae tribuit centum. Verum aut male ſubduxerunt rationes antiqui, aut corruperunt hunc locum, infeliciter certe emendarunt, (monſtra enim ſunt, quae habent primae editiones) Iuntae, et qui hos ſecuti ſunt. Nam qui has rationes ſequuntur, illi ponunt eandem fiſtulis omnibus craſſitiem, quae profecto in centenaria longe maior eſſe debet, quam in quinquagenaria, et ita pro portione in reliquis. Vnde fit, vt male ita conſtituantur pondera ex ſola regula ſimplicis proportionis vt 100 ad 50 ita 1200 ad 600. Debebat enim aut addi aliquid ad 1200 v. g. quadrans, vt craſſior fiat tubus, aut demi idem quadrans de 600, quia non opus eſt *quinquagenariam* eſſe aeque craſſam. Multo id magis valet, ſi *centenariam* cum *octonaria* aut *quinaria* adeo compares, cui apparet vel quartam aut minorem etiam craſſitiei partem eius, quae eſt in centenaria, conuenire, vt ſi centenariae des 1200 libras, octonariae non 96 ſed 24 aut pauciores etiam ſufficiant: aut ſi iuſtum ſit octonariae 96; centenaria non 1200, ſed 4800 aut

dringenta LXXX [f]. Tricenaria pondo trecentaſexaginta [g]. Vicenaria pondo ducenta XL. Octonaria pondo nonaginta [h] ſex.

XIII. [ *De omphacomelli* ] IN vuae ſemiacerbae ſucci ſextariis ſex, mellis triti fortiter duos ſextarios debebis infundere, et ſub ſolis radiis diebus XL decoquere [a].

XIV. AVGVSTVM Maio par [a] ſolis curſus aequauit [b].

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIII |
| Hora | II | et | X | pedes | XIII |
| Hora | III | et | IX | pedes | IX |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | VI |
| Hora | V | et | VII | pedes | IV |
| Hora | VI | | | pedes | III |

f) *quinquagenaria pondo DC* inſ. *P.* g) *CCCC L P. Lugd. quinquaginta I.B.R.* h) *centum Lugd. I.B.R.E.* [T. XIII.] a) *derelinquere P. quoquere Lugd.* [T. XIV.] a) *per Lugd. I. I — G.* b) *aequabit Lugd.*

4800 aut amplius poſcat. Bonos reſtituere numeros forte non nimis difficile foret; de veris h. e. quos ſcripſit Palladius, an diuinando quis eos aſſequi poſſit, vehementer dubito. Caeterum Frontinus de aquaeduct. lib. I art. 25 p. 81 Poleni *quinariam* et reliquas appellationes aliter accipit, vt modulus quidam aquarum indicetur ex diametro fiſtulae vel luminis aeſtimatus, cuius locum erudite expendit C. A. Hauſenius Vir doctiſſimus programmate Lipſienſi a. d. IV Febr. 1731 edito. Sed ad nos illa diſputatio non pertinet.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

# DE RE RVSTICA

## LIBER DECIMVS.

### TIT. I.

SEPTEMBRI [a] menſe, ager pinguis, et qui diu tenere conſueuit humorem, tertia
vice arabitur, quamuis humido anno poſſit et antea tertiari. Nunc ager humi-
dus, planus, exilis, quem primo Auguſto arari diximus, iteratur et ſeritur. Graci-
2 les cliui nunc primum arandi ſunt, et ſerendi ſtatim [b] circa aequinoctium. Agri
nunc ſtercorandi ſunt, ſed in colle ſpiſſius, in campo rarius laetamina diſponentur [c],
cum luna minuitur: quae res ſi ſeruetur, herbis officiet. Vni iugero aſſerit Colu-
mella XXIV ſtercoris carpenta ſufficere; in plano vero XVIII [d]. ſed iidem cu-
muli tot diſſipandi ſunt, quot ea die [e] poterunt erarari, ne ſtercora exiccata [f] nihil
3 proſint. Eiiciuntur quidem laetamina, et qualibet hiemis parte. ſed ſi tempore ſuo
eiici aliqua ratione non poterunt, ante quam ſeras, more ſeminis per agros pulue-
rem ſtercoris ſparge, vel caprinum manu proiice, et terram ſarculis [g] miſce. Nec
prodeſt nimium ſtercorare vno tempore, ſed frequenter et modice. Ager aquoſus
4 plus ſtercoris, ſiccus vero minus requirit. Sed ſi laetaminis copia non [h] abundat, hoc
pro [i] ſtercore optime cedit, vt ſabuloſis locis cretam [vel [k]] argillam ſpargas, creto-
ſis ac nimium ſpiſſis ſabulonem. Hoc etiam [l] ſegetibus proficit, et vineas pulcher-
rimas reddit. nam laetamen in vineis ſaporem vini vitiare conſueuit.

II. HOC menſe vliginoſis locis, aut exilibus, aut frigidis, aut [a] opacis, circa aequinoctium triticum et [b] adoreum ſeretur, dum ſerenitas conſtat, vt radices frumenti ante hiemem conualeſcant.

III. SOLET terra humorem ſalſum vomere, qui ſegetes necat. vbi hoc fit, columbinum ſtercus, aut cupreſſi folia oportet inſpargere, et ita, vt [a] eadem miſceantur, inarare. melius tamen omnibus remediis erit, ſi aquarius ſulcus noxium deducat humorem. In mediocris agri iugero V tritici modios, et [b] adorei totidem

conſe-

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. X. *ſiue September.* T. I.] a) *Hoc m. E.* b) *ſtatim* om. *P.* c) *diſponuntur E.* d) *decem et octo Lugd.* e) *eadem die E.* recte. f) *exſucata Lugd. E.* g) *ſarculis* om. *E.* mox *ſiccus v. minus recipit E.* h) *deſit, hoc P. Cr.* i) *pro* om. *Lugd. pro tempore E.* k) *id eſt Lugd. E. I. B. R. Cr.* l) *etiam* om. *Lugd.* [T. II.] a) *aut* om. *I. B. R.* b) *et adoreum om. P. triticum et hordeum ſeremus E.* [T. III.] a) *ne I. B. R.* b) *et adorei totidem* om. *P.* habet *E.* ſed corr. *hordei.*

SEPTEMBER.

1, 2 AGRI NVNC) Deſcripſit Creſcent. 2, 13.
1, 1 COLVMELLA) 2, 16, 1.
3, 1 VBI HOC FIT) Col. 2, 9, 7.
3, 1 IN MEDIOCRIS AGRI IVG.) Col. 2, 9, 1.

3, 1 HYAE.

conſeremus. nam quatuor [ager] pinguis accipiet. Si modium, quo [c] ſeretur, hyaenae pelle veſtieris, et ibi aliquamdiu quod ſerendum eſt, eſſe patieris, ſata bene prouenire firmantur. Item quoniam [d] quaedam animalia ſubterranea ſectis radicibus 2
necant plerumque frumenta, contra haec [e] proderit, ſi herbae, quae ſedum dicitur, ſuccus aquae miſtus vna nocte madefaciat, quae ſpargenda ſunt ſemina: vel agreſtis cucumeris humor expreſſus, et eius radix trita, ſi aqua diluatur, et eodem quae ſerenda ſunt, macerentur humore. Aliqui vbi haec [f] ſegetes ſuas perferre ſenſerint, inter initia vitiorum inſulſa amurca, vel praedicta aqua ſulcos et aratra perfundunt.

IV. NVNC gracili ſolo ordeum ſeritur cantherinum, modiis v per iugerum. Poſt hoc genus agros ceſſare patieris, niſi forte laetamen aſpergas.

V. NVNC [a], vel maturius aliquanto [b], lupinus ſeritur in qualicunque terra, vel crudo ſolo: cui hoc proderit, vt ſeratur ante quam frigus incipiat. limoſo agro non naſcitur: cretam reformidat: amat exilem terram, atque rubricam: x modiis iugeri menſura completur.

VI. HOC menſe poſtremo piſum ſeremus, terra facili et ſoluta, loco tepido, caelo delectatur humecto. iugero quatuor modios vel tres ſparſiſſe ſufficiet.

VII. Nunc [a] ſiſamum ſeritur putri [b] ſolo, vel pinguibus arenis, vel terra congeſticia [c]. iugero quatuor vel ſex ſextarios ſeuiſſe conueniet. Hoc menſe poſtremo, prima vice agros proſcindemus, qui habituri ſunt medicam.

VIII. NVNC viciae prima ſatio eſt et foeni Graeci, cum pabuli cauſa ſeruntur. Viciae VII modii iugerum, aeque et foeni Graeci ſemen implebit. Farrago etiam loco reſtibili [a] ſtercorato ſeritur [b]: ordei cantherini [c] iugero x modios ſpargimus circa aequinoctium, vt ante hiemem conualeſcat. Si depaſci ſaepius velis, vsque

c) *quo ſeretur* om. *P. quo ſeritur E.* paullo poſt *patiaris* melius. d) *quem P.* fuit forte *quom* h. e. quoniam. e) *hoc Lugd. E.* f) *hoc — ſenſerunt Lugd. E.* recte. [T. V.] a) om. totum caput *P.* b) *aliquando E.* [T. VII.] a) om. caput *P.* b) *putrido Lugd.* c) *congeſtiua E.* [T. VIII.] a) *ſterili Gr. G. Com.* om. *P.* b) om. poſt ſeritur vsque ad finem P. c) *in* inſ. *St. E.*

3, 1 HYAENAE PELLE) Eadem tradunt Africanus Geopon. 2, 18 et Colum. 2, 9. SCHOETTG.

3, 2 CONTRA HAEC PRODERIT) Col. 2, 9, 10.

4 ORDEVM CANTHERINVM) Col. 2, 9 *Proximus eſt his frumentis vſus ordei, quod ruſtici hexaſtichum, quidam etiam cantherinum appellant: quoniam et alia animalia, quae ruri ſunt, melius, quam triticum, et homines ſalubrius, quam malum triticum paſcit.* Quae ad verbum exſcripſit Iſidorus Orig. 17, 3. Deriuatur autem a *cantheriis*, (de quibus alii) quod eiusmodi animalia bene paſcat, vt pluribus docet Bochartus Hieroz. 1, 2, 9. Vnde merito explodenda eſt Schookii ſententia, qui de Cereuiſia c. 4 p. 35 ita dici putat, quod folliculo *caſtratum* enaſcatur. Sic *lapathum* quoque *cantherinum* dixit Plin. 20, 21. SCHOETTG.

5 LVPINVS) Ca. c. 34. SCHOETTG.

7 SISAMVM) Ita etiam Mſ. Cod. vt apud Heſychium quoque σισαμίς. Sed σήσαμον vſitatius. SYLBVRGIVS in Indice.

8, 1 LOCO STERILI) Quantiuis pretii eſt lectio, quam promimus ex Mſ. *Farrago etiam loco reſtibili ſtercorato ſeritur.* Feſtus: *Reſtibilis ager dicitur, qui biennio continuo ſeritur farreo ſpico, id eſt, ariſtato, quod ne fiat, ſolent qui praedia locant, excipere.* Exempla frequentia in rei ruſticae ſcriptoribus. Alludit eleganter Plinius 28, 19 *Conceptum leporis vtero exemtum his, quae parere deſierant, reſtibilem foecunditatem adferre.* GRONOV. obſ. 2, 16. Non dubitaui reuocare lectionem librorum omnium ante Gryphianam 1535 editorum et praeterea Pariſ. 1536 cum ea non Mſ. tantum ſuffragio, quod modo vidimus, ſed Columellae etiam, quem noſter hic deſcripſit, nitatur. Locus eſt 2, 11, 8.

8, 1 X MODIOS SPARGIMVS) Nunc Hordei cantherini decenos modios in ſingula iugera ſpargendos docet: at tit. 5 quinque tantum vni iugero ſufficere dixit: *Nunc gracili ſolo hordeum*

vſque in Maium menſem eius paſtura ſufficiet. quod ſi ex ea ſemen etiam redigere [d], vſque ad Martias Calendas, et dehinc pecora prohibebis.

IX. HOC [a] menſe, vt loca foecundentur exilia, lupinus circa Idus ſeritur [b], et vbi creuerit, vertitur [c] vomere, vt putrefiat exciſus.

X. NVNC prata, ſi libuerit, poſſumus [a] nouella formare. Si eligendi facul-
tas eſt, locum pinguem, roſidum [b], planum, leniter [c] inclinatum, vel huiuſmodi
vallem deputabimus [d], vbi humor nec [e] ſtatim praecipitari cogitur, nec diu debet
2 inhaerere. Poteſt quidem et ſoluto et gracili ſolo prati forma, ſi rigetur, imponi.
extirpandus eſt itaque locus hoc tempore, et liberandus impedimentis omnibus,
vel [f] herbis latioribus [g] et ſolidis, atque virgultis. Deinde cum frequenter exerci-
tatus [h] fuerit, ac multa aratione reſolutus, ſubmotis lapidibus, et glebis vbique [i]
3 confractis, ſtercoretur luna creſcente recenti laetamine. Ab vngulis iumentorum
ſumma intentione ſeruetur intactus, praecipue quoties [k] humeſcit, ne inaequale
ſolum reddant multis locis [l] impreſſa veſtigia. Sed ſi prata vetera muſcus obduxe-
rit, abradendus eſt, et ſcalptis [m] eiſdem locis foeni ſpargenda ſunt [n] ſemina, et
4 quod ad necandum muſcum prodeſt, cinis ſaepius ingerendus [o]. Quod ſi ſterilis
factus eſt locus carie [p], incuria, vetuſtate, exaretur, ac de nouo rurſus aequetur.
nam prata ſterilia plerumque arare conueniet. Sed in nouo prato rapa conſerere
poſſumus, quorum meſſe finita, caetera quae dicta ſunt, exequemur. Viciam ta-
men foeni ſeminibus mixtam poſt haec ſpargemus. Rigari vero antequam durum
ſolum fecerit, non debebit, ne eius cratem minus ſolidam vis interflui corrum-
pat [q] humoris.

XI. HOC menſe locis tepidis maritimisque celebranda vindemia eſt, frigidis apparanda. In doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorum congiorum XII libris picetur [a], deinde pro minoris aeſtimatione ſubducas. Sed maturitatem vindemiae cognoſcimus hoc genere: ſi expreſſa vua, vinacia [b], quae in acinis celantur, hoc [c] eſt grana, ſint [d] fuſca, et nonnulla propemodum nigra: quam rem naturalis

d) *redire E.* [T. IX.] a) om. totum *P.* b) *ſeratur Lugd. E.* c) *vertente vo. putref. Lugd. E.* [T. X.] a) *poſſumus* om. *Lugd.* b) *roſcidum Lugd. E.* c) *leuiter Lugd.* d) *deportabimus E.* e) *nec ſtatim* om. *Lugd.* f) *et P.* g) *altioribus I. B. R.* h) *exercitus P.* i) *vbique* om. *P.* k) *quotiens Lugd. E.* l) *mollibus E.* m) *captis E.* n) *ſunt* om. *P.* o) *inſerendus E.* p) *incurie* om. *carie Lugd. carie incuriae E.* mox *denuo.* q) *interrumpat E.* [T. XI.] a) *proiicietur et* deinde *Lugd.* b) *grana Creſc.* c) *hoc eſt grana* om. *Cr.* d) *ſint* om. *I. B. R.*

*deum cantherinum modiis V per iugerum*; quapropter vel haec tit. 5 vitioſa cenſeri poteſt, vel illa tit. 8: vtra autem ex Columella aſſequi poſſumus, ſi ea quae 2, 11 leguntur, diligenter attenduntur: *Farraginem in reſtibili ſtercoratiſſimo loco et altero ſulco ſerere conuenit. Ea ſit optima cum cantherini hordei decem modiis iugerum obſeritur circa aequinoctium autumnale.* Ex his apparet, hunc locum eſſe fortaſſe non integrum, et deficere *ea ſit optima*, aut quid item. Nam hordei cantherini X modii in iugero ſerendi ſunt, cum in farraginem ſeritur; maiorem quippe ſeminis modum exigit, quod pabuli cauſa iacitur, quia ſpiſſius iacitur: at quinque modii vni iugero ſatis cenſendi ſunt, cum in meſſem feruntur. Quare haec erit huius loci ſententia: *Farrago etiam loco ſterili ſtercorato ſeritur; ea ſit optima cum hordei cantherini in iugero* (particulam *in* reponimus ex Rob. Steph. libris) *X modios ſpargimus.* PONTED.

9 VT PVTREFIAT EXCISVS) Habet enim optimam vim ſtercorandi agros aridiſſimos. Florent. Geop. 2, 39.

10, 3 SED SI PRATA VETERA) Habet Creſc. 7, 2.

11 VINACIA HOC EST GRANA) *Granum, vinacia*, idem ſignificat; quare *hoc eſt grana* ſuperuacaneum videtur; praeſertim cum haec tantum

naturalis maturitas facit. Diligentiores optimae cerae in decem [c] picis libras, vnam 2
libram miſcent, quae et odori proficit, et ſapori, et picem lenitate [f] permulcens [g],
frigoribus eam non patitur diſſilire. Picis tamen guſtu exploranda dulcedo eſt, quia
ſaepe vina eius amaritudine [h] vitiantur.

XII. NVNC quibuſdam locis panicum metetur, et milium. Tempore hoc
faſelus ad eſcam ſeratur. Nunc in [a] amitibus apparetur aucupium noctuae, caete-
raque inſtrumenta capturae, vt circa Calendas exerceatur Octobris [b].

XIII. NVNC papauer ſeritur locis ſiccis et calidis: poteſt et [a] cum aliis ole-
ribus ſeminari. fertur vtilius prouenire, vbi virgae et ſarmenta combuſta ſunt.
Tempore hoc braſſicam [b] ſeres vtilius, vt plantas eius Nouembri inchoante trans-
ponas: de quibus et hieme olus, et vere poſſit cyma [c] produci. Hoc menſe ſpa- 2
tia hortorum, quae per vernum ſeminibus impleturus es, alte tribus pedibus pa-
ſtinare debebis, et luna decreſcente his ſtercus inferre. Hoc menſe vltimo thy-
mum ſeremus, ſed melius plantis naſcitur, quamuis poſſit et ſemine. agrum dili-
git apricum, macrum, maritimum [d]. Nunc circa aequinoctium ſeres origanum:
ſtercorari ac rigari, donec conualeſcat, appetit [e]. Amat loca aſpera atque ſaxoſa.
Hiſdem diebus ſeritur capparis: late ſerpit: ſucco [f] ſuo terris nocet. ſerendum eſt
ergo, ne procedat vlterius, circumueniente foſſato [g], vel luto ſtructis [h] parietibus,
ſolo ſicco et gracili: herbas [i] ſponte perſequitur: floret aeſtate. Sub occaſu Ver- 3
giliarum capparis areſcit [k]. Gith [l] hoc menſe vltimo bene ſeritur. Hoc menſe
naſturcium [m] ſeremus et anethum locis temperatis et calidis, et radices locis ſiccis,
et paſtinacas, et caerefolium circa Octobres Calendas, et lactucas, et betas, et co-
riandrum, et primis diebus rapa et napos.

XIV. MENSE Septembri circa Calendas Octobres, vel Februario tuberes
ſeremus ſobole, vel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. Suma-
tur cum radicibus planta diuulſa [a]: bubulo fimo linatur ac luto: ſtatuatur pingui
terra et ſubacta, ſubditis conchis, et marina alga: terris magna ſui parte condatur.
Alii pomis ſtatim grana decuſſa et ſole ſiccata, pingui et prope [b] cribrata terra, au- 2
tumno tria ſimul ponunt, quae feruntur in vnum [c] coire virgultum: quod aſſidua
rigatione

c) *viginti Lugd. E.* f) *ſanitate P.* g) *permiſcens P. I. B. R.* h) *amaritudo corrumpit P. amaritudine vitiantur E.* [T. XII.] a) *in amitibus* om. *P.* b) *Octobres Lugd.* [T. XIII.] a) *etiam al. P. E.* b) *braſſicam* — *menſe vltimo* om. *P.* c) *quima Lugd. E.* d) *Hoc menſe hortorum, quae per vernum ſeminibus impleturus es, alte tribus pedibus paſtinare debebis: et luna decreſcente ſtercus inferre:* Haec inſ. *P.* e) *amplectitur Lugd. ſtercorari — app.* om. *E.* f) *ſucu Lugd.* g) *foſſato P.* h) *ſtrictis Lugd. P. E.* i) *herba* coni. *Morg. I,* 91. *ſed add. II,* 17. k) *marceſcit E.* l) *Gid hoc etiam Lugd. Giddi P. I. B. R. E.* m) *bene* inſ. *P.* [T. XIV.] a) *obuulſa E.* mox *linietur.* b) quid ſi *probe?* c) *vnicum Lugd.*

tantum in Columella, a quo id accepit Palladius, legantur 11, 2 *Naturalis autem* (vuae) *maturitas eſt, ſi cum expreſſeris, vinacea, quae acinis celantur, iam infuſcata, et nonnulla propemodum nigra fuerint.* PONTED.

13, 2 ADPETIT) Placet ſcripta lectio: *donec conualeſcat, amplectitur.* Sic Ammianus lib. XVII *offerre obſides, quietis vincula conſeruandae, gratanter amplexi ſunt.* GRONOVIVS Obſ. 2, 16.

13, 2 SVCCO SVO) Mſ. Lugd. *ſucu.* Lege: *ſuctu ſuo terris nocet.* Idemque intellige, quod Octobris tit. 2, *quod pro malitia ſua ſerendum non eſt: nam terrae vber exhaurit.* Varro de re ruſt. 1, 45 *Agrum alternis annis relinqui oportet, aut paullo leuioribus ſationibus ſerere: id eſt, quae minus ſugunt terram.* Plinius 16, 34 de candida hedera: *Etiam plurimis locis interciſa viuit tamen duratque: et totidem initia radicum habet, quot brachia, quibus incolumis ac ſolida arbores ſugit ac ſtrangulat.* GRONOVIVS Obſ. 3, 18.

rigatione iuuandum eſt, atque foſſura, quae ſolum leuiter ſcalpens [d] teneritudini robur inducat. poſt annum deinde, vel aliquanto tardius, quae fuerit de ſemine
3 planta transfertur: et hoc genere fructus efficit dulciores. Menſe Ianuario vltimo vel Februario tuberum [e] ſurculus mirabiliter proficit cydonio inſitus. inſeritur autem malis omnibus, et [f] piris, et prunis, et [g] Calabrici melius trunco fiſſo quam cortice. deſuper qualo vel fictili vaſe munitur, repletis vſque prope ſummitatem ſurculis terra ſubacta cum ſtercore. Proſunt tuberibus, quae malis prodeſſe memoraui. Tuberes ſeruabuntur, ſi obruantur in milio, vel vrceolis picatis et oblitis.

XV. HOC etiam menſe pauimenta in ſolariis et lateres faciemus eo [a] more quo Maio menſe deſcripſi.

XVI. [*De diamoro*] SVCCVM mori agreſtis paululum facies deferuere. Tunc ſucci [ipſius [a]] duas partes, et vnam mellis admiſces, et miſta curabis ad pinguedinem mellis excoquere [b].

XVII. VVAS quas ſeruare volumus, legamus illaeſas, neque acerbitate rigidas, neque maturitate defluentes [a], ſed quibus eſt et granum luce penetrabili [b] ſplendidum, et tactus cum molli iucunditate [c] calloſus. Siqua ſunt corrupta [d] vel vitioſa, reſecemus: nec patiamur intereſſe, quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta aeſtiui caloris induruit. Tunc inciſos botryonum tenaces calida pice oportet amburi [e], atque ita in loco ſicco, frigido, et obſcuro ſine luminis irruptione ſuſpendi.

XVIII. VITIS cuius fructus humore putreſcit, per latera pampinanda eſt ante trigeſimum vindemiae diem, et ſola frons illa ſeruanda eſt, quae in ſummitate poſita ſolem nimium defendit [a] a vertice.

XIX. SEPTEMBRIS et Aprilis dies horis ſimilibus conferuntur [a].

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIV |
| Hora | II | et | X | pedes | XIV |
| Hora | III | et | IX | pedes | X |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | VII |
| Hora | V | et | VII | pedes | V |
| Hora | VI | | | pedes | IV |

d) *carpens E.* e) *tuburum* hic et alias *Lugd. E.* f) *et pyris* om. *Lugd. P. E.* g) *et calabrici* om. *P. Calabraci Gr.* [T. XV.] a) *eo* om. *E.* [T. XVI.] a) *ipſius* omitt. *I. B. R. Pal. Lugd. E.* b) *exquoquere* hic et ſaepius *Lugd.* ad *ſpiſſitudinem E.* recte. Sic et Scribon. Compoſ. 208. *coquitur donec habeat mellis ſpiſſitudinem.* [T. XVII.] a) *refluentes Lugd. P. E.* b) *penetrabile et P.* c) *iocund.* hic et fere vbiq. *Lugd. cum mellis ioc. E.* d) *corrupta vel* om. *P.* e) *amburi E.* ſed corr. *ambiri.* [T. XVIII.] a) *defendat E.* melius. [T. XIX.] a) *conferunt E.*

14, 3 ET CALABRICI) Credo, quosdam tuberes, a ſolo, vbi tum bene proueniebant, dictos Calabricos, Palladii forte aeuo notiores, quam Plinio aut ſuperioribus.

14, 3 PROPE SVMMITATEM SVRCVLIS) Nihil ſani extundo, ſi ſana haec eſt lectio. *Surculine repleantur terra cum ſtercore ſubacta?* apage. Quid igitur? ſuſpicor legendum, *qualo, vel fictili vaſe, repletis terra — vſque ad ſummitatem ſurculi*: quae forte ratio vigorem viridem facilius conſeruat ſurculo.

17 ILLAESAS) intactas, recentes, integras. Vide Barthium Adu. 34, 18 vbi eodem modo corrigit Apicium lib. 1, qui ſua ex noſtro exſcripſit. SCHOETTG.

PAL-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI

# DE RE RVSTICA

## LIBER VNDECIMVS.

### TIT. I.

OCTOBRI[a] menſe adoreum ſeremus, ac triticum. Iuſta ſatio[b] eſt a decimo[c]
Calendarum Nouembrium, vsque ad ſextum Idus Decembris regionibus tem-
peratis. Nunc etiam laetamen effertur ac ſpargitur. Hoc etiam menſe ſeremus 2
ordeum, quod dicitur cantherinum. Seritur macra et ſicca terra, vel multum pin-
gui[d]. nam[e] quia hoc ſemine maceſcunt arua, pingui vincitur agro: alteri non habet
quod amplius nocere poſſit[f], cum propter macritatem ſemen aliud ferre non valeat.
laeto agro non[g] eſt ſerendum. Etiam nunc eruum, lupinum[h] et piſum, et ſiſa-
mum[i] ſeremus (vt dixi): ſiſamum vsque ad Idus Octobres, et faſelum, tamen[k] 3
terra pingui, ac reſtibili agro: quatuor modiis iugerum complebimus.

II. HOC menſe lini ſemen ſeremus, ſi placet, quod pro malitia ſui ſerendum non eſt; nam terrae vber[a] exhaurit. Sed ſi velis loco pinguiſſimo, et modice humido, ſeretur in iugero VIII[b] modiis. Aliqui macro ſolo[c] ſpiſſum ſerunt: ita aſſequuntur vt linum ſubtile naſcatur.

III. NVNC opportuna vindemia eſt, cuius tempore notanda eſt foecunditas vitium, et notis quibuscunque ſignanda, vt ex[a] his ad ponendum ſarmenta poſſimus eligere. Aſſerit autem Columella, explorari foecunditatem[b] vno anno non poſſe, ſed quatuor: quo numero cognoſcitur vera generoſitas ſurculorum.

IV. HOC

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. XI. *ſiue October.* T. I.] a) *Hoc tempore hordeum I. B. R.* Vid. Ian. princ. *Hoc menſe E.* b) *ſatis Lugd.* c) *ſexto Idus Nou. I. B. R. X Kls. P.* d) *ſatis p. E.* e) pro verbis *nam — agro* nihil praeter *hac vincitur Lugd. nam — ſerendum* om. *P.* f) *poſſit, quae ſem. al. f. n. poſſit Lugd. n. h. amplius, quod n. p. E.* g) *nunc Lugd.* h) *Lupinus I. I — Com.* i) *ſiſannum P.* k) *tamen* om. *P. terra tamen p. aut E.* [T. II.] a) *vbertatem E.* b) *IX. P.* c) *in agro ſolo E.* [T. III.] a) *exilis Lugd.* pro *ex illis.* b) *fertilitatem P. vno anno explorari fertilit. non Lugd.*

OCTOBER.

1, 2 LAETO AGRO) h. e. medio inter pinguem nimis et macrum.

1, 2 ETIAM NVNC ERVVM, LVPINVM) Recepi interpunctionem et poſtremae vocis lectionem, quae eſt in primis editionibus cum altera, quomodo vera eſſe poſſit, non videam. Eſt autem talis, *Laeto agro non eſt ſerendum etiam nunc eruum, lupinus, et piſum et ſiſamum. Seremus (vt dixi) ſiſamum* etc.

2 LINI SEMEN) Ex Colum. 2, 10. SCHOETTG.

3 COLVMELLA) Arb. 2. SCHOETTG.



4, 1 ARI-

IV. HOC menſe poſtremo [a], vbi calidi ac ſicci aëris qualitas eſt, vbi exilis et aridus [eſt [b]] campus, vbi collis praeruptus aut macer, vites vtiliſſime [c] ponuntur,
2 de quibus ſatis menſe Februario diſputaui. Nunc locis ſiccis, calidis, exilibus, macris, arenoſis, aridis [d], quaecunque de paſtinis, de vitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis, vel arbuſto faciendo, ante dicta ſunt, rectius fiunt [e], vt contra exilitatem glebae [f] hibernis imbribus adiuuentur. Sic et humorem ſitientibus conferunt, et reciſa vel merſa glacie non adurunt [g], quia talibus locis pruinarum vis et natura neſcitur.

V. POST Idus Octobris [a] ablaqueanda eſt omnis nouella vinea [b] ſeu in paſtino, ſeu in ſcrobibus aut ſulcis, vt amputentur radices ſuperuacuae, quas produxit aeſtate: quae ſi conualuerint, inferiores radices faciunt interire, et ita remanebit vitis in ſummitate ſuſpenſa: quae res eam frigori obnoxiam faciet [c], et calori. Sed hae radiculae non ad ſiccum [d] debent recidi, ne aut plures inde naſcantur, aut noua
2 plaga corpori vitis impreſſa, vi ſecuturi [e] algoris vratur. recidemus autem relicto digiti ſpatio: et ſi placida ibi hiems eſt, apertas relinquemus vites: ſi violenta, ante Decembres Idus operiemus: ſi praefrigida, aliquantum columbini ſtercoris ſub [f] ipſa hieme circa viticularum [g] veſtigia largiemur, quod contra frigus nimium [h] Columella dicit toto faciendum eſſe quinquennio.

VI. HOC tempore idcirco, locis quibus dixi, propagatio melior eſt, quia firmandis radicibus vitis incumbit, cum proferendi palmites [a], eam cura non permouet [b].

VII. HOC menſe aliqui vites et arbores locis calidiſſimis inſerere conſueuerunt.

VIII. NVNC etiam locis calidis et apricis oliueta inſtituemus, more vel ordine quem Februarius [a] menſis oſtendit. Seminaria quoque olearum locis talibus faciemus hoc tempore, et omnia quae ad oleam pertinebunt. Oliuas quoque albas condiemus, ſicut poſtea referetur [b]. Hoc tempore ablaqueandae ſunt arbores oleae prouinciis ſiccioribus ac tepidis, ita vt eis a ſuperiori parte humor poſſit induci.
2 Omnem ſobolem conuelli Columella praecepit [c]. mihi autem videtur paucas dimitti ſemper ac ſolidas, ex quibus vel in vetuſtate, matris loco delecta [d] ſuccedat, vel melius

[T. IV.] a) *eſtremo P.* b) *E.* om. *eſt.* c) *vtillime Lugd. vt Iul.* 1, 1. *E.* d) *apricis Lugd. I. B. R. E. apertis Cr.* e) *fuerit Pol.* f) *c. exilem glebam E.* g) *Sic — adurunt* om. *E.* [T. V.] a) *Octobres Lugd. Nouembris et P.* b) *vinea* om. *Lugd. E.* c) *faciet et frigori obnoxiam et c. E.* d) vid. *Morg. I*, 92 it. *II*, 18. e) *ſecuti Lugd.* f) *ſub ipſa hieme* om. *P.* g) *vinculorum E.* h) *nimium* om. *P.* [T. VI.] a) *palmitis Lugd. cum proferendis palmitibus E.* b) *promouet E. Creſc.* [T. VIII.] a) *Februario menſe P.* b) *ſeretur P. refertur E.* c) *praecipit E.* melius. mox *mihi vero.* d) *dilecta Lugd.*

4, 1 ARIDVS [EST] CAMPVS) In Florentt. codd. *eſt* non reperitur; ideoque etiam Commelinus circumpoſitis lineis ſuſpectum habuit. Creſcentius quoque reliqua 12, 10 excerpens, id non tranſcripſit. PONTED.

4, 2 SICCIS, ARIDIS,) Bis in hoc loco idem occurrit, primum *ſiccis*, deinde aridis. Sed τὸ *aridis* vitioſum eſt. Creſcentius 12, 10 tranſcripſit *apertis.* Sed in Florentt. manu exaratis libris ac Vaticc. tum etiam in Regienſi edit. ac Ienſon. *apricis.* PONTED.

4, 2 CONTRA EXILITATEM GLEBAE) Plura tranſcripſit Creſcentius 12, 10 *Vt contra exilitatem glebae, et aëris ſiccitatem, hibernis imbribus adiuuentur.* PONTED.

5 Ex Col. Arb. 5. SCHOETTG.

6 Habet etiam Creſc. 4, 10.

8, 1 FEBRVARIVS MENSIS) Locus eſt tit. 18. Caeterum ex Mediceo forte legendum eſt *Februario menſe oſtendi*, deleta vna literula.

8, 2 COLVMELLA) 5, 9, 13.

8, 3 OLEA-

melius nutrita, et aggeſtae [e] terrae beneficio, et iam ſuas habens radices, ad oliuetum faciendum ſine cura ſeminarii transferatur arbuſcula. Nunc, ſi ſuppetit, intermiſſo triennio ſtercoranda ſunt olíueta locis maxime frigidis. Caprini ſtercoris ſex librae vni arbori, vel cineris modii ſinguli ſufficient. Muſcus tamen ſemper radatur arboribus: et putentur (ſicut Columella dicit) octo annorum aetate tranſacta. Videtur mihi vnoquoque anno ſicca et [f] infructuoſa cum aliqua debilitate naſcentia
debere recidi [g]. Quod ſi fructus arbor laeta [h] non afferet, terebretur Gallica tere- 3
bra vſque ad medullam foramine impreſſo, cui oleaſtri informis talea vehementer arctetur, et ablaqueatae arbori amurca inſulſa, vel vetus vrina fundatur [i]. Hoc enim velut coitu ſteriles arbores vberantur, quas tamen durante malitia [k] oportebit inſerere. Hoc menſe foſſas riuosque purgabimus.

IX. GRAECI iubent, ſi vuam nimius imber infuderit, poſteaquam muſtum eius primo ardore feruebit, vt ad alia vaſcula transferatur. Ita propter naturae grauitatem remanens aqua ſubſidet, et translatum vinum pure ſeruabitur, relicto quicquid ſe illi ex imbre miſcuerit [a].

X. NVNC oleum viride [a] faciemus hoc genere. Oliuam quam recentiſſimam, cum varia eſt, colligis, et ſi diebus aliquot collegeris, expandis, ne calefiat. ſi qua ibi putris aut ſicca eſt, remoues. Vbi vero compleueris modum factorii, ſales tritos, vel non tritos, quod eſt melius, in oliuam eandem mittis per decem modios, tres ſalis, et molis [b] primo, et ſic ſalitam in nouis caniſtris eſſe patieris, vt pernoctet cum ſalibus, et ducat in ſe eoſdem ſapores: ac mane premi incipiat olei

e) *agreſti E.* f) *et* om. *Lugd.* g) *reſecari Lugd. E.* h) *laetos I. I — G.* mox *non affert E.* i) *infundatur P. funditur E.* k) *ſi durant, in malitia E.* [T. IX.] a) *miſcuerat a. V. E.* [T. X.) a) *viride* om. *E.* b) *molis. Pro decem modiis tres ſalis et molles ſalis E.*

8, 3 OLEASTRI INF. TALEA) *oleaſtri epiurum* vocat Nou. 7, 14.

9 GRAECI) Democr. Geopon. 7, 4. SCHOETTG.

10, 1 OLEVM VIRIDE) ex oleis viridibus et recentibus, Graeci vocant ὀμφάκινον. Vide Apuleium Geop. 9, 19 vnde noſter ſua ſumſit. SCHOETTG.

10, 1 TRES SALIS, ET MOLIS PRIMO) Locum hunc quamuis in manu exaratis libris ſic repertum neque ſyncerum neque fortaſſe integrum opinor; nam primum illud *tres ſalis* quid ſignificet, incertum habeo. Si enim modios ſalis rres intelligamus, in decem oliuarum modios addendos, (quid namque aliud ſuſpicari poſſumus?) in abſurdum incidimus, quippe cum modius 22 ſextarios contineat, vt docet Iſid. L. 14; ſit vt decem oliuarum modiis 66 ſalis ſextarios miſceamus, nimirum ſenos ſextarios cum dimidio et $\frac{1}{10}$ cum ſingulis modiis. Qui modus longe illum excedit, quem Colum. 12, 50 ſeruandum praeceperat ad hunc modum: *adiectis binis ſextariis integri ſalis in ſingulos modios.* Iam vero quod ſequitur, *et molis,* primo multa deficere, vt opinor, oſtendit, ſi ea attendantur, quae idem Pallad. 12, 17 de conficiendo oleo memoriae mandauit: Sed non ſolum multa eſſe eliſa cenſeo, verum etiam alio loco quae ſuperſunt collocata. Nam primum oliuae purgantur, deinde molis leuiter ſuſpenſis ſubiiciuntur, vt amurca aliquatenus exprimatur, ſpargitur mox ſal, et interpoſita nocte maiori vi mane oliuae premuntur. Haec omnia ex Columella percipere poſſumus 12, 50, 9 *Cum primum,* inquit, *baccae variare coeperint* etc. Id Apuleius in *Geop.* 9, 19 ὅταν οὖν τὰς ἐλαίας ἀρχομένας περκάζειν ἴδῃς et reliqua vſque κάλλιστα γὰρ φυλάξει. Quaproprer (ſi licet coniecturis indulgere) haec erit Palladii de oleo viridi conficiendo ſententia: *Vbi vero compleueris modum factorii, praelo oliuas ſubiicias, et molis primo leuiter ſuſpenſis premito, vt amurca aliquatenus exprimatur: deinde ſales tritos vel non tritos, quod eſt melius, in oliuam eandem mittis per decem modios ſextarios* (τὸ enim *tres* primam *ſextarii* ſillabam fuiſſe reliquis eliſis, opinor) *ſalis XX, et ſic ſalitam in nouis* etc. PONTED.

10, 1 ET MOLIS PRIMO) in mola olearia, quae *trapetum* vocatur, et manu circumduci poteſt, vt ex Apuleii l. c. conſtat. *Primo* i. e. prius, vel ante. SCHOETTG.

 11, 1 NVNC

2 olei meliorem fluxum redditura, ſalis ſapore concepto. canales ſane, et omnia receptacula olei, calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni praeteriti rancore cuſtodiant. Focos etiam non propius admouebis, ne olei ſaporem fumus inficiat. Nunc menſe poſtremo locis ſiccis et calidis ad oleum faciendum lauri baccas legemus.

XI. MENSE Octobri ſerenda ſunt intyba, quae hiemi [a] ſeruiant. Amant humores et terram ſolutam. Arenoſis et ſalſis locis atque maritimis ſumma proueniunt. Area his planior apparetur, ne radices eorum terra fugiente nudentur. Quatuor foliorum transferantur ad locum ſtercoratum. Nunc plantae cardui ponuntur: quas cum ponemus, radices earum ſummas ferro reſecamus, ac fimo tingimus: ternum [b] pedum ſpatio ſeparamus incrementi cauſa, pedali ſcrobe depoſitas binas aut ternas. cinerem ſaepe ſub hieme diebus ſiccis, fimumque miſcebi-
2 mus [c]. Hoc menſe ſinapim ſeremus. terram diligit aratam [d], et ſi fieri poteſt, congeſticiam, quamuis vbicunque naſcatur. ſarculari debet aſſidue vt reſpergatur puluere, quo fouetur. non minus gaudet humore [e]. De quo ſemen legere diſponis, ſuo loco eſſe patieris; quod ad eſcam parabis, robuſtius facies transferendo. In ſinapi vetus ſemen inutile eſt, vel ſationi, vel vſui: quod dentibus fractum, ſi intus viride videbitur, nouum eſt: ſi album fuerit [f], vetuſtatem fatetur. Hoc
3 menſe malua ſerenda eſt, quae occurſu hiemis ab incrementi longitudine reprimetur. loco pingui delectatur, et humido: gaudet laetamine. Transferuntur plantae eius, cum coeperint folia quatuor habere, vel quinque. melius comprehendit eius planta quae tenera eſt: maior enim translata languebit. ſapor illis [g] melior eſt, ſi non transferantur. ſed ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebulas conſtitues, aut lapillos. Rara ponenda eſt, ſarculo delectatur aſſiduo. ſic liberandae ſunt herbis, ne motum ſentiant in radice. Si transferendis plantis nodum facias
4 in radice, ſeſſiles fient. Nunc etiam locis temperatis et calidis anethum ſeremus. Cepullae [h] ſeruntur etiam hoc menſe, vel menta, et paſtinaca, thymum et origanum, et cappar [i] menſis initio. Item betam locis ſiccioribus, necnon armoraceam ſeremus, vel transferemus ad culta, vt melior [k] fiat: nam haec agreſtis eſt rapha-
5 nus. Nunc porrum verno ſatum transferre debemus, vt creſcat in caput [l]. ſane ſarculis

[T. IX.] a) *hiemi I. B. R. Lugd. hieme E.* et alii. mox *terram ſolutam arenis. Et ſ. E.* b) *ternorum P.* c) *miſcemus Lugd.* d) *arentem E.* e) *humore de quo — diſponis: ſuo — patieris quod — parabis. robuſtius Com. non nimis g. E.* f) *eſt P.* mox *fatebitur E.* g) *enim P. Lugd.* h) *Item cepullae I. B. R.* i) *capparis Palat. capar. E.* k) *mollior P.* l) *in capite E.*

II, 1 NVNC PLANTAE CARDVI) Creſc. 6, 27.

II, 3 MALVA SERENDA EST) Quae de Malua hoc in loco traduntur, ad Lactucas magis pertinere videntur. Quis enim nouerit *Maluas ſeſſiles fieri*, vt hic docetur: *ſi transferendis plantis nodum facias in radice, ſeſſiles fient?* At in Lactucis hoc familiare eſt, ſeſſilesque Lactucae plurimum apud veteres celebrabantur, hinc cecinit Martialis (3, 47) *Illic videres frutice nobili caules: Et vtrumque porrum, ſeſſilesque Lactucas.* Plinius 19, 8 de Lactucae generibus: *Tertium ſeſſile quod Laconicon vocant.* Praeterea Florentinus Geop. 12, 13 qua ratione ſeſſiles fiant, tradit: Εἰ δὲ βούλει θρίδακας ποιῆσαι φιαλωτὰς καὶ πολυφύλλους, καὶ μὴ ἐκκαυλεῖν, ἀλλὰ χαμαιζήλους εἶναι, μεταφυτεύσας αὐτὰς πότιζε· ὅταν δὲ μέγεθος παλαιστιαῖον ἔχωσι, περιορύξας αὐτὰς, ὥστε φαίνεσθαι τὰς ῥίζας, περίπλασσε κόπρῳ βοείᾳ νεαρᾷ, καὶ προσχώσας εὐθὺς ἄρδευε· ὅταν δὲ αὐξηθῶσιν, ἐπίσχισον τὸν βλαστὸν ὀξυτάτῳ σιδήρῳ, καὶ ἐπίθες ὄστρακον ἀπίσσωτον, ὅπως εἰς τὸ πλάτος τὴν αὔξησιν, καὶ μὴ εἰς τὸ μῆκος λαμβάνωσιν. *Si autem velis lactucas ſeſſiles facere, et folioſas, et in caulem non excreſcere, ſed humiles, et ad terram depreſſas eſſe, transplantatas rigato. Cum autem ad altitudinem palmi creuerint, circumfode ipſas, vt appareant radices; et ſtercore bubulo recenti obrue*

ſarculis circumfodiatur aſſidue, et comprehenſa porri planta velut tenacibus alleuetur [m], vt inanitas ſpatii, quae radicibus ſuberit, incremento capitis ſuppleatur. Ocimum quoque etiam nunc ſeremus, quod citius naſci fertur hoc tempore, ſi aceti imbre leuiter ſpargatur infuſum.

XII. CVI placet curas agere ſaeculorum, de palmis cogitet conſerendis. Hoc igitur menſe dactylorum non veterum, ſed nouorum ac pinguium recentia oſſa debebit obruere, terrae cinerem miſcere. ſi plantam velit, ponenda [a] eſt Aprili menſe, vel Maio. Locis delectatur apricis et calidis. Fouenda eſt, vt creſcat, humore. Terram ſolutam, vel ſabulonem requirit, ita tamen, vt quando planta deponitur [b], circa eam, vel ſub ea pinguis terra fundatur. annicula transferatur aut bima, Iunio menſe vel Iulio incipiente. circumfodiatur aſſidue, vt [c] rigatione [d] 2
continua [e] aeſtatis vincat ardores. Aquis palmae aliquatenus ſalſis iuuantur, quae infici debent ſalibus, etiam [f] ſi tales eas natura non [g] praebuit. Si aegra eſt arbor, feces vini veteris ablaqueatae oportet infundi, vel radicum ſuperuacua capillamenta decidi, vel cuneum ſalicis interfoſſis radicibus premi. Conſtat autem locum prope nullis vtilem fructibus, in quo palmae ſponte naſcuntur. Piſtacia feruntur 3
autumno, menſe Octobri, et [h] ſobole et nucibus ſuis: ſed melius ipſa piſtacia iuncta ponuntur, mas ac foemina. marem dicunt, cui ſub corio velut oſſei longi videntur latere teſticuli. Qui diligentius facere voluerit, pertuſos caliculos, et ſtercorata

m) *alleuetur — radicibus* om. *P.* [T. XII.) a) *palmam ponendam curabimus Apr. P.* b) *diſponitur Lugd. E.* c) *et P. Lugd.* d) *rigationem P. Ienſ.* e) *continuos Lugd. I. B. R.* f) *etſi I. B. R. ſi* om. *P.* g) *non* om. *E.* h) *et* om. *I. B. R.*

*obrue, et ſtatim riga. Vbi autem creuerint, germen acutiſſimo ferro ſinde, et teſtam non picatam impone, quo in latitudinem, et non in longitudinem augmentum capiant.* Horum nonnulla et Palladius commemorat hoc loco: *Sed ne cito erigantur in caulem, in medio earum glebulas conſtitues aut lapillos.* Idem de lactucis 2, 14 *Latior fit, ſi rara ponatur, vel cum producere incipiet caulem, eo leuiter inciſo, gleba prematur aut teſta.* Quod in lactucis fieri etiam Columella declarat 11, 3 *quae* (lactuca) *quo tardius caulem faciat, cum aliquod incrementum habuerit, exiguam teſtam media parte accipiat, eo quaſi onere coërcita in latitudinem ſe diffundit.* Haec tamen adieciſſe ſufficiat, nam *maluane* an *lactuca* (quamuis haec potior videatur) ſit legendum, iniudicatum relinquo. PONTED.

12, 1 CVRAS AGERE SAECVLORVM) de poſteritate bene mereri plantatione illarum arborum, quae ſero fructus ferre ſolent. Fortaſſe noſter ante oculos habuit verba Caecilii in Synephebis a Cicerone Tuſc. quaeſt. 1, 14 et de Senect. c. 7 conſeruata: *Serunt arbores, quae alteri ſaeculo proſint.* SCHOETTG.

12, 1 DACTYLORVM) Deſcripſit Creſc. 5, 23. De cultu palmarum Leontinus Geop. 10, 4 et 5.

12, 1 SABVLONEM) Theophr. hiſt. plant. 2, 8 φιλεῖ δὲ χώραν ἀμμώδη. et p. p. πανταχοῦ γὰρ ὅπου πλῆθος φοινίκων, ἀμμώδεις αἱ χῶραι. SCHOETTG.

12, 1 CIRCA EAM — PINGVIS TERRA) Sèuere nimis Plinius 17, 5 *Terram terra emendari, vt aliqui praecipiunt, ſuper tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque ſuper humidam ac praepinguem, dementia operae eſt. Quid enim poteſt ſperare, qui talem colit.* Mixturam illam v. g. Theophraſtus de cauſis plant. 3, 15, itemque Col. 2, 16, 4 commendant, et vſus recentiorum comprobat.

12, 2 CIRCVMFODIATVR ASSIDVE) Creſc. 5, 23: *Circumfodiatur aſſidue vt irrigatio continua aeſtatis vincat ardores.* An: *Circumfodiatur aſſidue, et rigatio continuos aeſtatis vincat ardores.* nam circumfodiendo non rigamus, ſed et circumfodere et rigare ſaepe debemus. Vernacula Palladii interpretatio: *Se li lauori ſpeſſo a' piedi, è ſpeſſo s' inacqui.* Repoſui porro *continuos*, vt edidit Ienſon. pro *continua*, quoniam non continua debet eſſe rigatio, vt continui ſunt per aeſtatem ardores. PONTED.

12, 2 SI AEGRA EST ARBOR) Deſcr. Creſc. 5, 23.

12, 3 PISTACIA) Ex Damogeronte Geop. 10, 12. SCHOETTG.

12, 4 CE-

corata terra repletos parabit, et in his piſtacia terna conſtituet, vt ex omnibus ger-
men quodcunque procedat: quod, vbi conualuerit planta, hinc facilius transfera-
tur menſe Februario. Amat locum calidum, ſed humectum [i], et rigatione gaudet,
et ſole. Inſeritur terebintho menſe Februario vel Martio: at [k] alii amygdalo inſeri
4 poſſe firmarunt. Ceraſus amat caeli ſtatum frigidum, ſolum vero poſitionis hume-
ctae. in tepidis regionibus parua prouenit. calidum non poteſt ſuſtinere. montana
vel in collibus conſtituta regione laetatur. Ceraſi plantam ſilueſtrem transferre
debemus menſe Octobri vel Nouembri, et eam primo Ianuario, cum [l] comprehen-
dit, inſerere. Plantaria vero creari poſſunt, ſi praedictis menſibus ſpargantur po-
5 ma, quae ſumma facilitate naſcentur. Ego ſic huius arboris facilitatem probaui, vt
virgulta ex ceraſo pro adminiculis [m] per [n] vineam poſita in arborem proſiluiſſe
confirmem. Et Ianuario menſe ſeri poteſt. Inſeritur menſe Nouembri melius [o],
vel [p], ſi neceſſe ſit, extremo Ianuario. Alii et Octobri inſerenda eſſe dixerunt.
Martialis in trunco inſeri iubet. mihi inter corticem et lignum feliciter ſemper
euenit. qui in trunco inſerunt [q], ſicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae [r]
6 circa eſt, auferre debebunt; quam [s], ſi remanſerit, inſitis nocere manifeſtat. In ce-
raſis hoc ſeruandum eſt, et in omnibus gummatis [t], vt tunc inſerantur, quando
his [u] vel non eſt, vel deſinit gumma [x] effluere. Ceraſus inſeritur in ſe, in pruno,
in platano; vt alii, in populo. amat ſcrobes altas, ſpatia largiora [y], aſſiduas foſſio-
nes. Putari in ea putria et ſicca [z] debebunt, vel quae denſius arctata protulerit, vt
7 rareſcat [a]. fimum non amat, atque inde degenerat. Ceraſa vt ſine oſſe [b] naſcantur [c],
fieri Martialis hoc dicit. arborem teneram ad duos pedes recides, et eam vſque ad
radicem findes, medullam partis vtriusque ferro [d] curabis abradere, et ſtatim vtras-
que partes in [e] ſe vinculo ſtringis, et oblinis fimo, et ſummam partem, et laterum
diuiſuras. poſt annum cicatrix ducta ſolidatur. hanc arborem ſurculis, qui adhuc
fructum non attulerunt, inſeres, et [f], vt aſſerit, ex his ſine oſſibus poma naſcen-
tur. Si ceraſus concepto humore putreſcit, in trunco foramen accipiat, quo poſſit
8 educi. Si formicas patitur, ſuccum portulacae debebis infundere, cum aceti me-
dia parte permiſtum, vel vini fecibus truncum arboris florentis adlinire [g]. Si aeſtu
Canicularum [h] fatigatur, trium fontium ſingulos ſextarios ſumtos poſt ſolis occa-
ſum radicibus [i] arboris iubeamus influere ſic, ne remedium luna deprehendat [k].
vel herbam ſymphoniacam circa arboris truncum torquebimus in coronam, vel [l]
ex ea iuxta imum codicem cubile faciemus. Ceraſa non aliter quam in ſole vſque [m]
ad

i) *humidum E.* k) *vel vt P. vt Lugd. vt alii, et amygdalo E.* mox *affirmant.* l) *cum prehendit Lugd.* mox *ſerere E.* m) ſic *Lugd. ammin.* al. n) *per vineam* om. *P.* o) *melius* om. *P.* p) *vel* om. *Lugd.* q) *conſerunt Lugd. I. B. R.* r) *quae circa eſt* om. *P.* s) *quae I. I — G. quam — manifeſtat* om. *P.* t) *gumminatis Lugd. E.* u) *bis I. B. R. his vel non eſt, vel* omitt. *P.* x) *gummen I. B. R.* it. *Pal. et Lugd. germen E. gummi Iuntt.* y) *longiora I. B. R.* z) *putrida vel ſicca E.* a) *areſcat Cr. E.* b) *oſſa* hic et mox *Lugd.* c) *ita* inſ. *P. E. ſic* inſ. *Cr.* d) *ferro* om. *E.* e) *in ſe* om. *P. Cr.* f) *et vt aſſerit* om. *P.* g) *adline I. B. R.* h) *Canicularium Lugd. P.* i) *radicibus infundes, ſed ne etc. P.* k) *apprehendat. Herb. P.* l) *vel ex - - faciemus* abeſt *P.* m) *vſque ad rugas* abeſt *P.*

12, 4 CERASVS) Pleraque de ceraſo tranſtulit in opus ſuum Creſc. 5, 5.

12, 5 INSERITVR MENSE NOVEMBRI) Ex Plinio 17, 14. SCHOETTG.

12, 7 CERASA VT SINE OSSE) Habet Creſcentius, non modo 5, 5; ſed etiam 8, 7.

12, 8 CERASA NON ALITER) Immo et recentia ſeruantur, vt docet Pamphilus Geop. 10, 42. SCHOETTG. Hodie etiam tralaticium eſt

ceraſa

ad rugas ſiccata ſeruantur. Menſe Octobri aliqui mali arborem calidis et ſiccis re- 9
gionibus ponunt, et cydonia circa Nouembres Calendas, et ſorbum vel amygdala [n]
in ſeminariis obruunt, et pini ſemen aſpergunt. Hoc menſe poma condienda ſunt,
atque ſeruanda eo more, quo in [o] ſingulorum titulis continetur, velut quaeque ma-
tura proceſſerint.

XIII. HOC etiam menſe aluearia caſtrabuntur, more quo dictum eſt. quae tamen oportet inſpicere, et ſi abundantia eſt, demere: ſi mediocritas, partem mediam relinquere pro hiemis inopia: ſi vero ſterilitas apparet in cellis, nil prorſus auferre. Mellis vero et cerae ſuperius eſt demonſtrata confectio.

XIV. NE [a] lecta praetercam, quae Graeci ſua fide media de condiendi vini
genere diſputarunt, demonſtrare curaui: qui vini naturam tali ratione diſcernunt,
et hanc in eo volunt eſſe diſtantiam, vt quod dulce eſt, grauius dicant; quod album, et
aliquatenus ſalſum, conuenire veſicae; quod croceo colore blanditur, digeſtioni
accommodum [b]; quod album et ſtypticum, prodeſſe ſtomacho laxiori; transmarinum,
pallorem facere, et tantum [c] ſanguinem non creare: vuis [d] nigris fieri forte [e], ru- 2
beis ſuaue, albis vero plerumque mediocre. In condiendo ergo [f] vino aliqui Grae-
corum muſtum decoctum ad medietatem vel tertiam partem vino adiiciunt. Alii
Graeci ita [g] iubent, aquam marinam mundam [h] de puro et quieto mari, quam an-
no ante compleuerint, reſeruari: cuius talem eſſe naturam, vt et ſalſedine vel ama-
ritudine per [i] hoc tempus careat et odore; et dulcis fiat [k] aetate. ergo eius octo- 3
geſimam partem muſto admiſcent, et gypſi quinquageſimam. poſt tertiam dein-
de diem fortiter commouent, ac pollicentur non aetatem ſolum vino, ſed ſplendo-
rem quoque coloris afferre. Oportet autem nona quaque die vinum moueri atque
curari: vel [l] ſi tardius, vndecima. frequens enim reſpectus faciet iudicare, vtrum
vendenda ſit ſpecies [m], an tenenda. Quidam reſinae ſiccae [n] tritae vncias tres do-
lio immergunt et permouent, et vina diuretica ſic fieri poſſe perſuadent. Muſtum 4
vero, quod per pluuias frequentes leue eſt, ſic curari [o] debere iuſſerunt, quod
probari

n) *amygdalas I. B. R. E.* o) *in* om. *Lugd.* [T. XIV.] a) *nunc Lugd. neglecta praeterea E.* mox om. *ſua. media* videtur eſſe gloſſa hominis barbari. b) *conuenire P.* c) *tamen P.* d) *Vis P.* e) *fronte P.* f) *igitur vinum Lugd.* g) *ita* om. *P. Aliqui Gr. ita E.* h) *a. m. ſumendam E.* i) *pro hoc tempore I. B. R.* k) *fiat. Aeta ergo hac eius Lugd. aeſtate E.* l) *ſed P. et E.* m) *ſpecies* om. *E.* et habet *vtrum vendenda ſint an tenenda.* n) *ſiccae* om. *E.* et ſatis eſt *tritae.* o) *cicitari E.*

ceraſa condire aceto; ne de ſaccharo dicam, cuius vſum noſtris incognitum fuiſſe apparet, et pluribus docuit Salmaſius.

13 DICTVM EST) Iun. 7, 2.

14 1 GRAECI) Quaedam ex hoc capite exſtant in Geoponicis, qui nomine Graecorum apud noſtrum intelligendi ſunt: ea ſuo loco citabimus. Plurima vero in iis non adparent, quia eos non integros habemus; ſed tantum fragmenta certarum materiarum a Caſſiano Baſſo collecta. SCHOETTG.

14, 1 MEDIA) ſubſidia, adiumenta. Latinitatis hanc vocem poſt alios viros doctos damnauit Cellarius Antibarbaro c. 3. p. 186. Sed hic locus contrarium docet. Quum tamen iam cadente Latinitate vixerit Auctor noſter, nollem vſum huius vocis nimium frequentari. SCHOETTG. Fuit, qui putaret, *mediam fidem* Graecorum hic dici, h. e. dubiam, vt Liu. 39, 39 *medium reſponſum* vocatur. Mihi veniebat in mentem ſuſpicari, *mendacia* fuiſſe in autographo, quae contracta voce in *media* abierint. Quoties *mendacii* arguatur Graecia, numero comprendere non eſt.

14, 2 IN CONDIENDO ERGO) Creſc. 4, 42.

14, 2 ALII GRAECI) Coi ſcilicet, quod indicat Plin. 14, 8. SCHOETTG. Adde Cat. c. 105.

14, 4 MVSTVM VERO) Haec Democritus Geop. 7, 4. SCHOETTG.

probari guſtu ipſius poterit. Omne muſtum decoqui iubent, donec pars eius vi-
geſima poſſit abſumi: melius quoque fieri, ſi centeſimam partem [p] gypſi adiicias.
Lacedaemonii vero, eouſque decoquere, donec vini quinta pars pereat, et quarto
5 anno vſibus miniſtrare. Suaue vinum de duro fieri docent, ſi ordeacei pollinis
cyathos [q] duos ſimul cum vino ſubactos mittas in vini vaſculo, et hora vna ibi eſſe
patiaris. Aliqui feces vini dulcis admiſcent. Aliqui [r] addunt glycyrhizae [s] ſiccae
aliquantulum, et vtuntur, cum diu vaſorum commotione miſcuerint. Vinum quo-
que intra [t] paucos dies optimi odoris effici, ſi baccas myrti agreſtis montanas, ſic-
cas et tunſas mittas in cadum, et decem diebus requieſcere patiaris: tunc coles et
vtaris. Vitis etiam flores arbuſtiuae collectos in vmbra ſiccare curabis. Tunc di-
ligenter tunſos et cretos habebis in vaſculo nouo, et cum volueris, tribus cadis
vnam floris menſuram, quam [u] Syri choenicam [x] vocant, adiicies, et ſuperlines
6 dolium, et ſexta vel ſeptima die aperies et vteris. Vinum fieri ad potandam ſuaue [y]
ita dicunt: Foeniculi vel ſatureiae ſingulorum congruum modum vino immergi
atque turbari, vel fructum quem duae nuces pineae produxerint, torrefactum et lin-
teo ligatum mitti in vaſculo, ac ſuperliniri [z], et vſui eſſe quinque diebus exactis.
7 Vinum autem [a] velut vetus effici de nouello, ſi amygdala amara, abſinthium, pini [b]
frugiferi gumen, foenum Graecum ſimul frangas [c] quantum ſufficere aeſtimaris,
et pariter tundas, et ex his vnum cyathum per amphoram mittas, et [d] magna vina
conficies. Si vero ſenſeris peccatura, huic confectioni aloën, myrrham, croco-
magma, ſingula modis aequalibus [e] tunſa et in puluerem redacta cum melle miſce-
8 bis, et vno cyatho vnam amphoram condire curabis. Anniculum quoque vinum
vt [f] longam ſimulare videatur aetatem, meliloti vnciam vnam, glycyrhizae vncias [g]
tres, nardi celtici tantundem, aloës epatices [h] vncias duas tundis [i] et cernis, et in
ſextariis

p) *partem* om. *E.* bene. mox *Lacedaemonios E.* q) *quatos Lugd.* hic et *ſ.* 7. *Cados E.* mox *ibidem eſſe p.* r) *Aliqui* — *miſcuerint* om. *P. Alii E.* s) *glyciridiae I. B. R.* hic et al. *Lugd.* qui mox *glycuridiae.* t) *intra Lugd. inter* reliqui. u) *quam* — *vocant* om. *P.* x) *Sirichinicia E. chinicā I. B. R. Kynicam Lugd. chenicam I. I* — *G. quam Syriacam vocant Cr.* y) *v. f. optimum et ſuave — ita docent E.* z) *ſuperlini E.* a) *autem* om. *P.* b) *pini gummi foenum graecum I. B. R. pini gummam et fenugrecum Cr.* pro *gumen* habet *ſemen Lugd.* c) *fricas Cr. Lugd. frigas E.* mox *aeſtimas* d) *et magna* — *curabis* om. *P.* e) *ſingula ſingulis aequaliter E.* f) *non P. vel Lugd.* g) *vncias* om. *P.* h) *epatites Lugd. I. B. R. epatici I. I* — *G. epat. vncias duas* om. *P.* i) *tendis, et in etc. P.*

14, 5 DE DVRO) amaro, acerbo. Virg. Georg. 4, 101 *Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem.* Sic nos quoque dicimus: *Es ſchmeckt hart, härtlich.* SCHOETTG.

14, 5 GLYCIRHIZAE) Notabilis eſt lectio ſupra propoſita, quae z in *di* mutat, vt viciſſim factum in *Zabolus, zeta.* Origo eſt pronunciationis conuenientia, cum blaeſum quid in z litera audiretur.

14, 5 QVAM SYRI CHOENICAM VOCANT) χοῖνιξ non Syrorum eſt ſed Graecorum menſura, eaque et aridorum et liquidorum. Eſt autem menſura quatuor ſextariorum, quod teſtatur Rhemnius Faunius de ponderibus et menſuris v. 69. Vide Euſtathium ad Odyſſ. T. 28. Eduard. Bernardum de ponderibus et menſ. lib. 1 p. 29. Terminationem primae declinationis praeter noſtrum hic, et 12, 20, 1 comprobat etiam Paullus Feſti abbreuiator: *Choenica, menſurae genus.* In choenice non ſedendum eſſe, Pythagoreorum eſt dogma de quo Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς 17, 6; Euſtathius l. c. Bapt. Pius ann. poſt. c. 36.

14, 7 VINVM AVTEM VETVS) Ex Damogeronte Geopon. 7, 24. Add. Creſc. 4, 42.

14, 7 PINI FRVGIFERI) Ita conſtanter, quicunque poſteriorem vocem libri agnoſcunt. Cum vero *pinos* vix maſculino genere dici poſſe videatur, et praetereà de hac arbore *reſina* potius dicatur, quam *gumen* aut *gumma*: cogitabam, an *ſpini frugiferi* legendum ſit: quod tanto magis placet, quia etiam *ſpinum ſterilem* agnoſcit noſter de inſit. v. 63.

14, 9 VINA

ſextariis quinquaginta cochlearia ſex reconde, et vas ponis in fumo. In album [k] 9
colorem vina fuſca mutari [aſſerunt [l],] ſi [m] ex faba lomentum factum vino quis ad-
iiciat, vel ouorum trium lagoenae infundat alborem, diuque commoueat, ſequen-
ti die candidum reperiri: quod [o] ſi ex Afra piſa lomentum adiiciatur, eadem die
poſſe mutari. Vitibus quoque hanc eſſe naturam, vt alba vel nigra ſi redigantur 10
in cinerem, vinoque adiiciantur [p], ei vnamquamque formam ſui coloris imponere,
vt [q] ex nigra fuſcum, candidum vero reddatur ex alba [r]; ea ratione ſcilicet, vt com-
buſti ſarmenti cineris modii vnius menſura mittatur in dolio, quod habebit am-
phoras x, et triduo ſic relictum poſt operiatur ac lutetur: album vel (ſi ita viſum
fuerit) nigrum reperiri quadraginta diebus exactis. Vinum quoque aſſerunt ex 11
molli forte ſic fieri: Altheae, hoc eſt, ibiſci, folia vel radices, aut eius caulem te-
nerum decoctum mitti, aut gypſum, aut ciceris cotulas duas, aut cupreſſi pilulas [s]
tres, aut buxi folia, quantum manus ceperit, aut apii ſemen, aut cinerem ſarmen-
torum, cui vis flammae [t] corpus reliquit exile, omni ſoliditate detracta. Vinum
vero eadem die ex auſtero lympidum atque optimum fieri, ſi grana piperis [u] de- 12
cem, piſtacia [x] viginti, adiecto modico vino, ſimul conteras, et in ſex vini ſexta-
rios mittas, diu omnibus ante commotis, tunc [y] requieſcere patiaris, et coles vſui
mox futurum. Item feculentum ſtatim [z] lympidum reddi, ſi VII pini nucleos in
vnum vini ſextarium [a] mittas, diuque commoueas, et paululum ceſſare patiaris:
mox ſumere puritatem, colarique debere, et in vſum referri. Item (quod Creten- 13
ſibus oraculum Pythii Apollinis monſtraſſe memoratur) fieri ſic candidum, et ſu-
mere vetuſtatis ſaporem, ſi ſquinuanthos [b] vncias quatuor, aloës epaticae [c] vncias
quatuor, maſtici [d] optimi vnciam vnam, caſſiae fiſtulae vnciam vnam [e], piperis vn-
ciam vnam, ſpicae [f] Indicae ſemunciam, myrrhae optimae vnciam vnam, thuris
maſculi non rancidi [g] vnciam vnam: tundis vniuerſa, et in tenuiſſimum puluerem cri-
bro

k) *album vinum fuſca P.* l) *aſſerunt* om. *P. Pal. Lugd. E.* m) *ſi quis ouorum trium albuginem infundat diuque P.* o) *quod ſi — mutari* om. *P.* p) *imponantur P.* q) *vt — fuſcum* om. *P.* r) *rubeo et albo Cr.* s) *pillulas I. I — Com.* t) *flaminis Lugd. cuius flamma E.* u) *pip. piſtacei XX Cr.* x) *piſtacea viginti* om. *P.* y) *tunc* om. *P.* z) *in* inſ. *I. B. R.* a) *in vini ſextarium E.* om. *vnum* bene. b) *ſquinarias P. ſquinantos I. B. R. ſquinnatos I. I — G. ſquinuanthos* etiam *Lugd. E.* c) *epaticae vncias* om. *P. epatites etc. I. B. R. epatici I. I — G.* d) *maſticis optimae Lugd. I. B. R. maſticis optimi I. I — G.* e) *vnam piperis — rancidi vnc. vn.* om. *I. B. R.* f) *ſpinae Gr. G.* g) *radici Lugd.*

14, 9 VINA — FVSCA) non fuſci coloris, ſed corrupta, quorum indicium eſt color fuſcus, vt exiſtimat Barthius Adu. 23, 13 qui ibidem ex multis auctoribus probat, τὸ *fuſcum* et *fuſcare* pro corrupto et corrumpere frequenter adhiberi. SCHOETTG. Apic. 1, 6 *vinum ex atro candidum ſic facies. Lomentum ex faba factum, vel ouorum trium alborem in lagoenam mittis, et diutiſſime agitas, alia die erit candidum. Et cineres vitis albae idem faciunt.* Trium ouorum albumine οἶνον διαυγῆ ποιῆσαι etiam docet Fronto Geop. 7, 22.

14, 10 VITIBVS QVOQVE) Hanc ſectionem habet Creſc. 4, 41. Fundus forte eſt Varro Geop. 7, 21.

14, 10 IMPONERE) Vtrum, Graeca eſt conſtructio, ὥστε ἐπιτιθέναι.

14, 11 VINVM QVOQVE) Habet Creſc. 4, 42. Omnes forte debent Paxamo Geop. 7, 23.

14, 12 VINVM VERO) Creſc. 4, 40.

14, 13 CRETENSIBVS) Videndum, an hic locus non contradicat doctiſſimo Bentleio, qui ad Horat. Car. 1, 36, 10 negat vllos veterum Romanorum vini Cretici mentionem facere. Nam hic quidem de paſſo non eſt ſermo, ſed de vino conditura emendato ea, quam ipſe Pythius Apollo dicitur docuiſſe, vt vel inde appareat, celebritatem aliquam Cretenſis vini fuiſſe, quam a natura non haberet bonitatem arte ſupplente.

14, 13 SQVINVANTHOS) *Squinu* pro σχοίνου in Mſ. Pal. extare ait in Ind. Sylburgius. *Scinoanthos* ſcribit Vegetius Artis Veter. 1, 59. Ergo haec vox notat σχοίνου ἄνθος. Intelligitur autem

14 bro excutiente deducis. Cum vero muſtum ferbuerit, deſpumabis, et omnia vuarum grana, quae feruor [h] in ſummum reiecit [i], expelles. Tunc gypſi triti atque cribrati tres Italicos ſextarios mittis in vini amphoras decem, prius [k] tamen partem quartam vini condiendi in alia vaſa transfundes, et ita gypſum adiicies, et dolium
15 viridi ac radicata canna per biduum fortiter agitabis. tertia vero die, ex ſupraſcriptis [l] pulueribus quaterna cochlearia completa modeſtius [m] in denas vini amphoras mittes, et vini, ſicut ſupradictum eſt, quartam partem, quam alibi diffuderas, ſuperadiicies, et dolium replebis, et item diu agitare curabis, vt ſpecierum vis
16 omne muſti [n] corpus inficiat. tunc operies atque oblinies [o], relicto breui foramine, quo aeſtuantia vina ſuſpirent. Sed exemtis quadraginta diebus, et hoc ſpiraculum claudis, et deinde [p] vt libuerit, guſtas. Illud [q] memento ſeruare prae caeteris, vt quoties [r] vinum mouetur, inueſtis puer hoc, aut aliquis ſatis purus efficiat. Linimentum quoque dolii non gypſo, ſed ſarmentorum cinere debebis in-
17 ducere. Item vinum, quod ſalutare contra peſtilentiam ſit, et ſtomacho proſit, fieri hoc genere fertur: in optimi muſti metreta vna ante quam ferueat, tunſi abſinthii octo vncias linteo inuolutas demittes, et exactis XL diebus curabis auferre.
18 id vinum refundis lagoenis [s] minoribus, et vteris. Nunc condiunt, primo amne muſti ſpumantis egeſto, quibus moris eſt gypſo vina medicari. Sed ſi natura lenius [t] vinum eſt, et ſaporis humecti, in congiis centum, duos gypſi ſextarios miſiſſe ſufficiet. Quod ſi vinum naſcitur virtute ſolidius, medietas abunde praedictis poterit ſatis eſſe menſuris.

XV. NVNC roſatum ſine roſa facies ſic. Folia citri viridia ſporta palmea miſſa in muſti nondum feruentis vaſe depones, et claudes, et exemtis quadraginta diebus melle addito, ad modum roſati, cum placebit, vteris.

XVI. Hoc menſe, omnia quae locis ſuis leguntur [a], ex pomis vina conficies.

XVII. [*De*

h) *feruens Lugd. I. B. R.* i) *ereſſit in ſummum P. regeſſit Lugd.* k) *poſt I. B. R.* l) *ſupradictis P. E.* m) *modeſtius* et *denas* om. *P.* n) *mixtum P.* o) *illinies P. adlinis I. B. R. E. adlines I. I — G.* optimum forte *oblines.* p) *deinde* om. *P. cum libuerit Lugd. E.* q) *Illud — inducere* om. *P.* r) *quotiens Lugd.* s) *laguenis* hic et al. *Lugd.* t) *lentum P. leuius I. I — G.* [T. XVI.] a) *q. locis leguntur ſuis E.*

autem h. l. ſchoenus aromaticus, qui alias dicitur *iuncus odoratus.* Vide Salmaſium de homonymis hyles iatricae c. 86. SCHOETTG. Familiaris *q* litera barbaris in Graecorum vocibus exprimendis: *ſquiamum* habet ipſe noſter 1, 35, 5 *ſquilliticum* acetum notum eſt: *ſquinantia* dicta pro *cynanche: quatum* et *quimam* pro *cyatho* et *cyma* dabit noſter Index.

14, 14 IN SVMMVM REIECIT) Minime negligenda Medicea lectio *ereſſit*, quam ex *erexit* ortam vix dubito. *Erigendi* autem verbum de his adhiberi, quae fluctu et aeſtu tolluntur vel ſolus Virgilius idoneus auctor eſt, apud quem Aen. 3, 423 Charybdis *ſub auras Erigit alternos* fluctus, et 3, 576 Aetna *ſcopulos auulſaque viſcera montis Erigit eructans.* Illud tamen non diſſimulo, quia Politianus dignum cenſuit, quod annotaret, primae literae verbi *ereſſit* impoſitum quiddam ſpiritui leni Graecorum ſimile. An illud *r* fuit ex *regeſſit*? Neque enim fraudi eſt hariolari, vel ineptire adeo, ſi cui hoc magis verbum placeat.

14, 15 SPECIERVM VIS) *Species* h. l. ſunt ſingula herbarum et aliarum rerum genera, quae hodieque a medicis ita vocantur. Vegetius Artis Veter. 1, 34 *Supra dictas ſpecies aridas contundito.* Idem 6, 63. *Et paſtillos cum ſpeciebus calidis et vino in potionibus dabis.* SCHOETTG.

14, 16 INVESTIS PVER) vid. Iul. 7.

15 Totidem prope verbis eſt apud Apicium 1, 4.

17, 1 MVSTVM) Oenomeli ſic deſcribunt Talmudiſtae in Auoda Sara fol. 30, 1 אנומלין יין ודבש ופילפלין h. e. *Inomelin eſt vinum et mel*

*et*

XVII. [*De oenomelli.*] MVSTVM de maioribus et egregiis vitibus poſt
xx dies, quam leuatum fuerit ex lacu, quantum volueris ſumis [a], et ei mellis non
diſpumati optimi [b] quintam partem prius [c] tritam fortiter, donec albeſcat, admiſces,
et agitabis ex canna radicata vehementer. Mouebis autem ſic per dies XL conti- 2
nuos, vel [d] quod eſt melius, quinquaginta, ita vt cum [e] moueris, mundo linteo
tegas, per quod facile confectio aeſtuabunda ſuſpiret [f]. Poſt dies autem [g] quin-
quaginta, munda [h] manu purgas [i] quodcunque ſupernatabit, et in vaſculo gypſo
diligenter includis, et [k] ad vetuſtatem reſeruas. Melius tamen ſi in minora et pi- 3
cata vaſcula proximo vere transfundas, et gypſata diligenter operias, et in terrena
et frigida cella recondas, vel arenis fluuialibus, vel eodem ſolo, vaſcula ex aliqua
parte ſubmergas. hoc nulla vitiatur aetate, ſi tam [l] diligenter effeceris.

XVIII. NVNC defrutum [a], caroenum [b], ſapam conficies. Cum omnia vno
genere conficiantur ex muſto, modus his et virtutem mutabit, et nomina. Nam
defrutum a deferuendo dictum, vbi ad ſpiſſitudinem fortiter deſpumauerit, effe-
ctum eſt. Caroenum [b], cum tertia perdita, duae partes remanſerint. Sapa, vbi 2
ad tertias redacta deſcenderit; quam tamen meliorem facient cydonia ſimul cocta,
et igni ſuppoſita ligna ficulnea [c].

XIX. PASSVM nunc [a] fiet ante vindemiam, quod Africa ſueuit vniuerſa
conficere pingue atque iucundum, et [b] quo ad conditum ſi vtaris mellis vice, ab
inflatione te vindices. Leguntur ergo vuae paſſae quamplurimae, et in fiſcellis
clauſae iunco factis aliquatenus rariore contextu, virgis primo fortiter verberantur.
Deinde vbi vuarum corpus vis contuſionis exſoluerit, cochleae ſuppoſita ſporta 2
comprimitur. Hinc paſſum eſt quicquid effluxerit, et conditum vaſculo [c], mellis
more, ſeruatur.

XX. [*De cydonite.*] ABIECTO corio mala cydonia matura in breuiſſimas
ac [a] tenuiſſimas particulas recides, et proiicies durum [b], quod habetur interius.
dehinc in melle decoques, donec ad menſuram mediam reuertatur, et coquendo
piper

[T. XVII.] a) *ſumes Lugd. P.* b) *optimi* om. *P.* c) *prius* om. *P.* d) *vel quod — quinquag.* om. *Lugd.* e) *cum commoueris P.* f) *ergo I. B. R. E. Lugd.* g) *aeſtu abundat, reſpiret E.* h) *munda manu* om. *P.* mox *et* om. *E.* i) *purgabis P.* k) *et ad vet. reſeruas* om. *P.* l) *tamen P.* [T. XVIII.] a) *defritum* hic et al. *Lugd. E.* b) *Caloenum I. B. R. Caroenum Par.; E.* hic et mox. c) *ficulna I. B. R.* [T. XIX.] a) *Nunc* abeſt *E.* bene. b) *et quo ad conditum* om. *P.* Vid. *Morg. I*, 93. Sed add. *II.* 19. c) *vice mellis ſeru. P.* [T. XX.] a) *ac tenuiſſimas* om. *P. Lugd.* b) *durum* deeſt *I. B. R.*

*et piper.* Et paullo ante tradunt, licere Sabbatho facere οἰνόμελι. Scribitur etiam יינומלין, et omnes Iudaeorum Doctores circa eius deſcriptionem conueniunt. Vocant et generali nomine קונדיטון, *conditum*, in Ialkut ad Exod. 19, 1 fol. 78, 2. מה קונדיטון הזה יש בו יין יש בו דבש יש בו פילפל: *Quid eſt conditum? in quo eſt vinum, mel et piper.* Confer R Cohen de Lara in Ir David. p. 83. SCHOETTG.

17, 2 SI TAM DILIGENTER) Aptior videtur Medicea lectio: *ſi tamen* eſt *dum modo.*

18, 1 CAROENVM) Talmudiſtae l. c. ſic deſcribunt: מאי קרינא א"ר אבהו המרא חליא דאתי מעסיא: *Quid eſt caroenum? R. Aſbu docet, ita vocari vinum dulce, quod affertur ex Aſia.* SCHOETTG. Vid. ad Col. 12, 20 et 21.

19 ET QVO AD CONDITVM) Neſcio an intellectus fuerit hic locus ab his, qui vel *quoad* coniunctis vocibus edidere, vel certe poſt *conditum* poſuere comma. Hoc vult, paſſo vti nos poſſe ad *conditum*, h. e. oenomeli, quod καθ᾽ ἐξοχὴν ita vocari, vel Cl. Schoettgenii ad Tit. 18 nota oſtendit: in primis autem prima Apicii, et quae ad ea viri docti.

2 piper ſubtile conſperges. Aliter: Succi [c] cydoniorum ſextarios duos, aceti ſextarium vnum [d] ſemis, et mellis duos ſextarios miſcebis, et decoques donec tota permiſtio pinguedinem puri mellis imitetur. Tunc triti piperis atque zinziberis [e] binas vncias miſcere curabis.

XXI. [*De fermento muſteorum ſeruando.*] Ex nouo tritico purgato farriculum [a] facies, et ex muſto [de [b]] ſub [c] pedibus rapto curabis infundere, ita vt modio farris lagoenam muſti adiicias: deinde ſole ſiccabis, et item ſimiliter infundis ac ſiccas. Hoc cum [d] tertio feceris, panes ex eo breuiſſimos admodum facies muſteorum, et in ſole ſiccatos vaſculis nouis fictilibus recondis et gypſas. Pro fermento, quo tempore anni muſteos facere volueris, hoc vteris.

XXII. VVAM paſſam Graecam ſic facies. Melioris acini et dulcis et lucidi botryones in ipſa vite torquebis, et patieris ſponte inareſcere [a], deinde ſublatos in vmbra ſuſpendis, et vuam conſtrictam [b] cum [c] ponis in vaſculis, ſubſternis pampinos ſicco algore frigentes, et manu comprimis, et vbi vas impleueris, item pampinos addis nihilo minus non calentes, et operculabis, ac ſtatues in loco frigido ſicco, quem nullus fumus infeſtet.

XXIII. OCTOBER Martium ſimilibus vmbris [a] ſibi fecit aequari.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXV |
| Hora | II | et | X | pedes | XV |
| Hora | III | et | IX | pedes | XI |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | IIX |
| Hora | V | et | VII | pedes | VI |
| Hora | VI | | | pedes | V |

c) *ſucum Lugd.* d) *vnum* om. *P.* e) *gingiberis P. Pal. E. zingiberis Lugd.* [T. XXI.] a) *nouum P. farreolum E.* b) *de* om. *I. B. R. Lugd. E.* ante et *ex.* c) *ſubpedibus* coni. *Iuntt.* d) *Hoc autem E.* [T. XXII.] a) *marceſcere Lugd. E.* b) *diſtrictam Lugd. I. B. R. Cr. E.* c) *componis I. B. R. E. P.* et *Par.* [T. XXIII.] a) *ſim. horis.*

21 Didymus Geop. 2, 33. SCHOETTG.
21 DE SVB PEDIBVS) Vid. no. ad Colum. 12, 34.

22 Florent. Geop. 5, 21. Habet etiam Creſc. 4, 18.

PAL-

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA

## LIBER DVODECIMVS.

### TIT. I.

NOVEMBRI [a] menſe triticum ſeremus et far, ſatione legitima, ac ſemente ſolenni. Iugerum vtriusque ſeminis modiis quinque tenebitur. Nunc et ordeum maturum adhuc ſeremus. In huius principio fabam ſpargimus, quae pinguiſſimum vel ſtercoratum deſiderat [b] locum, vel vallem, quam ſuccus veniens a ſummitate, foecundet [c]. Primo ſeritur, deinde proſcinditur, et tunc ſulcatur.
occanda eſt large, vt tegi plurimum poſſit. Aliqui locis frigidis dicunt in fabae ſa- 2
tione glebas non eſſe frangendas, vt per eas gelicidiorum [d] tempore poſſint germina obumbrata defendi. Satione [e] eius generis, ſicut opinio habet, non foecundatur terra, ſed minus laeditur. nam Columella dicit agrum frumentis vtiliorem probari, qui anno ſuperiore vacuus fuerit, quam qui calamos fabaceae meſſis eduxit. Pin-
gue [f] iugerum ſex modii occupant; mediocre, amplius. Spiſſo bene prouenit: 3
macrum ſolum [g] nebuloſumque non patitur. Curandum eſt [h] praecipue, vt luna xv feratur, ſi adhuc ictum ſolis repercuſſa non ſenſit. Aliqui dicunt quartamdecimam potius eligendam. Sanguine caponis Graeci aſſerunt fabae ſemina macerata herbis aduerſantibus non noceri. aqua pridie infuſa citius naſci, nitrata aqua reſperſa cocturam non habere difficilem. Nunc ſeritur prima lenticula, ſicut Februario menſe narratum eſt. Hoc etiam toto menſe poterit lini ſemen aſpergi.

II. IN huius maxime [menſis [a]] principio, poſſumus inſtituere noua prata, more quo dictum eſt. Hoc etiam toto menſe locis calidis et ſiccis, vel [b] apricis, erit vitium celebranda poſitio. Nunc et propago iure ducetur, et locis frigidis nouellas vites, et arborum plantas circumfodere atque operire conueniet, et ante Idus.

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. XII. *ſiue Nouember.* T. I.] a) *Hoc* vid. Ian. princ. mox *iugerum* om. *E.* b) *diligit P.* c) *fecundat E.* d) *gelicidias rum Lugd.* e) *glebas* — *ſatione* om. *E.* mox eſt *opinio habetur*, ſed corr. f) *Pingue* om. *P.* g) *locum P. E.* h) *Curandumque pr. E.* bene. [T. II.] a) *menſis* om. *Lugd. I. B. R.* b) *vel apricis* om. *P.*

NOVEMBER.

1, 2 NAM COL. DICIT) 2, 10, 7. Habet hunc locum etiam Creſc. 3, 8.

1, 3 ICTVM SOLIS REPERCVSSA) Intelligo de radiis ſolis matutini, vtroque ſidere ſupra noſtrum horizontem elato. Nam poſt plenilunium exoriens ſol lunam adhuc ſupra horizontem deprehendit.

1, 3 GRAECI) De caponum ſanguine et aqua pridie infuſa nihil hodie extat in Geoponicis Graecis, verum de aqua nitrata haec habet Didymus Geop. 2, 35 *ἵνα καλοὶ πρὸς τὴν ἕψησιν ὦσιν, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τοῦ σπείρειν, βρέχε αὐτοὺς ὕδατι μετὰ νίτρου.* SCHOETTG.

2 QVO DICTVM EST) Sept. 10.

Idus. Nunc [c] mergus, hoc [d] eſt propaginis curuatura, poſt triennium [e], quam preſſa fuerat, recidetur a vite.

III. NVNC ac deinceps vinea vetus, quae in iugo eſt vel [a] pergula, ſi robuſto et integro trunco ſit, ablaqueata fimo ſatietur [b], et anguſtius putata inter quartum et tertium pedem a [c] terra viridiſſima parte corticis, acuto ferramenti mucrone feriatur, ac foſſa frequentius incitetur. Nam (ſicut aſſerit Columella [d]) ex eo loco germen plerumque [e] producit, et veniente vere fundit materiam, qua vitis reparetur antiqua [f].

IV. NVNC putatio autumnalis celebratur in vitibus et arboribus, maxime vbi inuitamur tepore [a] prouinciae: et putantur oliueta: et oliua, cum varia coeperit eſſe, colligitur, ex qua primum fiet oleum. nam cum tota nigreſcet [b], quod
2 ſpeciei merito poſterauit, fundendi vbertate compenſat. Eſt vtilis olearum putatio, caeterarumque arborum, ſi loci patitur diſciplina, vt deciſis [c] cacuminibus, rami fluentes per latera prona fundantur. Quod ſi regio inſolens et incuſtodita contigerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animalium ſupergreſſa, modus tranſcendatur iniuriae, et arbor iam ſpatio ſuo tuta curetur [d].

V. NVNC etiam locis calidis, ac ſiccis regionibus olіueta ponuntur, ſicut Februario diſputatum eſt. Amat haec arbor [a] arduo locorum ſitu mediocriter [b] ab humore

c) *Nunc* et. d) *hoc* om. *P.* e) *poſtriennium Lugd.* [T. III.] a) *vel pergula*, *ſi* om. *P.* b) *ſanetur E.* c) *a terra* om. *Lugd. E.* d) *ſicut Columella dicit E.* e) *plurimum I. B. R.* f) *antiqua* om. *P.* [T. IV.] a) *tempore E.* b) *nigreſcit E.* c) *deciſſas E.* d) *curretur E.* [T. V.] a) *arbos Lugd.* b) *mediocri E.*

3 NVNC AC DEINCEPS VINEA VETVS QVAE etc.) In Creſcent. 12, 11 hic locus ſic occurrit: *Nunc et deinceps vsque donec terra congeletur, vinea vetus etc.* Non abſimili valde modo Palladius 3, 9 eſt locutus: *Hoc menſe ac deinceps toto vere vinea ponenda eſt regionibus frigidis, pruinoſis etc.* PONTED.

3 FOSSA INCITETVR) Ita Mſ. Forſan malis *foſſu* vel *foſſura:* ſed non audiendus vir eruditiſſimus, qui ſupponit, *inciletur*. Eſt enim locutio pulcherrima et prorſus ex genio auctoris. Id ipſum alibi dicit, *ſollicitari*. Februario tit. 18 de oliuis: *Omnis ſubinde circa eas herba vellatur, et quoties ſe imber infuderit, breuiſſimis ac frequentiſſimis foſſionibus ſollicitentur.* Virgilius Georg. 2 *Sollicitanda tamen tellus puluisque movendus.* In l. 4 C. de ſepulcro violato, vbi Iuſtinianus *terram euertere*, Theodoſius habet *terram ſollicitare.* Columella 4, 28 *foſſionibus concitari motus naturales vitium et ſurculorum.* Non alia tralatione apud Tacitum: *incitandis coelibum poenis.* Quod eodem iure imprudentia doctorum hominum coniecturis obnoxium fecit. Haec GRONOVIVS Obſeru. 2, 16. Neſcio tamen annon magis legendum ſit *inciletur*, quippe quum bonum admodum ſit hoc verbum et optime huc quadret. Vlpianus l. 1 § 5 ff. de Riuis: *Incile eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eò dictus, quod incidatur; inciditur enim vel lapis vel terra, vnde primum aqua ex flumine agi poſſit.* Melius Paullus Feſti abbreuiator: *Incilia, foſſae, quae in viis fiunt ad deducendam aquam, ſiue deriuationes de riuo communi factae.* Vide eundem in *Elices* et *Ialices.* Verbo *incilare* ſaepius vſi ſunt veteres, ſed alia ſignificatione pro increpare, vel inproperare, vt ſequiora ſaecula locuta ſunt. Confer Nonium 2, 977 et exemplis ab eo adlatis adde Lucretium 3, 977; Cyprianum epiſt. 59 et 66. et Antiquum Interpretem N. T. Actor. 23, 4. Vide notas Felli ad Cypriani epiſt. 3. SCHOETTG. Praeclare Gronouius, licet non viderit vſum Columellae, qui plane rem conficit v. g. 4, 33, 5 *ferro repetenda eſt* caſtanea, *vt incitetur eius proceritas*; et 4, 22, 3 *foſſuris terra permiſcetur, vt incitari vitis poſſit*, quem ipſum locum hic laudat Palladius. add. 3, 21, 7. Apud ipſum Cic. de orat. 2, 21 *noua ſarmenta cultura excitantur.*

4, 2 DECISIS CACVMINIBVS) Putationem ita vult inſtitui, vt potius in latitudinem creſcat arbor, quam in altum, qua ratione iucundius poma et minore opera decerpuntur: in quo genere ſunt, quas *Francicas* apud nos *arbuſculas* vel *nanas* appellant.

5 FERA-

humore ſuſpendi, ſcalpi aſſidue, laetaminis vbertate pingueſcere, feracibus ventis clementer [c] agitari. Hoc etiam menſe oleis ſterilibus [d] quae ſupradicta ſunt remedia faciemus. Nunc et corbes, et pali et [e] ridicae bene fieri poſſunt. Etiam nunc locis temperatis, eſt laurini olei iuſta confectio.

VI. HOC menſe allium bene ſeritur, et [a] vlpicum terra maxime alba, foſſa
et ſubacta ſine [b] ſtercore. Sulcos in areis facies, et ſemina in locis altioribus po-
nes IV digitis ſeparata, neque altius preſſa. Sarculabis frequenter, inde plus
creſcent. Si capitatum facere volueris, vbi coeperit caulis prodire, proculca [c];
ſuccus reuertetur ad ſpicas. Fertur, ſi luna ſub terris poſita ſeratur, et item ſub 2
terris luna latente vellatur, odoris foeditate cariturum. Vel paleis condita allia,
vel fumo ſuſpenſa durabunt. Nunc et cepulla ſeri poteſt [d], et carduorum planta
diſponi, et armoracea ſeritur, et cunela.

VII. HOC menſe locis calidis, caeteris vero Ianuario Perſici oſſa in paſtina-
tis [a] areis ſunt ponenda, binis a ſe pedibus ſeparata, vt cum ibi plantae excreue-
rint, transferantur. Sed oſſa ponantur acumine deorſum verſo, et non amplius
quam duobus aut tribus digitis [b] obruantur. oſſa vero quae ponenda ſunt, aliqui
ſiccata prius paucis diebus cineris miſtione terra ſoluta in qualis reſeruant. Ego
vero vſque ad ſerendi tempus ſine vlla cura ſaepe ſeruaui. Locis quidem qualibus- 2
cunque proueniunt. ſed et pomis et frondibus, et durabilitate praecipua ſunt, ſi
caelum calidum, ſolum [c] arenoſum et humidum ſortiantur: frigidis vero, et maxi-
me ventoſis, niſi obiectu aliquo defendantur, intereunt. Dum tenera ſunt germi-
na, ſaepe herbis circumfoſſa [d] liberentur. Bimam plantam recte transferemus ſcro-
be breui. Nec a ſe longe [e] ſtatuendae ſunt, vt inuicem ſe a calore ſolis excuſent [f].



c) *frequenter E.* d) *feracibus P.* e) *et ridicae* om. *P.* [T. VI.] a) *et vlpicum* om. *P.* b) *ſine* om. *Lugd.* c) *proculcas ita Lugd. ita* habet etiam *E.* bene, vt opinor. d) a *poteſt* vſque ad finem om. P. [T. VII.] a) *paſtinis Lugd.* b) *palmis I. B. R. Creſc. E. Lugd.* c) *ſolum* om. *P.* d) *circumfuſa E.* e) *longius Lugd. E.* f) *excutiant Creſc.*

5 FERACIBVS VENTIS) Seneca de provid. c. 4. *Non eſt arbor ſolida nec fortis, niſi frequens ventus incurſat. Ipſa enim vexatione conſtringitur, et radices certius figit. Fragiles ſunt, quae in aprica valle creuerunt.* Inceperat ita, *Quid miraris, bonos viros vt confirmentur concuti.*

6 Pleraque habet etiam Creſc. 6, 3.

6, 1 SI CAPITATVM FACERE VOLVERIS) An potius: *Si bene capitatum facere* etc. nam ſemper allium eſt capitatum, at non ſemper bene. Creſcent. L. 6 c. *de Allio: Si bene capitata facere volueris, vbi coeperint* etc. PONTED.

7, 1 HOC MENSE) Deſcribit Creſc. 5, 22.

7, 1 NON AMPLIVS QVAM DVOBVS AVT TRIBVS DIGITIS OBRVANTVR) Creſcentius haec commemorans non *digitis* tranſcripſit, ſed *palmis: Et non amplius quam duobus palmis vel tribus ſecundum Palladium obruantur.* Ita et vernacula Palladii interpretatio: *In orti lauorati ſi pongano due piedi tra l'uno e l'altro due palmi o tre adentro, e colla punta volta di Sotto.* His apparet, pro digitis eſſe cum lenſonio ponendum *palmis*: quod etiam ex his quae *de pruno* Palladius tradidit confirmatur: *Pruna ſi oſſibus ſerantur autumno, menſe Nouembri ſolo putri et ſubacto, duobus palmis obruantur.* Si enim paruula oſſa tam alte ponenda ſunt, cur non et Perſici oſſa longe maiora? PONTED.

7, 2 EXCVSENT) id eſt, liberent, defendant, quod fit quidem vmbras viciſſim praeſtando: ſed non propterea *excuſare* dixit pro obumbrare. Manilius lib. II *Ah quanta eſt ſcelerum moles per ſaecula cuncta Quamque onus inuidiae non excuſabile terris.* Quam terra et ſaecula excuſare ſe ab hoc onere inuidiae, quam purgare hoc onus et crimen non poſſunt! Quod acumen cum non ſuboleret illuſtri viro, monſtrum verbi, *excuſſabile*, contra analogiae legem confinxit. Sic Tacitus Annal. I, 59 *Coleret Segeſtes victam ripam: redderet filio ſacerdotium: homines Germanos nunquam ſatis excuſaturos, quod inter Albim et Rhenum virgas et ſecures et togam viderint. Excuſaturos* autem intellige non poſteritati, ſed ipſos pariter et poſteros, nunquam

3 Ablaqueandae ſunt per autumnum, et ſuis ſtercorandae foliis. Putanda perſicus in autumno [g] eſt, vt arida et putrida tantum virgulta tollantur: nam ſiquid viride reſecemus, areſcit. Languenti arbori veteris vini feces aquae miſtas oportet infundi. Affirmantibus Graecis Perſicus ſcripta naſcetur, ſi oſſa eius obruas, et poſt dies VII, vbi patefieri coeperint, apertis his nucleos tollas, et his cinnabari [h], quod libebit inſcribas. Mox ligatos ſimul cum ſuis oſſibus obruas diligentius adhaerentes.
4 [Genera [i] eorum ſunt haec, duracina, praecoqua [k] Perſica, Armenia.] Si haec arbor ardore ſolis inareſcit, frequenti aggeſtione cumuletur, veſpertino iuuetur humore, obiectis defendatur vmbraculis. Iuuat [l] in ea et ſpolium ſerpentis appendi. Nunc iam contra pruinas ſtercus ingeratur Perſico, vel feces vini
5 cum [m] aqua permiſtae, vel quod magis prodeſt, aqua in qua faba decocta eſt. Si vermes Perſicus patitur, cinis eos amurcae miſtus extinguit [n], vel bouis vrina cum aceti tertia parte confuſa. Si poma caduca ſunt, nudatae radici eius, vel trunco, lentiſci aut terebinthi cuneus affigitur, vel terebratae in medio, palus ſalicis imprimetur. Si poma rugoſa creabit, aut putrida [o], circa imum truncum cortex recidatur, et cum inde modicus humor effluxerit, argilla pel paleato luto plaga rete-
6 gatur. Magna poma Perſicus affert, ſi florenti per triduum ternos ſextarios caprini lactis ingeſſeris. Contra vitia Perſici proficit ſpartum [p] ligatum, vel ſpartea ſuſpenſa de ramis. Menſe Ianuario vel Februario locis frigidis, Nouembri calidis Perſicus inſeratur, maxime circa terram ſurculis plenioribus, et prope arborem natis. nam cacumina vel non [q] tenebunt, vel diu durare non poterunt. Inſeritur in ſe, in amygdalo, in pruno: ſed [r] Armenia vel praecoqua prunis, duracina
7 amygdalis melius adhaereſcunt, et tempus aetatis acquirunt. Menſe Aprili vel Maio locis calidis, in Italia vero vtroque exeunte, vel Iunio Perſicus inoculari poteſt, quod emplaſtrari [s] dicitur praeciſo ſuper trunco, et emplaſtratis pluribus gemmis,
8 more quo dictum eſt. Perſicus rubeſcit, ſi platano inſerta figatur [t]. Duracina [u] ſeruantur, condita muria et oxymelle, vel detractis oſſibus ficorum more in ſole ſiccantur [x] ac pendent. Item ſaepe vidi, detractis oſſibus duracina [y] melle condiri, et

g) *eo Lugd. eodem E.* h) *cinnabari* om. *P.* i) *Genera* — *armenia* om. *P. Lugd.* k) *praecoqua* om. *I. B. R.* l) *Iuuat* — *appendi* om. *P. iuuat in ea E.* m) *vini aquae miſtae Lugd.* n) *extinguet E.* o) *putria Lugd. E.* p) *ſpartum ligatum vel* om. *P.* q) *non* om. *P.* r) *ſed Armen.* — *menſe* om. *P.* s) *impl.* hic et al. *Lugd.* t) *inſerta* om. *E. ſigitur Lugd.* u) *Poma P.* x) *ſiccantur ac* om. *P.* y) *ea P.*

ſatis deleturos, nullis in Romanos fortibus factis, expiaturos ignominiam, quod paſſi ſint eos inter Albim et Rhenum cum imperii inſignibus apparere. Haec GRONOVIVS Obſ. 2, 13. Add. ſ. 14.

7, 3 ADFIRMANTIBVS GRAECIS) Haec hodie non extant, ſed aliam inſcribendi rationem affert Democritus Geop. 10, 14. SCHOETTG. Eadem prope habet noſter Ian. 15, 13.

7, 4 GENERA EORVM) Non male credo omitti hanc paragraphum in Mſſ. Vid. ad Col. 10, 105.

7, 4 SPOLIVM SERPENTIS) pellis. Ouidius Metam. 3, 81 *Cedit Agenorides paullum, ſpolioque leonis Suſtinet incurſus.* SCHOETTG.

7, 8 VT SIC — COGANTVR) In Creſcentio L. 5 c. *de Perſico* haec non inuenio, ſed haec tantum: *Item ſeruari dicuntur, ſi vmbilicum eius gutta picis calentis oppleueris, et in vaſe clauſo reponas.* Neque etiam in vernacula Palladii interpretatione: *Anche ſi ſerban bene, ſe nel bellico loro ſi mette vna gocciola di pece calda, e coſi ſi ripongano in vaſo chiuſo.* Neque denique apud Aloyſium Alemannum qui Palladium imitatus haec L. VII numeris eſt complexus: *E chi calda in quei diſtillaſſe pece Nell' vmbelico ſuo; molti hanno detto, Ch' ei ſi può mantener maturo e freſco Dentro vn vaſo di terra, in lunghi giorni.* PONTED.

7, 9 PINVS

et ſaporis eſſe iucundi. Item bene ſeruantur, ſi vmbilicum pomi gutta picis calentis
oppleueris, vt [z] ſic ſapae [a] innatare cogantur vaſe [b] concluſo. PINVS creditur 9
prodeſſe omnibus quae ſub ea ſeruntur [c]. Pinum ſeremus nucleis ſuis [d], calidis et
ſiccis regionibus menſe Octobri vel Nouembri; frigidis et humectis Februario vel
Martio. amat locum gracilem, ſaepe maritimum: inter montes et ſaxa vaſtior et
procerior inuenitur: ventoſis et humidis, arborum fiunt incrementa laetiora. Sed
ſiue montes velis conſerere, ſeu ſpatia quaecunque [e], haec huic generi deputabis,
quae alteri vtilia eſſe non poſſunt. Exarabis ergo ea loca diligenter, atque purga- 10
bis, et frumenti more ſemen aſperges, ac leui ſarculo curabis operire: nec enim
plusquam palmo debet abſcondi. defendenda eſt tenera arbor a pecore [f], ne [g]
calcetur inualida. proficiet [h], ſi nucleos aqua ante triduum macerabis. Aliqui di- 11
cunt fructum pineum translatione miteſcere [i]: ſed plantas [k] hoc modo procurant,
vt prius multa ſemina in caliculis terra et fimo repletis obruant, quae vbi proceſ-
ſerint, relicto eo quod ſolidius eſt, auferunt alia: vbi iuſtum coeperit [l] incremen-
tum, trimam plantam cum ipſis caliculis transferunt, quibus fractis in ſcrobe indul-
gent radicibus largitatem. terrae tamen equae ſtercus admiſcent, facientes ſtratu-
ram [m] alterno ordine ſubinde creſcentem. Seruandum eſt tamen, vt radix eius, 12
quae vna [n] et directa eſt, vſque ad ſummitatem ſuam poſſit integra et illaeſa trans-
ferri. Putatio nouellas pini arbores tantum promouet (quod expertus ſum) vt
quae ſperaueras incrementa, duplicentur. Nuces pineae et [o] vſque in hoc
tempus in arbore eſſe poſſunt, et maturiores legentur. prius tamen legendae ſunt
quam pateſcant [p]. Nuclei niſi purgati durare non poſſunt. tamen aliqui in vaſis
fictilibus nouis, et terra repletis, cum teſtis ſuis miſſos aſſerunt cuſtodiri. PRVNA 13
ſi oſſibus ſerantur autumno, menſe Nouembri ſolo putri, et ſubacto duobus pal-
mis obruantur. Oſſa eadem ponantur [q] et menſe Februario. Sed tunc prius lixi-
vio [r] ſunt maceranda per triduum, vt cito germinare [s] cogantur. Ponuntur et
plantis [t], quas ſumemus ex codice menſe Ianuario exeunte, vel Februario circa
Idus,

z) *vt — cogantur* om. *P. Cr.* a) *ſaepe Lugd. I. B. R.* b) *et vaſa claudas P. vaſe recluſo E.* c) *ſunt P. ponuntur vel ſeruntur E.* d) *cum n. ſ. E.* e) *quaecunque haec* om. *P* f) *ſolum* inſ. *Lugd. E.* g) *ne calcetur inualida* om. *P.* h) *proficies Lugd.* i) *niteſcere E.* k) *plantis Lugd.* l) *auferunt. Aliqui iuſtum vbi coeperit E.* m) *facientes ſtercoratam E.* n) *ima P.* o) *et* om. *Lugd. E. et vſque in hoc tempus* om. *P.* p) *putreſcant E. I. B. R. putreſcant nuclei, qui niſi P.* np. cum putreſcunt, rumpuntur. q) *ponuntur Lugd. E.* mel. r) *lexiuo Pal. lexibo Lugd. ex libo E.* s) *gemmare Cr.* t) *et plantae E.*

7, 9 PINVS CREDITVR) Ex Geop. 11, 11. SCHOETTG. Deſcripſit Creſc. 5, 24.

7, 9 GRACILEM) interpretor arenoſum, quia ſic Apuleius Geop. 2, 18 *πίτυς δὲ καὶ ἐν ἀμμώδεσι θάλλει.* SCHOETTG.

7, 13 PRVNA SI OSSIBVS) Quaedam horum habet Creſc. 5, 21.

7, 13 OBRVANTVR OSSA EADEM) Videant docti viri num potior haec ſit huius loci diſtinctio: *Et ſubacto duobus palmis obruantur oſſa. Eadem ponantur et menſe Februario.* Nam Creſcentius ſic tranſcripſit: *Seruntur oſſibus ſuis autumno menſe Nouembri, putri ſolo et ſubacto, duobus palmis vel minus, obruantur oſſa: eadem ponuntur et Februario.* Vernacula autem Palladii interpretatio ſic: *E' l ſuſino, ouero pruno ſi ſemini con noccioli nell' autumno, di Nouembre, e ſemini ſi in terra letaminata, cauata adentro, due palmi ſi ſotterino: e ancora ſi ſeminano nel meſe di Febbraio.* PONTED.

7, 13 EX CODICE) Creſcentius, *Ponantur etiam eisdem menſibus et plantis, quas ſumemus de radicibus et cortice matris.* Cum duo ſint ſtolonum ſiue plantarum genera, quorum vnum circum arbores abs terra prouenit, ipſi ſtirpi ſaepe affixum, vt in Orno videmus, in Malo, in Piro, in Olea, in Lauro, in Pruno etiam; alterum longe ab arboris trunco circumquaque e radicibus

Idus, radicibus ſimo oblitis. Gaudent loco laeto et humido: caelo tepido melius
14 proferuntur [u], tamen queunt et frigidum ſuſtinere. Locis lapidoſis et glareoſis
ſi [x] iuuantur laetamine, excuſant ne [y] poma caduca et vermiculoſa naſcantur. Ex-
tirpandae ſunt ſoboles a radice, exceptis rectioribus, quae ſeruabuntur ad plantas.
Si languida pruni arbor eſt, amurca cum aqua aequaliter temperata radicibus debet
infundi, vel bubulum [z] lotium ſolum, vel humanum vetus cum duabus aquae par-
15 tibus mixtum, vel cineres ex furno [a], maxime ſarmentorum. Si [b] poma decur-
rant [c], oleaſtri epiurum [d] terebratae infige radici. Vermes eius atque formicas,
rubrica cum pice liquida ſi adlinatur, extinguet: ſed modeſtius propter [e] arboris
noxam, ne idem faciat remedium quod venenum. Iuuatur frequenti humore, et
aſſidua foſſione. Menſe [f] Martio extremo prunus inſeritur melius trunco fiſſo
quam cortice, vel menſe Ianuario, antequam incipiat gumen [g] lacrymare. Inſeri-
tur in ſe, et Perſicum [h] recipit, vel amygdalum vel malum, ſed eam degenerem
reddit, et paruam. Pruna ſiccantur in ſole per crates loco ſicciore diſpoſita [i].
16 Haec ſunt quae Damaſcena dicuntur. Alii in aqua marina, vel [in] muria [k] fer-
vente recens lecta pruna demergunt, et inde ſublata, aut in furno tepido faciunt
aut

u) *perfruuntur P.* x) *ſi* om. *Lugd. E.* y) *in Lugd.* forte fuit *ni.* z) *ſtercus bub. P.* a) *forno* hic et mox *Lugd.* b) *Si — radici* om. *P.* c) *decidant I. I — G.* d) *cuneum I. I — G. epirum Lugd. et Ienſ. opirum Cr. epityrum Bo. et Reg.* e) *pro arb. noxa P.* f) *Menſe* om. *P.* g) *gummine Pal. Lugd. gummae lacrimae E.* vid. ad O. 12, 6. h) *in perſico, et amygdalo, et malo P.* i) *diſpoſitas Lugd.* k) *aqua P.* mox *recentia pruna E.*

bus gignitur, vt in Populo contingit, in Vlmo, in Pruno, in Ceraſo, vtrumque commemoratur in Creſcentio, e Palladio, vt credere licet, excerptum: at in vulgatis Palladii libris vnum tantum, nempe primum, *quas ſumemus de codice*; altero vt ſuſpicor, vetuſtate eliſo. Nam ipſum quoque commemoratum a Palladio, teſtantur ea, quae infra adiecit, *exſtirpandae ſunt ſoboles a radice, exceptis rectioribus, quae ſeruabuntur ad plantas.* Huiusmodi enim plantae, quae a radice proueniunt, quid aliud erunt, niſi alterum ſtolonum genus, quod de radicibus, vt ait Creſcentius, ſumitur. Quare Palladii locum ſic reponerem: *Ponuntur et plantis, quas ſumemus de radicibus et codice matris Ianuario exeunte.* Nam et τὸ *matris* in menſe deprauatum in Palladio ex vernacula ipſius interpretatione manifeſtum habemus: *Pongon ſi ancora le piante che ſi diuellano dalle lor madri cioè dal lato allo ſtipite, all' vſcita di Genaio.* PONTED.

7, 14 EXCVSANT) vitium, quod habitura alias eſſent, emendant et vitant. GRONOVIVS Obſ. 2, 12 vid. ad ſ. 2.

7, 14 SI POMA DECVRRANT) Duas fuiſſe huius loci lectiones in veteribus libris, hinc apparet, quod nonnullae editiones haec ſeruant, eaque et in vernacula Palladii interpretatione leguntur: *Se le ſuſine Scorrono*; aliae vero (inter quas Creſcentius) ſic: *Si poma decidunt.* PONTED.

7, 14 EPIVRVM) paxillum. Alias ἐπίουρος inſpectorem notat, ab οὖρος. Homerus Il. ν' ὃς πρῶτος Μίγωνα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον, vbi Euſt. ἐπίουρον ὅ ἐςι φύλακα, ταυτὸν δ' εἰπεῖν βασιλέα. Vtuntur eo verbo hac notione Diophanes Geop. 10, 23; Iſid. Orig. 19, 19. vid. Bodaeus ad Stapel ad Theophr. hiſt. plant. 2, 8. SCHOETTG. *Epigrum* emendat ex Iſidoro Orig. 19, 19 Meurſ. Crit. Arnob. 3, 11 quam vocem etiam Senecae reddidit poſt Scaligerum et Meurſium l. c. Io. Fr. Gronovius de benef. 2, 12 vbi ante legebatur, *niſi in os ſenatoris ingeſſiſſet imperator pigros ſuos.* Sermo eſt de C. Caeſare (Caligula) pedem oſculandum praebente Pompeio Pennae: hic igitur *epigros* volunt clauos, quibus ſuppacti eſſent ſocci. Porro *epigros* dictos volunt Mauſſacus diſſ. crit. ad Harpocrat. p. 401, a. Blanc. et qui omnia collegit Gatakerus aduerſ. miſc. 2, 19 p. 373 ſq. ex ἐπίκουρος, extruſa diphthongo et κ in γ transeunte, cum ἐπίκουροι ſint Heſychio etiam ἧλοι ξύλινοι. Sed ἐπίουρον etiam eſſe vocem probae notae apud eundem Heſychium (ad quem v. not. Hemſterh. in ἐπίκουροι n. 2.) et in gloſſariis pro *clauo ſ. ſude* poſitam vidit Gatakerus idem: quibus cum ſuffragentur Geop. 10, 23 et 67 ἐπίουρον ea ipſa de re dicentes: lectionem Commelinianam relinquere nihil dubitaui, neque tamen alteram plane damnare auſim: *cuneum* autem qui habent, eos ſecuiſſe nodum, quem ſoluere non poſſent, arbitror. De re ipſa vid. loca, quae ſuppeditat Index noſter v. *Cuneus.*

aut in ſole ſiccari. CASTANEA ſeritur et plantis, quae ſponte naſcuntur [l], et 17
ſemine. ſed quae plantis ſeritur, ita aegra eſt, vt biennio de eius vita ſaepe dubite-
tur. Serenda eſt ergo ipſis caſtaneis [m], hoc eſt ſeminibus ſuis, menſe [n] Nouembri
et Decembri, item Februario. Eligendae ſunt caſtaneae ad ponendum [o] recentes,
grandes, maturae: quas ſi Nouembri menſe feramus [q], facilem ſe praeſentia [r]
fructus ipſius praeſtat. Si vero Februario ponamus [s], vt vſque tunc durent, ita fa- 18
ciendum eſt: in vmbra caſtaneae ſiccentur expanſae: tunc in anguſtum et ſiccum
locum translatae cumulum [t] faciunt, et eas omnes fluuialis arena diligenter ope-
riat. poſt dies XXX eas remota arena in aquam frigidam mittis. quae ſanae ſunt,
merguntur: ſupernatat [u] quaecunque vexata eſt. item [x] quas probaſti, ſimiliter
obrues, et poſt XXX dies aeque [y] probas. hoc cum tertio feceris, vſque ad veris
initium, ſerere debebis quae manſerint illibatae. Aliqui in vaſculis ſeruant, arena 19
pariter miſſa. Amant ſolum molle et ſolutum, non tamen arenoſum. in ſabulo-
ne proueniunt, ſed humecto: nigra terra illis apta eſt, et carbunculus, et tofus
diligenter infractus: in ſpiſſo agro et rubrica vix prouenit: in argilla et glarea, non
poteſt naſci: diligit [z] caeli ſtatum frigidum, ſed et [a] tepidum non recuſat, ſi hu-
mor aſſenſerit: delectatur cliuis et opacis regionibus, ac maxime in Septemtrio-
nem verſis. Paſtinari ergo locus debebit, qui huic deſtinatur arbuſto, altitudine 20
pedis vnius ſemis [b], vel duorum, vel [c] totus; aut ſulcis in ordinem deſtinatis, aut
certe aratris reſolui hinc inde findentibus: qui fimo ſatiatus, ac redactus in pulue-
rem, caſtanearum ſemen accipiat non amplius pedis dodrante demerſum. Vni- 21
cuique ſemini propter notam ſurculus debet affigi. ipſa ſemina ſingulis locis ſi-
mul [d] terna vel quina ponantur, et inter ſe quatuor pedum ſpatio ſeparentur. Qui-
bus transferre placuerit, bimas plantas transferre [e] debebunt. Locus tamen de-
ductoria liquoris accipiat, ne humor inſidens limo germen extinguat. Cui placet,
poteſt caſtaneae in propaginem ducere ima virgulta, quae in radice naſcuntur. No-
vum caſtanetum circumfodi debet aſſidue. Menſe [f] Martio et Septembri, incre-
mentum maius acquirit, ſi putationibus adiuuetur. Caſtanea inſeritur (ſicut pro- 22
baui ipſe [g]) ſub cortice menſe Martio vel Aprili, tamen [h] genere vtroque reſpon-
det. Poteſt et inoculari. Inſeritur in ſe, et in ſalice, ſed ex [i] ſalice tardius matu-
rat[k], et fit aſperior in ſapore. Caſtaneae ſeruantur vel in cratibus diſpoſitae [l], vel
intra [m] ſabulonem, ne inuicem tangantur immerſae; vel in vaſculis fictilibus nouis
conditae,

l) *naſcuntur* om. *E.* m) *ſuis* add. *P.* n) *menſe* om. *P.* o) *ſerendum P. recentes* om. *E.* q) *ponemus Lugd.* r) *praeſentia* om *P.* s) *ponemus E.* mox *duret.* t) *cumulateque diligenter fluviali arena operiatur P. Cr. cumulum faciant E.* melius. u) *quod ſupernatat non valet. Item P. Cr. ſupernatant q. vexatae ſunt Lugd.* x) quid ſi *ita?* y) *iterum probabis P. Cr.* z) *Diligunt P.* a) *et* om. *Lugd.* b) *vnius et ſemis E.* c) *vel totus aut* om. *P.* ſed habet *Cr. totius Lugd.* d) *ſimul* om. *P.* e) *transferant. Locus P.* f) *menſe* om. *P.* g) *in ſe Lugd. E.* h) *tamen — in ſe* om. *P.* i) *in P.* k) *maturat — ſapore* om. *P.* l) *diſpoſitae — obrutae* om. *P.* m) *in ſabulone I. B. R. inter ſabulonem Lugd. in ſabulonem E.*

7, 17 CASTANEA) Pleraque habet Creſc. 5, 6.

7, 20 VEL, DVORVM, VEL) Ita diſtinxi orationem. Ante ita legebatur, *vel duorum: vel totus aut ſulcis* etc. Credo ſibi opponi *vel totus et hinc inde.* Sed vel ſic neſcio quid durum et hiulcum relinqui, fateor: illud video, aut totum paſtinandum locum, aut hinc inde aratro findendum, ſulcis aut in ordinem directis, aut ſe varie ſecantibus.

7, 21 DEDVCTORIA LIQVORIS) Eiusmodi foſſiones, quibus humores commode deduci ac deriuari poſſunt. Vegetius Artis Vet. 1, 56 *Foſſa praeterea, quae lotium recipiat, deductorium*



*debet*

conditae, et loco ſicciore defoſſae; vel incluſae virgeis ex fago receptaculis, et lutatae, vt ſpiracula non relinquas; vel ordei paleis minutiſſimis obrutae, vel palu-
23 ſtri vlua figuratis denſioribus ſportis recluſae. HOC menſe locis calidis ac ſiccis regionibus [n] agreſtium pirorum plantas ponimus, quas poſtea poſſimus inſerere, et malorum [o], vel mali Punici, et cydonii, et citri, et meſpili, fici, ſorbi, ſiliquae, et plantas agreſtis ceraſi [p], poſt inſerendas, et mori taleas, et amygdali ſemina, et nuces iuglandes, ſi in ſeminariis (quo dictum eſt more) pangantur.

VIII. HVIVS menſis initio apes ex tamariſci [a] floribus, reliquiſque ſilueſtribus mella conficiunt: quae auferenda non ſunt, quia ſeruantur hiberno. Eodem menſe ſordibus liberandi ſunt aluei, quia tota hieme eos mouere aut aperire non decet [b]. Sed haec die aprico tepidoque facienda ſunt, et [c] pennis maxime auium maiorum, quae habent rigorem, vel aliquo ſimili omnia interiora mundentur, quo
2 manus non valebit attingere. Tum rimas omnes, quae ſunt extrinſecus, luto et fimo bubulo miſtis linamus: et inſuper geneſtis vel aliis tegumentis ſimilitudinem porticus imitemur, vt poſſint a frigore et tempeſtate defendi.

IX. LOCIS calidis et apricis vites, quae fructu carent, fronde luxuriant, et pauperiem foetuum compenſant vbertate foliorum, nunc putare preſſius conueniet: frigidis vero menſe [a] Februario. Si permanebit hoc vitium, circumfoſſas arena fluuiali, vel cinere debebimus [b] aggerare. Quidam lapides inſerunt inter flexuoſa [c] radicum.

X. HISDEM temporibus et locis vitem quae ſterilis fuerit, Graeci ita praecipiunt eſſe curandam. Trunco eius fiſſo lapidem aſſerunt includendum, et ibi vrinae veteris humanae quatuor cotulas circa truncum debere ſuffundi, vt ad radices inſtillatio ipſa deſcendat. Tunc adiiciendum [a] terra laetamen admiſta, et circa radices ſolum omne vertendum.

XI. QVAMVIS menſe Februario ſint [a] conferenda roſaria, tamen locis calidis, apricis, atque maritimis hoc etiam menſe poterimus inſtituere roſeta [b]. quae ſi indigus [c] plantarum volueris ex paucis virgulis [d] habere copioſa, quaternorum digitorum ſurculos gemmantes [e] cum geniculis ſuis debebis excidere, [et] in modum propaginis ſternere [et] ſtercore [f] ac rigationibus adiuuare: vbi anni aetatem compleuerint, pedis ſpatio inter ſe transferre disiunctos [g], atque ita ſolum quod huic generi deputabis implere.

XII. GRAECIS aſſerentibus, vt vuam ſerues in vite vſque ad veris initia, circa ipſam vitem quae fructu plena eſt, loco vmbroſo ſcrobem fodies, altitudine trium pedum

n) *regionibus* om. *P.* o) *malorum vel* om. *P.* p) *pl. agreſtes c. E. plantas* del. videtur. [T. VIII.] a) *tamarici Lugd. E.* b) *poſſumus Lugd. E.* c) *vt pinguis Pol. vt* etiam *Lugd. E.* qui et *pennis* om. [T. IX.] a) *menſe* om. *P.* b) *debemus aggregare P. arenam fluuialem vel cinerem d. aggregare E.* c) *fluxuoſa Lugd. E.* [T. X.] a) *adiicienda eſt terra admiſta laetamine I. I — G.* nobiſcum etiam *Lugd. terram laetamine admiſto E.* non male. [T. XI.] a) *ſunt I. I — G.* b) *roſaria P.* c) *indiguus Lugd.* d) *virgultis E.* e) *germinantes E.* f) *ſtercorare P. ſtercore* ſine *et E.* g) *disiunctos P.* omitt. *ferre E.*

*debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans vrina contingat.* SCHOETTG.

9 LOCIS CALIDIS) Haec ex Sotione Geop. 5, 40. SCHOETTG.

9 FRONDE LVXVRIANT) τρυγᾶν vocat Theophr. hiſt. plant. 4, 16. SCHOETTG.

10 GRAECI) Democritus Geop. 5, 35.

12 GRAECIS) Multa de vuis ſeruandis ſunt Geop.

pedum, latitudine duorum, et mittis[a] ſabulonem, et ibi calamos figis[a], in quibus
retorquebis[b] aſſidue ſarmenta fructibus plena, et illaeſis botryonibus alligabis, vt
ſolum non contingant, et cooperies, vt imber[c] eo penetrare non poſſit. Item Grae- 2
cis docentibus vuas[d] in vite, aut poma in arbore ſi diu ſeruare volueris, vaſculis
clauſa fictilibus ab ima[e] parte pertuſis diligenter a ſummo tecta ſuſpende, quamuis
poma et gypſo cooperta in longam ſeruentur aetatem.

XIII. HOC menſe agnorum prima generatio eſt. ſed agnus ſtatim natus
vberibus maternis admouendus eſt. manu prius tamen exiguum lactis, in quo
ſpiſſior eſt natura, mulgendum eſt, quod paſtores coloſtram[a] vocant: namque hoc[b]
agnis, niſi auferatur, nocebit. Ac primo per biduum natus cum matre claudatur.
tunc ſeptis obſcuris[c] ſeruetur, et calidis: ita[d] ſecluſo[e] paruulorum grege matri-
ces[f] mittantur in paſcua. Sufficiet autem, priusquam procedant matrices mane, 2
et cum ſaturae reuertuntur[g] ad veſperam, agnis vbera haurienda permittere. qui
donec firmentur, intra ſtabulum furfuribus vel Medica herba, vel (ſi[h] eſt co-
pia) farina ordei paſcantur ingeſta, donec conceptum paulisper robur aetatis, pa-
ſcuum matribus poſſint[i] habere commune. PASCVA ouillo generi vtilia ſunt, 3
quae vel in noualibus, vel in pratis ſiccioribus excitantur: paluſtria vero noxia ſunt,
ſilueſtria damnoſa lanatis. Salis tamen crebra conſperſio[k], vel paſcuis miſta, vel
canalibus frequenter oblata, debet pecoris leuare faſtidium. Nam per hiemem,
ſi penuria eſt foeni[l], vel palea, vel vicia, vel facilior victus vlmi ſeruatis frondi-
bus

[T. XII.] a) *mittes, ſiges Lugd.* b) *retorques I. I — G. E. retorquet* ſphalma *Gry.* 1549. c) *imbre penetrari Gry.* 1549. d) *vuas vel poma in vite aut arb. Lugd. E.* e) *vna E.* [T. XIII.] a) *coloſtrum E.* b) *haec I. B. R.* c) *obſcurioribus Lugd.* d) *item P.* e) *ſole clauſo Lugd.* f) *matres P. Lugd. E. mittantur* om. *E.* g) *reuertantur E.* h) *ſi farinae hordei eſt copia P.* i) *poſſint* omitt. *P. poſſit Lugd. paſtum cum matribus poſſit habere communem E.* k) *reſperſio I. B. R.* l) *foeni vel palae Gr. paleae* etiam *Lugd. E. ſi penuria eſt, ſenum, vel palea,* rel.

Geop. 4, 15. Sed quae hic tribuit Graecis inuenta noſter, nondum inueni.

13, 1 AGNVS STATIM NATVS) Didymus Geop. 18, 3; Col. 7, 3, 17. Lugd. Codex melius hic, mea quidem ſententia, diſtinguit: *vberibus maternis admouendus eſt manu. Prius tamen exiguum lactis* etc. SCHOETTG. Videtur ſcribendum: *Sed agnus ſtatim natus vberibus maternis admouendus eſt manu; prius tamen* etc. Cuba ita tranſcripſit: praeterea Columella docet 7, 3: *Agnus autem cum eſt editus, erigi debet, atque vberibus admoueri; tum etiam eius diductum os preſſis humectare papillis, vt condiſcat maternum trahere alimentum.* Hoc porro eſt *manu admouere.* Veruntamen lectores monitos volo neſcio quid quod nunc me latet, ſeque ab ingeniolo meo ſubducit, eſſe amplius inquirendum. PONTED.

13, 1 COLOSTRAM) *Coloſtrum* et *Coloſtra* lac dicitur primum poſt partum, quod caſei inſtar coagulatum eſt, et tam infantibus, quam pecoribus nocet. Inde *coloſtrati pueri* apud Plinium H. N. 28, 9 qui tale lac biberunt, et deinde morbo quodam ſolent adfligi, quem *coloſtrationem* vocant. Haec Hieron. Mercurialis Var. Lect. 5, 12. De genere foeminino dubitat quidem Seruius ad Virgilium Ecl. 2, 22 ſed qui ex auctore noſtro et Nonio 2, 117 facile refellitur. Caeterum alii apud Plinium *coloſtratos pueros* interpretantur, quas nutrices concipiunt et pariunt, a *coloſtra,* quam adhuc a ſuperiore partu tunc temporis ſecum habuerunt. SCHOETTG.

13, 2 POSSINT HABERE COMMVNE) *poſſit,* quod Leidae eſt, vt vidimus, poſtulat Syntaxis ordinata: niſi forte excuſes per Syneſin. Sed vid. etiam, quam medicinam huic loco faciat Cl. Morg. I, 94.

13, 3 PASCVA OVILLO) Creſc. 9, 68.

13, 3 SI PENVRIA EST, FOENVM) Locus peſſime vitioſus. Quae enim eſſe poteſt penuria, ſi foenum habeamus in tabulatis? Quonam alio aptiore cibo ſuſtentantur per hiemem oues quam foeno? Haec igitur tradita a Palladio nullo modo ſuſpicari poſſumus, ſed praecepiſſe, deficiente foeno, vel paleam vel viciam aut vlmeas frondes vel fraxineas eſſe pecori obiiciendas. Sic profecto legebatur in Palladio quo tempore Creſcentius hunc locum excerpebat: *Nam,* inquit 9, 68 *per hiemem ſi penuria eſt foeni, vel paleae, vicia vel facilior victus vlmi vel fraxineis ſeruatis*

4 bus praebeatur, aut fraxini. Aeſtiuis menſibus paſcantur ſub lucis initio, cum gra-
minis teneri ſuauitatem roris miſtura commendat. quarta hora caleſcente potus
puri fluminis aut putei praebeatur, aut fontis. medios ſolis calores [m] vallis aut ar-
bor vmbroſa declinet. deinde vbi flexo iam die ardor [n] infringitur, et ſolum primo
5 imbre veſpertini roris humeſcit, gregem reuocemus ad paſcua. Sed Canicularibus
et aeſtiuis diebus ita paſcendae ſunt oues, vt capita gregis ſemper [o] auertantur a
ſolis obiectu. Hieme autem vel vere niſi reſolutis gelicidiis ad paſcua prodire non
debent: nam pruinoſa herba huic generi morbos creabit. ac tunc ſemel adaqua-
re [p] ſufficiet. Graecas oues, ſicut Aſianas, vel Tarentinas [q], moris eſt potius ſtabu-
lo [r] nutrire, quam campo, et pertuſis tabulis ſolum, in quo claudentur, inſternere [s]:
6 vt ſic tuta cubilia, propter iniuriam pretioſi velleris, humor reddat elabens. Sed
tribus, per annum totum, diebus aprico die lotas oues vngere oleo oportebit, et
vino. Propter ſerpentes, qui plerumque ſub praeſepibus latent, cedrum, vel gal-
7 banum, vel mulieris capillos, aut ceruina cornua frequenter vramus. NVNC
hirci admittendi ſunt, vt foetum primi veris fouere poſſit exortus. Sed caper eli-
gendus [eſt [t],] cui ſub maxillis duae videntur pendere verruculae [u], magni corpo-
ris, craſſis cruribus, breui plenaque ceruice, auribus flexis et grauibus [x], paruo
capite, nitido, ſpiſſo et longo capillo. Ad ineundas foeminas et ante anniculum [y]
congruus [z]. non autem durat vltra ſexennium. Capella ſimilis corporis, ſed ma-
8 gnis vberibus eſt eligenda [a]. Non tamen ita multae caprae, vt oues vna ſtatione
claudantur [b], quam luto et ſtercore carere conueniet. Haedis ſupra lactis abun-
dantiam, edera et arbuti et lentiſci cacumina ſunt ſaepe [c] praebenda. Trimae edu-
care optime poſſunt; quod teneriores matres generant, tranſigendum eſt. ſed vltra
octo annos ſeruandae non ſunt matrices, quia genus hoc longiore ſterileſcit aetate.

XIV. HOC tempore glandis legendae ac ſeruandae cura nos excitet; quod opus foemineis ac puerilibus operis [a] celebrabitur facile [b] more baccarum.

XV. NVNC materies ad fabricam caedenda eſt, cum luna decreſcit. Sed arbores quae caedentur vſque ad medullam ſecuribus reciſas aliquandiu ſtare patieris, vt per eas partes humor, ſiquis in venis continetur, excurrat. vtiles autem ſunt

m) *ardores aut P.* n) *arbor Gryph.* 1549. o) *ſemper* om. *E.* p) *aquare E.* q) *Terent. Lugd.* r) *ſtabulo nutrire* om. *P.* s) *inſtruere E.* t) *eſt* om. *Pal. Lugd. E.* u) *veruiculae P. verriculae E.* x) *et cornibus grandibus* addit *E.* y) *annum P.* z) *congruum E.* a) *legenda Lugd.* b) *claudende P. claudatur Ienſſ.* c) *ſaepe* om. *P.* [T. XIV.] a) *ſtudiis I. B. R.* b) *facile* om. *P.*

*ſeruatis frondibus praebeatur.* Ex his itaque Palladii locus, (neque enim omnia in Creſcentio vitio carent) a vitio vindicari poteſt. *Nam per biemem ſi penuria eſt foeni, vel palea vel vicia vel facilior victus* etc. Paleae enim nulla eſt penuria. PONTED. Nihil dubitaui ex Creſcentio emendare locum aperte vitioſum, ſuffragante potiſſimum clariſſimo viro.

13, 4 GRAMINIS TENERI SVAVITATEM RORIS MISTVRA) Virgilius Georg. 3, 324 — *dum mane nouum, dum gramina canent, Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.* Nemeſianus Ecl. 1, 6

*Incipe, dum ſalices hoedi, dum gramina vaccae*
*Detondent, viridique gregem permittere campo*
*Et ros, et primi ſuadet clementia ſolis.*

Florentinus Geopon. 18, 2 Ἐπὶ δὲ τὴν νομὴν ἐξακτέον θέρους μὲν, πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν, ἔτι τῆς δρόσου κειμένης. SCHOETTG. Ro. Titium ad Nemeſiani locum a Clar. Schoettgenio citatum, hic laudat ALMELOV.

13, 7 CAPER ELIGENDVS) Col. 7, 6, 2.

15, 1 ARBORES QVAE CAEDENTVR) Sumta ſunt haec ex Plinio 16, 39. Deſcripſit pleraque Creſc. 1, 10.

15, 1 LARIX

ſunt hae maxime [a]: abies quam Gallicam vocant, niſi perluatur [b], leuis, rigida, et
in operibus ſiccis perenne [c] durabilis. Larix vtiliſſima [d], ex qua ſi tabulas ſuffigas
tegulis [e] in fronte, atque extremitate tectorum, praeſidium contra incendia [f] con-
tuliſti. neque enim flammam recipiunt, aut carbones creare [g] poſſunt. Quercus 2
durabilis ſi terrenis operibus obruatur, et aliquatenus palis. Aeſculus aedificiis et [h]
ridicis [i] apta materies. Caſtanea mira ſoliditate perdurat in agris, et tectis, et ope-
ribus [k] caeteris inteſtinis, cuius ſolum pondus in vitio eſt. Fagus in ſicco vtilis,
humore corrumpitur. Populus [l] vtraque et ſalix et tilia, in ſcalpturis [m] neceſſariae.
Alnus fabricae inutilis, ſed neceſſaria, ſi humidus locus ad [n] accipienda fundamen-
ta [o] palandus eſt. Vlmus et fraxinus ſi ſiccentur, rigeſcunt, ante curuabiles, cate-
nis vtiles habentur. Carpinus [p] vtiliſſima [q]. Cupreſſus [r] egregia. Pinus niſi in 3
ſiccitate non durans, cui contra celerem [s] putredinem comperi in Sardinia hoc ge-
nere prouideri, vt exciſae trabes eius, aut [t] in piſcina qualibet anno toto merſae [u]
laterent, poſt operi futurae; aut arenis obruerentur in litore, vt aggeſtionem, qua
tectae eſſent, alternis aeſtibus reciprocans fluctus [x] allueret [y]. Cedrus durabilis,
niſi humore tangatur. Quaecunque autem ex parte meridiana caeduntur, vtilio-
res ſunt: quae vero ex Septentrionali [z], proceriores, ſed facile vitiantur.

XVI. HOC

[T. XV.] a) *maxime* om. *P. vtiles maxime hae E.* b) *perpluatur Lugd. ni ſuper pluantur E.* c) *per hiemem E.* d) *vtillima I. B. R. Lugd. E.* e) *tegulis* om. *P.* f) *incendium E.* mox om. *flammam.* g) *creant. Quercus P.* h) *et ridicis materies* om. *P.* i) *radicis Lugd.* hic et al. k) *oper. internis, cuius P.* l) *albariis; vtraque ſalix Cr. populus vtraque et* om. *E.* m) *ſculpturis Vitruu. Lugd. in culturis E.* n) *ad accipienda* om. *P. Cr.* o) *fundamentis Cr. parandus E.* p) *Carpinus vtil.* om. *P.* q) *vtillima Lugd. I. B. R. E.* r) *vel pirus* inſ. *Creſc. E.* addit *et vtillima E.* s) *celerem* om. *P.* t) *aut* om. *P.* u) *merſae* om. *P.* x) *aeſtus P.* y) *ablueret Lugd. E.* recte puto. z) *Septentrione P.*

15, 1 LARIX VTILISSIMA) Haec et ſequentia ſumta ſunt ex Vitruuio 2, 9. Eſt autem larix ex picearum genere, quae inter alias ab antiquis hanc laudem habuit, vt igni reſiſtere diceretur. Plinius H. N. 16, 16; Vitruuius l. c. Iſidorus Orig. 17, 7. Quin et narrat Plinius 16, 39 Tiberium Caeſarem concremato ponte naumachiario, larices ad reſtituendum illum in Rhaetia caedi curaſſe. Obſeruarunt autem Philander ad Vitruuium et Saluagnius Boeſſius de miraculis Delphinatus p. 172 ex propria experientia, etiam hanc arborem ardere. Vnde adparet *laricem* hodie appellari aliam arborem quam olim. Vide copioſe Clericum biblioth. choiſie tom. 12 p. 57 ſq. add. Mem. de Treuoux Iun. 1756 p. 208. Ad hiſtoriam autem ex Plinio et Vitruuio reſpondent eruditi, ob ventum, aërem, frigus, glaciem et pluuiam in Alpinis regionibus impeditam eſſe vim ignis, alias enim larix eſt e reſinoſis, quae facillime ardent. Bodaeus a Stapel ad Theophraſti hiſt. plant. 3, 10. SCHOETTG. Τὸ *tegulis* neque ap. Vitruvium neque ap. Creſcentium legitur, nam larix ignis metu ad ſubgrundia laudatur, quod ex τῷ *in fronte atque extremitate tectorum* manifeſtum eſt. Vitruu. 2, 9 cuius (Laricis) *materiei ſi eſſet facultas apportationibus ad vrbem, maximae haberentur in aedificiis vtilitates, etſi non in omnibus, certe tabulae in ſubgrundiis circum inſulas ſi eſſent ex ea collocatae, ab traiectionibus incendiorum aedificia periculo liberarentur, quod eae nec flammam nec carbonem poſſunt recipere, nec facere per ſe.* Creſc. 1, 11 *Salix vel Larex ſecundum Palladium vtiliſſima ex qua tabulas ſuffigas in fronte atque extremitate tectorum.* PONTED. I. Valens in numis familiarum numum profert *P. Accolleii Lariſcoli,* in cuius altera facie eſt caput muliebre, in altera tres figurae muliebres, quae videntur in arbores mutari, quarum illam Clymenem putat, has vero ipſius filias Phaëtontis ſorores, in larices mutatas, expreſſas in hoc numo propter ſimilitudinem cognominis: (*Lariſcolum* enim deminutum ex *larice*) Ad iſtum numum explicandum laudat hunc locum Palladii, ſed in haec verba laudat: *Reſina illa liquida eſt, lacrymae ſimilis; non recipit flammam, quaſi odio perſequatur, ob combuſtum Phaëtontem.* Quae neſcio vnde hauſerit. Neque enim Palladii liber vllus, quod ſcire potuerim, neque Vitruuius, aut Plinius, aut Iſidorus adeo vllam fabulae Phaëtontis in explicanda laricis natura mentionem faciunt.

15, 2 CATENIS VTILES) Vitruuius: *recipiunt catenationes.* SCHOETTG.

XVI. HOC menſe locis ſiccis, calidis, et apricis maiores arbores transferemus truncatis [a] ramis, illaeſis radicibus, multo ſtercore et rigationibus adiuuandas.

XVII. GRAECI in conficiendi olei praeceptis iſta [a] iuſſerunt. tantum le-
gendum eſſe oliuae, quantum nocte veniente poſſimus exprimere. molam primo
oleo debere leuiter eſſe ſuſpenſam. oſſa enim confracta ſordeſcunt: quare de ſolis
carnibus [b] ſit prima confectio. [et [c] de] ſalignis [d] caniſtros fieri debere virgultis,
2 quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit quod ſponte defluxerit.
Sales deinde ac nitrum iubent nouo oleo miſceri, vt haec res ſpiſſitudinem eius
abſoluat: deinde [e] cum amurca ſubſederit, oleum purum XXX diebus exactis, in
vitrea vaſa transferri. ſecundum, ſimili diſciplina fieri, ſed mola fortiore quaſſari.

XVIII. OLEVM primum Liburnico ſimile fieri aſſerunt Graeci, ſi in optimo viridi [oleo [a]] inulam [b] ſiccam et lauri folia et cyperum, omnia ſimul tuſa, et ſubtiliter [c] creta permiſceas cum ſalibus torrefactis ac tritis, et diu oleo iniecta perturbes, deinde tribus aut aliquanto amplius [decurſis [d]] diebus, cum quieuerit [e], vtaris.

XIX. SI ſordet oleum, frictos et adhuc calentes ſales iniici iubent, et diligenter operiri. ita mundum reddi poſt [a] tempus exiguum.

XX. SI fuerit odoris horrendi, virides [a] oliuas ſine oſſibus tundi [b], et in olei
metreta choenicas [c] duas mitti. ſi baccae defuerint, caules tenerrimos oleae ſimili-
ter eſſe tundendos. Nonnulli vtraque permiſcent, adiecto [d] etiam [e] ſale. ſed
omnia intra linteum clauſa [f] ſuſpendunt, atque ita in vas olei demittunt [g]. poſtea
2 tribus diebus exemtis [h] auferunt, et oleum in alia vaſa transfundunt. Quidam
mittunt vetuſtum laterem [i] torrefactum. plerique ordeaceos panes [k] breuiter fi-
guratos, et raro linteo inuolutos mergunt, et nouos ſubinde permutant: vbi hoc
bis aut tertio fecerint, ſales mittunt [l], et in alia vaſa translatum per paucos [m] dies
3 ſubſidere [n] patiuntur. Quod ſi aliquod [o] animal forte deciderit, et oleum putre-
dine

[T. XVI.] a) *truncatas Lugd.* [T. XVII.] a) *ita Lugd.* b) *carnililibus Lugd.* c) *et de* om. *Pal. Lugd. I. B. R.* d) *ſaligineis P. ſaliginis E.* ſed corr. e) *dein Lugd.* [T. XVIII.] a) *et viridi E. oleo* om. *I. B. R. E.* *Pal.* et *Lugd.* b) *inullam Lugd. mulam P. anulam E.* mox *iuniperum* pro *cyperum.* item *tunſa.* c) *ſubtiliata perm. P.* d) *decurſis* om. *P. Pal. Lugd. E.* e) *cum quieſcit E.* [T. XIX.] a) *exiguo tempore P.* [T. XX.] a) *virides* abeſt *P.* b) *iubent tundi E.* c) *conchas Lugd.* d) *addito I. B. R.* e) *etiam* om. *P.* f) *cluſa I. B. R.* g) *dimittunt E.* h) *exactis I. I. E.* — *Gry.* 1549. *exemtis* etiam *Lugd.* i) *breuiter* inſ. *Gy. Gr.* vtraque. k) *panes et linteo etc. P. breuiter* om. *Lugd.* l) *iniiciunt Lugd.* m) *paucis diebus reſidere P.* n) *ſidere Lugd. reſidere E.* o) *aliquod* om. *P. E.* habet poſt *deciderit.*

17, 1 GRAECI) v. g. Apuleius Geop. 9, 19 vbi omnia diſertius docentur, quemadmodum et Col. 12, 50

18 LIBVRNICO SIMILE) Cum eandem compoſitionem tradidiſſet Sotion Geop. 9, 27 ſubiungit τοῦτό ἐστι τὸ καλούμενον Λιβυρνικὸν, καὶ αὐτὸ τὸ Ἰστριανόν. In lemmate vocatur Ἰστρικῷ ὅμοιον. Plin. 15, 2 ſ. 3 *Reliquum certamen* (de bonitate oleae) *inter Iſtriae terram et Baeticae par eſt.* Habet eundem ſingendi olei modum, *quod Liburnicum omnes putabunt,* Apicius 1, 5.

19 SI SORDET OLEVM) Eadem ratio ex Tarentino eſt Geop. 9, 21. SCHOETTG.

20, 1 SI FVERIT) Tarentinus Geop. 9, 23. SCHOETTG.

20, 1 ODORIS HORRENDI) *Horridus odor* ex Palladio 12 citat Barthius Adu. 20, 18 quod quidem huc reſpicere ſtatuo, quamvis in nulla editione hanc vocem obſeruarim. Mihi tamen probatur lectio Barthii prae vulgari. *Horridus* enim notat aduerſum, contrarium etc. vt *fames horrida,* apud Arnobium lib. 1 SCHOETTG. Sed *horrendus odor* etiam eſt apud noſtrum 1, 18, 1.

20, 3 QVOD SI ALIQVOD ANIMAL) Democritus Geop. 9, 25. SCHOETTG.

dine ac [p] nidore vitiauerit [q], iubent Graeci coriandri [r] manipulum in olei metreta
ſuſpendi, atque ita paucis diebus manere. ſi nihil de nidore [s] decuſſerit [t], mutan-
dum eſt [u] coriandrum, donec ſuperetur hoc vitium. Sed maxime proderit, poſt
ſenos [x] dies in vaſa munda transferre; melius [y], ſi acetum ante vexerunt. Quidam 4
foeni [z] Graeci ſemen ſiccum tritumque permiſcent, vel incenſos oleaginos car-
bones in ipſo oleo frequenter extinguunt [a]. Si acerbus odor fuerit, vuae ex-
crementa [b], quae Graeci γίγαρτα vocant, praecipiunt, tuſa et in maſſam redacta
merſari [c].

XXI. OLEVM rancidum Graeci aſſerunt ſic poſſe curari. Albam ceram mundo et optimo oleo reſolutam, et adhuc [a] liquentem mitti in oleo iubent. tunc ſales frictos calentes addi, operiri, atque gypſari. ſic fieri vt oleum purgetur ſapore et odore mutato. oleum tamen omne in terrenis locis eſſe ſeruandum, et eam eius eſſe naturam, vt ſole vel igne purgetur, vel aqua feruenti, ſi ſimul miſceantur [b] in vaſculo.

XXII. HOC etiam menſe oliuas condiemus. Harum genera ſunt diuerſa. Co-
lymbades [a] oliuae fiunt ſic: alternis cratibus oliuarum puleium ſpargis, et mel,
et acetum, et ſales modice, ſtratura intercedente [b], ſuffundes. Item ſternes oliuas
ſupra ſurculos foeniculi vel anethi, ſiue lentiſci, et ramulis [c] oliuae ſubditis, aceti [d]
heminam et muriam ſuperfundis, et has conſtructiones vſque ad vaſculi plenitudi-
nem patieris inſurgere [e]. Aliter. Electas oliuas muria maturabis [f], poſt XL dies 2
muriam fundis vniuerſam: tunc duas defruti [g] partes, aceti vnam, mentam minute
inciſam vaſculo adiicies, et oliuis [h] replebis, vt iuſta infuſione liquor [i] ſupernatet.
Aliter. Oliuas manu lectas, vna nocte integra, in balnei vapore eſſe patieris, ta-
bulae vel crati ſuperpoſitas: mane balneis exemtas ſalibus tritis conſperges et
vteris: quae non amplius [k] quam VIII dies poterunt cuſtodiri. Aliter. Oliuas 3
illaeſas [l] primo mittis in muria [m]: poſt dies XL leuabis, atque intercides acuto cala-
mo: et, ſi dulciores habere volueris, duas ſapae partes, et aceti vnam; ſi acrio-
res, aceti duas, et ſapae vnam debebis infundere. Aliter. Paſſi ſextarium vnum,
cine-

p) *ac nidore* om. *P.* q) *vitiauit I. B. R.* ex *vitiarit*, quod habet *Lugd.* r) *coliandri E.* et poſt. s) *horrore Lugd. E.* t) forte *deceſſerit.* u) *eſt* om. *Lugd. E.* x) *X. P.* y) *melius autem E.* mox *iniecerint* pro *vexerunt E.* z) *foenum graecum ſiccum P. E.* a) *immergunt P.* b) *vuae extrema E.* mox *tunſa.* c) *indempſari P.* [T. XXI.] a) *adliquentem Lugd.* b) *miſceatur E.* poſt *pulegium.* [T. XXII.] a) *columbares Lugd. E.* b) *ſtatura interc. E.* mox om. *oliuas.* c) *ramis I. B. R.* d) *acetum et P. Lugd.* e) *exurgere P.* f) *macerabis Pariſ.* g) *defriti Lugd. defricti E.* om. *duas.* h) *oliuas Lugd. E.* i) *liquor* om. *Lugd. E.* k) *plus VII. diebus P. VII.* etiam *I. B. R. octo diebus Lugd. E.* l) *electas E.* m) *muriam Lugd.*

20, 3 DE NIDORE DECVSSERIT) *Deceſſerit* conieciſſe etiam animaduerto BVCHNERVM.

20, 4 ΓΙΓΑΡΤΑ) Legitur hoc verbum bis Geop. l. c. vbi Cornarius reddit *vinacea*, quamuis appareat ex his Palladii verbis γίγαρτα plura et maiora eſſe excrementa, quam ſola vinacea. SCHOETTG.

21 GRAECI) Tarentinus Geop. 9, 22. SCHOETTG.

21 RESOLVTAM) coctam et liquidam. Nam in Graeco eſt ἕψησον. SCHOETTG.

21 IN TERRENIS LOCIS) ἐν κατωγείῳ τόπῳ.

22, 1 COLYMBADES) ita dicuntur oliuae condititiae, ἀπὸ τȣ̃ κολυμβᾷν, quod in aceto et muria innatent. Plura Needham ad Geop. 29, 33. Sumta ſunt autem haec e Col. 12, 48. SCHOETTG. Varias etiam oliuarum condiendarum formulas dabunt Geop. 9, 28 ſqq.

22, 2 MATVRABIS) Adſcripſeram, forte legendum, *macerabis:* et inueni poſtea ita etiam expreſſum in editione Pariſienſi 1536. 4. Sed cum reliqui libri omnes conſentiant, nolim mu-
tare

cineris bene creti [n] quantum manus vtraque geſtabit, vini veteris vnum ſuniculum [o], et aliquantum cupreſſi foliorum: miſtis omnibus oliuas infundis, inculcas, et ſubinde cruſtam faciendo ſaturabis, donec ad vaſculorum ſumma ora perue-
4 nias. Aliter. Oliuas quas iacentes repereris, rugis [p] contrahentibus criſpas colligis, et ſalibus tritis reſperſas expandis, donec ſole inareſcant [q]. tunc ſubſtrato lauro alternas crates baccarum ſaepius ordinabis: tunc defrutum cum ſatureiae faſciculo duabus aut tribus vndis feruere patieris: et poſtquam tepuerit, ſupra compoſitas baccas refundes admiſto ſale paululo, et origani faſce coniecto, ſupra ius omne per-
5 fundes. Aliter. Lectas baccas ex arbore ſtatim condies, rutam et petroſelinum ſternes inter ſpatia ſtructionis, et ſubinde cyminati [r] ſalis aſperſione cumulabis. poſtremum mel et acetum ſuperfundes. nouiſſime optimi olei quantumcunque miſcebis. Aliter. Legis [s] oliuas ex arbore nigras, et compoſitas muria diluis: tunc ollae adiicis mellis partes duas, vini vnam, defruti dimidiam, et vbi ſimul deferbuerint [t], deponis, ac permoues, et acetum miſces: cum refrixerit [u] ſuper oliuas origani ſur-
6 culos ſternis, et ſupra ius omne diffundes. Aliter. Oliuas manu lectas cum pediculis aqua ſpargis tribus diebus: deinde mittis in muria [x], et poſt VII [y] dies exemtas in vaſe adiicis cum muſti et aceti aequis ponderibus. et impletum vas ita operies, vt aliqua ſpiramenta dimittas.

XXIII. NOVEMBREM et Februarium ratio temporis per horas dierum [b] fecit aequales.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXVII |
| Hora | II | et | X | pedes | XVII |
| Hora | III | et | IX | pedes | XIII |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | X |
| Hora | V | et | VII | pedes | IIX |
| Hora | VI | | | pedes | VII |

n) *criti P.* o) *ſemiciculum P. I. B. R. E. ſimiculum Lugd. cimiculum Pal. funiculum I. I — G.* p) *rugis* om. *P.* q) *marceſcant Lugd. P. E.* r) *ſeminati I. B. R. ciminati E. I. I — G.* s) *colligis Lugd.* t) *vbi ſ. deferuerint* om. *et E.* forte verius. u) *cum refrigeraueris E.* x) *muriam Lugd. in* om. *E.* voluit dare *muriam.* y) *XII. I. I — Gry.* 1549. [T. XXIII.] a) *Septembr.* b) *dierum* om. *E. hor. duxit aequ. Lugd.*

tare quidquam. Forte vt *maturam* dixit *muriam* Columella 12, 6, 1, ita ipſa muria dicitur *maturare*, quae macerando molliora facit et leniora.

22, 3 SVNICVLVM) Vix dubito quin vera ſit coniectura, quae antiquam lectionem intuentibus non poteſt non in mentem venire, vt legatur *ſemiſicilicus.* Ita iam viſum Hermolao Barbaro apud Baldum de verb. Vitr. ſign. in *ſicilicus.* Ita conieceerat in Indice Sylburgius. Quidni enim deſcriptio partium aſſis poſſit referri etiam ad menſuras alias, nominatim ad *quadrantal* veterum ſ. *amphoram?* Ea vas erat cubicum, cuius omnia latera pedem Romanum habebant, (vid. Eiſenſchm. de pond. et menſ. 2, 2 p. 71.) Quemadmodum *ſicilicus*, vbi de longitudine ſermo eſt, nemine dubitante eſt quarta pars vnciae, ſiue digiti, h. e. 48 pars pedis: ita conſtat, amphorae partem 48 eſſe *ſextarium*, eundemque *ſicilicum*, ſi ad aſſem referatur: *hemina* igitur h. e. dimidius ſextarius, erit *ſemiſicilicus.*

22, 3 CINERIS BENE CRETI) Hunc non concoquo: neque enim ablui deinde praecipit, ſed vinum potius affundi. Nihil de cinere Graeci. *Criti* pro *creti* habetur Florentiae. Quidſi fuit apud Palladium *ciceris* bene *triti?* Sed forte hic etiam de guſtu non eſt diſputandum.

22, 3 CVPR. FOLIORVM) Hic inſeri debebat, certe intelligi debet, *ſumes* vel tale quidpiam.

22, 3 CRVSTAM FACIENDO) h. e. ſtratum illius maſſae, quam modo deſcripſit; eadem fere, quam *cratem* mox dicit.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE RE RVSTICA

## LIBER DECIMVS TERTIVS.

### TIT. I.

DECEMBRI [a] menſe ſeruntur frumenta, triticum, far, ordeum: quamuis ordei ſatio iam [b] ſera ſit. Et faba circa ſeptimontium [c] ſeri poteſt. Nam poſt exactam brumam [d] male ſeminantur. Hoc etiam menſe adhuc [e] lini ſemen ſpargi poterit, vſque [ad] VII [f] Idus Decembris.

II. NVNC ad inſtituendas vites, ſed poſt Idus paſtina [a] inchoëmus effodere, ſicut ante tractatum eſt. Et materiem bene hoc menſe caedemus: palos quoque et corbes faciemus, et [b] ridicas. Et locis frigidis oleum faciemus ex lauro, et myrti baccas atque lentiſci in olei [c] ſui confectione quaſſabimus, et vinum myrtite [d], ſicut dictum eſt ante, retingemus [e].

III. HOC tempore [a] ſerenda eſt lactuca, vt planta eius Februario transferatur. Et iam nunc allium [b] et vlpicum, et cepullae [c], et ſinapi, et cunela ſeri poterunt, diſciplina et more, quo ante narratum eſt.

IV. HYPOMELIDES poma ſunt (vt Martialis aſſerit) ſorbo ſimilia. mediocri arbore naſcuntur, et flore candidulo. dulcedo huic fructui cum acuto ſapore commiſta eſt [a]. ſeritur menſe Decembri nucleis in vaſculis [b] poſitis. Menſe autem Februario hypomelidis planta, ſed pollicis magnitudine robuſta transfertur breuiſ-
ſimo [c] ſcrobe, ſoluta terra, plurimo ſtercore. Sed munienda [d] eſt, quia cito areſcit, 2
ſi radices eius [e] ventus afflauerit. Terram qualemcunque non reſpuit. amat loca tepida,

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii LIB. XIII. *ſiue December.* T. I.] a) *Nunc ſer. Lugd. E. I. B. R. vid. Ian. pr.* b) *iam* om. *E.* c) *ſepta montium P. Lugd. ſeptimum Idus* reliqui. d) *prainam Lugd.* mox *ſeminatur E.* e) *adhuc* om. *P.* f) *vſque ſeptimo E.* [T. II.] a) *paſtinam fodimus P.* b) *et ridicas* om. *P. redicas Lugd. E.* c) *et mirti baccis atque lentiſci. In olei* etc. *E.* d) *et v. mirtetum E.* e) *tinguemus Lugd. tingemus E.* [T. III.] a) *menſe P.* b) *allium et* om. *P. etiam nunc E.* c) *cepulae E.* [T. IV.] a) *ſunt P.* b) *vaſe P.* c) *breuiſſima Lugd.* d) *minuenda Lugd.* e) *illi I. B. R. illius P. Lugd. E.*

DECEMBER.

1 SEPTIMONTIVM) Sine dubio verior lectio eſt quam propoſuimus Codicum Mſſ. licet aliquantum et ipſa deformata fuerit. *Septimontium* legendum eſt profecto, quem diem ruſticis in faba ſerenda obſeruatum, *ſeptimontialis ſatio* declarat. Vid. nota Schoettgenii ad illum locum, nempe ad Col. 2, 10, 8.

1 MALE SEMINANTVR) Legendum, vt apud Cubam, *male ſeminatur*; de faba enim loquitur Palladius, de qua etiam Col. 2, 10 *Poſt brumam parum recte ſeritur, peſſime vere.* PONTED.

2 SICVT DICTVM EST) Ian. 18; F. 27.

4 HYPOMELIDES) Neſcio an quis veterum praeterea huius fructus mentionem fecerit. Tacent certe Plinius, Geoponici, tum barbari

tepida, aprica, maritima, et ſaepe ſaxoſa. ſtatum rigidum reformidat. inſeri non poteſt, exigua durat aetate. Poma eius aut in picatis et minutis [f] vrceolis, aut ſcobe [g] populi, aut in ollis inter vuas vinaceis obruta ſeruabuntur.

V. NVNC rapa in partes minutas reciſa [a], et leuiter cocta, et tota die diligentius [b] exſiccata, nequid reſeruent humoris, et [c] ſinapi ex aceto (ſicut moris eſt) temperato, mergere et condire curabimus, et repleta vaſa claudemus, ac poſt aliquantos dies guſtibus [d] explorata, proferemus vſuri. Quam rem Ianuario quoque et Nouembri menſe poterimus efficere [e].

VI. NVNC etiam quibus litus in fructu eſt, vbi lunae iuuabit [a] augmentum, quae omnium clauſorum maris animalium, atque concharum iubet incremento ſuo [b] membra turgere [c], echini carnes ſalibus condire curabunt [d]. quod ſolito more conficitur. hanc quoque rem per omnes menſes bene faciemus hibernos. Pernas etiam et lardum conficimus non ſolum menſe hoc, ſed omnibus [e], quos hiemalis algor aſtringit. Tempore hoc per humiles ſiluas et baccis foecunda virgulta ad turdos et caeteras aues capiendas laqueos expedire conueniet. hoc vſque in Martium menſem tendetur aucupium.

VII. DECEMBREM Ianuario in horis cauſa diſpar adiunxit, cum linea ſimili ille augeatur, iſte decreſcat.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Hora | I | et | XI | pedes | XXIX |
| Hora | II | et | X | pedes | XIX |
| Hora | III | et | IX | pedes | XV [a] |
| Hora | IV | et | IIX | pedes | XII [b] |
| Hora | V | et | VII | pedes | X [c] |
| Hora | VI | | | pedes | IX [d] |

f) *munitis Lugd.* g) *ſcrobe A. G. C. E.* [T. V.] a) *inciſa P.* b) *diligenter P.* c) *et* om. *P. E.* d) *guſtabimus P.* e) *conficere P.* [T. VI.] a) *luna iuuarit Lugd. iuuarit* etiam *P. inierit argumentum E.* b) *ſuo* om. *P.* c) *turgeſcere P.* d) *condire curabimus E.* e) *ſed et o. E.* [T. VII.] a) *XVII P.* b) *XV P.* c) *XIII P.* d) *Palladii Rutili Tauri Emiliani viri illuſtris opus agriculturae explicit. P.* et *Lugd.* niſi quod hic *finit.* — Subſcriptum Mſ. E. eſt: *Explicit liber Palladii, de cultura agri.*

Creſcentius de commodis rerum rur. et Barthol. de Piſis ac recentiores, Bruyerinus et Nonnius de re cibaria. Ἐπιμηλὶς apud Dioſcoridem eſſe dicitur e genere meſpilorum. Sed nihil inuenio. Interpres Germanicus, Maius, *Hippomelides* vocat; quod ſi bono auctore factum eſt, poſſunt poma praegrandia ita dici. Sed nihil extrico. v. Ind.

PALLA-

# PALLADII RVTILII* TAVRI AEMILIANI
# DE INSITIONE
## LIBER, AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

HABES aliud indultae fidei teſtimonium. Pro vſura temporis hoc opus de arte inſitionis adieci. Sed quod volumina haec ruris colendi ſerius quam iuſſeras, ſcripta

VARIETAS LECTIONIS.

[Palladii *de Inſitione* * *Liber Praef.* ] * *Rutiliique Gym.* * In *Pol.* et *Lugd.* plane deeſt huius libri collatio.

PALLADII DE INSITIONE LIBER.

Damus poſt finem libelli epiſtolam Io. Conr. Schwarzii, viri cel. de hac ipſa epiſtola, ſcriptam, quam paſſi ſumus locum, quem adhuc habuit, tenere. Periit, credo, ea, quam toti operi praefixerat Palladius: haec quidem nimis aperte ad librum de inſitione pertinet, nec poteſt toti operi, qualis nunc eſt, ſine abſurditate praeponi. Ecquid enim quiſquam mortalium intelligat, ſi ab initio operis poſita eſſet, illud eius principium, *Habes aliud indultae fidei teſtimonium.* Superiore epiſtola, quam periiſſe ſuſpicamur, forte dixerat, quo tardiores venerint libri, tanto eſſe emendatiores, quin auctiores altera praelectione. Duplicem certe fuiſſe editionem, alteram altera pleniorem, in mentem venire alicui debet, qui creberrimas illas omiſſiones Medicei Codicis, optimae aliquin notae, diligenter conſiderauerit. Vnum v. g. *indultae fidei* (h. e. praeſtitae fidei a Palladio, et morae rebus excuſatae) teſtimonium erat emendatio XIII librorum et augmentum; alterum eſt, quod pro quarto decimo (*bis ſeptem* enim libros iam legerat et commendauerat, cum iſta ſcriberentur, Paſiphilus vid. v. 3) qui proſa vt ceteri primum ſcriptus fuerat, iam carmen mittat: eadem fere ratione, vt de hortis materiem decimo libro Columella verſu retractauit. Caeterum, ne quid huic editioni deeſſet, neue Columellae horto inuideret libellus Palladii, adiecimus nonnulla ex Codri Grammatici Bononienſis dictis excerpta, quae in editione horum auctorum Regienſi 1496 f. eaque forte ſola, habentur: de quibus in praefatiuncula typographi, *quae ſi peritum lectorem non docebunt; minus tamen doctum non nihil adiuuabunt.* Nos quaedam omittere coacti ſumus, ne plane videremur inſultare velle lectoribus noſtris: et vel ſic opus videmur habere excuſatione, quam modo commemorauimus.

I ALIVD TESTIMONIVM) Quia praecedentes XIII libri ſunt teſtes fidei Palladii erga Paſiphilum: hic decimusquartus eſt aliud teſtimonium *fidei indultae.* Noue dictum, ac ſi dicamus, *indulgeo tibi fidem,* h. e. concedo et habeo: et paſſiue, *fides indulgetur*, vnde *fides indulta.* Videtur autem Palladius haec opera fidei Paſiphili commiſiſſe, vt de illis fideliter iudicaret. Scripſerat enim iuſſu illius, vt ipſe refert. An aliter exponendum eſt? vt dicamus, *Habes aliud teſtimonium fidei* ſcilicet meae, *indultae*, id eſt, conceſſae et ſeruatae tibi, quaſi promiſiſſet Palladius Paſiphilo, ſe ſcripturum libros iuris colendi. Hoc participio quod eſt *indultus*, vſus eſt Marcellinus quoque XIV rerum geſtarum, *Tanquam licentia crudelitati indulta.* quod allegat Priſcianus, vbi docet, ab eo quod eſt *indulgeo*, fieri ſupinum *indulſum* et *indultum.* et noſtri Canonici, non adeo ſatis eruditi dicunt ſe a pontifice ſummo habere *indultum* quoddam, quaſi pro quadam condonatione. quod an eleganter dictum ſit, viderint, qui non niſi examuſſim loqui propoſuerunt. CODRVS.

I PRO VSVRA TEMPORIS) h. e. pro temporis vſu. Sic Cic. ad Appium, *vt longi temporis vſuram, qua caruimus* et reliqua. Vſura autem generale vocabulum eſt tam pecuniae quam aliarum rerum. Vnde Plautus in Amphitruone appellat *vſurariam vxorem;* et *vſurarii* ſunt ii quibus relictus eſt vſus alicuius rei. CODRVS. Proprie ſumit vſuram pro fructu aeris alieni tempori, quo habuimus illud, reſpondente. Debebat Paſiphilo Palladius libros ſuos diutius, quam dictum erat. Hic vſurae loco addit libellum verſu ſcriptum, cum deberet tantum ſolutam orationem. Haec adieciſſe vix

tani

ſcripta ſunt, librarii manus ſegnior fecit, cuius ego tarditatem nunquam maligne aeſtimo [a]. ſcio enim, quo frequenter inclinet argutia famulorum. malo operam
2 eius expectare potius quam timere. Neſcio vtrum commune ſit dominis: mihi difficile contigit, in ſeruilibus ingeniis inuenire temperiem. ita ſaepiſſime natura haec [b] vitiat commodum ſi quod [c] eſt, et miſcet optanda contrariis. velocitas procurrit in facinus; ſegnities figuram benignitatis imitatur, et tantum recedit ab agilitate, quantum receſſit a ſcelere. Diu tamen apud te pudorem meum diſtuli, ſed hoc quaſi bonus famulus feci. Verum neſcio, ſi tuum ad has modo minutias
3 inclinetur ingenium. Grande erit, et par deſiderio ſuo, quod ſtudii tui quaeret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter ſentias, ego meas opes aeſtimare non

a) *extimo I. B. R.* b) *hoc B. R.* c) *ſiquid I. B. R.*

tanti erat, niſi in alia omnia abirent commentaria Codri.

1 LIBRARII MANVS SEGNIOR) *Librarius* aequiuocum nomen eſt, et ad eos qui ſcribunt libros vel vendunt, et ad eum qui penſabat cibaria ſeruis. atque id quidem ad pondus dabatur: *demenſum* dicebatur. auctor Donatus in Terentii Phormionem. CODRVS. De demenſo auctor eſt Donatus ad Phor. 1, 1, 9. Sed nihil ibi aut vſquam, arbitror, de *librario, librae praefecto*: niſi huc referas, quae de *libraria* Iuvenalis 6, 475 diſputant viri docti.

1 NVNQVAM MALIGNE AESTIMO) *Aeſtimare* appretiare eſt ab eo, quod eſt *aes aeris* deductum, et *timi* dictione Graeca: quod pretium dicitur.

2 NATVRA HAEC) ſcilicet ſeruilis, ſi quid habet in ſe bonum. CODRVS. Nihil, credo, habet abſurdi Codri interpretatio. Sed videbatur mihi locum communem tractare Palladius eum, quem ita Tullius eloquitur de inuent. 2, 1 *Nihil in ſimplici genere omnibus ex partibus perfectum natura expoliuit. itaque tanquam ceteris non ſit habitura quod largiatur, ſi vni cuncta conceſſerit, aliud alii commodi, aliquo adiuncto incommodo, muneratur.*

2 PVDOREM MEVM DISTVLI) h. e. diſtuli tibi offerre hos libros, quos verecunde et cum quodam pudore tibi trado, vt famuli verecundi cunctantur penſa ſua exhibere, metuentes reprehenſionis videlicet.

3 ET LICET DE HIS NVGIS) Adſcripſeram, legendum forte *Ilicet* pro *et licet*, et exponebam, cum primum de his nugis bene ſentire te ſignificaueris, ego non differam et ipſe aliquid eſſe putare illas. Suffragatorem deprehendi minime poenitendum, vel auctorem potius, (cum ille multo ante me ſcripſerit epiſtolam, quae nuper demum in conſpectum meum venit) Io. Conr. Schwarzium in epiſtola modo laudata. Sed recipere tamen non ſum auſus; cum variis nimis interpretationibus, hic locus ſubiectus ſit, quas mox videbimus.

3 FAVORABILITER SENTIAS) *Fauorabilis* dicitur proprie is, cui fauetur. Tranquillus Suetonius in Caligula, *Sic vulgo fauorabilis, vt plurimi tradant, quoties aliquo adueniret, vel ſecunde diſcederet, prae turba occurrentium proſequentiumue nonnunquam eum diſcrimen vitae adiſſe.* Apud Virgilium *penetrabile telum* et *penetrabile frigus* dicitur actiue. Sed apud Terentium Phormione *cauſam vincibilem* exponit Donatus, *quae facile vincat.* Putabat Codrus, legendum eſſe, *quae facile vincatur ab actore* ſcilicet, et per hoc ſit optima, vt vox *vincibilis* paſſiuam, h. e. propriam habeat ſignificationem. Adi Seruium quoque ſuper eo Virgiliano ex X Aen. *Adſpice num mage ſit noſtrum penetrabile telum.* CODRVS.

3 EGO MEAS OPES AESTIMARE) Huius loci ſenſus non ſatis nobis liquet et veremur, ne non ſana ſit lectio. Dicamus tamen ſic: quamuis fauorabiliter de his nugis ſentias; ego tamen non differo, i. e. non procraſtino, et in longum duco, h. e. celer et promtus ſum et volo aeſtimare i. e. ponderare opes meas, i. e. ingenium et doctrinam meam, i. e. an valeam hoc genere ſcribendi nec ne? vt, *tecum habita et noris quam ſit tibi curta ſupellex*, dicit Perſius, et, *nec te quaeſiueris extra. Non eſt magni loci*, h. e. non pertinet ad eum, qui ſit alicuius dignitatis et aeſtimationis. Ter. Eun. *Conueni hodie adueniens quendam mei loci atq. ordinis: aſſibus intuendis*, i. e. vilioribus pecuniis quadrantibus, vt illud in Priapeiis *non aſſis faciunt*: Horat. li. 1 epiſt. *Qui melior ſeruo, qui liberior ſit auarus? In triuiis fixum cum ſe demittit ob aſſem*; itemque Perſius, *Inque luto fixum poſſis tranſcendere nummum. notae*, infamiae, ſic enim Valerius Maximus caput ſcripſit *de nota cenſoria: compendia*, vtilitates et commoda. CODRVS. Sunt ſane haec vltima prooemii verba obſcuriſſima, vt fieri ſolet, cum arguti et acuti eſſe volunt homines ſemibarbari. Egi de hoc loco per literas cum tribus amicis, quorum duo iam ad plures abiere, tertius et ipſe hic nominari, credo, non cupit. Primus ita interpretabatur, vt a Codri ſententia non multum videretur abire, „Licet benigne de „noſtro te labore ſentire amor iubeat, ego tamen „non cunctabor verum illi pretium h. e. nullum, „exiguum

non differo. Non eſt magni loci aſſibus intuendis oculos duxiſſe per puluerem, quia neſcio quomodo notae ſunt quaedam maximarum perſonarum minuta compendia.

# DE INSITIONIBVS

## LIB. XIV.

Pasiphile ornatus fidei, cui iure fatemur,
Siquid in arcano pectoris vmbra tegit,
Bis ſeptem paruos, opus agricolare, libellos,
Quos manus haec ſcripſit, parte ſilente pedum,
Nec ſtrictos numeris, nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum ruſticitate rudes,
Commendas, dignaris, amas, et ruſtica dicta
Affectu ſocii ſollicitante colis.
Nunc ideo modicum creſcens fiducia carmen
Obtulit, arbitrio laetificanda tuo.

Eſt

„exiguum certe adſignare, qui probe meminerim, „non eſſe poſtulandum ab hominibus in digni„tate conſtitutis, vt quaſi contaminent oculos per„cenſendis et dinumerandis pauperum aſſibus, „cum dedecori fere ſint minutae id genus nugae „magnis hominibus. Alter ita: tu quidem bene „ſentis de meo opuſculo, neque plane iniuria. „Non eſt enim magnorum virorum, magnis „operibus peruolutandis puluerem illum bibe„re, qui occupare ea ſolet: quin potius nota et „character quidam eſſe videtur magni et in ma„gnis rebus occupati viri, ſi paruos libellos et „compendia in ſinu geſtet.„ Tertius denique iſta ſcripſit: „aeſtimare ipſum etiam ſe, ait Pal„ladius, velle opes ſuas. eas tanquam aſſes eſſe, „ſpectandos intuendosue a Paſiphilo. iſtuc fa„cere non magni eſſe loci, h. e. paruum locum „eſſe et εὐσύνοπτον, quo iaceant et videri poſſint „hi aſſes. Duceret igitur oculos per hunc pul„verem i. e. perluſtraret, perſpiceretque eum „non magnum locum, quia in minimis ſaepe „maxima inueniantur.„ Satisne interpretationum? non eſt. Certe ſi cui ſatis non eſt, ille adiungere poterit noſtram. Quod tu, vir magnus, quaeres et ſtudio tuo dignum iudicabis, illa ipſa re magnum erit, et dignitatem quandam aſſequetur. Ilicet, cum primum honorifice de his nugis ſenties, et ipſe incipiam pretium illis ſtatuere. Cum enim non ſit viri magni aſſes quaerere, minuta compendia, ſeu lucra ſectari: ipſa tua aeſtimatio indicabit, hunc libellum non ad aſſes, non ad minuta compendia referendum. Quod vir magnus humo tollit, id magnum eſſe debet, et opera dignum.

1 ORNATVS FIDEI) Fuerat enim fortaſſe hic Paſiphilus alicuius Imperatoris Secretarius: aut hoc dicit, cui ego, Palladius, committo ſecreta mea; cum ſis ſidei ornamentum. CODRVS. *Ornatus* eſt inſtructus fide. Deinde *ornatus* ponitur pro vocandi caſu, *ornate*, vt apud Iuuenalem: *I nunc, et ventis animum committe, dolato Confiſus ligno* — pro *confiſe*. *Ornatus* autem *fidei* rarius eſt, et Graeciſmum redolet; conſuetius, *ornatus fide*. SCHOETTG. Quidſi *ornatum* ſubſtantiue dixit, vt *decus patriae* etc. Certe Codro ita placuiſſe vidimus.

3 BIS SEPTEM) Igitur videtur de inſitione etiam proſa prius ſcripſiſſe, quae deinde intercidit, cum libellum poëticum illi quaſi ſufficeret. Certe nonniſi XIII hodie praeter hunc de inſitione habemus, neque aliud quidquam adparet deeſſe.

4 PARTE SILENTE PEDVM) Quoniam ſcripſi ſuperiores libros proſa oratione CODRVS. Elegans, [pro illius certe aetatis guſtu] aequiuocatio: Manus meae hos libros ſcripſerunt, parte pedum ſilente, id eſt, ceſſantibus vel abſentibus pedibus ſeu ligata oratione, quod ex ſequentibus diſtichis apparet. SCHOETTG.

8 AFFECTV SOCII) ſ. mei; ſeipſum ſignat. CODRVS. h. e. amore ſodalis cui te commovente, vt placeat tenuis per ſe labor.

Eſt noſtrae ſtudium non condemnabile muſae,
Vrbanum fari ruſticitatis opus:
Sub thalami ſpecie felices iungere ſiluas,
Vt ſoboli miſtus creſcat vtrinque decor:
Connexumque nemus veſtire affinibus vmbris,
Et gemina partum nobilitare coma:
Foederibus blandis dulces confundere ſuccos,
Et laetum duplici fruge ſaporis ali:
Quae quibus hoſpitium praeſtent virgulta docebo,
Quae ſit adoptiuis arbor onuſta comis.
Ipſe poli rector, quo lucida ſidera currunt,
Quo fixa eſt tellus, quo fluit vnda maris,
Cum poſſet miſtos ramis inducere flores,
Et varia grauidum pingere fronde nemus,
Dignatus noſtros hoc inſignire labores,
Naturam fieri ſanxit ab arte nouam.
Non ſegne officium noſtrae reor eſſe camoenae,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si velocis equae pigro miſcetur aſello

Ardor,

12 VRBANVM) Vnde ſcriptores agricolationum appellant arbores vrbanas, i. e. domeſticas et ſatiuas. CODRVS.

13 SVB THALAMI SPECIE) Inſitio namque ſpecies matrimonii quodammodo eſſe videtur. CODRVS. Quemadmodum duo parentes diuerſi generis vnam ſobolem procreant, ita duae arborum ſpecies in ſe inuicem inſitae vnum eundemque fructum proferunt. SCHOETTG. Alii ſunt amores plantarum, alia connubia, quae canit, ſecundo Apolline Cl. Adria. van Royen in auſpiciis profeſſionis Medicae Leidae 1732.

13 FELICES SILVAS) paſſim ita poëtae: *ramum felicis oliuae* Virg. Aen. 6, 230: *feliciores inſerit* Hor. Epod. 2. BVCHNER.

15 AFFINIBVS VMBRIS) quia in inſitione quaerendum eſt, quae cuique magis arbor conueniat. Lege Plinium 17, 13. Docet tamen Columella ex omnibus arboribus in omnes arbores fieri poſſe inſitiones. CODRVS.

18 ET LAETVM) ſuſpicor, *Et fetum*, vt modo, *partum*.

19 QVAE QVIBVS) Ita Virgilius, *Quae quibus anteferam.* CODR.

19 HOSPITIVM) Ita vſ. 100; quem vſ. 116 *larem* vocat. Ita vſ. 33 *hoſpitem gemmam* appellat, et *hoſpes germen* Zeno eo loco, quem ſtatim laudabit BVCHNERVS, qui etiam ad hunc locum obſeruat, *hoſpitari* Plinium dixiſſe de arboribus. Locus eſt 17, 20 ſ. 34: Verum ibi de *translata* in aliud ſolum *caſtanea* ſermo eſt, non de inſita in aliam arborem.

20 QVAE SIT ADOPTIVIS) Col. 10, 39 item noſter infra v. 144 et 160; Zeno de reſurrectione ſub fi. *Hoſpitis germinis adoptiua pinguedine.* Ouid. de Med. fac. v. 6; de Remed. am. 353. Sed totus verſus eſt ex l. c. 354 BVCHN. Suauiter etiam Plin. 16 pr. *Pomiferae arbores — ſiue illae vltro, ſiue ab homine didicere blandos ſapores adoptione et connubio.*

29 SI VELOCIS EQVAE) Argumentum a fortiori. *Ardor.* alluſit ad illud Virgilianum, *Scilicet ante alios furor eſt inſignis equarum.* CODRVS. Palladii ſenſus eſt volentis aſſerere inſitionem arborum cum laudandam tum exercendam, quoniam illam rerum natura docuit eſſe vtilem. Si enim mortales experientia docti, et ipſa commoditate, coniungunt aſinum equae, vt inde paretur quaedam tertia proles, hoc eſt mula, quae molli gradu delectat inſeſſores; quod cum ita ſit, cur non ex arboribus peregrinis tertium quoddam genus per inſitionem excitabimus, in quo etſi parentis ſuccus non reſeruetur, habeat tamen quandam tertiam naturam, proprietatem, et dotem ſibi peculiarem, quae ſit vſibus hominum partim iucunda, partim commoda, ſicuti mulis deeſt velocitas matris, et reſeruatur tarditas patris. Sed mulas amamus, quoniam mediocritatem quandam retinent inter velocitatem equae, et parentis brutam et ſtupidam

Ardor, vt in ſterilem res cadat acta gradum,
Foecundumque genus productus deleat haeres,
Et ſibi defectum copia prolis agat:
Cur non arbor inops pingueſcat ab hoſpite gemma,
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam, quidquid veteres ſcripſere coloni,
Sacraque priſcorum verba labore ſequar.
PRINCIPIO multas ſpecies induſtria ſolers
Protulit, et doctam iuſſit inire manum.
Nam quaecunque virens alienis frondibus arbos
Comitur, his diſcit credita ferre modis.
Aut noua diſcreto figuntur germina libro,
Aut aliud ſummo robore fiſſa capit,

Aut

dam ignauiam. Haec BAPT. PIVS annot. poſter. c. 35.

30 IN STERILEM RES) Tangit mulum et mulam, qui raro, immo fere nunquam gignunt. Vnde prouerbium, *Mula peperit.* Vnde eſt illud Iuuenalis, *Et foetae comparo mulae.* Caeterum legito etiam Ariſtotelem lib. vlt. de animal. CODRVS. Ego *rem actam* admiſſuram aſini ad equam interpretor. Quis neſcit *rem* capi pro *venere*, *habere rem cum aliqua*: *venerem patrare* ſignificat. vnde illud Auſonianum in monoſyllabis: *Imperium, litem, venerem, cur vna notat res. res acta* ergo ſic expone *coitus admiſſus equini. Sterilem gradum* expono non velocem, non pinguem, non ardentem, ſed ieiunum et tenuem, degenerem a gradu generis equini, ex quo mula concipitur, ſed cadat in delicatum, mollem et eneruem, quali vtuntur mulae, quae ſuauiter ſedentem geſtitant, infracto ſcilicet et retracto, cum velociori tamen pedum explicatione glomeratione ue. Greſſum talem Graeci vocitant εὔδρομον a curſus bonitate. Nos *tollutim incedere* dicimus equos aut mulas, qui quaeue volubiliter et paſſibus delicatioribus incedunt. Equi vtentes hoc molli gradu, quoniam veniebant ab Aſturibus populis, dicebantur *Aſturcones. Tollutarios equos* Latini dictitant, a tollendis pedibus, et glomerandis. Vulgus *cunneas* appellat, reor, quoniam ea dexteritate geſtitant, vt in cunis nos mouere, credamus. Sunt qui hoc nomen vernaculum tractum a gente barbara teſtentur. Gradum hunc equi *tollutarii* delicatum eſſe quis neſcit, vel eo Plautino verſu ex Aſinaria: *Demam hercle de ordeo, tollutim ni vadizas.* Equum aſturconem Silius ita deſcribit: *Aut inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo:* PIVS. *Sterilem gradum* tamen ego dictum putem per neſcio quam figuram, (Hyphen forte dixeris) an ſtribliginem. Vult poëta non nimis felix duo intelligi, *meliorem et molliorem gradum* mularum, ſed ſimul *ſterilitatem. Obſeruatum enim* (Plin. 8, 44 ſ. 69) *e duobus diuerſis generibus nata, tertii generis fieri, et neutri parentum eſſe ſimilia; eaque ipſa, quae ſunt ita nata, non gignere in omni animalium genere: idcirco mulas non parere. Eſt in annalibus noſtris peperiſſe ſaepe: verum prodigii loco habitum.* Add. Varr. 2, 1, 26. Sed tamen obſeruo *gradum* in hoc ipſo libello verſ. 98 poni pro natiuitate, et cognatione, cuius *gradus* eſſe, qui matrimonio et naſcendi actu contineantur, ICti nos docent. Adeo obſcurum eſt, quid ſibi velit oratio, vbi ſemel a norma receſſum eſt.

31 FOECVNDVM) equinum, nam mulae non gignunt vt equae, quae parantur ad prolem, ſed ab illis infoecundae factae degenerant. PIVS.

31 PRODVCTVS HAERES) in lucem editus mulus. Si admouemus aſellum equae, duntaxat deliciis inſeruientes, et gradui molliculo, vt paremus nobis animal infoecundum, in quo eſt defectus prolis, cur non inſitionem amemus, ex qua tertium genus exit *in dias luminis oras*, vt Lucretius inquit. PIVS.

33 HOSPITE GEMMA) Propterea quod eſt ſpecies inſitionis, quae vocatur inoculatio. Caeterum *gemma* proprie vitium eſt, ſicut *oculi* arborum. Auctor Plinius.

36 LABORE) ſtudioſe et cum labore. De hoc ſexti caſus vſu ad Venantium diximus de reſurrectione. BVCHN. vid. v. 36.

37 PRINCIPIO) Tria genera inſitionum antiqui tradiderunt, de quibus Colum. 6, 9; Pallad. F. 17. [quin vid. Colum. 5, 11; de Arb. 26] CODRVS.

Aut virideis oculos externi [a] gemma tumoris
Accipit, et lento ſtringitur vda ſinu.
Primus echionii palmes ſe iungere BACCHI
Nouit, et externo tenditur vua mero.
Nexilibus gemmis foecundos implicat artus
Vitis, et amplexum paſcit adulta genus,
Degenerisque comae veſtigia mitis inumbrat
Pampinus, et pingui curuat onuſta Deo.
Robora PALLADII decorat ſilueſtria rami,
Nobilitat partus bacca ſuperba feros.
Foecundat ſterilis pingues oleaſter oliuas,
Et quae non nouit munera ferre docet.
Germine cana PIRVS, niueos haud inuida flores
Commodat, et varium nectit amore nemus.

Nunc

[LIBER *ipſe.*] a) *externi I. B. R. extremi* al.

43 EXTERNI) Videtur ſcribendum non *extremi* ſed *externi*: hoc eſt gemma accipit oculos virides externae arboris. Eodem modo hoc in loco paulo ſupra: *et decus externi floris adepta micet?* Sic de cydonio loquitur: *Roboris externi librum aſpernata ſuperbit.* Item de ſorbis: — *et externi dona coloris amat.* Item de Punica: — *nec externis aſſociata comis.* Vetus autem lectio in excuſis libris: *extremi* pro *externi* fortaſſe ob operarum vitium. Si enim legamus *extremi*, cum ad inſerendum neceſſario ex aliena arbore vel ſurculus, vel oculus deſumatur, id quod eſt extrinſecus, non apparet. PONTED.

44 LENTO SINV) id eſt tenaci: *ad digitos lentiſcit habendo* Virgilius. CODRVS. Verſificandi ſtudium a recta loquendi ratione abducit noſtrum. Debebat *ſtringit* gemma *vda* ſinu lento oculos virides.

45 PRIMVS) Primo loquitur de vite, quemadmodum facit Plinius 13, 1. nam ea eſt maxime peculiaris Italiae arbor. Vites enim, vt idem auctor eſt, iure apud priſcos [ob] magnitudinem quoque inter arbores numerabantur. De vite autem inſerenda loquitur Plinius 17, 15 *Cato,* inquit, etc. Hoc vide apud Catonem c. 41. Addit tamen Plinius, noſtram aetatem correxiſſe etc. De terebra Gallica Colum. 5, 29. [nobis 4, 29, 15] CODRVS.

45 ECHIONII) Echion fuit vnus ex iis quinque, qui reliqui fuerunt ex ſatione dentium Cadmi. Ouid. Met. 3, 126. *Quinque ſuperſtitibus, quorum fuit vnus Echion, Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma, Fraternaeque fidem pacis petiitque, deditque. Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes; Cum poſuit iuſſam Phoebeis ſortibus vrbem,* i. e. Thebas. Vnde h. l. *Echionius* h. e. Thebanus dictus eſt Bacchus, quia matrem habuit Semelen Cadmi Thebanorum regis filiam. Heſiodus Theog. v. 917. SCHOETTG.

46 TENDITVR) Diſtenditur, h. e. impletur per inſitionem ſcil. externo mero. SCHOETTG. add. v. 153.

47 NEXILIBVS GEMMIS) Proprie loquitur, locutione quamuis aduenticia. *Gemma* enim vitium propria; tangit autem emplaſtrationem. CODRVS.

49 DEGENERISQVE COMAE) h. e. fruticis alterius generis ex inſito nati.

49 VESTIGIA) Legendum videbatur *faſtigia,* h. e. proſiliens ex gemma inſita flagellum: ſed nec *veſtigia* damnauerim, h. e. caput vitis et radices adeo ipſas, quibus tanquam pedibus ſuis et veſtigiis inſiſtit.

50 PINGVI DEO) Baccho, qui cum magno abdomine, vt notum eſt, pingitur. Bacchus autem deinde pro vino accipitur. SCHOETTG.

51 DECORAT) Legerem, *decorant,* videlicet: *rami Palladii decorant robora ſilueſtria;* quod eſt, olea decorat robur, in quo ſeritur. PONTED. *Decorant* legendum etiam adſcripſerat BVCHNERVS, laudaueratque ad h. l. Zenonem de reſurr. c. 18. et ſic h. l. laudat Mizaldus de arbor. inſit. p. 16. a. Nolui tamen mutare quidquam, cum etiam ad *bacca* hoc verbum ἀσυνδέτως referri queat.

55 CANA PIRVS) Virg. Ge. 2 *Ornusque incanuit albo Flore piri.* CODRVS. Videmus et apud nos cani aliquid in ſuperioribus habere ſurculos et germina pirorum. SCHOETTG.

56 AMORE) h. e. amabiliter, iucunde, vt v. 36 *labore.* Vel reſpicit ad *thalami* h. e. coniugii *ſpeciem,* de qua verſu 13.

57 NVNC

Nunc rapit hirſutis horrenda ſororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela piros.
Nunc teretem pingui producit acumine malum,
Fraxineasque nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi miteſcere fructu
Inſtituens, durae dat ſua membra cuti.
Et ſteriles ſpinos, et inertem foetibus ornum
Dotat, et ignotum cogit amare decus.
Huius et immiſſi vertere cydonia rami,
Pomaque confuſus [b] blanda creauit odor.
Caſtaneae ſeptos aſpro velamine foetus
Exuit, et placido pondere mutat onus.
Meſpilaque exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice vota [c] premit.
Creditur in Libycis ſua germina nectere ramis,
Laetaque puniceo poſſe decore frui.

PVNI-

b) *confuſus a. V.* etiam Mizaldus. *confuſis* rel. c) *fota B. R.*

57 NVNC RAPIT) Pirus mitis eſt ſubiectum omnium, quae ſequuntur, praedicatorum: hirſutae ſorores ſunt piri ſilueſtres, ſpinis horridae.

59 NVNC TERETEM) An hoc vult piro inſita malus iam non teretem h. e. rotundum fructum fert, ſed pingui h. e. dulci acumine productum, h. e. turbinatum, faſtigiatum.

60 FRAXINEAS — MANVS) *Manus* rami ſunt. *Brachia vitis* Maio T. 2. add. v. 115. Laudat etiam ex Horatio *brachia ſiluarum* BVCHNERVS. Sed locum non habet index Treteri.

61 PHYLLIDA) Phyllis, regina Thraciae, mutata eſt in arborem, quae dicitur amygdalis: et ab eius nomine *phylla* Graecis, h. e. folia nomen ſortita eſſe videntur. CODRVS. Add. Hygi. f. 59, et Seruius [ad Ecl. 5, 10.] BVCHN.

63 ET STERILES SPINOS) Species pruni. Arbor eſt, ex qua faces nuptiales fiebant. Vnde illud Catullianum, *Spineam quate taedam.* De ſpinis ſterilibus Virgilius Ge. 4. *Et ſpinos iam pruna ferentes.* Sed ſilueſtris eſt et ſpina arbor. CODRVS. Lego *ſteriles ſpinas*, h. e. *oxyacanthas*, vt alibi ſuperiore anno emendauimus. PONTED. Vid. Index noſter h. v.

65 CYDONIA) De malo Cydonio Plin. 15, 11. habet autem nomen a Cydone, vrbe Cretae, vnde translatum fuit. Latini vocant Cotoneum. Huic malo melopeponem, ſuauiſſimum terrae fructum, noſtroque aeuo in deliciis habitum, referimus acceptum. Ex Cydonio praeterea fit Cydonitis cum melle vel ſapa, et cum zuccaro nonnullis, vulgo *cotoneatam* dicimus. CODRVS.

66 CONFVSVS) Ita legendum coniecit etiam, cum ſolam Commelinianam haberet BVCHN. et contulit v. 17.

67 CASTANEAE) Producunt foetus intra corticem ſpinoſum, quem aliqui vocant *echinum*, ab echino piſce, vel ab erinaceo, qui eſt porcus terreſtris ſpinoſus. Caſtanea primum venit de Sardibus, vnde Σαρδιανὸς βάλανος Graecis dictitatur. CODRVS.

70 ET MALA TRANQVILLO) Et mendum, et transpoſitio duarum vocum, hunc verſum corrupit. Nam quae illa *mala vota* ſint, vel optimus hariolus non coniiciat. Lege, *Et noua tranquillo cortice mala premit. Mala* vocat ipſum piri fructum generaliter ſumto vocabulo, vt pomi. *Tranquillum corticem* dicit, qui non vt in meſpilo ante horridus; ſed leuis atque blandus tangenti, quemadmodum proxime dixit *placidum pondus.* Similiter infra in de pomo dixit, *pro praegnantibus armis Caſtaneae fuluum dant noua mala decus.* Quin fortaſſis nulla traiectio eſt, et legendum, *Et mala tranquillo cortice tota premit*, h. e. tranquillo cortice, quidquid in meſpilo aſperum ac horridum eſt, opprimit ac delet. *Totum* pro omni ſolent ponere ſequioris aetatis ſcriptores. Haec olim. Nunc aliud videtur. Fruſtra eſt omnis emendandi induſtria. *Mala vota* reſpectu meſpili dixit, quae vouet *pugnacibus horrida membris* naſci, ſed opprimitur ab inſita piro. BVCHN. Τρίται φροντίδες certe σοφώταται. *Vota* pro inſtituto et voluntate poni huic aetati nouum non eſt.

72 PVNICEO DECORE) Intelligit pira purpurea. CODRVS.

PVNICA non alios vnquam dignata ſapores
Mala, nec externis aſſociata comis,
Ipſa ſuas augent mutato ſemine gemmas,
Et ſibi cognato picta rubore placent.

Inſita proceris pergit concreſcere ramis,
Et ſociam [d] mutat MALVS amica pirum.
Seque feros ſiluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos, armataque robora ſentes
Leuigat, et pulchris veſtit adulta comis.
Exiguam ſorbum dulci diſtendere ſucco
Nouit, et ad cupidas flectere poma manus.
Stipitibus gaudet nomen mutare ſalignis,
Et gratum Nymphis ſpargere flore nemus.
Robora thyrſigero platani concordia Baccho
Foetibus inſtituit plena rubere [e] nouis.
Illius inſolitas miratur Perſicus vmbras,
Populeaeque ferunt candida dona comae.
Meſpilus huic paret, lapidoſaque viſcera mutans
Tenditur, et niueo plena liquore rubet.
Pro ſudibus foetis, et pro praegnantibus armis
Caſtaneae fuluum dant noua mala decus.

Ipſa

d) *ſocia I. B. R.* e) *rubore* omn.

73 PVNICA) De malo Punico Plinius ſcribit 13, 18 [13, 19 ſ. 34] *Sed circa Carthaginem,* inquit, *malum Punicum ſibi cognomen vindicat, aliqui granatum appellant. Apyrinon* dicitur, cuius nucleus lignum non habet. Martialis in diſtichis. *Balauſtium* dicitur flos eius, et medicinis idoneum, et tingendis veſtibus: vnde veſtes balauſtinae. *Malicorium* vero cortex viridis, quo tinguntur coria. De medicinis eiusdem mali Punici vid. Plin. 24, 7 vbi et loquitur de ſilueſtri Punico, et ſupra Palladium Mart. 10. CODRVS. Non contradicit Palladius his, quae modo de piri inſitione in Punicas dixerat. Pirus inſeri poteſt in Punicam, non contra in pirum ipſa.

77 INSITA PROCERIS) Vid. Pall. Feb. 25.

79 SEQVE FEROS) i. e. malus ſatiua inſeritur malo ſilueſtri. CODRVS.

84 AD CVPIDAS PLECTERE POMA MANVS) Eleganter. Poma grauiora multo ſorbis exiguis inflectunt ramos, vt cupida manus contingere eas facilius queat.

87 CONCORDIA BACCHO) Hoc dicit propterea, quod antiqui ſub vmbra platani conuiuabantur. Virg. Ge. 4 *Iamque miniſtrantem platanum potantibus vmbras.* Et Ouid. Met. 10 *Et platanus genialis, acerque coloribus impar.* De platano Plin. 12, 1 *Tantumque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo nutriantur. Compertum id maxime prodeſſe radicibus; docuimusque etiam arbores vina potare.* Et hoc eſt fortaſſe, quod nunc ait Palladius. CODRVS. Vide, quae ad Plin. 12, 1 ſ. 4 de *platanis mero infuſo enutritis* Harduinus, et ad *miniſtrantem platanum potantibus vmbram* Virgilii Georg. 4, 146 attulit la Cerda. Quae Harduinus laudat, ea viderat iam Io. Fr. Gron. Obſ. 1, 5 p. 52. Adde noſtrum v. 123. Idem Virgilius 2, 70 *Et ſteriles,* inquit, *platani malos geſſere valentes.*

88 RVBERE) *Rubere* legendum, erudita emendatio eſt Io. Fr. Gronouii Obſ. loco quem modo laudauimus. Venit idem in mentem Cl. Morgagno I, 95.

93 PRO SVDIBVS) Vult indicare vilem ante caſtaneam, et armis ruſticis adhiberi ſolitam, inſitis malis fieri honoratiorem.

95 IPSA

Ipſa ſuos onerat meliori germine ramos
PERSICVS, et pruno ſcit ſociare genus.
Imponitque leues in ſtipite Phyllidis vmbras,
Et tali diſcit fortior eſſe gradu.

Cum praeſtet cunctis ſe fulua CYDONIA pomis,
Alterius nullo creditur hoſpitio.
Roboris externi librum aſpernata ſuperbit,
Scit tantum nullo creſcere poſſe decus.
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis,
Stat, contenta ſuum nobilitare bonum.

Aemula dura piri deſpecti mala ſaporis
MESPILVS admiſſo germine tuta ſubit.
Et geminis ſeſe violentior inſerit armis,
Atque auidas terrent robora ſaeua manus.

Necnon et CITREI patiuntur mutua rami
Pignora, quae grauido cortice morus alit.
Pomaque paſturi blando redolentia ſucco
Armatis mutant ſpicula nota piris.

PRVNA ſuis addunt felicia germina membris,
Donaque cognato corpore laeta ferunt.
Exarmat foetus, ſed brachia roboris armat
Caſtaneae prunus iuſſa tenere larem.

Aſſueſcunt

95 IPSA SVOS ONERAT) Vid. Pall. N. 7, 6.

97 PHYLLIDIS) vid. ad v. 61.

99 CVM PRAESTET) Malum cydoneam ait non niſi in ſe inſeri, cum recipiat in ſe ſurculos prope omnis generis, Punici, Sorbi, omnium malorum, quae meliora producat, vt ſupra Palladius meminit Feb. 25. Ex cydonio ſalgama fieri diximus eamque compoſitionem Graecis κυδωνίατον vocitari. Lege Pallad. Oct. 20. CODRVS. Neſcio an Graecam vocem hanc voluerit Codrus. Certe debuit. Sunt autem in exemplo, quod vnum habemus aut omiſſa plane ſpatiis relictis Graeca, aut ſatis interdum, vt hic, monſtroſe expreſſa, vt appareat typis Graecis deſtitutum fere fuiſſe typographum.

100 HOSPITIO) vide ad v. 19.

106 TVTA SVBIT) Meſpilum canit inſeri piro ſilueſtri; et cum vtraque arbor aſpera ſit, fructus fieri aſperiores. CODRVS. Dum aliquis commodiorem ſententiam exſculpat, intelligamus haec verba ita: *Meſpilus, piri agreſtis aemula, tuta ſubit mala deſpecti ſaporis* h. e. in malos agreſtes inſeritur, eo euentu, vt tanto fiat ſpinoſior, ac *tuta* a manibus auidis fructus appetentibus.

109 CITREI — RAMI) Malum citream nunc ait inſeri moro ſicut citreae morum, nec non piro ſilueſtri. Malum citreum putant aliqui eſſe id, quod ferat Medica arbor, cuius rei meminit Macrobius cap. de fructibus; ſed de citreo Martialis quoque in diſtichis. CODRVS.

110 PIGNORA) Surculi inſiti ſunt quaſi liberi adoptiui: *pignora* autem vocari liberos, tralaticium eſt.

111 POMAQVE PASTVRI) Iidem rami citrei *paſturi* h. e. nutrituri (vid. v. 118 et 162) *poma ſua redolentia, piris*, quibus inſiti ſunt, *mutant ſpicula*; ramus citreus piro inſitus non erit ſpinoſus, vt alias piri ſolent.

113 PRVNA SVIS ADDVNT) h. e. in ſe inſeruntur, vt ait noſter N. 7, 15.

115 EXARMAT FOETVS) Non facit fructus echinatos. CODRVS. Naſcuntur ſcilicet in tali arbore fructus nihil extra duri habentes, ſed rami fiunt ſpinoſi, vt ſunt nimirum pruni. Caeterum ſintne experimentis hodiernis comprobatae inſitionum rationes et euentus, quos commemorat Palladius, nondum mihi exquiſitum eſt.

117 ASSVE-

Aſſueſcunt SILIQVAE viridi molleſcere ſucco,
Et gremio paſcunt caetera poma ſuo.

Perſuadet moris tetrum mutare colorem
FICVS, et inuaſis [f] dat ſua iura comis.
Se quoque miratur pingui grandeſcere ſucco,
Et ſolitum gaudet vincere poma modum.
Inſignes foliis platanos, felicia menſis
Brachia, gaudentes vitis honore comas,
Ingrediens pingui ſe cortice maxima ficus
Seruat, et optatos implet adepta ſinus.

Mutua quin etiam MORIS commercia ficus
Praeſtat, et oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auidae [g] confert ſua membra ſorori,
Et metuit foetus ſparſa cruore nouos.
Proceras fagos, et poma hirſuta virentis
Caſtaneae, duris aſpera mala comis
Inficiens, monſtrat piceo nigreſcere partu,
Et ſucco paſcit turgida poma nouo.
Obſequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis veniunt munera miſta bonis.

SORBA ſuos partus merito maioris honeſtant
Seminis, et pulchro curua labore nitent.
Haec arbos ſpinae duros mucronibus artus

Exuit,

f) *in vaſis* diu. *I. B. R.* g) *auide I. I.*

117 ASSVESCVNT SILIQVAE) De ſiliquis mentionem facit Plin. 15, 24; vbi ait, *Haud procul abeſſe videntur et praedulces ſiliquae, niſi quod in his cortex ipſe manditur. Digitorum hominis longitudo illis, et interim falcata, pollicari latitudine. Sunt et nonnulli, qui* ξυλοκέρατα ſiliquas appellent. Hic etiam ſiliqua ſignificat corticem illum longum leguminum vt fabarum et lupinorum. Virg. *Grandior vt ſoboles ſiliquis fallacibus eſſet:* et Horat. *Paſtus ſiliquis et pane ſecundo.* Vid. Pallad. Feb. 25 it. Theophr. 4. CODRVS.

118 PASCVNT) V. v. 111.

120 INVASIS COMIS) V. Agrimenſ. p. 44, et Barth. 25, 7. BVCHN. *Comae inuaſae* ſunt rami, quos praeter naturam inuaſit ficus illis inſita.

121 SE QVOQVE MIRATVR) Ita Zeno de oleaſtro ſerm. de reſurr. ſub fi. BVCHN. Sed ita et Virg. 2, 82 *Miraturque nouas frondes et non ſua poma.* add. v. 130 et 156.

123 FELICIA MENSIS) Vide ad v. 87.

127 MORIS) De moris adi Plin. 15, 24 it. 16, 26. ait enim, quod *non niſi exacto frigore germinat, ob id ſapientiſſima arbor dicta.* [ὀξύμωρον adfectat Plinius cum *morum ſapientiſſimam* vocat] Palladius autem Feb. 25 *inſeritur*, inquit, *in fico, et in ſe tantum ſub cortice.* Graece dicitur συκάμινος vt Celſ. 3, 18 et μῶρον fructus, vnde medicinalis compoſitio διαμώρων, quod ex ſucco mororum fit.

130 ET METVIT) vt ante, miratur, v. 121.

135 BLANDO TEREBINTHVS) Terebinthus arbor, cuius quaedam ſpecies habet fructum faba maiorem, odore iucundiorem. Virg. Aen. 10 aut *eritia terebintho.* [*Oricia* eſt v. 136 in libris noſtris] Ex hac fluit reſina, quae eſt aliis odoratior, vt ſcribit Plin. 14, 20 ideo Palladius *blandum* appellat terebinthi *odorem.* Plebeii Italici etiam nunc terebinthinam appellant ſuccum illum terebinthi. De terebintho multa Plin. 13, 6.

137 SORBA SVOS PARTVS) Primum diſtichon intelligo de ſorbo in ſe inſito, qua ratione maiora, vt in caeteris, fiunt poma.

143 INSE-

Exuit, ac libris mitibus arma tegit.
Aureaque annexo miſcere cydonia foetu
Gaudet, et externi dona coloris amat.

Inſeritur lauro CERASVS, partuque coacto
Tinguit [h] adoptiuus virginis ora pudor.
Vmbrantes platanos, et iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra ſuis.
Populeasque nouo diſtinguit munere frondes,
Sic blandus ſpargit brachia cana rubor.

PHYLLIS odoratos primaeuis floribus artus
Diſciſſi pruni cortice fixa tegit.
Pomaque permutat velamine perſica miſto,
Duritiemque docet tegminis eſſe loco.
In modicam tornat ſiliqua tendente figuram,
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Caſtaneamque trucem depulſis cogit echinis
Mirari fructus leuia poma ſui.

Quin et amygdaleos ſubeunt PISTACIA ramos
Et debitum maius de breuitate petunt.
Haec et cognato cingens terebinthus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

Flumineam ſalicem foecundant ardua membra
Caſtaneae, et multo paſta liquore vigent.

Arbuteas

h) *Tingit B. R. I. I — G.*

143 INSERITVR LAVRO) Plin. 15, 25 *Minus quinquennium eſt, quod prodiere, quae vocant laurea* (de ceraſis loquitur) *non ingratae amaritudinis, inſita in lauro.* His deſiccatis ſolent coqui noſtri altilia aſſanda replere.

144 VIRGINIS) Daphnes, quae in laurum mutata: nota eſt fabula.

153 SILIQVA TENDENTE) Omnes ſiliquarum ſpecies etiam *cornicula* dicuntur a vernaculis multis noſtris a ſimilitudine cornuum: ſicut a Graecis *κεράτια* nominantur. Immo foenum Graecum i. e. ſiliqua a Graecis hac ratione dicitur *βȣκέρας* et *αἰγοκέρας* a cornibus et *τῆλις* a longitudine corniculorum: vnde *telinum* appellatur a medicis vnguentum, in quod foenum Graecum miſcetur: de quo Plin. 13 et *κάρφος* h. e. foenum vel feſtuca. nam et *feſtuca* a foeno dicta eſt. Sciendum praeterea ſiliquam ſ. grana ſiliquae inter pondera numerari. Vnde obolum ſ. ſcrupulum dicimus eſſe pondus ſiliquarum ſex, vt in libris de ponderibus et menſuris eſt inuenire. et noſtri aurifices populari lingua vnum *ceratium*, et duo et tria *ceratia auri* [Intelligit, credo, *Karat* monetariorum hodiernorum. Vid. Io. Frid. Gron. Mantiſſ. Pec. Vet. p. 443] appellant vocabulo Graeco pro ſiliqua. CODRVS. De verbo *tendente* conf. v. 46.

158 ET DEBITVM MAIVS) Puto legendum *meritum.* Innuit piſtacia ob breuitatem amygdalis praeſtantiora. *Meritum* virtus, pretium eſt. Vid. Hieron. vita Pauli Erem. extr. Sic Orientius ea voce vſus eſt, vt notat Barthius 42, 17 ſic *merita negotiorum*, *merita chartarum.* Vid. Seuerus Dial. 1 de Orient. mon. virt. l. 3 it. Sauaro ad Sidon. 6, 3 Confirmat hanc emendationem noſtram ipſe Palladius, de ſorbis loquens, cum ait v. 137 *Sorba ſuos partus merito maioris honeſtant Seminis.* Add. 1, 5, 6: 1, 8, 1: 1, 10, 1. BVCHNERVS. Eadem emendatio etiam in mentem venerat Bocharto Geogr. 1, 10 p. 421, B. *Pretium* coniicit Cl. Morg. I, 95.

Arbuteas frondes vaſtae nucis occupat vmbra,
Pomaque ſub duplici cortice tuta refert.

Caetera, quae ſolers proceſſu temporis vſus
Exprimet, exemplis inſtituere nouis.
Haec ſat erit tenui verſu memoraſſe poëtam,
Quem iuuat effoſſi terga mouere ſoli.
Carmina tu duros inter formata bidentes
Aſpera, ſed miti ruſticitate, leges.

170 MITI RVSTICITATE) Ruſticitas haec non de legente Paſiphilo, ſed de ipſis carminibus intelligenda eſt, vt v. 6 de libellis ſuis: *Sed pura ruſticitate rudes.*

# VEGETII RENATI
## ARTIS VETERINARIAE
SIVE
# MVLOMEDICINAE
## LIBRI QVATVOR.

# VEGETII RENATI
## ARTIS VETERINARIAE
## SIVE
# MVLOMEDICINAE

## PRAEFATIO.

MVLOMEDICINAE apud Graecos Latinosque auctores non fuit cura poſtre-
ma. Sicut enim animalia poſt hominem, ita ars veterina [a] poſt medicinam
ſecunda eſt. In equis enim ac mulis et adiumenta belli et pacis ornamenta conſi-
ſtunt. Sed quoniam [b] minus dignitatis videbatur habere profeſſio, quae pecudum 2
promittebat medelam; ideo [c] minus ſplendidis exercitata [d], minus [e] eloquentibus
collata docetur in libros [f]. Licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit, et Co-
lumellae abundauerit dicendi facultas. verum alter [g] eorum cum ruſticae praecepta 3
conſcriberet, curas animalium leui admonitione perſtrinxit: alter omiſſis ſignis cau-
ſiſque morborum tam magnae rei fundamenta neglexit. Chiron vero et Abſirtus [h]
diligentius cuncta rimati, eloquentiae inopia ac ſermonis ipſius vilitate ſordeſcunt. 4
Praeterea indigeſta et confuſa ſunt omnia, vt partem aliquam curationis quaerenti
neceſſe ſit errare per titulos, cum [i] eisdem paſſionibus alia remedia in capite, alia
inueniantur in fine. Additur [k] etiam quod ſtudio lucri quaedam ita ſunt compoſi- 5
tae potiones, vt pretium enorme contineant, et curae taxatio animalis aeſtimatio-
nem prope videatur aequare: vt [l] plerumque aut parci [m] homines, aut certe pru-
dentes, animalia ſua canibus [n] dedant, aut [o] a damnoſa curatione diſſimulent.
His et talibus rationibus inuitatus [p], cum ab initio aetatis alendorum equorum ſtu- 6
dio flagrarem, hanc operam non inuitus arripui, vt conductis in vnum Latinis dun-
taxat auctoribus vniuerſis, adhibitis etiam mulomedicis, et medicis non omiſſis
(nam mulomedicinae doctrina ab arte medicinae non adeo in [q] multis diſcrepat ſed
in [r] multis plurimisque conſentit) in quantum mediocritas ingenii patitur, plene
ac breuiter omnia epitome [s] congererem. Nam ſi laus prima medicorum eſt ge- 7
nus aegritudinis in homine reperire, qui paſſionem ſuam et manu poteſt et voce
ſignare [t], quanto magis in mulomedicina neceſſarium creditur [u] genus aegritudinis
noſſe, cum mutum ſit [x] animal et non poſſit proprium indicare languorem et ab
imperitis

VARIETAS LECTIONIS ET NOTVLAE.

a) *veterinaria C. m. S.* b) *quod m. S. quo C.* c) [*a*] inſ. *S.* d) *exercitat C.* e) *minusque C.* f) *libro ſcilicet C.* g) *alius C.* h) *Aſurrius al. Apſyrtus C.* i) *de* inſ. *C.* k) *Addetur C.* l) *ac C.* m) *pauci C.* n) *caſibus C.* o) *et annos a C. aut damnoſam curationem.* Rectum videtur, *et damnoſam curationem.* p) *inrit. C.* q) *in* om. *C.* r) *in pleriſque C.* s) *epitomae digerere, et ſigna morborum omnium declarare C.* t) *ſignificare S.* u) *credetur C.* x) *mutum animal proprium non poſſit C.* recte.



y) *Sic*

imperitis ad opus aliquod laboremque cogatur, geminumque [y] ſubeat ex morbo et
fatigatione diſcrimen; aut certe neglectum inueterata aegritudine nequeat ſero [z]
8 curari. Sic Mantuanus poëta diuino ore teſtatur: *Morborum* [a] *quoque te cauſas et
ſigna docebo.* Abſque dubio autem omnis cura vacabit [b], ſi [c] genus paſſionis igno-
9 retur [d]. Ex inani perſuaſione illud generatur incommodum, vt honeſtiſſimus quis-
que erubeſcendum ac vile credat iumentorum noſſe medicinam. Primum nullius
rei ſcientia vilis eſt. Nam cum [e] humanae vitae conuerſatione aliud fugiendum [f]
aliud vero ſequendum [g]; non eſt perfecta peritia [h], niſi quae [i] vtraque cognouerit.
10 Deinde, quis aeſtimet erubeſcendum talem peritiam, quae damna ſubmoueat?
Nam ſicut incolumitas iumentorum habet lucrum, ita eorum interitus afferre vide-
tur incommodum. praeſertim cum mancipia, quorum plebeia curatio non putatur
11 ſaepe vilioribus pretiis, quam equi vendantur aut muli. Poſtremo [k] ſiue ad vehen-
dos locupletes aptos, ſiue in circi contentione victores, ſiue in praeliis (vt ita dixe-
rim) probatiſſimos bellatores, acerrimum ſtudium amoremque conſtat habere [l] do-
minorum. Nec immerito voluptati natum animal aut [m] ſaluti, gratiam meretur ab
12 homine. Quis autem noſſe curas iumentorum erubeſcendum putet cum optima
iumenta habere glorioſum ſit? Quis vituperationi det id poſſe curare, quod laudi
13 ducitur poſſidere? Forſan ipſa opera mulomedicorum videtur abiectior, notitia
autem curationis non ſolum honeſtiſſimis, ſed etiam diſertiſſimis conuenit, vt pro-
viſione et ordinatione ſollerti curatis animalibus, et damnis careant, et voluptati-
14 bus perfruantur. Sed alii morbi ſunt, qui ea tantum animalia, quae occupauerunt,
vexant: alii etiam [n] ab vno vel paucioribus, quae pereunt, in plura, quae pariter
ſtabulantur vel aluntur, in totos ſaepius greges ſaeuiſſima contagione transmigrant,
vt quamuis ſanum animal intra breue tempus, alienae aegritudinis afflante vicinia,
15 repente depereat. Rectius eſt ergo eorum prius morborum et ſigna et cauſas prae-
dicere, curasque monſtrare, qui quodam tranſitu pluribus nocent. nam aduerſus
16 maiora diſpendia, maiorem ſollicitudinem oportet impendi. Prima igitur iumen-
torum vtilitas eſt domini, vel procuratoris, vel paſtoris ipſius amor atque diligen-
tia. COMES enim ſemper eſt affectionis, induſtria: et incolumia [o] cupimus quae-
cunque diligimus. Domita animalia aut praeſepibus aluntur, aut paſtu: indomita
latioribus nutriuntur in ſaltibus. Quotidie ergo, vel frequentiſſime ſpeculari con-
venit habitum iumentorum. nam diligentibus morbus ipſe ſe prodit.

y) *Sic geminum ſub. F.* z) *ſero* om. *C.* a) *Morborumque et F.* vt nos ex *Corb.* ita *Virg. Ge.* 3, 440. b) *nutauit C.* forte *nutabit*; *vacabit* forte ortum e gloſſa *vacillabit.* c) *ſe C.* d) *ignori C.* forte fuit *ignores.* e) [*in*] inſ. *S.* et *C.* f) *ſit* inſ. *C.* g) *ſit* inſ. *S.* h) *ſapientia C.* i) *qui vtrumque C.* qui ab hac voce deficit vsque ad 1, 12, 1. *vtroque cognito S.* k) [*circa equos*] inſ. *S.* l) *eſſe S.* m) ita *F.* in margine ex *Mſ. animal* (*ſalutis*) *F. S.* n) *licet ab vno S.* et in margine, *licet ab vno coeperit, in plures, qui pariter in eodem ſtabulo aluntur et.* o) [*ſemper*] inſ. *S.*

ELEN-

# ELENCHVS
# TITVLORVM CAPITVM
## LIBRI PRIMI.


1. Quibus ſignis aegritudo animalium cognoſcatur.
2. Quot ſint genera morborum.
3. Signa morbi humidi.
4. Signa morbi aridi.
5. Signa morbi ſubtercutanei.
6. Signa morbi articularis.
7. Signa morbi farciminoſi.
8. Signa morbi ſubrenalis.
9. Signa morbi elephantiaſis.
10. Cura morbi humidi.
11. Cura morbi aridi.
12. Cura morbi ſubtercutanei.
13. Cura morbi articularis.
14. Cura morbi farciminoſi.
15. Cura morbi ſubrenalis.
16. Cura morbi elephantiaſis.
17. Cauſae et curae generales morbi malei.
18. Potio anniuerſaria Phyſica.
19. Compoſitio ſuffimentorum contra morbum maleum.
20. Alia compoſitio ſuffimentorum vehementior, ad luſtranda animalia, quae et faſcinum tollit.
21. De ratione flebotomi.
22. Quae diligentia adhibeatur in ſanguinis detractione.
23. Caſtrata animalia non deplenda.
24. Admiſſum facientes non deplendos.
25. In quibus paſſionibus et ex quibus locis ſanguis ſit auferendus.
26. De his quibus ſanguis in vngulam tollitur. Alias. Qui vngulam cogunt, vel eiecerint, quomodo ſanguis tollatur.
27. De epiſtomicis, vulſis, colicis, ſtrophoſis, et qui morbo ſubrenali tenentur, vnde ſanguis tollendus ſit.
28. De ratione foci atque cauterii.
29. De paſſione et curis febrium.
30. De laſſitudine, quae videtur febribus ſimilis.
31. De febribus internis.
32. Si in Autumno febrierit.
33. Si aeſtate febriat.
34. Si hieme febriat.
35. Si ab indigeſtione febriat vel pletura.
36. Si ex vulnere oris aut faucium febriat.
37. De coactionibus, i. e. de nimia laſſitudine.
38. Quae genera aegritudinum ex coactione naſcantur.
39. De diuerſis paſſionibus ventris.
40. De aqualiculo, i. e. ſtomacho.
41. De colo et coli dolore.
42. Cura longanonis et ilei.
43. Cauſae et curae ſtrophi.
44. De lumbricis, coſſis, tineis et pediculis.
45. De clyſteriis ad curam lumbricorum et tinearum.
46. De calculoſis iumentis.
47. De emphragma.
48. De ileo.
49. De dolore ventris.
50. De dolore coli.
51. De dolore veſicae.
52. Coſſi et lumbrici qua cura tollantur ad manum.
53. De ſyncopatis et confixis.
54. De his qui ſanguinem per nares emittunt.
55. De infeſtatione ſanguinis.
56. Quae adhibenda eſt diligentia vt animalia ſana perdurent.
57. Potio aeſtiua.
58. Potio hiemalis.
59. Potio in autumno et vere praebenda.
60. Potio omni tempore neceſſaria.
61. De difficultate vrinae.
62. De Stropho.
63. De dorſo curando.
64. De potione probatiſſima Diapente.


### CAPITA LIBRI II.


1. De valitudinibus capitis.
2. De Appioſo.
3. De Frenetico.
4. De Cardiacis.
5. De Rabioſo.
6. Qua obſeruatione curentur cyclo animalia. at vnum exemplariorum habebat, cibo.
7. De cerebro commoto.
8. De capitis dolore.
9. De Diſtenſionibus.
10. De Appioſo.
11. De Rabioſo.
12. De Inſania capitis.
13. De Chirurgia.
14. De auribus.
15. De pilis qui naſcuntur in oculis.
16. De Suffuſione oculorum.
17. De paracentheſi oculi.
18. De Lunatico oculo.
19. De Staphylomate oculi.
20. Ad album de oculo tollendum.
21. De ſuffuſione curanda per nares.
22. De diuerſis paſſionibus oculorum.
23. De ſtrumis iumentorum.

24. De glandulis.
25. De pullaribus.
26. De fiſtula maxillae, vel de conficiendo collyrio fiſtulari.
27. De expoſitione fiſtulae.
28. De tumore faucium vel capitis.
29. Si ex pletura ſanguinis fauces tument.
30. De intomatis, i. e. tuberibus.
31. De lingua inciſa.
32. De gingiuis et dentibus.
33. De oſſe fracto.
34. De cartilagine narium ſi ſanguis fluat.
35. De palato ſi vena ſe non clauſerit.
36. De genere et qualitate mucorum qui per nares fluunt.
37. De cuferino, i. e. cum poſt curſum ſanguis de naribus fluit.
38. De polypoſo.
39. De ſiderato.
40. De obſeruatione flebotomi.
41. De ceruicibus.
42. De malandria, i. e. de vulneribus ceruicis.
43. De diſtillatione ceruicis.
44. De diſtillatione ſcapularum.
45. De armis laeſis.
46. De genu commoto vel baſi.
47. De fractura articuli, vel cruris, vel coxae.
48. De flegmone, marmore, ſiue mallonibus.
49. De aquatilibus et ozoenis.
50. De pedibus reumaticis, ſiue ventoſis.
51. De impetiginibus.
52. De vligine.
53. De podagra iumentorum.
54. De orthocolis ſiue ſtilloſis.
55. De pedibus et vngulis.
56. Si pulmunculum ad aperturam fecerit.
57. Si exungulauerit iumentum, et ſi ſuffuſionem pedum patiatur.
58. De pedibus attritis ſiue mollibus.
59. De dorſo confirmando.
60. De dorſo curando iam laeſo.
61. Si pulmunculus naſcitur in dorſo animalis.
62. Si vulnus fecerit.
63. Vt pili renaſcantur.
64. De denigrandis pilis albis.
65. Vt pili nigri albeſcant.

CAPITA LIBRI III.

1. De obſeruanda boum ſanitate, Rubricae c. 1.
2. De morbis boum, et primo de maleo. Rub. c. 2.
3. De cruditate. Rub. c. 3.
4. De febre. Rub. c. 4.

2. Si vermes animal fecerit. Lib. 3.
3. De cura lumborum.
4. Quibus ſignis dolor renum indicetur.
5. De internis muſculis renum.
6. Si talus exeat animali.
7. De dolore renum.
8. De tumore teſtium.
9. Si natura reuocari non poſſit.
10. Si iumentum ſanguinem minxerit.
11. De dyſenteria.
12. Si otioſum animal ſanguinem mingat.
13. Si animal ſanguinem euomat.
14. Si percuſſa vena claudi non poſſit.
15. De indignatione veſicae.
16. De fluxu ventris.
17. De verrucis.
18. De vitiis coxarum.
19. De laccis gambarum.
20. De gamboſo.
21. De his quae laeduntur a rotis.
22. De ſyrmatico id eſt quod coxam ſubito trahit.
23. De morbo alienato.
24. De roboroſis.
25. De hydropicis.
26. De ſarcoſtis.
27. De tympaniticis.
28. De lienoſis.
29. De implectico.
30. De phragmatico.
31. De eo qui aquam timet.
32. De ſpaſmo.
33. De epilepſia.
34. De eo qui aquam reuomit.
35. De ſideratitio.
36. De percuſſo a ſole.
37. De cruditate.
38. De bulimo.
39. De anhelitu.
40. De aeſtu.
41. De paralytico.
42. De intrinſecus rupto.
43. De inſania.
44. De pletura ex hordeo.
45. De paſſione pulmonis.
46. De eieronica, vel orthotonico, vel ortholiſtophico.
47. De opiſthotonico, et empiſthotonico.
48. De lethargico.
49. De morbo regio.
50. De bili id eſt coleribus.
51. De bili arida.
52. De coli paſſione.
53. De vomica.
54. De coriagine.
55. De ſtomachico.
56. De icterico.
57. De ſtropho.
58. De dolore iecoris.
59. De inflatione ventris.
60. De inteſtini vexatione.
61. De tuſſi.
62. De tuſſi quae venit ſi quid faucibus haeſerit.
63. De tuſſi ex perfrictione.
64. De tuſſi a colibus.
65. De tuſſi ab interioribus.
66. De vulſis.
67. De tuſſi quae ex humorum acerbitate generatur.

68. Ad

68. Ad tuſſim ſiccam, vel ad ſuſpirium, et arteriam exaſperatam.
69. Ad vomicas et tuſſim.
70. De diuerſis potionibus vulſorum et tuſſientium.
71. De ſcabie.
72. Si animal foeno malo laedatur.
73. Si hordeo malo laedatur.
74. Ad faſcinum.
75. Remedium contra omnes morbos.
76. Si animal laedatur dum accipit potum.
77. Si animal a venenatis beſtiolis mordeatur.
78. Si buſtrepem comederit animal in foeno.
79. Si vipera percuſſerit animal.
80. Si araneum comederit.
81. Si ſphalangius percuſſerit animal.
82. De mure araneo.
83. Ad ictum ſcorpionis.
84. De canis rabidi morſu.
85. Si animal comederit ſtercus gallinarum.

CAPITA LIBRI IV.

1. De numero et poſitione oſſium.
2. De numero et qualitate membrorum.
3. De numero et qualitate neruorum.
4. De qualitate venarum.
5. De indiciis et aetate equorum.
6. De ſignis quibus agnoſcitur patria.
7. De temporibus vitae.
8. Potio ad reficiendum iumenta, et diapente.
9. Ad tuſſim et vulſos.
10. Ad coſſos, vermes vel tineas.
11. Aduerſum omnia genera morborum.
12. Confectio ſuffimentorum ſalutaris.
13. Confectio pulueris quadrigarii.
14. Compoſitio cauſtici.
15. Compoſitio malagmae.
16. Compoſitio collyrii fiſtularis.
17. Compoſitio malagmae crudae.
18. Compoſitio ſyncriſmae.
19. Compoſitio traumatici.
20. Compoſitio malagmae baſilicae.
21. Alia compoſitio malagmae.
22. Compoſitio prima anacollimatis.
23. Compoſitio alia malagmae crudae.
24. Compoſitio malagmae ad vligines.
25. Compoſitio malagmae ad neruos.
26. Compoſitio traumatici.
27. Compoſitio collyriorum.

# SEQVVNTVR MEDICAMENTORVM GENERA QVAEDAM, AD FINEM QVARTI LIBRI ADIECTA.

Cephalicum emplaſtrum ad claudenda vulnera.
Medicamentum conſuetum.
Chlora medicamentum ad vulnera limpidanda.
De tetrapharmaco, ád vulnera claudenda.
Glicium, ad vulnera ſordida et cancroſa.
De oſſoclari, ad omnia oſſicula.
De ſtyptico, ad vulnera humecta.
Medicamentum ad omnia vulnera claudenda.
Implectoricum, ad caua ſupplenda.
Ad oculorum rupturas, et glaucomata.
De ſyncriſma, aliud.
De lippariis.
Traumatici compoſitiones variae, ad varia.
Cauſtici compoſitiones aliae ad diuerſa.
De malagmatis quibusdam.
Emplaſtrum quoddam.
De ceroto.
Fomentum ad tumores, vel quamlibet duritiam.
Potio hiemalis.
Potio aeſtiualis.

# VEGETII RENATI
## ARTIS VETERINARIAE SIVE MVLOMEDICINAE
## LIBER PRIMVS.

### CAPVT I.

CONTINVO animal, quod valetudo tentauerit, triſtius [a] inuenitur, aut pigrius,
nec conſueto vtitur ſomno, nec ſolito ſe more tranſuoluit, nec requiem vt
aſſumat accumbit, nec deputatum cibum aſſumit ex integro: et [b] potum aut in-
2 temperantius accipit, aut omnino faſtidit, ſtupentibus oculis, auribus flaccidis,
erecto viſu [c], turpi pilo: exhauſta ſunt ilia, fit ſpina rigidior, anhelitus crebrior
aut grauior [d], os aſperum et ſolito feruentius, tuſſis aliquando lenis, aut grauior,
3 inceſſus ipſe, quo maxime notatur, ſegnis ac nutans. Cum huiuſmodi ſigna in
iumento vnum vel plura conſpexeris, ſtatim illud ſeparabis a caeteris, vt contagio-
nem non inferat proximis, et facilius in ſolo iam cauſa morbi poſſit agnoſci. Si
4 diligenter habitum, poſt vnam, ſecundam, vel tertiam diem ab illa moeſtitia fue-
rit abſolutum, nihilque reſederit in corpore ipſius, quod putetur ambiguum, ſcito
ex leuioribus cauſis illam veniſſe triſtitiam, et animal conſuetudini priſtinae eſſe red-
5 dendum. Nec explorandi omittatur intentio. nam frequentius inſpici debet et
cautius, quod ſemel coepit eſſe ſuſpectum [e].

II. MORBORVM quidem diuerſae ſunt paſſiones [a], ſed vno generali vocabu-
lo continentur, quod ab antiquis malleus nominatum eſt, ipſa appellatione vim
2 cladis periculumque teſtantes. Sunt autem ſpecies mallei numero ſeptem: humidus,
aridus, ſubtercutaneus, articularis, elephantiaſis, ſubrenalis, farciminoſus. Signa [b]
omnium dicamus.

III. HVMIDVS morbus eſt, cui de naribus pro mucis humor defluit male olens, et ſpiſſus, colore pallido. Huius [a] grauatur caput, oculi lachrymantur, et ſtridet pectus, fit gracilis horrentibus pilis, triſtis aſpectu: quem profluuium atticum [b] veteres vocauerunt. Quandocunque [c] autem ſanguinolentus humor vel croco ſimilis per nares fluere coeperit, iam inſanabilis eſt et vicinus morti.

IV. ARIDVS autem morbus his agnoſcitur ſignis. Nullus ei per nares ſupra ſolitum humor emanat; ſuſpirat tamen grauiter, et nares habet extenſas. ilia curuabit [a] intrinſecus, et contractionem ſpinae duritiamque patietur. teſticuli eius ita ſubſtrin-

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

[C. I.] a) *moeſtius ingreditur S.* b) *potum autem aut intemperantius appetit S.* f. *ſed p.* c) *viſitur pilo S.* d) *os aſperum* —— *grauior* om. *F.* e) *ſpectandum M. S.* [C. II.] a) *ſpecies S.* b) *Signa om. dic.* om. *V. C.* teſte *S. M.* [C. III.] a) *habet grauatum S. M.* b) *atrum S.* vid. I, 17, 18. c) *cuicunque S. M.* [C. IV.] a) *cauabit S.*

b) *hos*

ſubſtringuntur, vt apparere vix poſſint. cibi parcior, bibendi appetentior vltra morem. propter quod pulmone ſiccato, internum patitur ardorem. tenſis oculis in obliquum reſpicit, nec [b] facile cubet [c]. Hunc [d] ſuſpirium vocant et inſanabilem, niſi ab initio feſtina curatione ſubueneris.

V. SVBTERCVTANEVS morbus autem his proditur ſignis. Vulnera [a] in corpore eius ſcabiei ſimilia naſcuntur, ex quibus humor effluit liquidus et viridis, qui pruriginem mouet, vt ſcalpere parietibus vel columnis animalia ſaepe fricare compellat, quo [b] vlcera corticem ducent [c]. Huic nec humor per nares emanat, nec anhelat, nec cibum recuſat, nec reſpuit potum. propter quod diu viuit [d].
Et ideo ſi cura non deſit, ex hoc plurima iumenta liberantur. Quidam vero ſca- 2
biem ſubtercutaneum morbum dicere tentauerunt, quod ſimilia ſupradictis ſignis videatur oſtendere, et contagionem transferre per proximos, et tardius ſanari. Sed quia nec necem, nec gregi infert facile periculum, a peſtiferi illius mallei ſocietate diſcretus eſt, et ſeorſum ab illa dicetur.

VI. ARTICVLARIS autem morbus, quem ἀρθρῖτην [a] Graeci vocant, per haec monſtratur indicia. Interdum paucis, interdum plurimis diebus ab articulis claudicabit, vt aut ictu calcis animalis alterius percuſſus, aut negligentia impactus, aut ſaxo vel fuſte videatur eliſus. Sed haec ſolet eſſe diſtantia, vt [b] illa quaelibet laeſio loco figatur, haec autem paſſio, quia erratica eſt, ſubito ad pedem alterum migrat. Praeterea oſſibus aſtringitur cutis, et ad [c] tactum tractanti dura
reſiſtit. Rigeſcit [d] ſpina, corpuſque contrahitur, pilus [e] erectus et horridus, ac 2
deformis aſpectus, macie corpus affectum. et quamuis non recuſet alimenta, nec curat ſi deſint: indies tamen deterior fit et triſtior, difficulterque [f] curatur.

VII. FARCIMINOSVM vocabulum ex genere paſſionis euenit. Huiusmodi deprehenditur argumento. In lateribus et in coxis, et in verendis quoque partibus, et praecipue in iuncturis membrorum, vel in toto corpore, collectiones inflantur: rurſumque his velut ſedatis, aliae renaſcuntur: cibum potumque ex mo-
re recipiunt, macreſcunt tamen, quia digeſtio eis plena non prouenit. hilares 2
aſpectu ſaniſque ſimiles creduntur ab indoctis artis mulomedicinae, quia exterius agitur cauſa: quibus imperitia artificum ſanguinem feſtinat auferre. Sed contraria iſta curatio eſt. nam affectis farcimino, quidquid ſupereſt virium, tollit [a]. In initio tamen, ne morbus increſcat, vel in fine, cum iam vires redire coeperint, emiſſio ſanguinis iuuat.

VIII. SVBRENALIS morbus non minus nomine, quam ipſa paſſione monſtratur. Nam animal, velut renibus laeſis, a poſteriori parte deficiens, prodit mortiferae neceſſitatis indicium. tuſſiet grauiter, horrebit aſpectu: cutis duritia ex ſpinae rigore proditur: parcius potum, parcius adpetit cibum. Huic quia tota vis morbi poſſidet lumbos, a femoribus incipit prima curatio.

IX. ELE-

b) *hoc facile curabitur S. M.* c) *cacabit F.* et *S. M.* quod non contemſerim: opus enim ad eam rem nixu pulmonum. d) *Habens ſuſpirium notat inſanabile.* [C. V.] a) *Vlcera S. M.* rectius. b) *quae S.* c) *durant S. M.* d) *bibet F.* [C. VI.] a) ἀρθρίδην *F.* Debebat ἀρθρῖτιδα. b) *quod illa paſſio ſubito ad pedem alterum migrat. S. M.* c) *adtactum S. ad tractum F.* d) *(in)* inſ. *S.* e) *pilis erectis et horridis S. M.* f) *laborioſeque S. M.* [C. VII.] a) *tollitur S.*



[C. IX.]

IX. ELEPHANTIASIS autem dicitur ex ſimilitudine elephantis, cuius na-
turaliter pellis dura et aſpera, morbo nomen, et in hominibus, et in animalibus
2 dedit. Cuius ſigna haec ſunt. In toto corpore vredo naſcitur, praecipue in dorſo,
ſquamas ſimiles corticibus facit. In naribus, in pedibus etiam et in capite, papu-
3 larum feruor emergit, vel ozoenae aſperiores frequenter oriuntur. Priuſquam
haec oſtendantur indicia, ventre ſoluto erit, et marceſcit [a], et aſpere tuſſiet. Cuius
os totum cum lingua aſperum et ſimile creditur eſſe combuſto: quae paſſio pullis
4 a matre depulſis plerumque perniciem conſueuit inferre. Hunc diligenter curare
cupientes, non ante deforis aliquo medicamento fouere contendunt, niſi prius,
potionibus datis, peſtis [b] eleuetur interior. Nam extrinſecus cepta [c] medicamen-
ta morbum non eximunt, ſed ad interiora compellunt, et hac ratione periculum
5 generant. In animalibus, eiuſmodi morbo laborantibus, generalia iſta ſunt vitia:
tuſſis aſpera [d] et crebra ſuſpiria, ſpina contracta et rigida, macies ſemper increſcens,
cum ſtudium et alimenta non deſinant [e], demiſſior ceruix, ſtupentes oculi, tardior
6 inceſſus. Nunc ſignis omnibus generaliter ſingulariterque digeſtis, ſingulorum
morborum ſpeciales propriasque curas oportet adiungere. Poſt [f] haec de generali
minutione ſingulorum, et aduſtione docens, concludam librum primum.

X. MALLEVS morbus ſi humidus fuerit, ita vt per vtramque narem virides
defluant muci, inter exordia caput eius adhibita curatione purgandum eſt ita; Olei
optimi vncias 3, liquaminis floris vnciam 1, vini veteris cyathos 3, ſereno tran-
2 quilloque die pariter commiſces [a], et cum tepefeceris, infundes in naribus. caput
religabis ad pedes, ſenſimque iumentum impeditum compelles incedere, vt omnis
humor emanet. (ad ſiphonem [b] autem paulatim infundes [c] non ſemel a [d] cornu).
3 Quod ſi ſanguis poſtmodum coeperit fluere, nihil timendum, ſed potius ſciendum
eſt, animal legitime fuiſſe purgatum. Poſt quod ſeuum caprinum reſolutum oleo
4 miſcebis, ſic infuſis [e] naribus exulcerationis illius mitigatur aſperitas. Radicem [f]
quoque laſeris tonſam [g], et per fiſtulam vento naribus inſitam, vt ſternutum pro-
5 vocet, adhibere commodum eſt. Caput etiam extrinſecus auriculasque oleo ca-
lente diligenter perunges, et lana cerebro indita, ab omni perfrictionis neceſſitate
6 munibis. Naſturtii quoque ſemen bibendum dabis ex aqua. Praeterea potionem
dabis, qui [h] diapenton vocatur, et hac ratione conficitur: Murrae [i], gentianae,
ariſtologiae [k] longae, baccis [l] lauri, raſuras eboris bene tritas et cribratas aequis
miſcebis ponderibus, ſeruabisque. Exinde prima die vnum coclearium cumula-
tum cum ſextario vini veteris, ſecunda die vnum et ſemis, tertia autem die duo
coclearia tepefacto mero aſperſa, et diligenti agitatione permiſta dabis ad cornu.
Poſtea ex ceruice de matricali vena ſanguinem detrahes, permixtumque acerrimo
aceto,

[C.IX.] a) corr. *marceſcet.* b) *pus euellatur interius S. M.* c) forte *coepta*, an *capta*? d) *aſperior S. M.* e) *deſint S. M.* f) Hinc ad finem cap. deeſſe in V. C. notat *S. M.* [C. X.] a) *commiſcebis S.* b) *ſcyphonem S. M.* c) *infundens S. M.* d) *ad S. M.* e) *infuſum S. M.* f) *Item, accipe febrifugam, et aſari radicem, et fac puluerem, quem naribus per fiſtulam inſuffla vt ſternutet. multum prodeſt S. M.* ex V. C. g) *tunſam* coni. *Morg. IV*, 4. h) forte *quae diapente*: vid. Index. i) *myrrhae troglitae. S. M.* forte *Troglodytitae.* vid. 2, 22, 5. Haec optima. *Dioſc.* 1, 77. Sed neque contemnenda lectio Sambuci marginalis. Oſtendit enim Salmaſius ad Soli. *p.* 894, *b. G.* in optimis Aëtii et aliorum libris Τρωγλῖτιν μύῤῥαν eſſe pro *τρωγλοδυτικῆς*, ipſamque adeo gentem *τρωγλῖτας* eſſe dictam. Monuit me huius rei Io. Zachar. Platnerus Medicus Excellentiſſimus. k) forte *ariſtoloch.* l) *bacca S.*

m) *per-*

aceto, omne equi corpus perunges [m], et contra pilum diligenter fricabis, vt ad
ſimilitudinem glutinis adhaereat. iumentum quoque in loco calido conſtitues. Si 8
cibum faſtidit, ſtatim [n] duntaxat farinae hordeaceae ſextarium vnum quinque ſexta-
riis aquae permixtum equo dabis in potu. Triticeam quoque farinam ſimili men-
ſura et ratione offeres ad bibendum. Si autem faſtidit, non ideo aliud dabis, quo-
vſque [o] hoc ex iſta neceſſitate ſanitatem percipiat. De palato quoque poſtea ſan- 9
guinem detrahes, vt omni ex parte, ſi qua morbus praegrauare coeperit, releue-
tur. Scito niſi diligenter occurras, hunc eſſe periculoſiſſimum morbum. Nam
cito in ſuſpirium, hoc eſt, anhelitum tranſit, et ſpem omnem ſalutis excludit.

XI. ARIDVS vero morbus, qui et ſuſpirioſus praecipue dicitur: et hic nega-
tur a quibuſdam poſſe curari, propterea, quod phthiſi, quae hominibus mortifera
eſt, ſimilis inuenitur. Quotidie enim macie creſcente, exilior redditur, penitusque [a]
ſiccatur. In omni autem ratione medicinae, facilius eſt quae abundauerint dimi- 2
nuere [b], quam quae videntur deeſſe ſupplere. Salus tamen iumentis etiam in hac
paſſione praeſtatur, ſi inter principia poſſit occurri. Sanguinem ſiccis detrahere 3
contrarium eſt. Sed vino et oleo ſufficienter admixto et tepefacto, perungendum
toto corpore animal eſt, ita vt caput et maxillae, et extrinſecus fauces eidem lar-
gius infundantur, et contra pilum vſque ad ſudorem diutiſſime confricentur. In-
trinſecus autem a prima die hac potione curandum eſt. Succum ptiſanae, adipem 4
ſuillum remiſſum, et amilum [c] ex melle paſſoque decoctum per cornu in potione
dabis, vt canalis gutturis eidem, maxillarumque compago laxetur, quam ſiccitas
aſtrinxerat morbi. Quo facto, in loco calido ſtabit. Infuſum hordeum herbam- 5
que viridem, ſi inuenta fuerit, debet accipere, vt omni ex parte periculoſa ariditas
temperetur. Conſequenter talis eidem potio praeparetur. Paſſi optimi ſextarium 6
vnum, iridis Illyricae vnciam vnam, piperis nigri ſemiunciam, croci ſcrupulum,
mirrhae trigonitis [d] ſemiunciam, pollinis thuris vnciam vnam, oua cruda quinque
pariter mixta prima die dabis ex integro, ita vt per triduum ipſam miſceas ſemper
et offeras, vt tam grauis morbi aſperitas, potionis dulcedine mitigetur. Poſt haec, 7
melle, butyro, axungia, ſalibus, et picula [e], offis pro aequa omnium portione con-
fectis, ſucco ptiſanae ac paſſo inuolutis, adtinctum animal replebis, [et] die prima
quinque pillulas, ſequenti ſeptem, tertia die nouem daturus ex more. Expenſis au- 8
tem his, nec vngere cum vino et oleo tepefacto deſit induſtria. nam amariſſimus
morbus cum ſit, aliter non poteſt, niſi amaris potionibus ſolui. CONTRARIA
enim non niſi contrariis medicinis curantur. Potionem diapenten [f], ſicut ſuperius 9
monſtratum eſt, non ſolum per triduum cum vino, ſed per dies plurimos dabis, vt
tantum diſcrimen poſſit euinci. Quod ſi grauior tuſſis et ſtrangulans vrgebit, acci- 10
pe fabae fractae ſextarium vnum, ſeui caprini vncias tres, allii [g] capita maiora tria
permixta decoques, et cum paſſo, vel ſucco ptiſanae hordeaceae tepidum dabis ad
cornu. Quod ſi tardius profecerit iſta curatio, ficus ſiccae pondera [h] duo diligen- 11
tiſſime tundis [i] in pila [k], foenugraeci ſextarium decoques, quouſque aqua ad me-
dietatem

m) *perfundes S. M.* n) *aeſtate F. et S.* al. *ſtatim* vterque in marg. o) *quam hoc ex neceſſitate ſitis. S. M.* [C. XI.] a) *paſtuſque S. M.* b) *adimere S. M.* c) *f. amylum.* d) ſuſpecta vox editoribus: *draganti S. M.* forte *Troglodytidis vid.* 1, 10, 6 *no. i.*

e) Ita coniicimus. *pauulcaophis* F. cum nota vitiatae ſcripturae: *piculam ſalem S. M.* Pix phthiſicis commendatur *Dioſc.* 1, 94. f) forte *diapente.* ſed vid. Ind. g) *ſcorodon S. M.* h) *duas partes S.* i) *tondis F. tundes S.* k) *in mortarium. deinde addas*

dietatem veniat, poſt colabis, et foenugraecum in mortario cum ficu conteres. allii
quoque vncias tres contundes ſimiliter in mortario, et tam rutae quam apii faſcicu-
los ternos: quibus omnibus pariter mixtis, diligenter tritis, addis dracontii vncias
12 duas. Aqua in qua foenugraecum coctum fuerit, ſuperfundis, potionemque facias,
quae per cornu poſſit effluere: quam etiam tuſſientibus vel vulſis aut ruptis anima-
13 libus per triduum dabis. Sequens remedium ad [l] aridum morbum: Inter [m] nares
iumenta ſcalpello [n] ſecabis, et aquam frigidam per [o] fiſtulam latam eius ori ſuppo-
nes, naresque ipſius [p] aſſidue diebus plurimis merges, vt ſuſpirium diſtabeſcat in
14 aqua. Potionem quoque ei quotidie dabis huiuſmodi. Succum ptiſanae cum ſeuo [q]
caprino decoctum, ſextarium vnum, ſulphur [r] viuum, thus quoque maſculum
aequis ponderibus deteris atque commiſces: ex eo coclearea ſingula diebus ſingulis
cum ptiſana permixta defundis ad cornu. Cum autem coeperit eſſe validior, de
ceruice ſanguinem detrahes, additoque aceto animal perfricabis.

XII. SVBTERCVTANEVS morbus, cum [a] humor peſtifer intra [b] corium
et viſcera commeat [c], hac ratione curandus eſt. Fiſtulam [d] ei facies vel cauterium,
inter armos eius et ventrem loco conſueto ad [e] menſuram inciſa cute, die ſereno,
et ſi [f] ſpatium eſt, luna minuente, Indis vt mos eſt, per quam omnis e [g] viſceribus
2 humor educitur, coloris [h] aurei vel crocei, languoris [i] tabe corruptus. Quae ſi
minus [k] traxerit, radicem herbae tithymalli [l] eodem [m] vulnere inferes ſeptem die-
bus, quae reſiduum virus educat. Eſt et aliud remedium. Radiculam quam [n]
quidam conſiliginem vocant, quidam pulmonaceam [o], qua mulo medici frequenter
et [p] bubulci vtuntur, in pectore animalis hac aegritudine laborantis eatenus pones,
3 vt acuto cuprino [q] circines locum. Poſtea [r] corio perforato radiculam interſeris [s].
quae ibidem ſponte tamdiu permanebit, quouſque cutis quatenus cuprino [t] ſigna-
ta, in putredinem ſit verſa, et a toto corpore ad illum locum humor trahatur [u],
4 et per vulnus emittatur [x]. Hinc [y] potionem [z] diapenten ſuperius deſignatam,
cum vino veteri optimo, per triduum, vel ſi neceſſitas [a] erit, per dies plu-
rimos dabis. Apium quoque viride, et baccas lauri, vel [b] iſtae res ſi non inueni-
rentur [c], lauri et cucumeris ſiluatici folia [d], per partes minutiſſimas concides, hor-
deoque miſcebis, vt [e] animal [f] ſicut e [g] potione diapente [h], ita ex cibo ſentiat me-
5 dicinam. Huic tamen aquam tepidam cum farina hordeacea vel triticea dare te
conuenit, et in [i] loco tepido ſtabulare. Nam frigus humoris [k] augmentum eſt,
et

*addas alli gallici* [f. anagallici] *vncias III et tam rutae quam Appii faſciculos ternos, quibus pariter in mortario miſſis, et diligenter contritis, addas draganti vncias II, et aquam, in qua foenum Graecum coctum fuerit, ſuperfundens S. M.* l) *in S.* m) *intus S. M.* n) *ſagittella S. M.* o) *fiſtula latiori S. M.* p) *ipſas S. M.* q) *ſero S. M.* r) *ſulphur, vinum* F. *vinum et infundis per cornu S. M.* [C. XII.] a) *cui S. M.* b) *inter S. M.* c) *meat S. M.* d) *fac inciſionem S. M.* e) *et menſura in cute S. M.* f) *et ſit lunaris inciſio S. M.* g) *de S. M.* Pergit *M. S. Corb.* i) *longiori S. M.* k) *non bene laboraret S. M.* Gloſſa vt videtur barbarica, qua illud *traxerit*, quod fiſtulae opus *eſt*, explicatur. l) *tytimali F. tytimallei in C.* m) *impone S. M.* n) *vnam kellebori nigri perforato corio inſeres, quae ibidem ſponte ſua permanebit, quouſque cutis ſignata decidat in putredinem verſa. ex toto enim corpore ad illum locum humor attrahitur, et per vulnus emittitur. S. M.* Conf. *Colum.* 6,5,4. o) *pulmoniciam C.* p) *et bub.* om. *C.* q) *cypr. C.* r) *poſtmodum p. c. C.* s) *inſeras C.* t) *cypro fuerit ſignata decidat, in putr. C.* u) *attrahitur* C. x) *emittitur C.* y) *Huic S. M.* z) *ſup. deſign. quae vocatur diapente S. M. C.* a) *neceſſe fuerit C.* b) *folia* inſ. *S. vel ſi iſta inueniuntur folia et cucumerem ſiluaticum per partes C.* c) *baccae* inſ. *S.* d) *radicem S. M.* e) *et animali languido pro cibo dabis, ſicut potionem diapente pro potu. Huic tamen S. M.* f) *languidum* inſ. *C.* g) *ex C.* h) *diapenton F.* i) *in* om. *C.* k) *humorem auget S. M.*

l) *et*

et[1] reumatis. Cibum quoque magis ſiccum quam viridem in hac paſſione debet
accipere, et exerceri vehementer, vt ſudore ſiccetur humor infeſtus.

XIII. ARTICVLARIS morbus his declaratur ſignis[a]. Claudicabit alter-
nis[b] pedibus, modo prioribus, modo poſterioribus, et quaſi tumor eidem in articu-
lis circa coronas, vel certe in genibus apparebit. propterea quod peſtilentia morbi
corruptus ſanguis neruos et venas implet, et[c] laedit atque debilitat. Huic ſangui- 2
nem primo de ceruice, hoc eſt, de matricali vena, detrahes: quem aceto acer-
rimo permixtum per totum animalis corpus induces, ita, vt illa[d] loca, quae vexata
ſunt, diligentius vngas[e]. quia creditur ſanguis emiſſus e corpore, et corpori rurſus
cum aceto impoſitus[f], vitia morboſa ſiccare. Quod ſi vel[g] in genibus, vel arti- 3
culis ſe morbus oſtenderit, de eisdem locis ſanguinem detrahes, cui adiicies cre-
tam[h] cimoliam, id eſt, albam, vrticae[i] libram, tres ſextarios aceti, cimini triti li-
bram, reſinae frixae libram, picis liquidae libram, ſalis communis pugillum, ſter-
cus[k] bubulinum recens, quantum creditur poſſe ſufficere. ex hoc vbicunque
tumor apparuerit, diligenter ſaepius illinies[l]. De palato ſpecialiter ſangui- 4
nem detrahes, ne contagio caput occupet. Ab armis quoque deplendum[m] eſt, ſi
in[n] prioribus pedibus claudicatio[o] apparuerit. Vel certe de coxis auferendus eſt
ſanguis, ſi a poſterioribus coeperit claudicare. Dabis quoque ei[p] potionem 5
aduerſus omnes morbos probatiſſimam[q]. Centauream, abſinthium, peu-
cedanum[r], ſerpillum[s], ſagapinum, betonicam, ſaxifragam, ariſtologiam rotundam.
haec omnia aequis ponderibus tundes[t] diligenter et cernes[u]. Si febrit[x] animal, 6
cum aqua; ſi vero[y] non febrit[z], cum vino optimo dabis, vt ſingulis diebus per
ſextarium vini, vel aquae tepidae cocti praedicti[a] medicaminis ſingula[b] maiora co-
clearia plena et cumulata commiſceas, et per fauces degeras[c], vt amaritudinem
morbi herbarum amaritudo compugnans poſſit expellere.

XIV. FARCIMINOSVS autem morbus, a[a] ſimilitudine farciminis appellatus
eſt: quia velut per[b] fiſtulas quasdam inter cutem et carnem corruptus humor emanat,
et per totum corpus collectiones plurimas facit, et aliis velut minuentibus aliae
rurſum naſcuntur. Sed[c] paſſio licet contagioſa ſit, facilius tamen inter principia 2
curabitur[d], quia interna[e] eorum adhuc ſana ſunt, ſed corruptus humor ex morbo,
inter cutem[f] et carnem verſatur. Huic tamen[g] in initio, tantummodo, antequam
incipiat marceſcere, aut in fine, cum iam[h] bene fuerit reparatum, detrahendus
eſt ſanguis. Nam in media paſſione ſi flebotomia[i] vti volueris, aegrotum animal 3
nequaquam curabis. Sed collectiones quascunque fecerit, inuri rectis cauteriis
conuenit;

1) *et reum.* om. *C.* [C.XIII.] a) *indiciis C.* b) *pedibus diuerſis C. ped. diuerſius S. M.* c) *et laedit* om. *C.* d) *illa* om. *C.* e) *vnguas C.* f) *adpoſitus C.* g) *vel* om. *C.* h) *id eſt albam cimoliam, aceto ſext. III. vſti aeris lib.* 1, *cyminum tritum lib.* 1, *reſinae C. cimoliam, aceti ſextarii III. item lib. vnam cimini triti, vel lib. vnam reſinae, vel picis liquidae lib.* 1, *ſalis etc. S. M.* i) *vſti aeris* rectum videtur. Facit enim ad vlcera. Vid. Dioſc. 5, 87. k) *ſter. bub.* om. *C.* l) *interlines C. linies S. M.* m) *deſplendus C. ſanguis detrahendus eſt S. M.* n) *de C.* o) *clodinem C.* p) *eidem C.* q) *herbam* inſ. *C.* r) *peuchidanium C.* s) *ſerp. ſag.* om. *C.* et abeſſe notat a Mſ. *S. M.* t) *toudes F. toude S.* vid. Morga. *IV*, 4. u) *cribra S. M.* x) *febriunt animalia C.* y) *vero* om. *C.* z) *febriunt, in vino optimo, ita vt C.* a) *praed.* om. *C.* b) *vnum cochlearium maius miſceas S. M.* c) ita *C. digeras F. S. immittas S. M.* [C. XIV.] a) *ad ſimilitudinem C.* b) *fiſtulis quibusd. C.* c) *Haec C.* et *S. M.* d) *curatur C.* e) *interiora S. M.* f) *carnem cutemque C.* g) *etiam initio antequam S. M.* h) *iam* om. *C.* i) *flebotomum vti circa eum ſi volueris, aegrotum animal euirabis. Sed ſi coll. C.*

1) *proſit*

conuenit; et vt efficacius proſint [l], cuprinis cauteriis eſt vtendum. quae vulnera
4 pice liquida, admixto oleo et melle, curantur. Potiones catharticas, vel nimis
amaras debet [m] accipere, id eſt, diapente [n] cum vino, ſicut ſuperius dictum eſt,
quae [o] ad omnia genera morborum animalium efficaciter prodeſſe conſueuit.
5 Praeterea radices [p] ebuli lib. I infundis [q] per triduum ſextariis [r] tribus vini optimi.
Poſt [s] ſemiunciam optimi [t] aloës centaureae vnciam I, opopanacis [u] vnciam I,
diligentiſſime teres, et de illo vino, in quo ebuli radices infuſae fuerint, ſextarium I
mittes et tepidum per cornu dabis. Quam menſuram triduo cuſtodire te conue-
nit, vt etiam per ventrem huiusmodi catharticis potionibus digeratur humor in-
6 feſtus. Quem exercere [x] in curſu, quouſque ad plenum ſudorem veniat [y], ſaepius
conuenit: et curatum obſeruatione praedicta, in paſcua mittes [z], vt diu [a] noctuque
aeſtiuo tempore ſub diuo [b] et libero aëre paſcatur, quatinus et varietate herbarum
oblectatus [c], et ſolis calore ſiccatus [d], rurſusque noctis aura et [e] rore contactus, fa-
cilius digerat morbum.

XV. SVBRENALIS morbus vt periculis [a] plenus eſt, ita ad intelligendum
apertiſſimus inuenietur. Nam renes iumenti [b] occupat atque diſſoluit. propter
2 quod animal in primis partibus alacre, poſteriora [c] trahere conſueuit. Huic hac
ratione ſuccurratur [d]. De vtroque latere [e], vel de femore inciſis competenti loco
venis, copioſus ſanguis emittatur [f], qui acri aceto permixtus [g] per omne corpus, et
praecipue ſuper renes animalis inducitur. Potionem notiſſimam diapenten ad
3 cornu per os debet frequenter accipere. Sed et per anum calidiſſimis ſpeciebus
clyſterii [h] ingeſtione curandum [i] eſt. Aloës vnciam I, pyretri vnciam I, euphor-
bii vnciam ſemis, pulegii bene triti vnciam I, baccarum lauri vnciam I, caſtorii ſe-
miunciam, ſeminis [l] ſinapis vncias 3 [m], ſalis triti heminam [n]: haec omnia diligen-
ter contuſa in tres diuides partes, et diebus ſingulis cum aqua, in qua furfures tri-
tici decocti fuerint, tepida, ſicut curae exigit [o] ratio, quaſi [p] ſingulos ſemiſextarios [q],
clyſtere per [r] inteſtinum animalis infundis, vt calefactis intrinſecus renibus, reſolu-
4 tus humor poſſit per ventrem, cum ſtercore emitti. Praeterea lumbi ipſius oleo
laurino vino calido permixto confricandi ſunt vehementer et ſaepe, vt deforis [s]
et intrinſecus acerbiſſima [t] paſſio poſſit euinci [u]. Cauteria quoque renibus impo-
nuntur, vt vis morbi ignis ardore ſiccetur. Danda quoque eſt potio octo [x] ſpecie-
rum decocta, cuius in articulari morbo fecimus mentionem, quia [y] in omnibus
efficaciter prodeſt.

XVI. ELEPHANTIASIS morbi cauſa [a] ſuperius eſt indicata, cui talis eſt adhibenda medicina, vt non extrinſecus vredinem, vel vulnuſcula ipſius curare tentemus. Nam morbus refugiet [b] intus, et penetrabit viſcera, ac periculum gignet.

Sed

l) *proſit cypr. caut. ſtudendum C.* m) *oportet C.* n) ſic *C. diapenten F. S.* o) *quod C.* p) *radicis C.* q) *infundes C.* r) *libris S. M.* s) *poſt - aloës* om. *C.* t) ſic omnes. u) *radicis panaces C. ad panacis S. M.* x) *exerceri in curſum quoque vſque C.* y) *ven.* om. *C.* z) *mitti C.* a) *die C.* b) *dio C.* c) *oblectetur C.* d) *ſiccetur C.* e) *a C.* [C.XV.] a) *periculi C.* b) *iumento C.* c) *vix* inſ. *S.* d) *ſuccurretur C.* e) *latere, vel de* om. *C.* et v. c. *S.* f) *emittetur C.* g) *mixtus C.* h) *clyſteris iniectione C. S. M.* i) *curandus C.* l) *ſemen C.* m) *a fonitri* (forte *aphronitri*) ∽ *III* quod fere ſemper vnciae ſignum eſt, obſeruatum etiam Eiſenſchmidio. n) EMEN *C.* o) *exiget C.* p) *quaſi* om. *C.* q) *hinc lacuna in C. ad* 16, 4. [*per*] inſ. *S.* r) *per* Mſ. non habet *S. M.* s) *et foris S. M.* t) *acerrima S. M.* u) *auerti S. M.* x) *de octo ſpeciebus S. M.* y) *quae S. M.* [C.XVI.] *a) diſcretio S. M.* quod praetulerim. nam ſigna tantum ſunt indicata ſupra 1, 9, 1. b) *refugiens intrinſecus penetr.* [*in*] *viſc.*

Sed primum de matrice tollendus eſt ſanguis, et acri aceto commiſcendus, ac toto 2
inducendus eſt corpori. Poſtea de palato, et, ſi vires permiſerint [e], de caeteris
locis, quae morbus infeſtat, pro modo ac [d] tempore minuendus eſt ſanguis, et cum
aceto rurſum imponendus. Pulli autem a matre depulſi, et ad ſtabula religati, prae- 3
cipue ſolent hunc morbum incurrere. quia [e] digeſtio cibi, qua in paſcuis vtebantur,
primae exercitationis [f] aufertur [g], et nondum ad reſidendum robuſti, ad praeſepia
ſtare coguntur. Elephantioſi morbo, et omnibus mallei paſſionibus, non ſolum dia- 4
pente, cuius experimentis [h] indubitatae [i] ſunt vires, et [k] ſine quo mulo medicus
mutilus eſt, ſed haec quoque portio praeparanda atque ſeruanda: Mirrae trigonitis [l] 5
libram I, thuris maſculi lib. I, corii [m] mali Punici ſelibram, piperis vnciam I, croci
vncias [n] 6, acaciae rufae ſelibram, abſinthii [o] Pontici ſelibram, ſerpilli libram I, be-
tonicae libram I, centaureae libram I, ſagapini [p] vncias 3, ſaxifragae vncias [q] 6, peu-
cedani [r] vncias 6: haec omnia tuſa et bene cribrata, cum [s] melle optimo decoques, 6
et in [t] vaſe vitreo vel ſtagneo [u] recondita [x] ſeruabis. nam per [y] vetuſtatem magis
valet. Ex quo medicamento ſingula cochlearia cumulata, ſingulis animalibus mor-
bidis, cum [z] ſextario aquae calidae, et tribus vnciis olei optimi permixta [a], per tri-
duum dabis. Vbi proficere coeperit [b], cum [c] vino optimo et oleo dabis, (ſicut di- 7
ctum iam [d] eſt) cochlearia ſingula continuis diebus. Ex qua potione, non minus
quam [e] diapente quolibet morbo correpta animalia liberantur. Pulli [f] tamen bene-
ficio aetatis euadunt facilius: ſaepe incurati moriuntur.

XVII. EA quae ad [a] morbi mallei execrabilis curationem [b] pertinebant, abun-
danter conſtat expoſita. Sed tanta vis ipſius morbi eſt, vt nihil expediat omitti. nam
gregum in paſcuis funeſtus interitus, animalium quoque in [c] ſtabulis mortes innume-
rae, ex ipſius contagione proueniunt, et ab imperitis, vel negligentibus curam aut
diuinae iracundiae imputatur [d], aut fato [e]. Denique ſicut ſupra [f] declaratum eſt, ab 2
vno animali incipit ipſa pernicies, et feſtinanter ad caeterorum tranſit exitium.
Propterea ſemper [g] ſunt ſeparanda, in quibus ſuſpicio tantae peſtis coeperit appare- 3
re, vsque eo, vt etiam corpora mortuorum animalium, quae ab [h] illo morbo interem-
ta fuerint, exportanda ſint ad ea loca, per quae aliorum [i] animalium tranſitus non ſit,
et profunde [k] obruenda ſub [l] terra. Nam et viuorum, quae corrupta fuerint, et
mortuorum foetidiſſimo odore, ſana primo [m] iumenta corrumpuntur [n] et pereunt [o].
Cuius morbi cauſas, plurimi mulomedicinae auctores reddere tentauerunt, aſſerentes 4
ex

*viſc. S. M.* c) *patiuntur S. M.* d) *ac tempore* om. v. c. *S. M.* e) *quia — vtebantur* om. v. c. *S. M.* f) *excitationis S. M.* g) [*modus*] inſ. *S.* h) *experimenti S. M.* i) Pergit *MS. Corb.* k) *et — eſt* om. *C.* et *S. M.* l) *troglitae S. M. troglodytis* coni. *Morg. IV*, 5. m) *corium C.* n) =— *C.* o) *abſ. ſel.* om. *C.* p) *ſugap. C. ſerapini S. M.* q) *ſelib.* r) *peucedani ſelib. C. peucedoni S. M. teuſedoni F.* vid. Morgag. *IV*, 5. et add. *Veg.* 1, 13, 5. s) *ex C.* t) *in* om. *C.* u) *ſtanneo C. et S. M.* x) *condita C.* y) *vetuſtate amplius val. C.* z) *in C.* a) *mixtim S. M.* b) *coeperint S.* c) *ex C. S. M.* d) *iam* om. *C.* e) *ex* inſ. *C.* f) *Pulli — liberantur* om. *C.* et v. c. *S. M.* [C. XVII.] a) *curam* inſ. *C.* b) *curat.* om. *C.* c) *in* om. *C.* d) forte *imputantur.* e) *meritis S. M.* f) *ſuperius C.* g) *equi ſeparandi ſunt C.* Et *propter hoc ſemper repellenda ſunt ab aliis illa S. M.* h) *a morbo eodem C.* i) *aliis animalibus C.* k) *altitudine S. M. altiſſimo C.* l) *ſubter pana* [*ne* inculcatum] *et viu. C.* quae, ſi attenderis, ſunt ipſa lectio noſtra male diuiſa, *p* pro *r* poſito, quod longius protrahere ſolebant. Vltima litera in *nam* per transuerſam in *a* indicata cum periiſſet, *ne* inculcatum et ad illud quae ſequuntur accommodata ſunt. m) *prius C.* n) *compleantur C.* Verbum non malum ad contagium ſignificandum: ita *impleri* dixit Liu. 4, 30 ex Thucydidis ἀναπίμπλαμαι. Etiam huc retulerim illud *Liv.* 1, 46 *Adoleſcentem ſuae temeritatis implet.* o) *pereant C.* p) *vel*

ex nimia laſſitudine curſus, vel[p] ſaltus violenter extorti[q]; aut[r] ex calore aeſtatis, vel
frigiditate hiemis; aut ſi volentes emittere lotium non ſinantur; vel ſi hordeum ſu-
dantes acceperint, et[s] ſi poſt curſum calidi biberint[t]; [et[u] ſi plena veſica,] vel poſt
potum cogantur ad curſum; aut foenum comederint hordeumque corruptum[x]: ex
5 his vel huiusmodi neceſſitatibus[y] malleum[z] morbum ſolere generari. Vitanda qui-
dem iſta ſunt omnia, nam ex his periculoſae aegritudines iumentis ſaepe proueniunt.
Malleus autem morbus ex aëris corruptione praecipue[a] deſcendit. Nam Auſtro et[b]
Africo vento flantibus, interpoſitis annorum ſpatiis, recurſu[c] (vt aſſerunt) cataſtema-
tis[d], ſicut certo tempore homines peſtilentia corrumpuntur[e], ſic animalia ille aër[f]
6 corrumpit et perimit. Vnde probatiſſimae et plures neceſſariae ſunt potiones, quae
aduerſus tantam vim praeſtare valeant ſalutis auxilium. Quarum partem ſuperiori[g]
iam pagina comprehendimus, partem ex omnibus auctoribus collectas[h] conſequen-
7 ter adiunximus[i]. Remedium proficiens[k] ad omnes generales morbos. Semen cu-
curbitae Aegyptiacae[l], [i. coloquintidem] quantum acetabulum capiet[m], frangis, et
conteris, addita vini optimi[n] hemina vna, quod diligenti agitatione permixtum lin-
teolo colabis et per dextram iumenti narem[o] infundes, vt peruenire[p] poſſit ad
8 viſcera. Quae compoſitio ad dyſenteriam plurimum[q] prodeſt. Alia[r] quoque vilior[s],
ſed non minus apta curatio eſt. Radices cucumeris ſiluatici virides contundes, et
in aqua nocte vna macerabis, deinde ſublatas contundes et colabis, ex quo ſucco
tria[t] cochlearia cum nitro trito permixta[u], cum vino, ſi animal ſine febre fuerit[x],
tepefacto, quotidie faucibus ingeres[y], ita vt ſeptem diebus continuis curare non
9 deſinas. Nitrum quoque bene[z] tritum et cucumeris[a] ſiluatici radices minutatim
conciſas, addita hemina vini tepidi, in hordeum bene purgatum, animali languenti
ad[b] pabulum infundas[c], vt non ſolum potio[d], verum etiam pabulum medicamento[e]
10 temperatum faciat[f] ad ſalutem. Item aliud[g]. Radicem ebuli, et radicem[h] vrticae
aequis ponderibus minutim[i] inciſas, et[k] infuſas in liquamine optimo macerabis,
colabisque per linteum[l]. ex quo menſura[m] vnius oui tepefactum per nares animalis
11 triduo degeres[n]. Conſequenter ita[o] facturus, vt iumentum, quod morbum pati-
tur, hordeum cum[p] apio, et[q] cucumere ſiluatico minutatim inciſo[r], ſemper ac-
cipiat, contuſumque ipſum agreſtem cucumerem et aquae[s] ſufficienter admixtum,
12 bibere cogatur. Laudatur[t] etiam haec potio. Herbae Sabinae[u] libram I, trixagi-
nis

p) *vel ſaltus* om. *C. S. M.* q) *exorti S.* male. r) *aut — hiemis* om. *C.* s) *aut C.* t) *vel hordeum corruptum acceperint* inſ. *S.* u) *et — veſica* om. *C.* et v. c. *S. M.* x) *ſcalmatum S. M.* Vid. Ind. y) *ſic C. cauſis* al. z) ſic *C. malleus morbus conſueuit generari* reliqui. oblitus eſt aliquis, orationem eſſe pendentem, nec loqui ex ſua perſona auctorem etc. a) *praec.* om. *C.* b) *vel C.* c) *etiam* inſ. *C.* d) *aër corrumpitur S. M.* e) *corrumpuntur* om. *C.* f) *aër* om. *C.* g) *ſuperior iam pa. comprehendit C.* h) *collecta competenter C.* et *S. M.* i) Nouum caput XVIII, cui lemma, *remedium ad omnes morbos C.* k) *perfic. S. proficiens* legi etiam vult Rhod. Lex. Scribo. *p.* 428. *Generaliter ad omnes morbos S. M. C.* l) *Aegyptiae C.* qui omittit etiam incluſa; et ſane gloſſema videntur: illud *i.* pro *id eſt* ſaepius occurrit. m) *capit, friges C.* n) *albi triptici optimi — ſ truptici C.* quae neſcio quid ſibi velint, niſi quod *ſtyptici* vocabulum hic latere ſuſpicor. o) *nare ſuffundes C.* p) *ei* inſ. *C.* q) *plurimum* om. *C.* r) *Tertia C.* et *S. M.* s) *quamuis vilior ſit, non minus C.* t) *terna C.* u) *remixto in vi. C.* x) *eſt C.* y) *degeres C.* z) *bene* om. *C.* a) *cucumerem ſiluaticum C.* Igitur *radices* per appoſitionem vel ἐπεξήγησιν adieciſſet. b) *ad pab.* om. *C.* c) *infundes C.* d) *potio C. potum F. S.* e) *medicamento S. M. de medicamento C. medicamentum F. S.* f) *proficiat C. S. M.* g) *remedium* inſ. *C.* h) *radices orticae C.* i) *minutatim conciſas C.* k) *et* om. *C.* l) *linteolum C.* m) *menſuram — tepefactam C.* n) *digeres F. S. immittes S. M.* o) *etiam iſta C. etiam haec S. M.* p) *cum radice apii et cuc. min. S. M.* q) *et cuc. ſil.* om. *C.* r) *conciſo C.* s) *cum aqua S. M. et aqua C.* t) *Laud. potio C.* u) *Sauinae F. S.*

x) *trix.*

nis [x] vncias tres, centaureae vncias 2, ariſtolochiae [y] vncias 4, baccarum lauri vn-
cias 4, murrae vncias 4, omnia contundes et cernes, et in puluerem minutiſſimum
rediges, et cum neceſſe [z] fuerit, cochlearium magnum [a] plenum cum ſextario I
vini tepefacto faucibus taediantis [b] infundes. Haec quoque aduerſus omnes morbos 13
medicina ſuccurret, quod [c] quatenus vires patiuntur, interpoſitis diebus [cum [d]
praeſcriptis minutionis obſeruantiis,] primo de ceruice, poſt de palato et in quibus-
cunque locis ſe morbus [e] oſtendit [f], vt ſi in facie, de capite: ſi in primis partibus,
de armis; ſi in poſterioribus, de coxis, ſanguis eſt auferendus, et cum aceto miſcen-
dus, ex quo animal perfricetur. Cui haec per triduum potio dabitur: Panaces [g] ra- 14
dicum vncias 3, eryngii [h] radices [i] ponderis tanti (Eringion [k] autem herba melior [l]
eſt, quae in littore vicina [m] marinis fluctibus naſcitur, carduo ſilueſtri pene ſimilis,
flore galbineo [n], cuius eruendae ſunt radices, nam longius penetrare dicuntur) fe-
niculi quoque ſeminis [o] vncias 3, aloës vncia [p] vna ſemis contuſa et cribrata in tres
particulas diuidentur, et cum fracti et moliti tritici farinae [q] ſextario candenti [r] aqua
miſceatur [s], et ad cornu per fauces triduo animali [t] infundantur [u]. Pelagonius ad- 15
verſus omnes morbos efficaciſſimum puluerem credit eſſe [x], ſi pullum ciconiae non-
dum adhuc ſtantem, ſed iam plumas habentem, viuum in cacabum [y] mittas, et [z]
gipſes, peruſtumque vapore furni [a], in puluerem redigas, et tritum vitreo [b] vaſe
cuſtodias [c], grande cumulatumque cochlearium cum vini ſextario animalis faucibus
infundas [d], donec recipiat ſanitatem. Chiron [e] vero Centaurus praeter alias com- 16
poſitiones, quae iam relatae ſunt, aſſerit [f] catulum lactantem [g] viuum in aqua [h] fer-
venti miſſum, ac depilatum, ita decoqui vt oſſa ſeparentur a carne: quibus diligen-
ter ablatis, eius [i] caro cum aqua in qua decocta fuerit [k] liquamine optimo, vino
veteri et oleo, et pipere cum melle condita, vsque [l] ad ſextarium debere ſeruari,
ac ſingulis animalibus binas cotylas [m] tepefactas, donec ad ſanitatem perueniant,
diebus ſingulis dari debere [n] per fauces. Caput quoque haedinum, omnesque pe- 17
des depilatos ad [o] caldarium eadem ratione, qua catulum, excoqui [p], ablatisque
oſſibus condiri, et binis [q] cotylis per [r] diem in potione [s], per cornu ſaepius datis,
animal morbidum liberari. De gallo quoque gallinaceo [t] albo, eadem quae de ca-
tulo obſeruanda [u] demonſtrat. Radicem quoque herbae tithymali decoctam cum 18
vino dulci dare morbidis animalibus ſuadet. Ei quoque animali, quod profluuio [x] 19
Attico

x) *trix. vnc. tres* Mſ. non habet *S. M. taxag. C.* y) ſic *C. ariſtologiae* al. z) *neceſſitas C.* a) *grande.* b) *tedeantis F. S. tediantis S. M.* c) *ſuccurrit ſi quatinus F. S.* nobiſcum *C.* et ipſa constructionis ratio, quae laborat, ſi in protaſi ponamus *ſi.* d) incluſa om. *C.* et Mſ. in *S. M.* e) (*humor*) et in marg. *morbus F.* et *S.* nobiſcum *C.* f) *oſtenderit C.* et *S. M.* g) *Pannaces F. S.* h) *erengi* al. *eryngii C. yringii F. S.* hic et p. p. add. Morgagn. *IV*, 6 ex Veg. 3, 2. i) *radicis C.* k) incluſa om. *S. M.* l) *melior eſt quae* om. *C.* m) *vicino* al. *C.* n) *calvino* al. *galbino C.* o) *ſemen C.* p) ꝯ *vna ſemis* om. *C. vna* etiam om. *S. M.* q) *albiſſimae* inſ. *S.* r) *candenti — miſc.* om. *S. M. calenti C.* s) *miſcetur C.* t) *da animali S. M.* u) *datur C.* x) *eſſe ſi* om. *C.* y) *fictilem* inſ. *C. fictile vas S. M.* z) *egypſis C. et cum argilla obturatum in furnum mitte, et in puluerem redige, et tritum in vaſe vitreo cuſtodi. Grande* etc. *S. M.* a) *foci C.* b) *vitrio F.* c) *exinde* inſ. *C.* d) *infuſurus C.* e) *Chiron V. C. Praeter* etc. *C. vero Cent.* om. Mſ. *S. M.* f) *adſerit C.* g) *lactentem* coni. Morg. *III*, 42. h) *aquam feruentem S. M.* i) *viſcera C.* k) *fuerint C.* l) *vsque* om. *C. ad ſex ſextarios S. M.* m) *cotulas C.* et *S. M.* n) *debere* om. *C.* o) *in aqua calida ea. rat. S. M. ad calidam eandemque rationem C.* p) *diximus* inſ. *C.* q) *vinis C.* r) *ad C. S. M.* s) *potionem C.* t) *gallinacio C.* u) *obſ. dem.* om. *S. M.* x) *profluo ad te quo C. atro S. M. Profluuium Atticum*, quod etiam occurrit deinde 1, 38, 4 dum meliora quis doceat interpretor ſimile illi quo per peſtilentiam Atticam celebrem illam, laboratum eſt, in qua etiam *poſt* πταρμὸν καὶ βράγχον commemorantur a Thucydide 2, 49 ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι, ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσιν. Bilioſas excretiones hic intelligi, coloris vocabula declarant. *Pallidum*

 enim

Attico coeperit laborare, ita vt viridis ei, vel pallidus [per[y] nares] humor erumpat ex lotio humano vel [z] arietino duas cotylas cum vino [a], et cyatho olei roſacii putat eſſe miſcendas, et per nares, quae humorem funeſtum egerunt, digerendas [b]. quam [c] curationem et pulmoni ſanitatem, et naribus ſiccitatem praeſtare confirmat.

XVIII. PRO phyſico [a] autem et anniuerſario remedio tradidit vlpicum beticum [b] vel allium [c] maius, quod quidam Gallicum vocant, capitella [d] ſingula, cum ſingulis ſemiunciis ſagapini [e], et ſingulis cyathis olei optimi diligenter [f] trita, ſingulis aquae heminis oportere miſceri, et heminas ſingulas per caput animalium dari octauo [g] Kalendas Iulias (hoc eſt in [h] initio canicularium dierum,) ſeptimo [i], et ſexto: quo facto trinis [k] potionibus ſtagnata [l], vt dicuntur [m] animalia armentina [n], vel domita integro anno a [o] morbo intacta ſeruari.

XIX. ADVERSVS [a] morbum malleum [b], cuius diuerſae [c] ſunt ſpecies [d],
quae in potionibus, tam per os, quam nares degerendis [e], vel clyſtere, quaeque [f]
in cauteriis vel flebotomo facienda ſunt [g] declaratum eſt, ſed reſtat [h] alia non minus
neceſſaria efficaciorque curatio, quae ſuffimentorum [i] genere et odore praeſtatur.
2 Nam cum ipſa tabes ex corrupti aëris foetore naſcatur, et [k] vsque in pulmonem et
viſcera penetrando, deſcendat, non minus auſteritate odoris, quam potionum ama-
3 ritudine conſueuit expelli. Pro numero itaque animalium eliges locum humilem
ex [l] omni parte clauſum, in quo [m] induces animalia [n] iam aegrotantia, quae curare
deſideras; vel adhuc ſana et [o] ſeparatim quae non vis morbi contagione perfundi.
Origanum, allium [p], mentam, aſpaltum, peucedanum [q], caſtoreum [r], et opopanacem [s], aequis ponderibus permiſceas [t], et exinde quantum tribus digitis leuare [u] poteris [x], in carbones viuos mittas, animaliumque os et caput ſuper fumum tenebis, vt auſteritas odoris per os et nares intrinſecus ingreſſa, omnia compleat, et ad pulmonem vſque penetrando [y] perueniat, et praeſtet animalibus [z] medicinam.

XX. EST et alia compoſitio ſuffimentorum ad morbos prohibendos, ſumtuoſior [a] quidem, ſed putatur vtilior. Sulphuris viui libras [b] 2, bituminis iudaici lib. 1,
opopanacis vncias 6, achanti [c] vncias ſex, galbani et caſtorei, yreos crudi ana [d] vncias
6, ſalis armoniaci vncias 2, ſalis cappadocis [e] vncias 3, cornu ceruini, lapidis gagatis
3 maſculi, lapidis gagatis foeminae, ana [d] vncias 3, lapidis ematitis [f], lapidis ſideritis,
lapidis argeritis [g] ana [d] vnciam 1, equuleos, id eſt caballiones marinos numero ſe-

ptem,

enim et ipſum ad ſubuiridem colorem pertinere vel Palladii noſtri vſus docet. Graeciſſare Vegetium, et Graecis auctoribus vti vel in hoc ipſo capite, apparet. y) *per nares* om. *C.* z) *veteri vel* inſ. *C.* *ſi veteri*, omiſſis *aut ar. S. M.* a) *vno cyatho olei roſei C. vini cy. et oleo roſeo miſce S. M.* b) *infundendas S. M.* c) *quae curatio et pulmonibus ſalubritatem — confirmatur C. qua curatione — praeſtari S. M.* [C. XVIII.] a) *feſico C.* b) *bene tritum C. S. M.* Neque occurrit, qui praeterea *Baeticum* laudet. c) *aliud C.* d) *capitula C.* e) *ſerapini S. M. ſapeni C.* f) *diligentiſſime C.* g) *VIII. Kl.* IVL. ac deinde *VI. C.* h) *in* om. *C.* i) *ſeptimo et* om. *C. ſeptimum et ſextum S. M.* k) *ternis C. ter ac potio. ſaginata (vt dicitur) S. M.* l) vid. Index. m) *dicerentur C.* n) *armentitia C.* o) *a morbo* om. *S. M.* [C. XIX.] a) *aduerſum C.* b) *maleum C.* c) *multae S. M.* d) *quae in vnctionibus* inſ. *C.* e) *dirigendis F. S.* om. *S. M.* nobiſcum *C.* f) *quae C. S. M.* g) *ſint C.* h) *reſtant S. M.* i) *fumigiorum nidore praeſtatur S. M.* Conf. Veg. 4, 12. k) *et pulmones vsque pen. C. et in pulmonem vsque S. M.* l) *et ex vniuerſis partibus C.* m) *quem S. M.* n) *vel* inſ. *C.* o) *et — perfundit* om. *S. M.* p) *aſium F. S. allium S. M. aleum C.* vid. Morg. 4, 5 coll. Veg. 3, 2, 30. add. Ind. voc. *Aſium.* q) *peucid. C.* r) *caſt.* om. *S. M.* s) *apop. C.* t) *permiſcens exinde C.* u) ſic *C.* *eleuare F. S.* x) *potueris C.* qui omittit cap. 20 et 21. y) *penetrando* om. *S. M.* z) *animali S. M.* [C. XX.] Conf. 4, 12 et Morg. *IV*, 7. a) *auſterior S. M.* b) *lib.* 1 *S. M.* c) forte *achatis.* d) *an̄ F.* e) *capadoces F.* f) pro *baematitis.* g) pro *argyritis.*

[C. XXI.]

ptem, caudas marinas, vngues marinos ana numero ſeptem, vuae marinae vncias
tres, medullae ceruinae, cedrei, picis liquidae ana pondera tria, oſſa ſepiae numero
VII, auri ſemiunciam, ballucae ſiliquam: haec vniuerſa commixta atque ſuccenſa, 3
odore ſuo morbis tam hominum quam animalium reſiſtunt, et daemones fugant, grandines prohibere, et aerem defecare dicuntur. Sed ſi memoratos lapides aut inuenire nequiueris, aut enormitate pretii ab emtione ceſſaueris, reliqua efficaciter proſunt.

XXI. MEDICINA omnis [a] animalium, vel ſi verum quaerimus [b], etiam hominum, niſi [c] rationem curationis ante cognouerit atque praedixerit languentibus [d] periculum, errabit [e] frequenter. Expoſita enim curandi ratio, et cum genere congruens paſſionis, indubitanter [f] praeſtat auxilium. Ideoque pluribus membris ac morbis generale remedium diligenter [g] oportet exponi, quod praecipue in ſanguinis detractione conſiſtit, ſi rationabiliter pro tempore et viribus animalium, et pro aeta-
te [h] perfecti mulo medici adhibeatur induſtria. Qui ſi ignarus fuerit huius rationis, 2
non ſolum per detractionem ſanguinis non curabit, verum etiam periculum iumentis frequentiſſime generabit. Nam cum vita virtusque animantium conſiſtat in ſanguine, rurſus tempeſtiue detractus ſanguis corpori praeſtare adſolet ſanitatem.
Cuius rei talis redditur ratio. Sanguis enim ciborum humorumque [i] indigeſtione 3
corruptus, per membra diſcurrit, et languorem doloremque aut vniuerſo corpori, aut certis quibuſdam partibus conſueuit inferre. Nam per conſtrictionem neruorum, venarumque tenſionem, inflatio, indigeſtioque [k] generatur: quae tenſura (vt ita dixerim) corporis aliter laxari, niſi per detractionem ſanguinis non poteſt. Vnicum enim compendium atque remedium eſt [l], corruptionem illam quae nocet, et quaſi infeſta [m] tabe aegritudinem vel periculum gignit, cum [n] ſanguinis ipſius vitioſa [o] parte detrahere.

XXII. HINC [a] plerique veris tempore quotannis de ceruice iumentis ſanguinem [b] demere, et ſic in herbam mittere neceſſarium putant, ne veteri corruptoque [c] ſanguis nouus admixtus natura [d] caleſcens [e] debilitatem valetudinisue [f] periculum faciat. Veteres autem, prudentioresque auctores abſque neceſſitate depleri animalia vetuerunt [g], ne [h] conſuetudo minuendi [i], ſi tempore aliquo facta non fuerit,
ſtatim intra corpus morbum [k] ac valetudinem generet. Rectius ergo [l] eſt minoris 2
aetatis animalibus et bene valentibus ex nulla parte corporis ſanguinem detrahi abſque palato: de quo aſſidue tam [m] minoribus quam maturis detrahendus eſt humor, vt caput, oculi cerebrumque releuentur. Maturis vero animalibus non incommo-
dum eſt pulſare venam [n], cum mittuntur in paſcua. Illa tamen in omnibus qui [o] 3
deplendi ſunt, conſeruanda [p] eſt conſuetudo, vt pridie quam vena pulſetur, ſuſtententur leuioribus et parcioribus [q] cibis, vt per diaſtema [r] compoſito corpore ſint,
non

[C. XXI.] a) *communis S. M.* b) *quaeramus S. M.* c) *ſi S. M.* d) *languentis S. M.* e) *errabit* om. *S. M.* Quid ſi ita? *languentibus periculum creabit frequenter.* Ita paullo poſt, *periculum generabit.* f) *indubitatum S. M.* g) *diligentius S. M.* h) *aequitate F. S.* nobiſcum *S. M.* i) *humorumque* om. *S. M.* k) *indignationesque generantur S. M.* l) *ad* inſ. *S.* m) *via quae morbum S. M.* n) Pergit *C.* o) *vitioſam partem.* [C. XXII.] a) *Placuit plerisque S. M.* b) *ſanguinem* om. *C.* c) *corrupto S. M.* d) *nat. cal.* om. *C.* *natura* om. etiam *S. M.* e) Quid ſi *coaleſcens*? f) *vel S. M.* Recte puto: vt disiungat *debilitatem valetudinis, vel periculum* eius. g) *vetauerunt C.* h) *ſi* inſ. *C.* i) *deplendi C. S. M.* k) *morbos ita ac C.* l) *igitur S. M.* m) *tum maioribus quum minoribus S. M.* n) *venas S. M. matricalem* inſ. *C.* o) *quae deplenda S. M.* p) *conſuetudo ſeruanda eſt C. ſtruenda S. M.* q) *paucioribus C. S. M.* r) *ieiunium quieto S. M.*

 s) *loco*

non turbato per indigeſtionem. In ſolo [s] autem aequali ſtatues iumentum, ceruicemque illius loro cinges [t], quo ſtrictius [u] ſuper ſcapulas tangatur [x], vt vena poſſit
4 ab aliquo clarius intueri. Tunc ſpongia [y] cum aqua venam ipſam lauabis [z] et ſaepe deterges [a], vt altius emineat [b]. Pollicem quoque ſiniſtrae manus interius deprimes, vt non eludat [c], et tumidior atque inflatior vena reddatur. Conſequenter [d] iuxta praeceptum artis, vel animalis ipſius poſitionem, ſagittam [e] dari [f] calibis exiges co-
5 tibus bene acutatam. Obſeruabis [g] quoque ne altius imprimas manum [h] et gulam atque gurgulionem rumpas, et [i] arteriam praecidas. hoc enim [k] vitae conſueuit inferre periculum. Percuſſa [l] vena, foenum vel farraginem [m] ad edendum apponas [n] animali, quatenus [o] agitatione maxillarum melius [p] erumpat ſanguinis impetus.
6 Cum autem niger vel corruptus humor egeretur [q], vel coeperit manare [r] purior, ſtatim iumentum tolles a cibo, et impoſita fibula [s] venae plagam [t] adſtringes. In [u] plaga vero pittacium [x] imponas, vt diligentius claudat, licet quidam vtantur et creta [y].
7 Deinde in tenebroſo [z] loco et calido ſtatues iumentum et farraginem, ſi tempus eſt, vel foenum molliſſimum dabis ſeptem diebus ac noctibus. aquam etiam offeres, vt ſi voluerit bibat. Sed triticea [a] farrago hordeaceae praefertur; quae ſi defuerit,
8 hordeaceam dabis. Memento etiam quod ea melior ſit [b], quae vicinior marinis [c]
9 fluctibus fuerit. Propter [d] quod ventrem facilius ſoluit, humoremque [e] deducit [f]. Pulſata etiam [g] quocunque loco vena, omnem [h] ſanguinem diligenter excipies [i], et aceto oleoque permiſtum vel aliis medicaminibus [k] quae ratio depoſcit, animalis ipſius corpus perunges, praecipueque illum locum, ex quo detractus eſt ſanguis,
10 et qui eſſe putatur in cauſa. Conſtat enim naturali quadam ratione atque [l] beneficio, vt quidam aiunt, ipſum ſanguinem, cum ſuperfuſus eſt [m] languentibus membris praeſtare medicinam, vitiumque ſiccare. Quam curationis ſollertiam [n] non
11 oportet omitti. Praeterea [o] interpoſitis diebus poſt flebotomum, animalia producuntur [p] ad ſolem, et ſanguis detrahitur [q] eis de palato. Deſpumantur autem [r] tertio gradu a [s] dentibus caninis [t]. Quos oportet ſuſpendi altius propter ſanguinis fluxum, ita vt eo die molliſſimis [u] cibariis vtantur et furfure. Sequentibus autem diebus, non ex integro hordeum conſequantur, ſed a [x] vilibus incipiant, et ad con-
12 ſuetudinem per [y] ſingulorum dierum augmenta perueniant. Conſequenter tepido die

s) *loco S. M.* t) *ſtringes quod eminere S. M.* u) *diſtrictius C.* x) *teneatur ab aliquo, vt vena poſſit clarius eminere S. M. C.* y) *axungia S. M.* Fuit, credo, *ſphungia.* z) *lauabis et* om. *C.* a) *terges C.* b) *Ad* inſ. *C.* c) ſic *C. cedat, et S. M. ludat, ſed F. conf.* 2,40,1. d) *Conſ. — acutatam* om. *S. M.* e) *ſagittas ex binis cutibus adcuratam obſ. C.* f) forte *dari chalybis.* Caeterum *exiges* hic interpretor adiges in venam, vt ſaepe boni etiam ſcriptores. g) *ſtude S. M.* h) *manus C. S. M.* i) *et* om. *C. atque S. M.* k) *factum* inſ. *S. facto inſ. C.* l) *quoque* inſ. *S.* m) *viridem* inſ. *C. S.* quam gloſſam puto. Farrago enim ſemper viridis. n) *adpones C.* o) *quatinus F. S.* p) *adcotidiet, id eſt er. C.* q) *egreſſus eſt S. M. ceſſatus eſt, et C.* r) *rubicundior emanare vel purior, ſtantem ium. C. rubicundior vel purior* etiam *S. M.* s) ſic *C. fiſtula* rel. De vſu fibulae in alligandis vulneribus multa Rhodius de acia Celſi. add. ad 2, 22, 6. t) *vulnus C.* u) *Plaga (f. plagae) pitt. pones C.* x) ſic *C. pitac.* rel. y) *cretam C.* z) *tenebricoſo,* om. *in C.* a) *trititia F.* b) *eſt, atque vtilior C.* c) *maritimis S. M.* d) *Propterea quod C. quia S. M.* e) *humoresque educit S. M.* f) *deducat C.* g) *ex C. S. M.* h) *totum S. M.* i) *accipiens S. M.* k) *medicamentis C.* l) *non S. M. atque — aiunt* om. *C.* m) *fuerit langueſcentibus C.* n) *ſolennitatem C. S. M.* o) *interea S. M.* p) *perduc. S. M. producentur C.* q) *detrahetur etiam C.* r) ſic *C.* recte, pro *etiam* aliorum. nam *deſpumare* eſt ipſum *ſanguinem detrahere.* Vid. Ind. s) *abſentibus cannis C.* t) Hic interpunxi. Refertur enim relatiuum non ad proximum, *dentes:* ſed more Vegetii ad obiectum, quod vocant principale, *equos.* u) *mollibus C.* x) *duas libras accip. S. M. a libris incip. C.* quod puto verum. y) *ſingulis diebus augendo S. M.*

z) *loca*

die ducantur ad mare vel fluuium diligenterque loti [z] tergantur. Vino quoque et oleo in ſole perungendi [a] ſunt diligenter et confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellant, aut perferant perfrictionis [b] iniuriam. Quibus perfectis equi [c] nobiles tum demum ad labores [d] curſusque itineris reuocentur.

XXIII. SCIENDVM eſt [a] praeterea, caſtrata animalia nunquam [b] oportere depleri. cauſa haec [c] eſt, quia iam partem virium cum teſtibus amiſerunt [d], et ſi depleta fuerint, vehementius eneruantur. Hinc eſt [e] quod aſinis non [f] detrahendus eſt ſanguis, quia naturaliter minus habent ſanguinis, gracilioresque ſortiti ſunt venas.

XXIV. ADMISSARIOS etiam equos flebotomare non eſt opus: partem enim virium, et ſanguinis in coitu natura [a] digerit [b]. Si tamen [c] ab admiſſura ceſſauerint, niſi annis omnibus herbarum tempore depleantur, incidunt in [d] caecitatem, quia id quod coitu [e] digerere conſueuerant, declinat [f] in oculos [g].

XXV. NVNC, ne quid relinquatur ambiguum, in quibus paſſionibus, et ex
quibus locis, ſanguis emitti debeat, indicabimus. Morbidis et quibuſcunque totum
corpus in cauſa eſt, (ſicut febrientibus, vnde [a], infra dicendum) de matrice detra-
hendus [b] eſt ſanguis. Cephalargicis autem, appioſis [c], inſanis, cardiacis, caducis, 2
freneticis [d], biſtrutitiis [e], ſicardiciis, rabioſis [f] quoquo modo praecipitur de auricu-
lis [g] ſanguinem demere. Verumtamen [h] melius eſt de temporibus, quae in dextra
et ſiniſtra ſunt parte detrahatur, id eſt, ſub cauatura temporum, tribus digitis ab
oculo interpoſitis, inferius vena perquiritur [i], et ex vtraque emittitur [l] ſanguis. Eis 3
vero quibus ſuffuſio contingit [m] oculorum, vel caetera vitia, quae oculis nocent [n],
inferiores venae [o] ſub oculis poſitae, quae deſcendunt ſub [p] angulis oculorum infe-
rioribus, quatuor digitis inferius quam oculi ſunt, inciduntur [q]. Quibus quidem [r] 4
faſtidium inhaeret, vel arteriarum vel faucium tumor, vel praegrauatio capitis, de
palato auferendus eſt ſanguis. Quibus [s] autem pulmo eſt in cauſa vel iecur, vel
caetera quae his vicina ſunt membris, de pectore minuendus eſt, ex venis quae
poſitae ſunt in dextra ac ſiniſtra, vbi brachiola coniunguntur, et flexura fit cum
armus [t] plicatur. Quibus quidem [u] armus eſt in cauſa, de [x] brachiolis ſanguis mi- 5
nuatur; quae venae poſitae ſunt interius, vbi centuriae [y], id eſt, muſculi brachiolares [z] ſunt, ſex [a] digitis ſuperius quam [b] genu, tribus vel duobus digitis inferius quam centuriae. Hae venae ſagitta percutiantur, ſed caute modeſteque [c] tangantur,

z) *loca S. M.* a) *perunguendi dil. et confric. C.* b) ſic *C.* et *S. M. perfricationis* al. c) *Qui S. M.* d) *laborem curſus itinerisq. C.* [C. XXIII.] a) *eſt* om. *C. S. M.* b) *non C.* c) *herbae, quae F. herbae eſt qua S. M. haec cauſa quia C.* nobiſcum *S.* d) ſic *S. M. C. amiſerint* al. e) *enim* inſ. *F. S.* nobiſcum *C.* f) *de matrice nunquam C.* [C.XXIV.] a) *natura* om. *C. S. M.* b) *digerunt C. amittunt S. M.* c) *autem C.* d) *in* om. *C.* e) *per coitum egerere conſuerant C.* f) *redundat C.S. M.* g) *eorum* add. *S. M.* Conf. Veg. 4, 7, 3. [C. XXV.] a) *vn. inf. dic. om. C.* et *S. M.* b) *tollendus S. M.* c) *arpioſis F. S.* appoſito ſigno vitii. et *opioſis S. M.* vid. Ind. *r* et *p*. ſexcenties miſceri a librariis conſtat. d) *phrenet. C.* recte. e) *dyſentericis, ſideratis S. M. diſtentis, ſideraticis C.* f) *babaticis praecip. de C.* g) *venis auricularum C. S. M.* h) *Verum melius eſt, vt temporibus quae dextra et ſiniſtra ſunt, detrahatur C.* i) *perquiretur C.* l) *emittetur C.* m) *contigit C.* n) lacuna in *S. M.* vsque ad 2, 23. o) *venas — poſitas S. M.* p) *ab S. M.* q) *phlebotomo incidito S. M.* r) *vero S. M.* s) *quibus — minuendus eſt* om. *S. M.* t) *armis S.* u) *vero armi in cauſa ſunt S. M.* x) *e creticis de brachiolis ſanguis aufertur S. M.* Quid ſibi velit illud *e creticis*, non comminiſcor. *Criticos* dies *Creticos*, et *creticare* dixiſſe Barbaros, docet Dufresnius. Quid ſi igitur *e creticis* ſit, ex illo indicio et iudicio etc. Sed vid. mox ſ. 6. vbi recurrit alio ſenſu. Nihil dum video. y) *Centriae S. M.* hic et p. p. V. Ind. z) *brach.* om. *S. M.* a) *Sed S.* b) *a genibus S. M.* c) *ne mediae*

6 tur, propter debilitatem animalis. quia [d] hae commixtae ſunt neruis. Quibus au-
tem articuli in cauſa erunt, vel ſi articulus inſertus [e] vel intortus fuerit, vel [f] aqua-
tilia habuerit, vel quiduis ſimile in articulis contigerit, de ſubcirro [g] ſanguis ſub-
trahi [h] debet: quae venae poſitae ſunt inferius quam articuli tribus digitis ſub [i]
coronam. quae venae cum ſumma cautela [l] tangendae ſunt, quia articulorum con-
iunctae ſunt neruis. Creciaco [m] vel ſi baſim mouerit [n], de coronis rectis [o] tolli-
tur ſanguis.

XXVI. QVIBVS autem iumentis vel ſuffuſionis vitio, vel per voluntatem
excruciata [a] vngula fuerit [b], vel quibus remorata baſis longi [c] temporis claudiginem
2 fecerit, eiuſmodi curatione ſanantur. Componis [d] omnem vngulam quaſi ad vi-
vum, adlidesque virantum, hinc [dd] ſuffraginem illius alligatam lino vehementer
ſtringes, totumque ſimul vngulae ſolum [e] in circuitu ſcalpelletur, et circumgyra-
bis, vt a corona vngula [f] ſubleuetur ex parte, tunc circumciſorium inferes [g] inter
vnguem [h] et ſolum, et cum bene elimpidaueris, ſuffraginem [i] ſoluis [l], et inuenies
de calcaneo venas fluere, et cum ſufficienter effluxerit [m] cruor, ſale perfricabis, poſtea [n]
3 aceto et oleo inunges, et linteolis munies diligenter. Sparciam [o] calciare curabis,
vt poſt egeſtionem humorum [p] vngula reparetur. Huiuſmodi autem curam nun-
quam niſi ſingulis pedibus adhibere debebis, vt in tanto dolore animal duret ac
ſtet. Si autem in alio pede ſimilis eſt cauſa, cum in illo qui prius curatus eſt, fir-
miter animal ſtare coeperit, tunc eum elides, et vt [q] dictum eſt, ſimili obſeruatio-
4 ne curabis. Si vero in his cauſis animal cremare [r] volueris, ſemiſſabis illud hoc
modo. Compones vngulam eius ad viuum, et contra venam addita ſagitta pertun-
dis, vt poſſit ſanguis acontizare [s] per ſolum quod ſagitta pertuderit. Simili au-
tem modo ſale fricabis, oleoque et aceto, linteolisque munibis [t], duntaxat ſingulos
pedes, ita vt portare ſe poſſit, hi [u] plane qui ſemiſſantur non eliduntur.

XXVII. EPISTOMICIS [a], vel qui morbo ſubrenali laeduntur [b], vulſis etiam,
colicis [c], et quibus venter frequenter dolet, de cauda ſanguis emittitur, licet me-
lius putetur propter huiuſmodi [d] cauſas [e] ortas de viſceribus debere ſanguinem
2 tolli. Quod ſi de cauda tollere [f] volueris, ſic facies: Erige et reſupina caudam ad
lumbos, quatuor digitis ab ano vbi pilos non habet caede caudam cum [g] tabula ali-
qua

*diae S. M.* d) *quae venae S. M.* e) *exemtus vel tortus S. M.* f) *aut* inſ. *F.* g) *ſubito S. M.* forte *de ſub cirro* rectius eſt. Vid. Ind. v. *cirrus.* Vetus interpres Germ. *unterhalb des Gleichs.* h) *detrahi S. M.* i) *ſub cirra tribus digitis ſuper coronam S. M.* l) *ſollicitudine S. M.* m) *Cretico autem S. M.* n) *praeciſio monuerit.* o) *rectius.* [C. XXVI.] a) *extruſicia S. M.* b) *quae vulgo vngulam cogere dicuntur* inſ. *S.* c) *longo tempore claudicedinem S. M.* d) *Componito pedem ad gubiam: et omnem vngulam ad viuum allides fumentumque ſuffraginem illac alligatam lino vehementer adſtringes totumque ſolum vngulas in circuitu ſcalpello circumſcribis S. M.* Quid ſi pro *fumentum*, quod alias *fomentum* eſt in his libris, legamus *tumentemque ſuffraginem?* Forte alliganda eſt ſuffrago, quae etiam ex ipſa alligatione tumebit, ne intempeſtiue adfluens ſanguis curationem impediat: poſtea quidem ſolui iubetur, vt fluat ſanguis. De *gubia* dicimus in Indice. Τὴν *ad* inſtrumento etiam ſignificando adhiberi, alias notamus. dd) *huius S.* e) *ſolum — circumque* om. *S.* f) *vngulae S.* g) *inferes S.* h) *vngulam S.* i) *ſuffragine S.* l) *ſoli S. M.* m) *emanauerit S. M.* n) *poſtmodum S. M.* o) *ſpatio S. M.* ſed rectum eſt *ſpartea* Morg. *IV*, 9 ex noſtro 3, 18. p) *humoris S. M.* q) *ſicut S. M.* r) *ſtigmare S. M.* s) *exire S. M.* t) *curabis S. M.* u) *Hoc modo pla. qui ſemiſſ. non laeduntur S. M.* Quae gloſſa videtur non neceſſaria. Hoc, puto, dicit, qui ſemiſſentur equi, non opus eſſe vt curandi cauſa deiiciantur. [C. XXVII.] a) *Epiſtonicis S.* Quid ſi *opiſthotonicis?* b) *tenentur S. M.* c) *et colicis quibus S.* d) *eiusdem S. M.* e) *cauſas* om. *S. M.* f) *extrahere S. M.* g) *de S. M.*

h) *in*

qua non ponderoſa, quouſque ſe vena demonſtret, et [h] in caudae media diuiſura
quatuor digitis ab ano ſagitta percuties venam, vt [i] acontizet ſanguis, poſt decur-
ſionem. faſciola colligabis. Cum autem de viſceribus emittere volueris [l], ſub in- 3
guibus [m] de dextra ſiniſtraue [n] in ſingulis femoribus eminentes venas medias ſagitta
percuties, poſt decurſionem ſanguinis cretam impones, [ſed [o] caute, propter vi-
cinam miſturam neruorum.] Si laccae in gambis fuerint, aut aliquis dolor coxae 4
vel gambae, ſanguis detrahatur [p] gambis: ſunt enim venae a viſceribus deſcenden-
tes per gambas interius, quas medias propter vicinam mixturam neruorum caute [q]
transuerſo [r] flebotomo percuties, et poſt decurſionem faſciola ligabis [s].

XXVIII. IN animalium curis ac medicinis duplex remedium auctores eſſe
voluerunt [a], minutionem ſanguinis, per quam conſtricta laxantur, et [b] vſtionem
cauterii, per quod [c] laxata firmantur. Sed cum flebotomi ratio euidenter videatur ex-
poſita, cauterii quoque, licet nouiſſima cura ſit, aperienda [d] videtur vtilitas. Nam 2
aduſtio [e] laxata conſtringit, inflata attenuat, humectata [f] deſiccat, coagulata ſoluit,
carcinomata [g] praecidit, veteres dolores emendat, alienatas corporis partes ex qua-
libet cauſa ad ſtatum ſuum reuocat, ſuper naturam excreſcentia, ſublata [h], et aduſta
creſcere non patitur [i]. Nam cum candente ferro ruperis cutem, vitium omne 3
concoquitur atque maturatur, et beneficio ignis diſſolutum, per foramina quae
facta ſunt effluit cum humore. atque ita ſanatur paſſio et tollitur dolor. Poſt quae [k]
cicatricibus clauſis, conſtrictior et robuſtior redditur locus, ac prope inſolubilis cutis.
Sciendum vero [l] cuprina cauteria plus effectus ad curandum habere quam ferrea.
Praeterea ſi in capite morbus eſt, inuritur ceruix: ſi ſubrenalis eſt, lumbis ignis 4
adhibetur. Interdum autem puncta [m] inſiguntur, interdum ad ſimilitudinem li-
neae [n] candens deducitur ferrum [o], aliquando velut palmulae [p] fiunt. In hoc enim
laudatur mulo medici ingenium, ſi ita animal cauterio curauerit ne deformet. Pro [q] 5
locis autem in quibus eſt paſſio, et pro pellis aeſtimatione [r] cauteria vehementius
imprimuntur [s] aut leuius. Memoria autem retinendum eſt, quaſſaturas [t], emota
vel extorta, aut eiecta de locis ſuis, vri [u] penitus non debere. nam perpetua debilitas 6
conſequitur. ſed melius eſt [x] cum locis ſuis repoſita fuerint, et ligaturis diligen-
tius [y] communita, atque ita naturae induſtriaeque beneficio corroborata, colaſticis [z]
vnctionibus [a] et malagmis [b], [c] poſtremum cauſticis [d] eadem percurare [g] ad ſpem
perpetuae ſanitatis. Quod ſpecialiter admonendum eſt, ne mulo medici feſtinan- 7
tes, dum foco curare cupiunt, animalia debilitent aut deforment, cum flebotomis,
potionibus, vnguentis, ſyringis [f] medicaminibuſque diuerſis ante ſit temptanda
curatio, et ſi nihil profecerint, ad extremum ignis adhibetur.

XXIX. QVAE-

h) *in cauda S. M.* i) *ſi non egrediatur ſanguis S. M.* l) *velis S. M.* m) (*inguinibus*) inſ. *S.* n) *et ſiniſtra S. M.* o) Haec loco mota videntur, et referenda poſt *percuties.* Vid. Morga. *IV*, 10. p) *ſub* inſ. *S. M.* q) *caudae S. M.* r) *transverſe S. M.* s) *colligabis S. M.* [C. XXVIII.] a) *ſcilicet* inſ. *S. M.* b) *etiam* inſ. *S. M.* c) *quam laxa S. M.* d) *vis tamen eius S. M.* e) *vſtio S. M.* f) *humecta ſiccat S. M.* g) *farcin. F. S.* nobiſcum *S. M.* h) *ſubtrahit et S. M.* i) *ſinit. nam beneficio cauterii rumpentis cutem caro coquitur et maturatur, et beneficio ignis diſſoluta per foramina, quae facta fuerunt S. M.* k) *quam S. quod S. M.* l) *quoque S. M.* m) *adhibentur vel S. M.* n) *Virgulae* vocantur 3, 41, 3 qui locus confer. o) *veru S. M.* p) *palmale ſit S. M.* q) *In S. M.* r) *extenuatione S. M.* s) *inſiguntur S. M.* t) *fracturas F. M. et S. M.* u) *moueri S. M.* x) *vt* inſ. *S.* y) *diligentibus compoſita S. M.* z) *roborata S. M.* a) *calaſticis S. M.* Rectum eſt *chalaſticis.* Vid. Ind. b) *malacmis* S. c) *ad* inſ. *S. M.* d) *calaſticis S. M.* e) *procurari S. M.* f) om. *S. M.* [C. XXIX.]

XXIX. QVAECVNQVE paſſiones plus iumentis periculi inferre [a] conſueuerunt, et difficilioribus obſcurioribusque [b] indigent curis, has primo [c] ampleɛtimur libro, vt et facilius reperiantur quae in exordiis ipſius [d] occurrent, et legentibus
2 faſtidium non poſſint adferre. [e] [ De curis quae prima ſunt. ] Febrientibus itaque animalibus [f] primum conuenit ſubuenire. nam [g] non amplius quam triduo caloris vim ſuſtinere poſſe creduntur. intra quod ſi curata non fuerint, moriuntur. Oportet igitur prius paſſionis huius ſigna cauſasque praedicere, et [h] mox medici-
3 nas exponere. Febriens iumentum deieɛtum caput e terra alleuare vix poterit, erit oculis apertis, labiis demiſſis, triſtitia turpis [i] et grauitas totius corporis inſequitur, teſticuli tumidiores laxius pendent, membra caloribus feruent, venae vehementi pulſu ſaliunt, anhelitusque creber et calidus, tuſſis aſſidua, inceſſus nutans,
4 faſtidium cibi, bibendi cupiditas, vigiliae iuges. Cauſa autem huius paſſionis ex magno labore et fatigatione eſt, ſi negligentia conſequatur. Interdum aeſtu nimio, aut perſtriɛtione [l] vehementi, vel ex cruditate ciborum, aut ſudoris ſubita infrigi-
5 datione, vel ex feruore hordei nouelli euenire [m] conſueuit. Curatio autem iſta ſolennis eſt. Continuo ſanguinem eis de facie, vel de temporibus, aut palato oportet emitti, ab omni eſca prima die penitus abſtineri [n], foeni optimi aut [o] herbae viridis ſubinde [p] puſillum offerri oportebit, et quieſcere etiam ab omnibus rebus, et etiam ſequeſtratum temperato tempore, et inambulationibus leuibus animal
6 commoueri, calidis quoque locis coopertum ſtabulari. Cum coeperit melius eſſe, herbam minutatim conciſam [q] porrigito. quae ſi defuerit, hordeum maceratum, ablatisque ſuis folliculis tuſum, in modum ptiſanae paulatim offeratur, et frequenter exiguum.

XXX. PLERVMQVE autem equi vltra vires ad curſum coaɛti, aut [a] ponderibus praegrauati, ac [a] ſudore defeɛti, ſimilia febricitantibus [b] ſigna demonſtrant. Quos [c] ſic intelliges: Oculi ſublachrymantes erunt, et tanquam ſubfuſi ſanguine, praeterea ſpiritum crebrius agitat, foenumque faſtidit, et de poſterioribus pedibus melius ſe ſuſtentabit. nam primos [d] quaſi ſubtritos tardius ponit.

XXXI. QVOD ſi febris interna fuerit, non [a] facile animal dormiet, et quotidie deterius fiet, interdum furunculos [b] in dorſo vel in lateribus habebit: ſcias [c] eum a morbo qui ſuperius diſputatus eſt malleus, detineri. Cui lotium aliquot dierum [d] tam hominum quam arietum per nares infundes. Et ſic potiones quae de iſto morbo ſupra ſcriptae ſunt, dabis.

XXXII. SI

[C. XXIX.] a) *adferre S. M.* b) *et durioribus S. M.* c) *vno compleɛtimur S. M.* d) forte *ipſis.* e) Quae incluſimus, noui capitis lemma putamus fuiſſe. Certe ad lemma ipſum capitis 29 iſta adſcripſerat Sambucus in margine: "*Hoc* „*loco Mſ. duo diſtinɛta capita habet. quorum al-* „*terum inſcribitur de curis febrium: alterum de* „*laſſitudine, quae videtur febribus ſimilis, et in-* „*cipit, Febrientibus animalibus etc.*„ Haec *S. M.* et praeterea notat haec verba, de quibus quaerimus, in *Mſ.* omitti: quod quidem rem nobis videtur conficere. Aliter paullo Morga. *IV*, 11. nimirum interpunɛto ſublato iungit comma hoc praecedentibus. Ingenioſe, vt ſolet! f) (*quam*) inſ. *S.* g) *quae S. M.* h) *poſtea medicinam ponere S. M.* i) *turpi S.* l) *perfricatione S. M. perfriɛtione* verum. Vid. ad 1, 35, 1. m) *accidere S. M.* n) *abſtinent S. M.* o) *vel S. M.* p) *ſubinde oportebit ambulationibus animal commoueri* reliquis omiſſis *S. M.* q) *inciſam S. M.* [C. XXX.] a) *aut S. M.* b) *febrientibus S. M.* c) *quod S. M.* d) *priores S. M.* [C. XXXI.] a) *non —- dormiet* om. *S. M.* b) *funiculos S. M.* male. c) *et tunc ſcias a morbo, de quo ſupra diſputatum eſt, malleo S. M.* d) *diebus S. M.* melius.

[C. XXXII.]

XXXII. SI autem autumni tempore coeperit febrire iumentum, ſtatim de ceruice ſanguinem detrahes, vel gradu tertio de palato; poſt herbae trixaginis ſextarium, draganti, roſarum [a] ana [b] vnciam I in pila lignea piſtabis, cerneſque [c] ſubtiliter, ex aqua [d] cum mulſa et oleo potionabis, atque ita reſtitues ſanitatem.

XXXIII. SI autem aeſtate febrire coeperit, totum ſudabit, ſataget ſalientibus venis, minčturam [a] et naturam ſimul dimittere, ad terram tranſuerſe ambulabit. De coxa media quatuor digitis ab ano venam inquiris, et ex ea ſanguinem detrahes. Si autem non inueneris, de ceruice tollendus eſt. Cui hanc potionem pro [b] tempore dabis: Herbam [c] portulatae plenam manum tundis, ſuccumque eius cum dragante et thure, et [d] ſucco roſae campanae mulſa addita offeres, potionem non ſatis grandem, ne plus quam oportet infrigides: quia [e] cum quaſi ſplene careat ſimul et defečtione ſanguinis calore priuatur.

XXXIV. HIEME vero ſi febrierit, ſupra dičtas [a] ſpecies aridas contundito,
diligenterque miſceto, et per ſiniſtram narem dato, ſanitas [b] conſequitur. Fe-
brientibus autem haec potio vtilis traditur: Mannae thuris vncias 2 ſemis, yri-
ſillyricae [c] vncias 6, piperis vnciam I, baccarum lauri, ſeminis apii ana vnciam I,
cum paſſo potionabis. Item poſt detračtionem ſanguinis de matrice aut de palato 2
ſic potionabis febrientem [d]: Hyſopi libram vnam, abrotani vncias 6, lačtis capri-
ni ſextarium, amili [e] cyathum, olei optimi [f] vncias 3, herbae vrceolaris [g] ſucci
cyathum vnum, miſce cum caeteris, et per cornu faucibus infunde, erit ſalutare
remedium. Item alia potio. Lačtis ſextarium [h], olei cyathos 2, croci ſcrupulum [i] I, 3
mirrae [l] ℈ 2, appii [m] ſeminis cochlearium [n] plenum, miſcebis pariter, et dabis ad
cornu. Hieme farinam triticeam cum aqua tepida, aeſtate autem farinam hordea-
ceam cum aqua frigida [o] dabis in potum. Si febrient [p] menſuram non des, ilio-
rum [q] autem loca cauterio inurenda ſunt, et vſta curanda. Item alia potio. La- 4
čtis caprini heminam, amili cyathum, oua 4, olei cyathum, ſuccum herbae vrceo-
laris [g] quotidie potum [r] dabis vſque ad ſanitatem. Item vnčtio [s] qua perfricandi 5
ſunt febrientes. Roſae libram [t], olei veteris libram I, aceti heminas 3, lačtis [u]
caprini libram ſemis, portulatae ſeminis et nucis amarae ana vncias 6, menthae vel
rutae quantum expedit [x]. ſ. [y] teres et commiſces, et tepefačto vtere, ita vt diutiſſime
confrices contra pilum, et in loco tepido vnčtum animal coopertumque ſtatues.
Item potio alia ſi hieme febrierit. Gentianae vnciam vnam, ariſtolochiae, hyſſopi, 6
abſinthii, abrotani, ſingulorum vnciam vnam, caricarum vncias 6, ſeminis [z] apii
vncias tres, rutae faſciolum [a] I [b], omnia in cacabo cum aqua decoques [c] ad ter-
tiam, et cum nigreſcere videris, cočtum eſt. Exinde vini [d] heminam miſceto
ſicut [e] ſupra ſcriptum eſt, et per cornu faucibus infundito.

XXXV. SI

[C. XXXII.] a) *roſar.* om. S.M. b) *an̄* F. c) *tereſque* S. M. d) *qua* S. M. recte. [C. XXXIII.] a) *naturam minčturo ſimilis demittit* S. M. b) *parabis* S. M. c) forte *herbae portulacae.* d) *vel roſae cum pane* S. M. e) Hinc ad fi. cap. om. S. M. [C. XXXIV.] a) *ſcriptas* S. M. b) *ſanitatem* S. M. c) Sic, pro *Iridis Illyr.* d) *febriens iumentum* S. M. c) *am. cy.* om. S. *M.* rectius *amyli.* f) *quieti* S. M. g) *vrciol.* S. *F.* h) *libram vnam* S. M. i) *drach. vnam* S. M. l) pro *myrrhae.* m) pro *Apii.* n) *cochleare* S. M. o) *frigida* om. S. M. p) *Si febrienti tenſura non deſit, iliorum loca etc.* S. *M.* q) *illorum* S. r) *potionabis* S. M. s) *vnguentum quo* S. M. t) *ſemis* inſ. S. M. u) *Olei ciprini lib. vnam, potulacae vnc. nucis amarae* S. M. x) *ſufficit* S. M. y) Forte haec *ſ* fuit nota vocis *ſufficit.* z) *ſem.* om. S. M. a) *faſciculum* S. b) *bonum* S. M. c) (*vſque*) inſ. S. d) *vnam* S. M. e) *cum ſupraſcriptione* S. M.

XXXV. SI quod iumentum ab indigeſtione vel pletura febricitauerit, naribus ſpiritum ducet, et ilia frequenter agitabit, anhelitusque erit feruens et aridus, ſpinam facilius flectet, nam qui ex perſtrictione [a] febrit, rigidus eſt; quia calor membra diſſoluit, frigus aſtringit. Ex pletura igitur febrienti copioſus ſanguis
2 emittitur de ceruice, nares aceto perfricantur vt ſternutet ſaepius. Venter quoque febrientis ſi durior fuerit, per anum iniecta manu, ſtercus extrahatur [b], a cibo abſtineat, pauciſſimum [c] potum per interualla ſuſcipiat, et vnctum ſupra ſcripto medicamine, diuque fricatum, loco ſtabit calido horis tribus aut quatuor coopertum, poſtea ad ambulandum [d] producetur, nihilominus inuolutum.

XXXVI. SI quando ex vulnere aliquo vel ſuppuratione oris aut faucium naſcitur febris, de temporibus, nec non etiam de palato detrahendus eſt ſanguis. De maxillis quoque ſiue de ceruice, et ad poſtremum quicunque locus febrienti doluerit, ex [s] eodem cum menſura ſanguinem oportet auferri. Quod ſi cibum penitus reſpuerit, farinam aquae mixtam ad cibi [b] inſtar faucibus eius infundes. Offas quoque de paſſo [c] facies iuſtae magnitudinis, et ſeptenas cum oleo digeres, vt poſſit habere ſubſtantiam. Ita denique febrienti vtilis eſt, ex quacunque parte detractio ſanguinis fiat, ſi conſideratis viribus animalis menſura ſeruetur. Nam vt emiſſus rationabiliter [d] releuat, ita enormiter ablatus euirat [e] vel turbat.

XXXVII. COACTIO in animalibus paſſionis eſt nomen, ex qua aegritudinum diuerſa genera naſcuntur, ideo ſic appellata, quod ab iniuria vel labore vel [a] ex coactione contingat. Quoties enim laſſum animal fatigatione itineris, vel nimietate curſus, vel magnitudine ponderum, non ſtudioſe refouetur, vel aeſtate ſitire, vel hieme algere compellitur, vel certe penuriam ſuſtinet cibi [b], aut hordeo nouo, aut foeno peſſimo laeditur. et per dies aliquot circa curam eius nulla adhibetur induſtria; [c] ſic totius corporis compago, et interiorum viſcerum diſpoſitio per iniuriam et fatigationem vitiatur.

XXXVIII. EX qua coactione haec paſſionum genera [a] naſcuntur. Ex [b] perſtrictione enim fiunt epiſtomici [c], podagrici, phthiſici. Ex aeſtu autem euenit grauedo, febris, inſania, capitis dolor. Ex ſudore oritur tumor in cruribus, ſuffuſio
2 in pedibus, febris, ſpaſmus, et tuſſis. Ex humore quoque qui de naribus profluit, paſſio apertiſſima declaratur. A cerebro enim [d] vel a capite venit multa pituita [e]
3 crebra et ſpiſſa. A perſtrictione [f] erit humor tenuis, aquaticus, et frigidus: ex qua re fiunt coriaginoſi et epatici [g] et phthiſici. A colibus et glandulis et arteriis humor erit candidus et viſcoſus, ex quo [h] euenit faſtidium et faucium praefocatio et ſynanche [i]. A pulmone autem humor craſſus, ſanguinolentus, et male odoratus [l] emanat, colore pallido. Ex qua cauſa fiunt peripleumonici [m], vomicoſi, ortomici [n], et

[C. XXXV.] a) *perforatione* S. M. *perfrictione* verum. v. Morga. *IV*, 8 et conf. Ind. b) *egeritur* S. M. c) *pauciſſ.* — *et* om. S. M. d) *deamb.* S. [C. XXXVI.] a) *idem fricandus eſt, et ſang.* S. M. b) *cliui inſtantiam* S. M. quid ſi *ad oliuae inſtar* vel *inſtantiam* h. e. magnitudinem. c) non ſolo, ſed farina *ſcil.* addita. d) (*humor*) inſ. S. e) *occidit* S. M. [C. XXXVII.] a) *et* S. M. b) *conuictus* S. M. c) *et* inſ. *F. et S.* om. S. M. [C. XXXVIII.] a) *ſigna* S. M. b) *praefocatione* S. *M.* Leg. *perfrict.* Vid. ad 1, 35, *a.* c) *opiſtetonici* S. M. f. *opiſthotonici.* d) *vero* S. M. e) *prauitas* S. *M.* f) *praefocatione humorum erit* S. M. Vid. *no. b.* g) *tenatici et tuſſici et a talis* S. M. h) *hoc* S. *M.* i) *Synanches F.* l) *maleolens* S. *M.* m) pro *peripneu.* Sed nihil mutandum. Ita enim etiam apud Marcellum etc. n) *vamycoſi, ortonoici* S. M. forte *orthotonici*, vel quod malim *orthopnoici.*

o) *Cata-*

et phthiſici. A morbo autem malleo venit humor multus et craſſus, et pallidus. 4
Ex [o] qua re fit ortomicus, profluuius Atticus, et ſuſpirium articulare. A iecore
humor erit liuidus, yricus, et viridis, et tabidus, non valde craſſus, neque olidus.
Ex qua re fiunt ſciatici [p], hydropici, febricoſi. Ideo autem ſigna paſſionum cau- 5
ſasque diuiſimus, ne ingratus [q] error noceret [a], et facilius euidens doctrina cura-
ret. Abſyrtus [b] huiuſmodi de coactionibus prodidit medicinas: Si equus, inquit,
coactus de via venerit, oculi eius intro abibunt vel verſabuntur, ſpirat calidum
frequenter atque ſuſpirat, et [c] auriculae huius ac reliquum corpus extenſum erit.
Cuius talis [d] eſt curatio: vt parum hordei accipiat, foenumque non multum. Po- 6
tio autem huiuſmodi praeparabitur, hyſopi, abrotani ana vnciam 1, ſampſuci [e] vncias
6, foenugraeci libram vnam, lini ſeminis pondo [f] duo: haec omnia tuſa et cribrata
in cacabo nouo cum ſex aquae ſextariis infundis, addisque nouem duplices [g] ficus,
quae cum ad partem dimidiam decocta fuerint, vniuerſa conteres atque liquabis [h],
praeterea vini veteris optimi ſextarios tres, mellis heminam, piperis triti drach- 7
mam [i] adiicies ſupra ſcriptis, rurſumque feruere facies omnia, ex qua [k] calidam po-
tionem plurimis diebus dabis, quae mirifice iuuare conſueuit. Si de labore itine- 8
ris ſuffuſio pedum forte prouenerit, caue ne ſanguinem calido detrahas, ſed re-
quietum pauſatumque [l] flebotomabis, huiuſmodi [m] beneficio potionis vſurus: Tu-
ris maſculi drachmas [n] 2, foliorum caprifici libram, grana piperis 25, fermenti vn-
cias 3, croci drachmam [o]: Omnia bene trita in tres partes diuides, et expauſatum [p] 9
iumentum triduo cum oleo potionabis et vino: ſi hiems fuerit, tepida os ablues,
aeſtate [q] frigida: ſi tardius, aut [r] non recte ambulat, ſulphurem [s] et reſinam calen-
tem vngulis imponis, non ſemel tantum, ſed aliquoties donec rectus incedat. Si ve-
ro iſta non profuerint, ſemiſſabis [t] eum vt de vngulis ſagitta contactis competenter
profluat ſanguis, et vulnera traumatico [u] curabis pharmaco. De [x] laxis [y] haec ſigna 10
erunt: toto corpore grauabitur, et poſteriora crura quaſi inligata [z] habebit. poſca
itaque et pulegio nares eius et totam faciem fouebis, panem et [a] merum dabis vt
manducet, offeresque ei lactucas vel gramen diligenter lotum atque conciſum,
conſequenter daturus huiuſmodi potionem, Succum ptiſanae, paſſum, oua, oleum 11
roſatum, quae omnia pariter [b] miſta per triduum dabis, ita vt hordeum primo [c] de-
corticatum ſiccatumque manducet. Praemonendum autem eſt, ne [d] iumento ex
coactionis iniuria laboranti pulſes venas calenti. continuo enim neruorum contra-
ctio et debilitas conſequitur. Oportet autem armos eorum et genua vino calido et 12
oleo tepido [e] ſuffundere, totumque corpus multorum manibus diutiſſime confri-
care,

o) *Catacroitus profluus et viridis non valde craſſus, neque albidus* S. *M.* De *profluuio Attico* ad 1, 17, 19 dictum: de *ortomico* modo no. *n.* p) *ſynthetici* S. *M.* q) forte *ignoratus* Placet idem Morga. *IV*, 11. a) *nocere* S. b) *Abſyrius* S. *M.* c) *et* item *huius* om. S. *M.* d) *iſta* S. *M.* e) *ſanſuci* S. *M.* f) *libras duas* S. *M.* g) *XVIIII* S. M. Quod gloſſema mihi videbatur neſcio an verum. Recurrunt ficus duplices non cum numeris modo, vbi eadem ratio poſſit eſſe, ſed etiam ſine numeris 3, 21: quamquam ibi non agnoſcit S. *M.* h) *item* inſ. S. *M.* i) *vnciam vnam* S. *M.* k) *quo* S. *M.* l) *pauſatumque* om. S. *M.* m) *huius* S. *M.* n) *vncias duas* S. *M.* o) *quartam partem drachmae* S. M. p) *expuſcatum* S. M. q) *Si aeſtas* S. M. r) *rectum* S. M. s) *furfurem* F. M. et S. M. t) *ſtemiſſabis ipſum* S. M. u) *tragmatico* S. M. x) *Febris ex laſſitudine haec ſigna habet* S. M. cum lemmate noui capitis. *De febre et laſſitudine.* y) Leg. *laſſis*. *X* et *ſſ* millies miſcent librarii. z) *longa* S. M. a) *etiam* S. M. b) *par. miſta* om. S. M. c) *pro modo lotum* S. M. d) *ne iumentum ex euacuationibus in iniuriam laborum impulſes, venas enim calentes habens, continuo neruorum* S. M. e) *tepido* om. S. M.

care, et loco ſtatuere tepido, mollia [f] de ſiccato ſtercore [g] vel de paleis ſtrata praebere. Poſteriorem [h] partem flebotomo laxis non oportet contingi, ne penitus euirentur [i]. Quod ſi venae in cruribus tument, et plenae ſunt humore, de coronis ſanguis auferatur.

XXXIX. NON minus multae et obſcurae valetudines in internis animalium
quam hominum exiſtere conſueuerunt. imo ſi verum quaerimus, prope pares atque
conſimiles ſumus. Nam [a] animalibus, quia rationales ſumus, ſola mente praeſta-
2 mus: corporis vero natura communis eſt, maxime in doloribus. Dolorem ventris
in iumentis Veterinorum [b] imperitia putat facile poſſe curari, quod [c] graue, neſcit:
et [d] ex ventoſitate, vel conſtipatione vitium, torſiones vocant et interiorum inci-
ſiones, quibus aut praecantationes [e] anicularum more, aut aliquod quaſi [f] phyſi-
3 cum remedium adferre conantur. Cum quid enim intrinſecus iumentis dolere in-
ceperit, ſtatim ſe allidunt et volutant, et ſolius ventris creditur eſſe cauſa, cum
plures et difficiles [g] ſint paſſiones, ex quibus dolor et volutatio illa contingit. et niſi
ſingulis pro cauſarum genere competens medicina ſubuenerit, ſanitas redire non
poterit. Efficaciter autem curare poteſt [h] nemo, niſi qui internarum aegritudinum
ſigna rationesque cognouerit.

XL. PRIMVM venter ipſe, qui aqualiculus nominatur, totius corporis obti-
net dominatum, in cuius capacitate cibus potioque miſcetur, ac per digeſtionem
naturali calore decoctus, ſeparatis humoribus, partem ad ſubſtantiam membrorum
conuertit in ſanguinem, et [a] partem in vrinas reſoluit, partemque ſecum [b] trahit
2 in ſtercora. Quod ſi loca illa praeſtrictio [c] longi temporis vitiauerit, inteſtinorum
dolor, et [d] corruptio digeſtionis neceſſario ſequitur [e]. Nam pars humoris coagula-
tur ex frigore, et fit conglutinoſa in praecordiis, atque in inteſtinorum partibus,
quae ducuntur [f] ab aqualiculo vſque ad colum [ff], quod appellatur [g] enteron, retine-
tur et haeret, quod Latine ieiunum dicitur, per quod in colum [ff] humor peſſimus
tranſit, et intercluſione ſua cibum non patitur ad interiores partes more ſolito per-
3 venire. Hinc etiam [h] tortura et extenſio ventris dolorque cum magno periculo
generatur: quae [i] paſſio Graece emphragma, Latine praeoccupatio dicitur.

XLI. EXORITVR et alia cauſa doloris aſperior [a], quae Graece chordapſos [b] appellatur, cum praecluſa inteſtina viſcerum vento fumoue [c] ſe vrgente colligant [d], vſque [e] eo, vt [f] aquam, et cibum, et ſtercus animalia etiam interdum reuomere cogantur. Praeterea ad ſimilitudinem hominum propter [g] inflationis iniuriam, coli quoque dolore vexantur, propter quam neceſſitatem animalia diuerſe [h] vehementerque voluendo rumpuntur, quod curari iam non poteſt, et ideo moriuntur.

XLII.

f) *et ſupponere ei mollia, vt paleam* S.*M.* g) *ſtramine* legere nos iubet Morga. *IV*, 12 hic et alias. Sed ſaepe nimis Vegetius et alii *ſtercoris* hac in re mentionem faciunt. Vid. Ind. h. v. h) ( *autem* ) inſ. S. i) *eneruentur* S. *M.* gloſſema. [C. XXXIX.] a) *Nam* — *ſumus* om. S. M. b) *veterinariorum* S. M. c) *quod* — *vitium* om. S. M. d) *et* om. S. e) *verborum rationes* S. M. f) *conphyſicum* S. M. g) ( *et diuerſae* ) inſ. S. h) *non poterit,* S. M. [C. XL.] a) *et* om. S. M. b) *ſecernit* S. M. c) forte *perfrictio.* d) *et cor. dig.* om. S. M. e) *conſeq.* S. M. f) *ducunt* S. M. male. ff) *collum F.* male. g) *cyphon*, *interim* S. M. h) *etiam* — *et* om. S. M. i) *quae p. Gr.* om. S. M. [C. XLI.] a) *a ſuperiori* S. M. b) *cardaphos* S. M. c) *fumoue* om. S. M. d) *colligunt* S. M. ſed melius *colligant*: fit enim nodus. e) *ad* inſ. S. M. f) (*et*) inſ. S. g) *per inſtrictionis iniuriam colicumque dolorem* S. M. h) *diu ſe vehementer voluendo rumpunt.* S. M.

[C. XLII.]

XLII. ILEI [a] quoque vitia ex perfrictione [b] huiusmodi humoris naſcuntur:
qui cum inteſtina maiora et praecluſerit, et in eorum [c] ſinibus ſtercora coeperit de-
tinere: prohibet illa ad catachlytum [d] longanonis decurrere (Longanon autem in-
teſtinum vocatur, per quod ſtercus egeritur) tunc venter [e] craſſus vel praecluſione
ipſa intra viſcera increſcit, ac ſibimet [f] dolores morſusque excitat vehementes, ex
quo iumenta ſe proiiciunt ac volutant, extenſisque pedibus calcitrant. ſed per im- 2
patientiam ſe ſaepe iam [g] iactando ventus increſcit, et mixtus ſtercori vſque ad [h] in-
teſtina deſcendit, nec [i] iam, vt ſupra, rumpitur, ſed iumento quod in vitium, qui
Ileos [k] vocatur (ex eo, quod inteſtina locis ſuis excluſa, animal quaſi elices facere
faciunt) inciderit, ea valetudo periculoſa eſt, niſi cum celeritate ſubueneris. Huiuſ- 3
modi autem ſunt adhibenda remedia: Aqua calida renes animalis diutiſſime fomen-
tabis, foenumque cum calida, vt vapor magis penetret, frequenter apponis, poſt
ciliciis [l] diligenter abſterges [m], oleum vetus et picem liquidam, et oleum laurinum
miſces [n], calefacies, et diutiſſime perfricabis, ita et [o] teſticulos eius perunges, et
in auriculas calidum medicamen infundes. Tam diu autem fricabitur [p], vt ſudare 4
incipiat et ventum emittere, ex quo ſpes oſtenditur ſanitatis. Quod loco calido
ſtatues, ac ſagis [q] cooperies diligenter, hanc daturus quotidie potionem. Piperis
grana quinquaginta, petroſelinum quantum quatuor digiti comprehendunt, cimini [r]
Alexandrini tantundem, cimini quoque Africani tantundem, ſemen apii, murram [s],
nepitam, trixaginem, aequis ponderibus, quibus ad dimidiam omnium partem ni-
trum admiſcere te conuenit. Quae omnia bene trita ex vino calido et oleo aequis
ponderibus, et melle quantum ſatis fuerit dabis. Haec autem [t] potio et calefacit, 5
et ventrem reſoluit. Quod remedium ſi tardius ſubuenerit, ſaccellos [u] cum furfure
calentes per [x] totum dorſum et renes animalis imponis. Clyſteriabis [y] etiam ex
aqua calida et oleo, quod cum ſale et melle Afro [z], et nitro, ouoque [a] miſcebis,
et ita ventre laxato et ſtercora emittuntur et ventus. Quod ſi clyſter defuerit, ſal 6
bene tritum et mel coques [b], paſtillosque longos et duros facies, et in anum iumenti
interius immittes. Quae res omnem ſpurcitiem humoris intus ſtantem [c] abſtrahit,
et ad ſanitatem perducit, nec eſt aliud quod magis valeat ſubuenire.

XLIII. SVNT animalia quibus aſſidue ventris impendit [a] dolor, qui [b] ſtro-
phus appellatur, et hac ratione concipitur. Interdum ſudor animalium vel nimio
curſu, vel labore [c] profluens, in internis reſidet intra [d] ventris inteſtinorumque
compaginem, qui punctiones doloresque praeſtat interius. et cum totum a labore
ceſſauerit, ac refrixerit corpus animalis, ceſſat et dolor. Sed cum a labore calefieri 2
coeperit,

[C. XLII.] a) *Aliqua* S.M. b) *praeforatione iſtius* S. M. c) *renibus eorum* S. M. d) *catochidem* S.M. Suſpicabar *catacliſtum*, et intelligebam, ipſum ſphinctera et ſedem infimam. Probauique eam coniecturam clariſſimo Platnero, qui eam confirmauit *ex Phauori*. κατάκλιτος, τελευταία. Nimirum emendandum putat κατάκλειστος. Poteſt etiam κατακλεὶς quae ad os ſcapulae alias pertinet, hanc rem ſignificare, qua hic opus eſt. e) *ventus* S. M. f) *ſaeuit et* S. *M.* g) *iam* om. S. M. h) *in* S. M. i) *quod vitium Ileam vocatur, ab eo, quod inteſtina ſuis locis excluſa quaſi obices faciunt, quae valet*. S. M. k) *Ileo* S. male. l) *ſtramine* S.M. m) (*item*) inſ. S. n) (*et*) inſ. S. o) *vt* S.M. p) *fricabis* S. M. q) *ſatis* S. M. male. r) pro *cumini* vel *cymini*. s) pro *myrrham*, *nepetam*, *triſſag*. t) *autem* om. S. M. u) *ſacellationes ex fur. calidiſſimo plenas* S. M. x) *ſemper* S. *ſuper* S. M. y) *clyſterizabis* S. M. z) *Afronitro* coni. Morga. *IV*, 13. a) *ouo* S. M. b) (*et miſcebis*) S. c) *obſtantem* S. M. [C. XLIII.] a) *interuenit* S. M. b) *ſtropholus* S. M. c) *dolore* S. M. d) *inter* S. M.

e) *terram*

coeperit, rurſus exoritur, et ideo ſtrophus vocatur. nam frequenter volutatur, et
cum ſurrexerit, terràm pedibus tundit, et interdum terram [e] quaſi manducare co-
natur, et iacens videtur quaſi puſillum requieſcere, et ſurgens citius ambulare ſe
cogit. Sed ex hac iniuria frequenter volutando ventum ſibi nutrit intrinſecus, et
ſit tympanites, ex quo et iumentum [f] rumpitur, et praeſens vitae periculum conſe-
3 quitur. Quod vitium ſi in perpetuum auferre volueris, paracenteſim [g] facies ſic:
quatuor digitis ſub vmbilico [h] veretrum verſus, medio climate ventris ſagittam in-
iicies [i], vt non ſolum cutem, verum etiam peritonaeum [k] ipſum aperias. Perito-
naeum [k] enim dicitur membrana quae inteſtina omnia continet. Ad menſuram au-
tem cum magna cautela peritonaeum [k] aperies, ne inteſtina laedas, et praeſens
4 diſcrimen inferas. Poſt exemta [l] ſagitta ſubiicies fiſtulam centimalem [m], quam mu-
lomedici portare conſueuerunt, minutis foraminibus multisque pertuſam, per quam [n]
foras humor emanat, quem ſuſcipies in vaſe, et inuenies limpido [o] lotio ſimilem,
5 tolles vero non minus ſextario. Haec cura etiam illa animalia ſanabit, quae vel ſtu-
pida vel macra ſunt ex coactione longi temporis, quibus nitrum diligenter cribra-
tum in hordeum [p] debes aſpergere, quod omnes aſperrimos humores et ſpurcitias
corporis purgat. Sed ſtrophoſis dabis potionem ſuperius declaratam plurimis die-
bus. Etiam acopo termantico [q] renes eorum, totumque corpus perunges, et die-
bus aliquot a pluribus [r] facies confricari. Ad vltimum renibus eorum cauſticum
induces, et ſic reuoces ad laborem.

XLIV. INTOLERABILEM dolorem inteſtinis inferunt lumbrici [a], vermes,
et tineolae [b], quas alii pediculos appellant. Nam [c] coagula et aqualiculum intus
erodunt et vulnera faciunt. ex qua neceſſitate animalia macreſcunt, et coriaginoſa [d]
fiunt, et ſine febre non erunt [e] et celeriter moriuntur. Huiuſmodi paſſionis ſignum
eſt, cum inuenitur humor in ano fabae coctae ſimilis: eſt [f] namque ſanies ex illis [g]
2 vulneribus, quae beſtiolae intrinſecus fecerunt. Ieiuna animalia ex hac neceſſitate [h]
vehementius torquentur. Nam cum his deeſt cibus, magis vitalia conſumuntur a
vermibus: Hi [i] non ſunt inflati, et tamen per [l] dolorem ſe volutant, et in ſpinam
ſe proiiciunt, et caput ſibi intra [m] pedes mittunt, et oſtendunt doloris [n] ſui locum,
dentibus ilia ſibi quaſi ſcalpunt, et rodunt nonnunquam lumbos, et caudam [o] pa-
rietibus confricant [p]. Cum iſta ſigna oſtendere coeperint, et crebro clamare, hoc
eſt, vehementer hinnire, ſcias eos iam morti eſſe vicinos. Quibus adhibetur iſta
3 curatio. Olei viridis et amari ſextarios 2, faſciculum abſinthii Pontici concoques:
praeterea naſturtii ſeminis, ſantonici, coriandri ſeminis, radicum ſeminis, ſinopi-
dis [q] Pontici [r] vncias [s] ſingulas, mirtis [t] et foenigraeci ſelibram: haec infuſa et de-
cocta in oleo illo facies permanere, ex quo [u] heminam olei, et aquae tepidae he-
minam

e) *terram* om. S. M. f) *omentum* S. M. g) *paracenth.* omn. h) (*ad*) inſ. S. i) (*ita*) inſ. S. k) *periconium F.* et S. M. l) *exemtam ſagittam* S. M. m) *centinalem* S. M. n) (*fiſtulam*) inſ. S. o) *lympidum lotu* S. M. p) *hordeo* S. M. q) pro *thermantico.* r) *plurimis* S. M. [C. XLIV.] a) (*et*) inſ. S. b) *tineae minutae* S. M. c) *Namque gulam et aliquantulum interius elidunt* S. M. d) *gibboſa* S. M. e) *ſunt* S. M. f) *cum autem ſanies exit a vuln.* S. M. g) *illis* om. S. h) *paſſione* S. M. i) *haec animalia n. ſ. inflata* S. M. l) *propter* S. M. m) *inter* S. M. n) *dolorem, cum* S. M. o) Sic etiam 1, 52, 2. Caudam et ſedem aliquoties nominant etiam Hippiatr. 1, 41 Ruell. p) *fricant* S. M. q) *Sinopis* S. M. r) *Ponticae* coni. Morga. *IV*, 51. s) *aequis ponderibus miſce vnciam vnam et foenugraeci libram ſemis* S. M. t) forte *murti.* u) *oleo heminam et aquae tepidae heminam aquae dimidiam* S. M.

x) (*vel*

minam dimidiam per cornu dabis. quae virtus medicamentorum, et lenitas olei, 4
animalia ipſa intus occidit, et foras eiicit. Ex qua potione ſi per multos dies acce-
perit, permixto nitro tunſo et caſtoreo, omnes lumbricos et tineolas [x] et vermes
diſcludit [y] a corpore, et cum ſtercore eiicit, et reſtituit ſanitatem. Alia potio ad 5
lumbricos, tineolas, et [z] coſſos: Santonici, abſinthii Pontici pulueris [a], lupini cru-
di, ſeminis naſturtii, ſcobis cornu ceruini, ſeminis radicum vncias ternas, ſinopi-
dis Pontici [r] paſtillos tres [b], pollinis [c] erui [d] vncias 3, vini auſteri ſextarios tres [e],
olei Hiſpani [f] ſextarium [g] vnum, opopanacis vnciam 1, ſeminis coriandri heminam:
haec omnia diligenter trita decoques, et quotidie ieiunis heminas ſingulas dabis.

XLV. SED quia peſtes ipſae ſaepius ad coagula [a] ſe conferunt, et potio quae
per os data, ad loca vbi morantur rarius peruenit, ideo etiam per anum adhibenda
ſunt clyſteria: aceti acerrimi ſextarium vnum ſemis [b], olei viridis tantundem, opo- 2
panacis vnciam [c] 1, centaureae vncias 2 [d], abſinthii Pontici vncias 3, ſantonici vn-
cias 3, farinae lupini crudi vncias 3, erui [e] vncias 3, ſeminis raſani, ſeminis co-
riandri vncias ternas, nitri triti vncias 3, radicis capparis tunſae vncias 3. haec
omnia decoques cum oleo et aceto, et per triduum ſingulos ſextarios bene calentes
per anum de [f] clyſtere diffundis animali. Memento autem quoties per os potionem 3
das, animal contra cliuum teneri debere, vt facilius quod acceperit ad interiora
deſcendat. quoties autem clyſteriabis [g], caput animalis in valle [h] ſtatues, et clunes
ad altiora conuertes, vt quod per clyſterem diffundis [i] ad interiora perueniat. Diu-
tiſſime autem poſt potionem in talibus locis animal retinetur, vt facilius necentur
vel eiiciantur peſtes internae. Ad coſſos et [l] lumbricos ſpecialis potio. Herbae ca- 4
meleontis [m] radicem ex aqua ad tertiam decoques, et cum opopanacis duabus vnciis
miſces, ac vini heminam, et ad cornu per ſiniſtram narem diffundis [n]. Item alia 5
ad lumbricos. Seminis coriandri quantum vna manus ceperit friges, naſturtii quo-
que ſeminis tantundem diligenter teres, quae vtraque cum aqua tepida per triduum
faucibus infundes. Ad matricis dolorem medicamen. Aloë epaticum [o], maſticem,
caſtoreum, lauri baccas, amoniacum [p], vino et melle mittis in ollam, et bullita
atteres, dabisque ad bibendum.

XLVI. SI quod iumentum calculoſum fuerit, haec ſigna monſtrabunt: tor-
quetur, gemit [a], extendit ſe ad conatum mingendi, ſtillat veretrum eius guttis [b]
materiam, modicum mingit et plene mingere non poteſt, quod quotidie patitur.
Sed huiuſmodi vitium teneris aetatibus plerumque contingit, quod ſic inuenies:
Manum ad interiorem partem mittes, et a ceruice veſicae ſub ipſo ano ad [c] hippo- 2
centaurum verſus palpabis digitis, et calculum ibi inuenies. Quod vitium difficile
curatur. Nam interdum nimio conamine prope ipſum anum veſica diſrumpitur,
et lotium per anum emittit [d], et quaſi aquae [e] adſimilatur. Ideoque miſſis digitis
per

x) (*vel coſſos*) inſ. *S.* quod probat Barth. 58, 18. y) *excludit S. M.* z) *vel S. M.* a) *pollinem S. M.* b) *quatuor S. M.* c) *pollinis* om. *S.* d) *orobi S. M.* e) *quatuor S. M.* f) *Spari* legit Rhodius Lexico Scribo. p. 443. g) *ſextarios S. M.* [C. XLV.] a) *coagulare S. M.* b) *ſemis* om. *S. M.* c) *vncias quatuor S. M.* d) *tres S. M.* e) *farinae orobi S. M.* f) *ad clyſt. inſ. S. M.* g) *clyſterizabis S. M.* h) *pronum* infra 1, 62, 1. i) forte *defundes.* l) *et* om. S. M. m) pro *chamael.* n) *infundis* S. M. o) forte *aloën hepaticam.* p) forte inſ. *cum.* [C. XLVI.] a) *gemet et extendet F.* S. nobiſcum S. M. b) *guttas et vrinam modicam mittit, ex pleno* S. M. c) *verſus hip.* S. M. d) Hoc fieri poſſe et factum eſſe, Platnerus me docuit. e) *aquam* om. *adſim.* S. M. f) *lon-*

per foramen quod fecerit longanonis [f], et ipſius veſicae, aculeo calculum eximis, et curabis clyſteriis collecticiis [g], [id eſt, quae glutinent,] vt foramina illa ſanentur. Potionabis autem illos duritica [h] potione. Difficilis autem huiuſmodi cura eſt, quia vim patientes ex corruptione veſicae tortione moriuntur.

XLVII. QVODCVNQVE iumentum ex qualibet cauſa [a] inueneris volutare [b], oleo manum perunges, et ipſum anum oleo ſatiabis [c]: poſt quod manum in interiorem partem longanonis protendis, et ſi inueneris ipſum longanonem clibano ſubtili [d] patere, ſcias eum ſtrophum pati, et continuo ſtercora eiicies paulatim ad manum [e], quibus egeſtis cito noueris animal percurandum. Si vero manu iniecta longanonis praecluſionem inueneris, et ſtercoris modicum, hoc eſt, duas aut tres pilulas [f] ſquibala [g], et praefocatum longanonem qua manus vix introëat, ſcias eum emphragma pati et periclitari, et ideo curandi ſunt renes medicaminibus ſupra ſcriptis, et clyſtere vtendum, quod indignationem inteſtini reſoluat et curet.

XLVIII. SI manum inieceris, et totum ventrem tympano ſimilem pertractando ſenſeris, ſcias eum ileum [a] pati, et cito periclitari. Et ideo vnctionibus calidis fricandus [b] eſt vehementer et diu. Si ventum coeperit emittere, tunc in illo ſpes incipit eſſe viuendi.

XLIX. ITEM ſi manum miſeris, et inueneris valde patere [a] longanonem, et ſtercora non multa habere, nec eſſe vehementer inflatum, ſcias ipſum ventrem dolere, id eſt, aqualiculum. Cito requieſcere ſolet, ſi celeriter ſupra dictas et calidas acceperit potiones, diligenterque ex calido vnguento fuerit perfricatum. Si moram curationis non [b] abſtuleris, difficile euadet. nam ex hac paſſione chordapſus fieri conſueuit.

L. SI [a] manum miſeris, et ſimiliter longanonem patere [b] ſine vlla inflatione repereris, et non frequenter volutantem ſe, ſed proiicientem [c] ſubinde in dexteram [d] partem, et quaſi extenſionem [e] interdum ad conamen [f] minctionis, inuenies duritiem in inteſtinis ingentem cucurbitae ſimilem, ſcias animal coli dolore vexari: et [g] quanto du-
2 rius inteſtinum inueneris [h], tanto pluribus diebus dolore cruciatur. Ex qua cauſa raro periclitantur, et dolent biduo, vel triduo, vel ſi nimium quinque diebus. Sed quanto inueneris molliorem ipſum locum, tanto velocius mitigabitur [i] dolor. nam quaedam ſtercora in longanone reperies. et erit ſalubris curatio, ſi poſt clyſterem vel potionem multum ſtercoris adſellatus [l] ediderit. quo facto, ſtatim inteſtinum, quod a [m] colo induratum fuerat, et tumebat, non apparebit, reddita ſanitate.

LI. SI [veſica [a]] currendo fuerit inuerſa, ſimilis dolor ſine inflatione ex curſus [b] iniuria et nimietate frequenter emergit. Huic manum [c] ſubiicies in anum, et depri-

f) *longaonis* S. M. ex compendio ſcrib. g) *collecticis* S. M. verum eſt *colleticis* κολλητικοῖς, cuius vocis veriſſima gloſſa ſunt ea, quae ideo incluſi. Neque enim ſolet Graeca, quibus frequentiſſime vtitur, interpretari Vegetius. h) *diſuretica* S. M. Leg. *diuretica*. [C. XLVII.] a) (*ſe*) inſ. S. b) (*ſtatim*) inſ. S. c) *ſanabis, ponesque* S. M. Sed *ſatiabis* recte praefert Rhod. Lex. Scrib. *p.* 438 in *ſaturari*. Ita *complebis* 1, 52, 2. d) *ſimilem S. M.* Sed hic videtur Vegetius medium quaſi gradum indicare inter *praecluſionem*, de qua *ſ.* 2 et cum *valde patet c.* 49. e) *anum S. M.* male. *ad* notat inſtrumentum. f) *pillulas* editi. g) *ſcias S. M.* male. *ſquibala* ſunt σκύβαλα. V. Ind. [C. XLVIII.] a) *ileon S. M.* b) *perfricandum S. M.* [C. XLIX.] a) *pati F.* et *S.* nobiſcum *S. M.* b) *attuleris S. M.* [C. L.] a) *Si -- ſimiliter* om. *S. M.* b) *pati F. et S.* nobiscum *S. M.* c) (*ſe*) inſ. *S.* d) *dextera parte S. M.* e) *extendentem ſe S. M.* f) *conatum S. M.* g) *nam quando S. M.* h) *inuen. tanto* om. *S. M.* i) *refrigerabitur S. M.* l) *reduiderit S. M.* m) *de colo praedur. S. M.* [C. LI.] a) Vox incluſa videtur a lemmate extruſa, quod adſcripſerant, *de dolore veſicae*. In *margine Sambuci* ita: *Si paſſio fuerit in veſica,*

deprimes vſque ad veretrum verſus, vbi inuenies veſicam eius lotio plenam, quam
a dextra et ſiniſtra parte leniter adducis ſurſum ad [d] anum verſus [e] [cum [f] oleo,]
et minctionem prouocas, tam diu donec vrinam faciat: liberabitur [g] periculo, de
quo animalia difficile euadunt.

LII. SVNT alii qui aſſidue dolorem ventris patiuntur ſine vlla inflatione, nec
vehementer ſe volutant, et quaſi in curſu prouocant, aliquando ſe proiiciunt, et ilia
ſibi corrodunt, et quaſi ſcalpunt. In huiuſmodi dolore manum immittis in longanonem
per circuitum et [a] interiore parte per [b] plurima loca diligenter tentabis, et inuenies
vermes collectos exiſſe in [c] ſingulis locis, et inteſtinum pertundere. ex qua neceſſitate
naſcitur dolor periculoſus [d]. Digitis euelle eos, qui quidem vix euelluntur, et ipſa [e] 2
tibi in manu [f] cohaerent [g], vt difficile eos proiicias. ex qua ratione [h] multa iumenta
caudam [i] frequenter parietibus fricant, propter morſum [l] vermium, quos purgare
de longanone ſtudioſe debebis, et potionem [m] dare per plurimos [n] dies eam [o], quae
ad lumbricos faciat [p]. ita omnes vermes, quos coſſos appellamus et tineolas, purga-
bis. Similiter etiam qui lumbricos habent in ventre, ſic eos [q] conuenit mederi. 3
Pice liquida et oleo calido renes et totam ſpinam cum dorſo perfricari oportet tam
diu, donec calefactionem patiantur [r] ex manibus. et auriculas eorum et anum ex oleo
complebis [s]. ventrem quoque et teſticulos perunges. ſal tritum [t] cum melle deco- 4
ctum [u] mixtum in anum ſubiicies, animal [potionibus [x]] crebris ambulationibus po-
tionatum exercebis. Si ex hac ratione non mitigauerit [y], clyſteriabis eum calida, et
afronitro et ſale. Praeterea ſuper renes et [z] dorſum ſaccellos calidos ex furfure ple-
nos [a] imponis, et tam diu innouabis calefactionem [b] donec ventum reddat. Potio-
nabis cum [c] potionibus ſupra dictis et clyſteriis vt a diſcrimine liberetur.

LIII. SI quod iumentum ſyncopauerit his agnoſcitur ſignis: Pigrius ambula-
bit, tanquam ſuffuſione [a] conſtrictum. Inter ſuffuſos autem et ſyncopatos haec diſtan-
tia eſt, vt [b] ſuffuſi licet tardius a terra leuent pedes [c], flectentes crura incedere ſolent:
Syncopati autem vniuerſo corpore conſtricti et rigidi ſunt, etiam cum ſe proiiciunt, 2
non ſine gemitu et [d] toto corpore decidunt. Hi vero non ſine febre erunt, cibum et
potum faſtidiunt, magis iacere cupientes. qui cum ſe leuare voluerint, impetu conan-
tur exurgere, ſed propter dolorem omnium membrorum tardius exurgunt. Quod 3
contingit ex magno labore et curſu nimio, vel ex humoribus [e] nimiis, cum plurimus
ſudor fatigatis neruis membra conquaſſet, vnde [f] ſyncope, id eſt, defectio naſcitur:
cuius iſta [g] curatio eſt. Calida cum flore foeni eum fomentabis a ſpina, armis, et
renibus, tepefactumque diligenter tergendo ſiccabis, tunc vino et oleo calido [h] to-
tum perunges, diutiſſimeque confricabis: coopertum deinde locis calidis ſtatues,
mollia-

*veſica, et facilis dolor ſine inflatione, et vrinam de iniuria nimia* etc. b) *curſu S.* c) Hinc inſerenda putem quae paullo poſt ſequuntur, *cum oleo.* d) *ad* om. *S. M.* e) (*et deprimis*) inſ. *S.* f) vid. no. c. g) *de peric. a quo S. M.* [C. LII.] a) *et* om. *S. M.* b) *in S. M.* c) *et in ſing. lo. inteſti. S. M.* d) (*et*) inſ. *S.* e) (*hora*) inſ. *S.* f) *manum S. M.* g) (*ita*) inſ. *S.* h) *occaſione S. M.* i) vid. 1, 44, 2. l) *morſus S. M.* m) *potes S. M.* n) *ſingulos S. M.* o) *ea S. M.* p) *faciunt S. M.* q) *eis S. M.* r) *patiantur: manibus auriculas eorum, et anum oleo perfricabis, ventrem quoque et teſticulos S. M.* s) vt *ſatiabis* 1, 47, 1. t) (*et*) inſ. *S.* u) *decocto S. M.* x) *potionibus* om. *S. M.* y) *refrigerauerit, clyſterizabis cum S. M.* z) *eius ſacellationes calidas S. M.* a) *plenas S. M.* b) *calefactas S. M.* c) *autem S. M.* [C. LIII.] a) *ſuffuſionem conſtrictam patiatur S. M.* b) *quod S. M.* c) (*tamen*) inſ. *S.* d) *ac non ſine feb.* reliquis om. *S. M.* e) *oneribus S. M.* f) *vnde et ſyncopis et defectio S. M.* g) *haec eſt cura. Aqua calida ipſum cum flore fomentabis S. M.* h) *calido perfricabis S. M.*



i) *molliſſima*

4 molliaque [i] ſubſternes vt dormiat. Quod cum per triduum feceris, hac potione refouebis. Mirrae [l] vncias 2, draganti vncias 4, croci drachmas 4, meliloti [m] vnciam vnam, anagallici [n] libram, thuris maſculi pondus [o] vnum. quae [p] omnia cribrata in puluerem rediges, ex quo duo cochlearia cum aquae calidae hemina, et mellis cochlearibus duobus, et [q] olei roſei cyathis duobus potionem dabis plurimis diebus, donec ſanum fiat. Etiam [r] vulſis haec potio, et tenſione laborantibus prodeſt.

LIV. SAEPE ex curſu nimio iumenta ſanguis infeſtat, et per nares emanat, qui difficile, veluti [a] ruptis venis labore et calore, ſubſtringitur, et velociſſimam etiam [b] poſtulat medicinam. Succum [c] itaque viridis coriandri, vel ſi defuerit, porri ſatiui [d] ſuccum in naribus periclitantis infundes. pollinis triticei drachmam [e], thuris puluerizati drachmam 1, anagallici [f] vnciam 1, amyli ſemiunciam, commixta et in tres partes diuiſa, ex [g] vino nigro ſuffundes naribus, ſanguinemque praecludes.

LV. ANIMAL ſanguine laborare haec ſigna declarant: Oculi tumebunt [a], frigidum erit corpus et ceruix, triſtitia faſtidiumque iungetur [b], difficileque curabitur [c]. Hac ratione curandum [d]. A cibo potuque temperabitur, ſomnique [e] indulgebitur copia mollibus ſtratis, tum [f] de matrice quantum ratio poſtulauerit ſanguis
2 auferatur, nec potionis [g] cura ceſſabit. Succum itaque viridis coriandri, vel ſi defuerit, porri ſectiui, trixaginis quoque et centaureae violaceae, et nitri aequi ponderis mixtura inungitur [h]. Ex quibus tunſis atque cribratis diurnum [i] cochleare ex hemina aquae tepidae infundatur faucibus. Quae potio humores [l] et ſanguinem, imminentesque [m] alios morbos purgat, prohibet [n] et ſanat.

LVI. OBSCVRAS difficilesque curas prima fronte digeſſimus, conſequenter ad caetera pergentes: ſed neceſſarium credimus oſtendere rationes, ex quibus inco-
2 lumitas iumentorum incorrupta ſeruetur. Melius enim eſt diligenti ſtudio cuſtodire ſanitatem, quam aegritudinibus [a] praeſtare remedia. Diligens itaque dominus ſtabulum frequenter intrabit, et primum dabit operam vt ſtratus [b] pontilis emineat, ipſumque ſit non ex mollibus lignis, ſicut frequenter [c] per imperitiam vel negligentiam euenit, ſed roboris viuacis duritia et ſoliditate compactum. Nam hoc genus
3 ligni equorum [d] vngulas ad ſaxorum inſtar obdurat. Foſſa [e] praeterea quae lotium recipiat, deductorium debet habere cuniculum, ne pedes iumentorum redundans vrina contingat. Patena [f], quae appellatur, hoc eſt, alueus, ad hordeum miniſtran-
4 dum, ſit munda ſemper, ne ſordes aliquae cibariis admiſceantur et noceant. Loculi [g] praeterea vel marmore vel lapide vel ligno facti diſtinguendi ſunt, vt ſingula iumenta hordeum ſuum ex integro nullo praeripiente [h] conſumant. Nam ſunt animalia

i) *molliſſima quoque S. M.* l) pro *myrrhae.* m) *mellis loti S. M.* n) *Symphici S. M.* pro *Symphyti* forte *ali Gallici hic et 54 it.* 1, 56, 19. vid. Morga. *IV*, 36. o) *vnciam vnam S. M.* p) *quae* om. *S. M.* q) *et — duobus* om. *S. M.* r) *Euulſis S. M.* [C. LIV.] a) *diſruptis S. M.* b) *etiam* om. *S. M.* c) *ſuccum — infundes* om. *S. M.* et haec ponit: *Quibus ſic ſubuenias.* d) *ſectiui* coni. Morgag. *IV*, 14. e) *vnciam vnam S. M.* f) *conſolidi maioris S. M.* vid. *c.* 53, 4, *no. n.* g) *cum S. M.* [C. LV.] a) *tument S. M.* b) *adeſt S. M.* c) *curabit S. M.* d) *ſanandum eſt S. M.* e) *ſomnoque indulgebit copioſe S. M.* f) *et tunc S. M.* g) *potionum S. M.* h) *iungatur S. M.* i) *diuturnum S. M.* l) *humorem S. M.* m) *minuens S. M.* n) *prob. et* om. *S. M.* [C. LVI.] a) *aegrotantibus S. M.* b) *cum ſtratum pontile S. M.* forte leg. *conſtratum pontile.* c) *plerumque* S. M. d) *eq. vng. ad* om. S. M. e) *tum praeterea foſſa S. M.* f) *illa quae appellatur pat. S. M.* g) *Loculis praeterea vel marmore vel lapide vel ligno factis diſtinguenda eſt S. M.* h) *impediente S. M.*

i) *propriam*

malia ad edendum auidiſſima, quae cum celeriter propria [i] deuorauerunt, partem
conſortis inuadunt. Alia vero naturali faſtidio tardius comedunt, et niſi ſeparatim
acceperint, vicinis rapientibus [l] macreſcunt. Cratis, quae iacca [m] vocatur a vulgo, 5
pro equorum ſtatura nec nimis alta ſit, ne cum iniuria [n] guttur extendatur, nec ni-
mis humilis, ne oculos contingat [o] aut caput. Luminis plurimum ſtabulo infundi 6
oportet, ne tenebris aſſueta, cum producuntur ad ſolem vel caligent, vel aciem
viſus imminuant [p]. Aeſtate in apertis locis, tam noctibus quam diebus, iumentis li-
bera aura praeſtanda eſt. hieme [q] vero tepere debent ſtabula potius quam calere. nam 7
nimius calor licet cuſtodiat [r] pinguedinem et reficere videatur, tamen indigeſtionem
facit, et vehementius nocet naturae [s]. Propter quod diuerſa genera morborum ex
vapore ipſo animalibus generantur. Si producuntur ad frigus inſolitum [t], ſtatim
aegritudinem ex frigoris nouitate percipiunt. Curandum eſt praecipue, vt ſiue foe- 8
num, ſiue paleas, vel manipulos viciae pro regionum vſu vel copia animalibus prae-
beas, incorrupta [u] ac bene olentia et munda mittantur. De hordeo quoque non
erit ſollicitudo diſſimilis, ne aut puluerulentum ſit, aut lapidoſum, aut mucidum,
aut vetuſtate corruptum, aut certe recens de areis ſumtum, et ipſa nouitate praefer-
vidum [x]. Aqua etiam limpida ac [y] frigida, etiam [z] perennis ac profluens miniſtran- 9
da eſt. Nam quicquid importunius [a] fluit, virus non admittit. Bis in die multorum 10
manibus animalia ſunt toto corpore confricanda [b]. quae cura et manſuetudinem do-
cet, et laxata cute pinguedinis [c] praeſtat augmentum. Hordeum quoque non ſemel
nec bis, ſed pluribus portionibus praeberi conueniet. quidquid enim paulatim ac-
ceperint, legitima digeſtione conficiunt: quod vero ſemel et enormiter ſumſerint,
cum fimo indigeſtum integrumque tranſmittunt. Vicinum vero ſtabulum [d] conue- 11
nit eſſe loco arido, ſtercore [e] vel paleis mollibus adopertum, in quo ante potum ani-
malia volutentur. Quod exercitium et ſanitati proficit, et aegritudinis vitium [f] com-
monſtrat. nam quoties animal, aut non ſolito more ſe tranſuoluit, aut omnino de-
trectat [g] accumbere, ſcias illud ex taedio laborare, et ideo ſeparari debere, atque cu-
rari. Ad [h] quod opus quoque plurimum iuuat, ſi ſaepius et cum moderatione ani- 12
malia ſedeantur [i]. Nam imperitia rectoris et inceſſus eorum debilitat, et mores,
praecipue ſeruorum impatientia [k], qui abſentibus dominis ad curſum equos vehemen-
ter ſtimulant, et non ſolum flagellis, ſed etiam calcaribus [l] caedunt, dum aut inter
ſuos velocitatem cupiunt experiri, aut cum alienis vehementi obſtinatione conten-
dunt, nec reuocant aliquando currentes, nec temperant. neque enim de damno do-
mini cogitant, quod eidem [m] contingere gratulantur. Quam rem diligens paterfa- 13
milias ſumma ſeueritate prohibebit, et iumenta ſua idoneis et moderatis hominibus,
ſcientibusque tractare committet [n]. Poſt ſudorem quoque ſi aeſtus ſit, puſca [o] os 14
ablui

i) *propriam deuorauerunt partem, conſortis partem inu.* S. M. l) *petentibus* S. M. m) *cocca* S. M. n) *inedia aguntur extendant* S. M. o) *contingant caput* S. *conterant et caput* S. M. p) *minuant* S. M. q) *hiemis v. tempore tep.* S. M. r) *ad cuſtodiendam ping. proficere* S. M. s) *nam praeter haec* S. M. t) *inſol.* om. S. M. u) *non corrupta des, ſed bene olentia. De* S. M. x) ſic S. M. *praeferendum* F. S. y) *ac* om. S. z) *et* S. M. a) *in potu noxium eſt virus veneni comitatur* S. M. Sed recte vt editum, nam *Capiunt vitium ni moueantur aquae.* b) *perfricanda* S. M. c) *pinguedini* S. d) *ſtabulo conuenit eſſe locum arido ſtercore vel paleis lenibus opertum* S. M. recte, puto. e) *ſtramine* coni. Morg. *IV*, 12 legendum hic et alias. Sed vid. Ind. v. *ſtercus.* f) *initium* S. M. bene. g) *deſinit* S. M. h) *ad quod* om. S. M. i) *equitentur* S. M. Gloſſa. k) forte *impotentia h. e. libido et petulantia.* l) *calcibus* S. M. m) *dum contingit gratulantur* S. M. n) *permittet* S. M. o) pro *poſca.*

 p) *lauari*

ablui[p] conuenit: ſi hiems, muria[q]. Vinum quoque et oleum faucibus infundi opor-
tebit ad[r] cornu, aeſtate frigidum, hieme tepefactum, ita vt hieme meri ſextario, olei
15 vnciae tres, aeſtate autem duae tantummodo miſceantur[s]. Nec conuenientium[t]
potionum debet cura ceſſare. nam languor, macies, et tuſſis, et internorum dolor
16 facile ſubmouetur, ſi ſulphuris viui ſemiunciam[u] [ 1. ℈ 12 ] myrrhae ℈ 4. redactos
in puluerem, ouoque[x] crudo immixtos cum hemina vini optimi per os dederis[y].
Eſt[z] alia ſumtuoſior[a], ſed accommodatior potio ad[b] omnes morbos, quae et cele-
riter reficit et cum intrinſecus purgauerit, curat omnes morbos, tuſſim veterem,
17 phthiſicos, vulſos, et quaecunque vexata ſunt in opertis[c]. Ptiſanae ſextarium 1,
ſeminis lini heminam, foenigraeci heminam, croci vnciam 1, acronem ſalſum por-
ci pinguis, vel longanonem, vel ſi porcina defuerint, caput haedinum depilatum,
cum pedibus ſuis, et cordulis inteſtinorum mundis, hyſſopi faſces duas, cochleas
germanas xv, bulbos[d] xv, ficus duplices xx, rutae faſciculum 1, baccarum lauri
18 cum virent ſextarium, dactylos xx, allii capita tria, ſeui caprini vncias 6, pulegii
ſicci faſciculum. haec omnia purgata leniterque contuſa decoques in aqua ciſterni-
na, donec acron[e] ille, vel certe caput haedi[f] liqueſcat et diſſoluatur ab oſſibus.
propter quod aſſidue[g] aquam refundis ne comburatur[h], ſed feruendo pingueſcat[i],
19 vel ſuccus ipſe pinguior efficiatur. Poſt haec diligentiſſime colabis ad colum[k],
tum draganti vnciam 1 in tres diuides partes, ita quod[l] exinde in vnam potionem miſ-
ſurus es[m], pridie infundas in calidam vt inturgeſcat. tunc addis paſſi ſextarios 3, et
tribus diebus ſingulos ſextarios dabis, oua numero ſex, (in die[n] ſecundo olei roſati
oua plena numero 2) butyri vncias 3, (in die tertio) anagallici vncias 3, amyli vncias
20 3, pulueris quadrigarii ſelibram, lomenti fabae ſelibram. Quae omnia miſces, vt
dictum eſt, aequis ponderibus per triduum diuides, et ieiunum animal potionabis,
et horis aliquot deambulare facies, vſque ad ſeptimam, a cibo abſtineatur et potu.
21 Animalia vero macie attenuata, non abſque ſtudio diligenti reuocantur ad corporum
firmitatem[o]. Nam oleo veteri vinoque permixtis, et tepefactis in ſole, per totum
corpus vnguntur, et contra pilum multorum manibus perfricantur, vt et nerui mol-
leſcant, et cutis laxetur, et ſudor erumpat. Quo facto cooperta in pontili[p] ſtrato
22 collocentur. Et ſi hiems fuerit, condita cum ſemiuncia apii ſeminis[q] triti, et olei
tribus vnciis calefacto per os ipſius oportet infundi. Si aeſtas fuerit, abſinthium vel
roſatum cum 4[r] ſcrupulis croci, et duabus vnciis olei frigidum per os ſimiliter de-
bet accipere. Quorum ſi non ſuppetit copia, vinum[s] ſimpliciter conuenit praberi[t]
23 cum caeteris. Praeterea eiuſmodi[u] ſpecies tempore hiemis cum hordei modiis 4
miſces, fabae ſextarios 8, tritici ſextarios 4, ciceris ſextarios 8, foenigraeci ſexta-
rios 4, erui ſextarium 1, et ſi meritum equi vel facultas domini ſuppetit, vuae paſſae
et

o) pro *poſca.* p) *lauari S. M.* q) *myrrham. Vinum et oleum S. M.* r) *cum S. M.* s) *admiſceantur S.* M. t) *ob hoc pot. S. M.* u) *vnciam S.* Sed qui notas quas incluſimus adiecit, *quae XII* ſcriptula ſ. ſcrupulos ſignificant, ille certe legit ſemunciam. Huius enim, non vnciae ſunt ſcriptula X*II*. x) *ouaque cruda S. M.* y) *frequenter infundes S. M.* z) (*et*) inſ. *S.* a) *quidem* inſ. *S. M.* b) *ad om. mor.* om. *S. M.* c) *locis* inſ. *S.* Caeterum eadem fere potio deſcribitur 4, 8, 1 ſq. d) *bulbos XV* om. *S. M.* e) *acron — certe* om. *S. M.* f) *illud S. M.* g) *ſaepe aq. inf. S. M.* h) *adur. S. M.* i) *pinguis ſuccus appareat. S. M.* k) *colatorium, cum draganti vncias tres diuides in partes S. M.* l) *vt S. M.* m) *es* om. *S. M.* n) *hoc eſt in quolibet die duo olei roſei, oua plena numero VI, butyri vnc.* III, *pulueris origani vnc.* III. *Quae omnia S. M.* o) *ſanitatem S. M.* p) *loco tepido S. M.* q) *ſeminis* om. *S. M.* Vid. etiam Morgag. *II*, 20. r) *tribus S. M.* s) *vnum S. M.* t) *praebere S. M.* u) *cuiusmodi S. M.*

x) *ſolen-*

et nuclei ſextarios ſingulos. quae omnia ſollerter [x] commiſta cum fuerint, vnum 24
modium in aqua mundiſſima pridie debes infundere, et paululum mane ſiccare, ex
quo equo ſemimodium [y] ante prandium, et ſemimodium ad veſperam dabis per [z]
plurimos dies in loco optimo. viginti [a] vno die ita ſtabuletur vt intrinſecus bibat.
Quod ſi vltra modum ſagina prouenerit, ne pletura noceat, auferendus eſt ſan- 25
guis a [b] matrice. Praeterea graminum radices, quas aratrum frequenter euellit [c],
ſtudioſe collige [d], et quam potueris longas minutatim concide, hordeoque commiſce,
et quotidie praebere non dubites. Aeſtate vero, excepto eruo, ſpecies illae quas 26
diximus, pro aeſtimatione menſurae farragines [e] ad inuicem praebeantur, hoc eſt,
hordei viridis plures maioresque faſciculos [f], tritici vel ciceris vel foenigraeci mino-
res et pauci. Quae omnia contuſa [g] oportet apponi. Praecauendum [h] tamen vt in 27
longiore vectatione vel itineribus, iumentis vrinae copia non negetur, quae res non
ſine periculo plerumque differtur. Pedes quoque eorum poſt viam eruendi [i] ſunt
diligenter, ne quid luti vel ſordium in articulis baſique [l] permaneat. Vnguento etiam 28
confricandi ſunt, quo vngulae nutriantur, et [m] medicaminis beneficio ſubcreſcat
quod itineris attriuerat iniuria [n]. Allii capita tria, rutae veteris [o] faſciculum, alumi- 29
nis ſciſſi [p] et cribrati vncias 6, axungiae veteris pondo 2, ſtercoris aſinini recentis
manum plenam, quibus commixtis atque decoctis domi, vt volueris in itinere vteris
ad veſperam. Praeterea aliud quod vngulas nutrit et firmat. Picis liquidae libras 3, 30
abſinthii libram 1, allii capita 9, axungiae libram 1 [q], olei veteris libram ſemis, aceti
acrioris [r] ſextarium vnum, vniuerſa contundes et miſces, et [s] decoques, et ex eo co-
ronas vel vngues animalium confricabis. De palatis [t] ſingulis menſibus minuente 31
luna ſanguis detrahetur. quo facto [u] ſi qua eſt [x] capitis paſſio releuatur, et ciborum
faſtidium tollitur. Oportet autem ferramento conciſorio [y] animalium ſoleas ramu-
lasque [z] purgari, quod euaporat atque refrigerat, et fortiores vngulas reddit. Si 32
animal domi foriſque [a] perfrixerit, calidioribus vnguentis, quae multa ſunt, lumbi
eidem confricentur et cerebrum, potionibusque [b] et pigmentis, et herbis, quarum
feruentior eſt vis, per os continuo oportet infundi, vt perfrictionis [c] incommodum
euincatur atque pellatur. Nam ſi in viſceribus permanſerit algoris iniuria, diuerſos,
periculoſosque procreat morbos. Si vero dierum canicularium tempore aeſtu [d] 33
animal fatigabitur, vel aquis frigidis eſt perfundendum, vel in mare flumenue mit-
tendum, frigidis etiam potionibus recreandum, vt neceſſitati laboris aut [e] temporis
aptior medicina ſuccurrat. Sed in equis non ſolum vtilitas, verum etiam decoris
ratio ſeruanda eſt. Nunquam itaque niſi neceſſitas paſſionis exegerit, de articulis
reſecandi ſunt cirri. Naturale enim [f] ornamentum pedum natura [g] in illis conſti- 34
tuit. Ceruicem etiam ipſam diligens [h] debet ornare tonſura. Multi enim ſicut
curu-

x) *ſolenniter admiſta* S. M. y) *ſemodium* S. M. z) *per pl. di.* om. S. M. a) *vno et viginti diebus* S. M. b) *de* S. M. c) *euertit* S. M. d) *colliges quantas poteris, et lotas minutatim cotidie cum hordeo commiſce, et praebes* S. M. e) *ferragines* F. *ad inuicem cum farragine* S. M. Rectum videtur farraginis, h. e. frugum viridium miſcendarum: harum iubet proportionem ſupra propoſitam obſeruari. f) *faſciculi, tritici et* S. M. g) *commixta* S. M. h) *Procurandum autem in longa via iumentis ne vrinae copia denegetur* S. M. i) *abluendi* S. M. forte verum *eluendi*: quin ipſum *eruendi* ad purgationem referri poteſt magis ſolicitam. l) *baſibusque* S. M. m) *vt* S. M. n) *Quod eſt* inſ. S. M. o) *viridis* S. M. quod probo, vt 1, 57, 1 *viridis apii.* p) *tunſi* S. M. q) *libras tres* S. M. r) *acerrimi* S. M. s) *et* om. S. t) *palato* S. M. u) (*et*) inſ. S. x) *fuerit* S. M. y) *ociſſorum* S. M. z) *vngulasque* S. M. a) *vel foris friguerit* S. M. b) *potionesque ex pig.* S. M. c) *frigiditatas* S. M. puto *frigiditatis* gloſſema. d) *aeſtu* om. S. M. e) *et* S. M. f) *autem* S. M. g) (*ipſa*) inſ. S. h) *diligenter* S. M. i) *clitella.*

curulibus [i], ita et ſellaribus iumentis preſſius [l] colla radunt. Quae res licet prae-
35 ſtare creditur [m] augmentum, tamen ſub honeſto ſeſſore deformis eſt. Alii ita ton-
dent, vt arcum videantur imitari. Nonnulli [n] Armeniorum more crines [o] aliquos
in tonſura ipſa per ordinem derelinquunt, ſed gratiora ſunt quae translata de Perſis
poſterior vſus inuexit [p]. Nam media iuba ad omnem accurationem ex ſiniſtra par-
36 te tondetur, a dextra vero omnino inſecta ſeruatur. Et neſcio quo pacto plurimum
deceat, quia illud quod naturaliter laudat [q] Vergilius [r], imitantur:

*Denſa iuba, et dextro iactata recumbit in armo.*

Quod ſi bicomis fuerit, vt vulgus appellat, mediae ceruicis ſetas aequaliter oportet
attondi [s], ita [t] vt tam dextri quam ſiniſtri limitis continuata ſerie iubae relinquantur [u]
37 intactae. Quod nihilominus inuentum conſtat a Parthis, quibus conſuetudo eſt
equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire. non enim circulis atque
ponderibus praegrauant, vt ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos, quos vulgo
Trepidiarios, militari verbo Tottonarios [x] vocant, ita edomant ad leuitatem, et quae-
38 dam blandimenta vecturae, vt Aſturconibus ſimiles videantur. In ſicco itaque
aequalique ſolo quinquaginta paſſus in longum, et quinque in latum plenis cophi-
nis digeritur per ordines creta, ad ſimilitudinem ſtadii, quod aulicibus [y] aſperius ſit,
tum difficultate [z] coronam velocitatis optantibus ingerit, in quo ſpatio [a] cum equus
frequentiſſime exerceri coeperit, in illos aulices neceſſario offendit [b], et priores et
poſteriores vngulas impingit, et aliquando vel cadit, vel ſic [c] offendit, vt cadere
videatur, poſt quod admonitus [d] iniuria, tollit altius crura, et inflectione [e] genicu-
39 lorum atque gambarum molliter vehit. Praeterea minutos greſſus [f] imitatur, vt [g]
inter aulices [y] vngulas ponat. nam ſi extendere voluerit, offendit [h] in cumulum.
Minutim autem equus ambulans commodius vehit, et pulchrius videtur incedere.
Potiones etiam hiemales aeſtiuasque conſcripſimus, quibus aut conſeruetur [i] ſani-
tas perpetua, aut vehemens [l] aegritudo pellatur [m].

LVII. DVM aeſtus [a] incanduit, haec potio animalibus commoda [b] eſt, quia
humectat et refrigerat: Croci vnciam [c] vnam infundes in vino veteri, draganti vn-
cias tres infundes in aqua calida, his adiunges faſciculum viridis porri 1, item faſci-
culum viridis [d] apii, herbae portulacae ſucci heminam, lactis caprini ſextarios tres,
oua ſeptem, olei roſei libram, mellis vncias 3, paſſi ſextarium 1, vini veteris quod
ſufficiat. ex quibus omnibus diligenter commiſtis atque contritis, ad cornu per tri-
2 duum ſextarios ſingulos animalibus dabis. Alia quoque refrigeratoria potio: Vini
veteris

i) *clitellaribus* S. M. *currulibus* edd. l) *ſtudioſius* S. M. Sed *preſſius* rectum. *Preſſius putare vitem* Pallad. Nou. 9. m) pro *credatur*. n) *Nonn. Ar. more*. om. S. M. o) *cirros* S. M. p) *introduxit. Nam a ſiniſtra parte medietatem cirrorum tondere iubent: a dextra vero omnes intactos ſeruant.* S. M. q) *laudatur Virg. imitatur* F. S. nobiſcum S. M. r) Georg. 3, 86. s) *tonderi* S. M. t) *quod tam dextra quam ſiniſtra* S. M. u) *relinquatur* S. M. qui et totam ſ. 37 omittit, et ſtatim haec ponit: *Parthi, cum primo equitant pullos, vadunt cum eis in ſiccum aequalemque ſolum, cuius longitudo ſit 50 paſſuum, latitudo 5, vbi ſit creta ad modum ſpatii.* x) poterat aliquis ſomniare aliquid de Gallorum *trotter* et noſtro *troſſen*: Sed Freſnius in Gloſſ. voc. trepidier, *Guttonarios* legi vult hic et 4, 6, 7 ex emendatione Salmaſiana ad Capitoli. Maxim. p. 13 Hack. quo loco copioſiſſime de hoc argumento. y) forte *aulacibus αὔλαξι ſulcis.* z) quid ſi *difficultatem?* a) *loco cum pullus* S. M. b) *offendit* om. S. M. c) *ita offenditur* S. M. d) *monitus in initia* S. M. e) pro *inflex.* f) *ingreſſus* S. g) *et crura applicat, cum in terram* S. M. h) *offenditur, in quo magis minutatim equus ambulat.* S. M. i) *ſeruetur* S. M. l) *veniens* S. M. m) *appellatur* S. [C. LVII.] Conf. 4, 28, 31. a) *aeſtas ferueſcit* S. M. b) *vtilis* S. M. c) *vncias tres* S. M. d) *apii virginis* S. M.

e) *ſucci*

veteris ſextarium, olei libram ſemis, oua tria, ſucci coriandri cyathum I, lactucarum [e] cyathum I, ſollerter admiſces [f], et in tres diuides partes, daturus per triduum iumentis aeſtuantibus ſalutare remedium. Tamen [g] eo momento quo potionem defuſurus es, per ſingula animalia ſingulas heminas aquae frigidae et recens ſumtae potioni debes adiungere.

LVIII. HIEME quoque potio iſta praebetur: Vini veteris ſextarios 3, olei ſelibram, piperis vnciam I, rutae viridis vncias 6, cerefolii [a] viridis vel ſeminis ipſius vncias 3, draganti vncias 3, ſeminis feniculi vncias 3, baccarum lauri vnciam I, mellis vncias 6 [b], oua quot volueris, et paſſi quantum vſus exegerit.

LIX. VERE [a] vero et autumno haec detur potio. Coſti ſemiunciam, caſſiae fiſtulae vnciam [b], Celticae [c] ſemiunciam, petroſelini ſemiunciam, betonicae ſemiunciam, glicericae [d] ſemiunciam, ſagapini ſemiunciam, ſpicae Indicae ſemiunciam, ſaxifragae, eupatorii, meliloti, iris Illyricae, ana ſemiunciam, centaureae, gentianae, ariſtologiae [e] longae, ana vnciam I, amomi, ariſtologiae [e] rotundae, ana ſemiunciam, ſcinoanthos [f] ſemiunciam [g], aſari, aloë, ana ſemiunciam, murrae vnciam, opopanacis [h], radicis draconteae, ana ſemiunciam, croci vnciam, draganti vncias 6, caſtorei vnciam, abſinthii Pontici faſciculos 2, haec omnia in puluerem redacta ad XII animalia [i] per triduum ſufficere creduntur, ita vt cum vino optimo digerantur [l].

LX. (ALIA [a] potio, quae omni tempore exhibetur.) Coſti, meliloti [b], hyſſopi, iris Illyricae, ariſtologiae, ſampſuci, dracontii [c], aſari, draganti [d], centaureae minoris, marrubii, gentianae, ſpicae Celticae folia, aequis ponderibus miſces [e], redactaque in puluerem cernes. ſed ſi aeſtiuam dare volueris potionem, commiſces croci, mellis, et draganti quod ſufficiat. Si [f] autem potionem facies hiemalem, addis ſeminis piperis, appii ſeminis, et ſeminis ſinapis. Vtroque autem tempore cum [g] boni vini ſextario plenum cochleare miſcetur, faucibusque animalium diffunditur.

LXI. DE vrinae difficultatibus ordine ſuo multa dicenda ſunt, ſed viatorium [a] iſtud, et phyſicum, et ſemper paratum te ſcire conuenit. Lutum [b] ex cuiuſcunque equi lotio factum vino permiſces, colatumque per nares infundes, et confeſtim prouocat vrinam. Item allium conteres et in anum [c] iniicies et veretrum, mox egerit lotium. Item, puluerem quoque thuris cum ouo vinoque permixtum, addito ſucco apii et caulium, ſi potionem [d] dederis, prouocabit vrinam. Item, betas ac 2
maluas ad tertiam decoques, ex quibus aquam calentem ad medium ſextarium cum melle commiſces, et per os digeres [e], proderit minctioni. Item, cimicem quoque

e) *ſucci lactucae S. M.* f) *commiſces S. M.* g) *addendo hora, qua datur potio, heminam aquae frigidae S. M.* [C. LVIII.] *Conf.* 4, 28, 30. a) *caepullae S. M.* b) *duas S. M.* [C. LIX.] a) *Vere — potio* om. *F.* Sed habet *S.* notatque in alio *Mſ.* ea abeſſe. Scilicet importunum lemma verba auctoris extruſit. b) *hemiunciam S. M.* c) *ſunſuci ſpicae Indicae, ſaxifragae ſemiunciam, ſcinoanthos* etc. *S. M.* d) pro *glycirrhizae.* e) pro *ariſtoloch.* f) pro *ſchoenuanthos.* g) (*Dragunteae ſemunciam*) inſ. *S.* h) *opop. radicis ſemiun. opopantis vnc.* I, *dragantidis vnc. ſeptem, caſt. ſemiuncias S. M.* i) *coclearia S. M.* l) *miſceantur.* [C. LX.] a) *Alia — exhibetur* om. *F.* Vid. cap. 59 no. *a.* b) *mellis loti S. M.* c) *Dragunteae S. M.* d) *dragatidis S. M.* e) *miſcens pulueriza. et ſi aeſtate dare S. M.* f) *Et ſi in hieme S. M.* g) *potum S. M.* [C. LXI.] Compara 3, 15 vbi diligentius iſta tradi videntur. a) *in adiutorium iſtis phyſicum remedium ſemper S. M.* b) *potum S. M.* c) *naribus S. M.* an aliquis legit *natibus?* d) *potione S. M.* Malis forte *in* vel *cum potione.* e) *ad cornu dabis ſlatim* (pro *ſtatim*) *confert S. M.*

que viuum [f] in aurem equi mitte, et alterum [g] ſupra naturam in ipſo foramine quo mingit confrica, facillimum certumque remedium eſt.

LXII. ITINERVM caſibus ſubuenire cupientes, de pluribus [a] pauca, ſed manifeſta libabimus [b]. Nam animalia ſub ſeſſore [c] vel onere dolor ventris frequenter affligit [d], vt volutentur et procumbant. Semen itaque rutae ſilueſtris vel hortenſis, ſi illa defuerit, diligenter tritum cum vino calido per fauces oportet infundi. Praeterea aquam in qua vſque ad tertiam betae decoctae ſunt, ſuccumque earum nitro trito ſollerter [e] admiſces, oleique addes heminam, tepefactaque in inteſtinum per clyſterem diffundes, cum prius pronum [f] animal ſtatueris, vt iniectum ad in-
2 teriora perueniat [g]. quae ſi forte defuerit [h], mel coctum cum tertia parte ſalis triti cogis [i] in pilulas, ita vt collyria ad oui magnitudinem facias, ſimiliterque prono animali in inteſtinum vel quinque, vel ſeptem, aut nouem collyria inſerere curabis. poſt [l] ſoluitur venter et mitigatur dolor. Item [m], phyſicum traditur os [n] limacis neque manu immunda, neque terra, neque dente contactum alligare vmbilico dolentis curare continuo.

LXIII. PLERVMQVE dorſum animalibus aut ſarcina [a] laedit, aut ſella, propter ſtramenti [b] negligentiam vel oneris iniuriam. quod in itineribus interdum neceſſe eſt euenire, ſed recens tumor hac ratione curatur [c]: mallonem ceparum vel ipſas cepas in feruenti aqua decoques, et calentes quantum corium valet ſuſtinere, tumori ſuperimpones, et faſcia ligabis. vna nocte omnis aufertur inflatio. Praeterea ſal tritum cum aceto miſcebis, additoque vitello oui, loca quae tumere coeperint perfricabis, recens indignatio deſtricta [d] ſiccabitur.

LXIV. CVI [a] curae eſt animalium ſalus, potionem ſuperius declaratam, quam ſpecierum numero diapenten [b] Graeco vocabulo nuncupant. Gentianae, ariſtologiae, murrae, baccarum lauri, raſurae eboris, paria pondera diligenter trita atque permixta, domi, ſiue in itineribus prius condita [c], habere oportet in promtu, vt quoties [d] moeſtum aut horridum videris animal, aut morbi alicuius labe tentatum, ſtatim plenum cochleare ex puluere memorato cum ſextario vini optimi per fauces diffundas, et per triduum, etiam [e] equo in labore conſtituto, digeras, vt ad-
2 verſus virus internum ſubueniat. probata curatio. Tuſſienti autem cum paſſi heminam dabis, et ſtatim ſentiet curam. Si liber, cui iam ponendus eſt finis, legentium non offendit auditum, ſequenti volumine inchoantes a vertice vſque ad vngulas ex diuerſis auctoribus enucleatas animalium publicabimus curas, vt ordo, qui a [f] natura datus eſt, in medendi [g] diſpoſitione ſeruetur, ne indigeſta ac membrorum conſequentiae repugnans pagina quaerentem confundat, aut tardet.

f) *viuum* om. *S.* g) *in foramen virgae. Certum remedium eſt. S. M.* [C. LXII.] a) *plurimis S. M.* b) *dicamus S. M.* c) *ſeſſione S. M.* d) (*ita*) inſ. *S.* e) *ſolerter S. ſolenniter S. M.* f) vid. 1, 45, 3. g) *decurrat S. M.* h) *defuerint S. M.* i) *reducis S. M.* l) (*quod*) inſ. *S.* m) *item* om. *S. M.* n) *oſſiculam* vocat *Plin.* 29, 6 *ſ.* 36 vbi laudat Harduinus Marcellum. Locus eſt To. 2. *p.* 252, *b.* *H. Steph. Limacis,* inquit, *calculum, quem in capite habet, tolle, quod non facile facies, niſi ei, dum in via repit, caput ſubito abſcideris.* Debeo haec loca Cl. Platnero. [C. LXIII.] a) *ſigma S. M.* an *ſagma?* b) *ſternentis S. M.* recte. c) *pellatur S. M.* d) *aſtricta S. M.* [C. LXIV.] a) *Potio diapenton, nominata ſuperius in capitulo morbi tumidi, praeterea haec eſt S. M.* b) pro *diapente.* c) *dicta S. M.* d) (*aut*) inſ. *S.* e) *in lab. conſt. equo dabis S. M.* f) *antea S. M.* g) *praeſenti expoſitione S. M.*

# VEGETII RENATI
## ARTIS VETERINARIAE
## SIVE
# MVLO MEDICINAE
## LIBER SECVNDVS.

### PROLOGVS.

Mvlo medicinae ars iamdudum vitio cupiditatis, et exiguitate mercedis,
nullo ſtudioſius [a] diſcente, collapſa eſt. Numquid [b] vero exemplo Hunnorum
ſiue gentium aliarum artis ipſius etiam vſus intercidet [c], dum homines refugientes
expenſas, barbarorum conſuetudinem imitari velle ſe ſimulant, et incurata animalia
hibernis paſcuis, et negligentiae [d] caſibus dedunt? Quae res nulli compendium [e], 2
plurimis attulit damnum. Primo quod Barbarorum [f] animalium aliae [g] naturae, et
ad omnem iniuriam durius corpus eſt. Deinde quod ſic inſtituuntur a paruulis, vt
nec potionem medicinalem requirant [h], et hibernis paſcuis vigeant [i], ac ſine perni-
cie frigora pruinaſque [l] ſuſtineant. Noſtra vero iumenta et mollioris generis ſunt, 3
et tectis frequentioribus aſſueta, calidiſſimis etiam ſtabulis imbuta, cum indignatio-
nem ex aliqua neceſſitate contraxerint [m], continuo [n] in aliquod genus incidunt
morbi. Diligens itaque paterfamilias [o], cum mortibus animalium ſuorum et cum
medicinae expenſis atque mercedibus faciat rationem, intelliget, vnius viliſſimi iu-
menti pretium ad multorum, quae ſine dubio peritura ſunt [p], ſi curata non fuerint,
ſalutem poſſe ſufficere.

### CAPVT I.

In vniuerſo animantium genere caput obtinet principatum, quod eminentius caete-
ris, dominatum quendam circa loci [a] ipſius conditionem ſortitur. In eo eſt odor,
guſtus, auditus, ac viſus: quod quantum habet poteſtatis, tantum ſuſtinet ex labore
diſcriminis. Cauſas itaque ex quibus aegritudines generentur, et ſigna, per quae 2
qualitas eorundem poſſit agnoſci, curas etiam, quarum medela ſanitas reuocetur, per
ordinem indicare tentabimus. Plerumque autem in corporibus iumentorum indi- 3
geſtionis vitio ſanguis [b] corrumpitur: quod euenit cum ex [c] aeſtu vel frigore debili-
tata ſunt membra, et in [d] capite frixus ſanguis vertitur in virus. tunc enim repletis
venis

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

[LIB. II. Prolog.] a) *ſtudio finis S. M.* b) *nuper S. M.* c) *intercidit S. M.* d) *negligentibus calonibus S. M.* e) (*ſed*) inſ. *S.* f) *Barbaricorum S. M.* g) *alia natura S. M.* h) *inquirant S. M.* i) *degant S. M.* l) *niuesque S. M.* m) *ſuſtinuerint S. M.* n) *continuo* om. *S. M.* o) forte inſ. *ſi.* p) *eſſent S. M.* [C. I.] a) *ſubiecta loci ipſ. conditione S. M.* b) *ſanguinis plenitudo S. M.* c) *ex* om. *S. M.* d) *noxii ſanguinis virus in caput ſe rapit S. M.*

venis cerebri membrana diſtenditur, et ſomni ſalubritatem [e] frequenter excludit. Ex quo neceſſario dolor capitis, moeſtitia, et imbecillitas ſubit [f]. Quae valetudo et prima videtur, et leuior, ſi velox medicina ſubuenerit.

II. CAETERVM cum noxius ſanguis membranam cerebri et [a] ex vna parte pertuderit, et eandem [c] dolore nimio coeperit praegrauare [b], efficitur animal appioſum [d]: cuius et mens hebetatur, et viſus. Nam cerebri incolumitas et oculos paſcit et ſenſus. In qua paſſione quia vna pars capitis praegrauatur, tanquam ad molam [e] vadit in gyrum.

III. CVM vero medium cerebrum corrupti ſanguinis virus infecerit [a], animal freneticum redditur, vt repente ſaliat, et velut [b] effugere velit, parietibus [c] ſe tanquam irregibilis impingat, nec poſſit ratione aliqua contineri.

IV. CARDIACVS [a] is eſt, cui cor dolet. Cardiacus [b] autem fit, quoties ſanguinis illa corruptio ſtomachi vel [c] thoracis impleuerit venas, cerebrumque [d] percuſſerit, cor etiam peſtiferi humoris labe conſtrinxerit [e]. Quae valetudo inducit [f] mentis alienationem, et corporis ſudore monſtratur, ex quo [g] difficillime liberatur [h].

V. QVOD ſi appioſum [a] ſimul paſſio thoracis inuenerit, facit [b] continuo rabioſum. Ex ardore enim nimio iecinoris et ſanguinis, venae cordis neruique praefocantur, ex qua conſtrictione fit dolor ipſius loci vſque adeo, vt mordendo ſe comedat.
2 Ex quibus valetudinibus ſi animal fuerit liberatum, et poſt curationem aliqua pars cerebri fuerit imminuta, vel tumor ſubcreuerit, ineptum iumentum, pigrumque redditur. et in [c] illa parte capitis vbi vitium remanſit, difficile ſe gyrabit, et ex eo
3 latere ſe parietibus iungit, et tarde incedens, non ſentiens plagam, ambulaturae [d] gratiam perdit, et [e] erit ſubmiſſo capite, et cum ſtare coeperit cum tarditate ſe mouet, minus etiam videbit, nec cibum nec potum recuſat. Quem ſi curare volueris, cyclo [f] curabis. In omnibus [g] ſupra ſcriptis valetudinibus, primum [h] de temporibus minuendus eſt ſanguis, ſed et de matrice aliquando tollendus. Cura autem pene omnium ſimilis [i] eſt, cuius ordinem ſequentia declarabunt.

VI. MEMINERIS autem omnes valetudines capitis, praecipue veteres, periculoſas, cyclo oportere curari. Cui haec obſeruantia et ordo eſt adhibendus: Triduo ab hordeo abſtinebitur [a] animal, temperabitur etiam mollibus cibis, poſt diem tertiam de dextra ac [b] ſiniſtra, prout aetas aut vires, vel valitudo permiſerint, de
2 matrice ſanguis auferetur. Quo facto, per triduum viridi [c] cauliculorum ac lactucarum ſuſtentabitur cibo [d]. Primo vno die a cibo eum [e] ſuſtinebis et aqua. nouo autem die offas caulium cum liquamine et oleo optimo temperatas non minus viginti digeras, cui nihilominus lactucam dabis in cibo ter [f] in die. poſt potionem bi-
3 bere ſemper incipiat. Si vero venter vehementer [g] ſolui inceperit, caulium offas

dare

e) *ſalubritas fr. excluditur S. M.* f) *ſubſequitur S. M.* [C. II.] a) *et om. S.* b) *eadem S. M.* c) *praegrauat S. M.* d) *opioſum S. M.* e) *vti equum aut mulum rapit S. M.* [C. III.] a) *infeſtauerit S. M.* b) *velut* om. *S. M.* c) Hinc ad fi. om. *S. M.* Vid. *c.* 4 no. *h.* [C. IV.] a) *Cordiacus F.* om. *S. M.* b) *cardica S. M.* pro morbo igitur vel paſſione poſuit. c) *et S. M.* d) *cerebrum concuſſ. S. M.* e) *perſtrinx. S. M.* f) *inducit S. M.* g) *qua S. M.* h) Hic ponuntur omiſſa *c.* 3, no. *c.* [C. V.] a) *opioſum S. M.* b) *conti. rab. efficitur S. M.* c) *illa pars S. M.* d) *ambulans grauiter pergit S. M.* e) *et* om. *S. M.* f) *ex cyclo et helleboro cur. S. M.* g) (*autem*) inſ. *S.* h) *prius S. M.* i) *eadem S. M.* [C. VI.] a) *abſtinebit S. M.* b) *aut S. M.* c) *iure S. M.* d) *et poſt. S. M.* e) *et aqua abſtinent. nouo iam die S. M.* f) *ita vt ſecunda die S. M.* g) *vehementius S. M.*

h) *ſea*

dare deſiſtes: ſed [h] dabis paleas et [i] furfures, ita vt ſequente die penitus nihil man-
ducet, ſed ſolam aquam percipiat ad bibendum, ac poſtero [l] die inducatur in cellam
balnei calidam, et ſudet. Opus eſt autem diligentia vt reducatur [m] celeriter de ca- 4
lore, ne interclufo ſpiritu pereat: tunc extergetur [n] diligenter, vinoque et oleo lar-
giter perfricatus, accipiet cum [o] nitri puluere folia rafani conſperſa, quantum com-
modum eſt. Poſtmodum cum radicibus cucumeris aſinini viridis minutatim conci- 5
ſis oleum optimum miſces, et in vaſe nouo ita decoques vt tertiam perdat. ex quo
ſingulas heminas per capita animalium per triduum dabis, vt potio ventrem reſol-
vat. Sed ſi vltra modum fluere coeperit, lenticulam et hordeum pari [p] menſura fri- 6
ges, et de [q] his ſingulas bilibres per dies ſingulos cum furfure et paleis dabis. Quin- 7
que itaque diebus operam refectioni [r] eius impendes, et leuiter exercebis, vt [s] intel-
ligas [t] quantum vires corporis ſanitasque profecerit. Poſt haec [u] eum pro arbitrio
deſpumabis. Sequente die caput eius purgabis exorica [x], vel radice Dianaria, quam
Artemiſiam [y] dicimus: ſi haec non fuerint, ex liquamine optimo cum oleo mixto.
cuius caput pedesque connectis [z]. Cum bene purgatum agnoueris, ſoluito [a], buty- 8
rum ex oleo roſeo ſolutum infundes in nares, vt illo purgationis mitigetur aſperitas,
ita vt ſingulae cotylae ſingulis naribus infundantur. Si [b] ſupra dictae potiones non 9
ſoluerint ventrem, mellis, hellebori albi pondus vnius denarii cum hemina dulcis
vini bene tritum in potione recipiat, vel certe ſcammoniae pondus duorum denario-
rum diligenter tritae cum dulcis vini hemina ſimili ratione diffundes in fauces.
Quod ſi venter vltra modum diſſolutus diſcrimen importat, anagallicum ſucco ptiſa- 10
nae ad reſtrictionem ipſius dabis, lenticulamque et hordeum frixum, ſingulas bili-
bres cum paleis et furfure praebebis in cibo. Ad vltimum, partes quae in cauſa 11
ſunt, ſinapizabis diligenter, ſinapizatum cautere ferreo, vel quod vtilius creditur
cuprino combures, vſta curaturus ex more. Potionem quoque ex antidoto poly-
greſto [c] per dies plurimos dabis, et exercebis leuiter, et ad cibaria ipſius aliquid
per partes ſemper adiunges, donec ad priſtinam conſuetudinem reuocetur. Inſa- 12
nabiles valetudines cyclo [d] affirmantur poſſe curari, id eſt, inſani corroborari.
Caduci cyclo curati vruntur in capite: morbidi vero, dyſenterici, coriaginoſi, or-
thopnoici, ſtrophoſi, cyclo curentur in renibus.

VII. CEREBRVM plerumque diuerſis paſſionibus commouetur, quod his
deprehenditur ſignis: Ambulabit prauus [a], et frequenter offendet, et toto ſe corpo-
re commouet. Cuius iſta curatio eſt: Baccas lauri numero xx, nitri ſelibram, rutae
manipulum: quae omnia diligenter trita, cum aceto non acri [b], et oleo optimo ro-
ſaceo commixta [c], hieme calefacies, perunctoque oleo capite eius et cerebro, vel
auriculis cerebellum de lanata [d] pelle conuoluis. Quae ſi forte defuerint, farinam 2
hordea-

h) *ſed* om. S. *et* S. M. i) *aut* S. M. l) *poſtremo* S. M. m) *educatur celerius* S. M. n) *tergetur* S. M. o) *hanc potionem ex pulueris nitri, folia raphani, radices cucumeris ſilueſtris, contere et adde oleum, coque in vaſe nouo ad tertiam* S. M. p) *pariter* S. M. q) *de* om. S. M. r) *refectionis F.* s) *vt* om. S. t) *in* inf. S. M. u) *hoc ipſum* S. M. x) *exoriza* S. M. quid ſi *conyza*? Certe laudat eam in re ſimili Caelius Aurel. acut. 2, 9, 40. y) *Artemiam* S. M. z) Nimirum vt deſpumare poſſis: eadem cauſa *deiici* alias iubet, *deponi*, vel *elidi.* a) *butyro et oleo roſeo ſimul mixtis inf.* S. M. b) Hinc ad finem cap. om. S. M. c) pro *polychr.* d) *h. e.* cautere adhuc deſcripto, de quo etiam Hippiatr. Ruell. *c.* 100 p. 95, *b. venter et tempora crebro candentibus laminis exulceranda:* et p. 96, a. *Caput leniter adurendum.* [C. VII.] a) *improuidus* S. M. *Oblique graditur* Ruell. Hippiatr. 2, 102 *p.* 97, *b.* vbi idem remedium. b) *acro F.* c) *mixta* S. M. d) *lauata F. S.* nobiſcum S. M. et Ruell. Hippiatr. *p.* 96, *a.*



e) *con-*

hordeaceam reſinamque miſcebis, ex quo cataplaſma confectum [e] cerebro oportet
imponi. Praeterea [f] ceram oleo cyprino coniungis, et linteolo inter auriculas ad
3 ceroti inſtar imponis. Sed et reliquum corpus potionibus refouendum eſt. Tres [g]
fluuiatiles cancros conteres diligenter, et cum duabus vnciis ſucci caulium, addito
lactis ſextario, olei duobus cyathis, permiſcebis, et colatum per os diffundes ad
cornu. Quorum ſi inopia eſt, mellis cyathos duos, aquae calidae ſextarium I,
coquito, ex quibus paſtillos facies [h], et in aqua frigida dilues, et dabis in potum.
Praeterea ſi hieme curaueris, farinam triticeam; ſi aeſtate, hordeaceam, aquae frigidae adinuicem amuli [i] permixtam, in potione praebebis.

VIII. DE capitis dolore multi auctores [a] multa dixerunt. Cuius haec ſunt
ſigna. Tumor circa oculos apparebit, pabulum recuſabit, lingua eius et palatum
labiaque tumebunt, quanto vehementius increuerit morbus, tanto exoritur [b] amplius tumor: ambulantes toto corpore vacillant, vmbramque [c] ſuam velut odorantes
2 expaueſcunt. Cuius paſſionis ex corruptione ſanguinis naſcitur cauſa, cum indigeſtio [d] ciborum naturali meatu intercluſo, vel certe derelicto, in eas venas, quae
circa tempora ſunt, defluit [e], membranamque cerebri vitiat. Cui ſanguinem de
temporibus oportet minui, et continuo oleo acetoque permixto [f] caput largiter
3 perungi. Quod ſi hiems fuerit, hordeum pridie infundes in aquam et decoques,
calidamque [g] in ſaccellos immittes, iumentorumque caput fumentando [h] diutius
4 vaporabis. Alii auctores [a] tolli de palato ſanguinem iubent. Tunc cimoliam cretam
ex aceto infuſam, et merdam bubulam recentem cum nitro trito miſcent, et in cacabo ſuper carbones decoquunt, calidumque cerebro languentis imponunt, aceto
rigantes ne creta aſtringatur [i] ad pilos vſque cum prius calida fumentauerunt [h] ca-
5 put. Dolorem capitis prope [l] ad inſaniam iſta ſigna demonſtrant: Quoties graue
eſt, et in praeſepio ſe deponit, lacrymae frequenter oriuntur, auriculae ſtabunt,
oculi grauiores erunt, anhelitus [m] creber, aridus pilus, tremores frequentes, triſtis
aſpectus. Quem in primis ab aqua abſtinebis, ne nimium bibat; de vtraque parte
colli ſanguinem detrahes; caput ſicut ſcriptum eſt curabis.

IX. DISTENTIONIS quoque valitudo ad capitis praecipue cauſam refertur.
Cuius haec erunt ſigna. Impediente caligine obſcurabitur viſus, tremor et ſudor
2 totius corporis inſequitur. quod [a] vitium contingit ex aqua, ſi ſudans [b] iumentum
biberit: vel ex indigeſtione cibi, ſi [c] non dormiat, vel ſubſtrictus manſerit. Huic
capitis membrana diſtenditur. quae paſſio caeterarum valetudinum et fons probatur
3 et mater. niſi enim inter initia curaueris caput, vt animal dormiat competenter,
fiunt appioſi [d], inſani, rabioſi, frenetici, cardiaci. Igitur cum animal diſtentionis
aegritudo comprehenderit [e], de ceruice eidem ſanguinem tolle pro magnitudine
4 corporis et [f] aetatis. Et [g] ſi aeſtas erit, oleo et aceto caput totumque corpus pervnges, et diutiſſime confricabis, loco refrigerato et opaco incluſum continebis, ſub-

ſternes

e) *confeſtim* S. M. f) Hinc ad fin. cap. om. S. M. g) *VII* Hippiatr. l. c. h) Qui ex aqua et melle vna coctis? non videtur poſſe. i) pro *amyli.* [C. VIII.] a) *veteres* S. M. b) *creſcit amplior* S. M. c) *vmbr. — expaueſcunt* om. S. M. d) *indigeſtione* S. *M.* e) *tranſire non poſſit. cuius haec eſt cura. Primum ſangu.* S. *M.* f) *permixtis* S. *M.* g) *forte calidumque.* Neque enim aqua, ſed hordeum immitti poteſt. h) pro *foment.* om. S. *M.* i) *in pilis* S. *M.* l) *ac prope inſa.* S. *M.* m) *anhelitus — aſpectus* om. S. M. [C. IX.] a) *hoc* S. *M.* b) *ſudat ium. et* S. *M.* c) *ſi — competenter* om. S. *M.* d) *opioſi* S. *M.* e) *appreh.* S. *M.* f) *vel* S. *M.* g) Hinc ad fi. ſ. 5 om. S. *M.*

h) *ſtra-*

ſternes etiam ſtercora [h] ſicca vel paleas, vt prouocet ipſa mollities ad cubandum.
locum calidum declinabis, nam impedit ſomnum. furfure, vel paleis, vel foliis lactu-
carum reficies. praeterea potum praebebis exiguum. cum conualeſcere coeperit, 5
modicis ambulationibus exercebis. vbi idoneum viſum fuerit, ad cibaria largiora in-
fuſum [i] hordeum ad priſtinam conſuetudinem paulatim per incrementa reuocabitur.
Si die ſeptimo non profecerit, ſanguinem iterum de temporibus emittes, et caput
ſine intermiſſione curabis. Potionem [k] dabis qua ſanantur appioſi [d]: Naſturtii ſe- 6
minis, apii ſeminis, ſeminis [l] lactucae, anagallici, petroſelini, aneti, papaueris ſilua-
tici ſeminis vncias ſingulas, piperis ſcrupulos [m] 3, croci drachmam vnam. Quae
omnia bene cribrata [n] atque commixta ex aqua temperabis [o]. trochiſchos [p] facies, vt
habeant non minus quam ſingulas drachmas [q]. In [r] dieta vnum trochiſchum in aqua 7
diſſolutum per os digeres. quod quotidie oportet fieri donec ſanitas redeat. Si non
appetit cibum, ſingulos trochiſchos ſolutos cum ſucco ptiſanae quotidie praebebis.
Vinum nunquam dabis. Capitis enim valetudo ſumto mero deterior efficitur.

X. SI quod iumentum appioſum [a] fuerit, in praeſepio [b] incumbit, oculos tenſos habebit, micabit [c] auriculis, viſus caliginem patietur, et gyrat in circulo tanquam ad molas [d].

XI. QVOD ſi etiam fuerit conuerſus in rabiem, ſic intelliges: Subito [a] hin-
niet tanquam ſanus, parem ſuum appetit morſu, vel hominem, praeſepia, aut ilia
ſibi mordicans rodit: quem ſicut appioſum curabis. Prorſus abſtinebis [b] ab hordeo [c],
mollibus cibariis ſuſtentabis [d]. Praecipue tamen [e] apium viridem [f] quantum volue-
rit praebebis. Sanguinem de temporibus aut de ceruice emittes [g], loco tenebroſo 2
ſtatues, caput eidem huiuſmodi acopi [h] confectione curabis: Opopanacis libram [i] 1,
reſinae, terbentinae ana vncias 2 [l], galbani [m] vnciam 1, reſinae frixae vncias 3, maſti-
cis tritae vncias 2, olei veteris libram 1. ex hoc ei cerebrum et [n] auriculas confricabis,
oleum tamen ſolum ac liquidum in aures eius ſuffundes. cuius [o] tamen prius quam 3
acopo vtaris, ſaccellationibus caput cerebrumque vaporare te conuenit, et caput ap-
poſito cerebello [p] communire. Potiones quoque ex trochiſcho [q] ſuperius memorato
quotidie praebebis, collyrio acri inungis aſſidue vt caligo ex oculis poſſit auferri.
Quae cura ſi non profecerit, caput et tempora ſub ipſo protocomio ſemiſſe inuris 4
cauterio, quod et ſuper venas temporales facies. Plerique tamen, facies [r] ne defor-
ment iumentum, ſolo tabulare palati confecto [s], ſani fieri poſſent. Feruor enim foci
debilitatem capitis tollit, et membranam menti [t] priſtinae, ſanitatique reſtituit.

XII. ALII auctores inſanientis iumenti ardentes et ſanguineos [a] oculos et humore ſuffuſos [b], ſtantes auriculas dicunt vel micantes [c], vt ad inſtar indomitorum nec

h) *ſtramina* coni. Morg. *IV*, 12. Sed vid. Ind. v. ſterc. i) forte *infuſo hordeo.* k) *Potio etiam datur* S. *M.* l) *ſeminis — ſeminis* om. S. M. m) *vnciam — vnam quae* S. M. n) *trita* S. M. o) (*et*) inſ. S. p) pro *trochiſcos.* q) (*in die*) inſ. S. r) Hinc ad fi. cap. om. S. M. [C. X.] a) *opioſum* S. M. b) *praeſepium* S. M. c) *nutabit* S. M. d) cohaeret ſine diſtinctionis nota *c. XI* S. M. [C. XI.] Conf. Hipp. Ruell. *c.* 100. *p.* 96. a) *ſubbito F. invenies tanquam ſanum* S. M. b) *abſtinebit* S. M. c) (*et*) inſ. S. d) *fomentabis* S. M. e) *autem* S. f) pro *viride.* g) *educes* S. M. h) *apii* S. M. i) *vnciam* S. M. l) *tres* S. M. m) *galbani — vncias* 2 om. S. M. n) (*inter.*) inſ. S. o) Hinc ad fi. cap. om. S. M. p) Hipp. l. c. *caput lanata pelle conteges.* q) pro *trochiſco.* r) h. e. ne ſpecies et adſpectus deforme reddat. Conf. 1, 28, 4. s) *vſto F. M.* et S. M. quae gloſſa videtur: Verum autem *confictlo* pro *confixo* ex *configo*: *vid.* 2, 14, 4. *it.* 2, 22, 3 *et* 2, 27, 3. t) Quid ſi legamus, *membranam mentis priſtinae ſanitati.* Vid. Ind. v. *membrana.* [C. XII.] Conf. Hipp. Ruell. 2, 100. a) *ſanguinolentos* S. M. b) (*vel*) inſ. S. c) *nutantes* S. M.

d) *capi-*

nec capi poſſit, et captum [d], parietibus ſe illidens conetur [e] effugere. terram pedibus
2 fodiet, et multum flegmatis [f] ex ore profundet. quod hac ratione curatur, vt [g] aufe-
ratur ei ſanguis de angularibus [h] venis, de palato, et poſt de cruribus. a cibo [i] eadem
3 die abſtineatur et potu. Alia autem [l] die aquam frigidam dabis ei bibere. Aufe-
rantur ſtercora quae in ano eius [m] ſunt, per quatriduum continuato clyſtere, curabi-
tur venter [n], vngetur cerebrum, ſecreto collocabitur [o] loco, accipiet in [p] ſubſtan-
4 tiam [q] porros, et [r] herbam molliſſimam, aut molliſſimum foenum. His potionibus
percurandum. pulueris turis [s] drachmam [t] 1, aceti albi ſextarium 1, radicis panacis
vnciam 1, herbae ſaxifragae vncias 3 [u], ex aqua mulſa per os dabis. Lactis [x] caprini
ſextarium vnum defundis in fauces. quod ſi defuerit, ciminum ruſticum pondo duo
in puluerem rediges, additoque olei optimi vno [y] ebulo, ex aqua mulſa diffundis
5 ad cornu. Sed caeteris potio haec aptior creditur: apii vnciam 1, iuſquiami [z] vn-
ciam 1, ſeminis apii vnciam 1, ſeminis lactucae vncias 2, papaueris ſilueſtris vnciam.
quae omnia in puluerem redacta commiſces, et vnum cochlearium magnum ex aqua
6 dabis, vel ſi cibum non accipit, ex [a] ſucco ptiſanae. obſcuro et frigido et [b] laxiore
loco ſtatues, ſilentiumque praebebis vt dormiat. prius tamen oleo ac pice liquida
caput perunges, aureſque complebis, tempora etiam munies cerebellare [c] vel faſciis,
7 mirtam [d] quoque aridam conteres, et aceto oleoque miſcebis, corpuſque eius to-
tum diutiſſime confricabis. Solent conſtringi [e] et obrui ſtercore vt ſudent et dor-
miant [f]. Quibus ſi ſomnus venerit, afferet ſanitatem. Rabioſum vero iumentum
8 eadem omnia, et maiora oſtendit quam inſanum. Nam et alia animalia comedit,
et facit ipſa [g] contagione rabioſa. Plerumque etiam [h] morſibus inteſtina ſua extra-
hunt et hinniunt [i] fortiter. Quae valetudo ex nimia ſanguinis abundantia et ardore
contingit. Curatur autem obſeruatione et potione ſuperius declaratis.

XIII. CHIRVRGIA appellatur quodcunque ſecatur ferro, vel cauteriis vri-
tur. quae [a] cum ſit omnibus membris animalium, praecipue tamen capitis neceſſaria
2 eſt medicina. Quodcunque igitur iumentum in qualibet parte fregerit caput vel
nudauerit caſu, ſollicite curandum, ne indignatio vulneris in neruos cerebrumque
3 penetrando periculum generet. nec in primo medicamentis vti acrioribus conuenit,
ſed magis melle [b] curare. cum ad maturitatem venerint illa quae fracta fuerant,
oſſa [c] laxantur, tenta ſollerter [d], et mobili manu vel forficibus [e] eximito. Reliqua
fragmenta oſſis, quae aſperata ſunt, ferramentis caedito [f] atque perradito, vt car-
nem facilius inducant. nunquam enim clauditur vulnus ſi non raſeris, donec ſan-
4 guis per os ipſius reſpondeat. In quo maior eſt adhibenda cautela, quia ſolet in
locis oſſuoſis [g] et commiſſuralibus fiſtula fieri. quae [h] cum euenerit, parumper [i] in-
iuria afficit vulnus, per quod non ſanies, ſed humor liquidus emanat, nec vnquam
deducta

d) *capite* S. M. e) *niſi teneatur effugiet* S. M. f) *flatus* S. M. g) *vt* om. S. h) *iugularibus* S. M. quod veriſimilius. i) (*autem*) inſ. S. l) *vero* S. *M.* m) *ipſius* S. M. n) *purgetur venter et cerebrum, et obſcuro coll.* S. M. o) *conloc. F.* p) *ad* S. *M.* q) (*intuba*) inſ. S. r) *in herba et moll.* S. M. s) *thuris* S. t) *libram* S. M. u) *duas* S. *M.* x) *Lactis – cornu* om. S. *M.* y) forte *acetabulo.* z) pro *hyoſcy.* a) *ſuccum ptiſanae dabis* S. M. b) *et lax.* om. S. M. c) *cereb. vel* om. S. M. d) *myrrham* S. M. e) (*diligenter*) inſ. S. f) *obdorm.* S. M. g) *ipſo contactu* S. M. h) *enim* S. M. i) *ineunt F.* S. nobiſcum S. M. et Hippiatr. Ruell. 2, 100 *p.* 95, *b. Importune hinnitus edunt, et ſaeuiunt morſu.* [C. XIII.] a) *Quae omn. membris an. tum praec. cap.* S. M. b) *molliter* S. M. c) *oſſa lax.* om. S. M. d) *ſolerter* S. *ſolenniter* S. M. e) *forpicibus* S. M. f) *competentibus* S. M. g) *ſaxoſis* S. M. h) *quod* S. M. i) *paruum et incurabile efficit vulnus, quod non ſaniem, ſed humorem liquidum emittit* S. M. recte, puto.

l) *ducta*

deducta [l] cicatrice ſolidatur. Quod ſi euenerit, hac ratione curabis. Papyrum [m] 5
per ipſam fiſtulam traiicies [n], ita vt capita papyri, quae [o] extra fiſtulam eminent, ex
vtraque parte alligas [p] lino ne cadat, et diebus v, vel pluribus, donec calloſitas
fiſtulae papyri [q] diſtentione turgeſcat, et maius vulneris foramen fiat. Tunc [r] ad 6
menſuram vulneris ex fiſtulari medicamento collyrium faciens [s], exemto papyro in-
tra [t] fiſtulam iniicies, vt impleatur ex integro, plane [u] ne excidat, munies diligenter.
Poſt dies quatuor vel quinque ſoluis [x]. ſi fiſtula ceciderit, traumatico curabis, quod
vulneri ſemper immittes, donec ſpiſſa ſanies et non multa in eo loco reperiatur.
Cum autem iam limpidum videris collyrium, fac pollinem herbi [y], et thus maſcu- 7
lum tritum aequis ponderibus cum melle decoquito, et plagae ipſi imponito, per
dies plurimos quotidie curato ita, vt deprimas ipſas partes vulneris, quatinus iunctae
citius cohaereſcant [z]. Si grauiter offenderit caput, vt cerebrum vexet intrinſecus, 8
continuo de temporibus ſanguinem eidem oportet auferri, et ſpongiam aqua [a], ſi
aeſtas fuerit, oleo roſeo, et aceto aequa parte commixto capiti eius imponi, faſcia-
que connecti, et cibos virides praeberi. ſi nec ipſos appetit, quia omnem cibum re- 9
cuſat, fabam moles et conuertes in pollinem [b], farinam quoque triticeam pariter ad-
miſces, et cum mulſa per cornu ad ſubſtantiam animali tam diu faucibus eius infun-
des, donec cibos virides appetat, quos aqua marina vel ſalſa oportet aſpergi.

XIV. AVRIVM [a] vt vicinitate proxima, ita periculi non diſcrepans cura eſt.
quae ſi caſu aliquo fuerit a radice contuſa, et collectionem fecerit, eam cum matura-
verit, ſcalpello ſecato, et pus ſinito fluere. tum linis aceto acerrimo et oleo per tri-
duum, quarta die traumatico curato, donec ſanetur. Etiam ſi cartilaginem vexa-
verit, eiuſdem medicinae obſeruatione proficiet. Si vero a radice auriculae, vel 2
commiſſura capitis tumor magnus cum duritia extabit, ex foenigraeci et lini ſemine
et tritici polline cataplaſma imponito, maturatam [b] collectionem ſcalpello ſecato,
ita vt inferius plaga ſpectet, quatinus [c] humor per prona decurrat. Vino, oleo, et 3
ſale mixto infuſos [d] lemniſcos inducis, et vulnus per quatriduum fouebis, poſt trau-
matico vteris. ſed [e] difficilis cura eſt, quia fiſtulae in talibus locis frequenter oriun-
tur. quae ſi euenerint, ſupra ſcripta curatione curantur. Si tamen aegritudo vul- 4
neris vlterius etiam poſt medicamenta procedat, vicinae vrendae ſunt partes, et cau-
terio [f] in ipſis collectionibus infigenda ſunt puncta [g] vehementius, vt et cutis et
cauſa perrumpatur interior. poſt ſolerter [h] vſta curanda ſunt [i]. Non enim aurium
eſt negligenda curatio, ne ex dolore nimio generetur inſania. Primum purganda eſt 5
auris diligenter intrinſecus, vt auferatur quod dolorem mouet, aut laedit. Si nihil
inuenitur [l], ſpongiam nitro et aqua molliter infundes et dilues [m], vnamque noctem
intra auriculam infuſam ſpongiam manere patieris. Die tertio nitro et aqua calida 6
fouere incipies frequenter et diu, donec dolor recedat. Quod ſi aqua fuerit ingreſſa,
oleum

l) *ducta S. M.* melius. m) Vid. noſter 2, 26, 1. n) *inducis S. M.* o) *extra orificia ex vtraque parte alliges, ne cadat, et tribus S. M.* p) debebat *alliges.* q) *tergere* [forte *turgere*] *papyrum faciat, et nullum vuln. S. M.* r) (*autem*) inſ. *S.* s) *facies, et S. M.* t) *intra* om. *S. M.* u) *et S. M.* x) *ita quod caro infecta cadat* pro *ſoluis* habet *S. M.* y) *erui S. M.* z) *creſcant. ſed ſi S. M.* a) *aqua — fuerit* om. *S. M.* b) *puluerem S. M.*

[C. XIV.] a) Prima *ſ.* om. *S. M.* b) *maturatam — ſpectet* om. *S. M.* c) pro *quatenus.* d) *infunde, et vulnus S. M.* e) *non tamen fiſtulae S. M.* f) *cauteria S. M.* g) *bene cutis et caro rumpatur int. S. M.* h) *ſolenniter S. M.* i) *non eſt, aurium neglecta curatione, ne S. M.* l) *inveneris S. M.* m) *ſic infuſam vna nocte intra aurem manere patieris. S. M.*



n) *lippario*

oleum vetus et acetum aequis ponderibus adiecto nitro in aurem mittito, et ſuccidam
lanam ſuperimponito. Si vulnera fuerint lyparem [n] auribus inſeres et curaſti [o].

XV. QVODCVNQVE iumentum in oculis tritiacem [a] patietur, id eſt, vt
pili aliam [b] palpebram vrentes [c] lacrymas moueant, viſumque conturbent, hac ratio-
ne curatur. Non longe a pilis ab interiori parte ſcalpello plagam dabis [d] in cute pal-
pebrae, poſt forpicibus [e] per longum ad menſuram oculi faſciolam praecides, et im-
poſitis fibulis conſues palpebram foris verſus, vt oculus ſine deformitate recipiat vi-
2 ſum et gratiam naturalem. Tunc vero optimo oleo, nec non etiam muria [f] infu-
ſam ſpongiam ſuperpones, et oculum faſciabis. Poſt die [g] quinto ſoluis, tunc in-
trinſecus oculum collyrio curabis: deforis vero tetrapharmacum impones, non
3 prius fibulas ablaturus quam duxerit [h] cicatricem. Nihilominus et cadentibus fibu-
lis, collyrii cura non deerit, ne caro rurſus ſuperflua excreſcat. Sed plerique ad-
hibent cum deformitate compendium, vt partem [i] quae prominet ad menſuram na-
turae forpicibus [e] amputent, puſca [k] quae frigida ſunt propter fluxum ſanguinis
foueant, oculum collyrio intrinſecus curent, ne indignationis neceſſitate laedatur [l].

XVI. SVFFVSIO ſicut hominum, ita iumentorum impedit viſum, cuius
tria genera ab auctoribus indicantur: Stenocoriaſis [a], platycoriaſis, hypocoriaſis,
Graece pupula nominatur. Stenocoriaſis dicitur, cum conſtringitur viſus et vires
2 amittit. Quae hac ratione curanda eſt, vt [b] ſanguis de temporibus auferatur: radi-
cem quoque foeniculi, et herbam chelidoniam [c], vel rutam decoques ad tertias, et
cotidie ex ipſa aqua quantum manus patitur [d], oculus foueatur. Inunges etiam col-
3 lyrio opobalſamo [e], quod ſuffuſionibus prodeſſe conſueuit. [Aduerſus [f] infeſtantes
pilos tertia cura eſt, vt leni tenuique cauterio genae quae procreuerint [g] inurantur,
quo facto, ducta cicatrice contrahitur [h] pellis, et palpebra altius [i] eleuata a pupilla [k]
4 curſu pilorum arcet iniuriam.] Platycoriaſis [l] autem eſt, cum ſe vltra naturalem
modum pupilla diffundit, et eripit viſum, nec curari vllatenus poteſt. Nam ſicut
oui vitellus caſu aliquo diſruptus [m] in priorem formam coire [n] non poteſt, ita ſemel
5 pupilla diffuſa recipere non poteſt vſum [o] videndi. Quod euenit [p] equorum ſudore
dum membranula quae continet lumen, indignatione [q] caloris diſrumpitur: vel
certe ſollicitudo longi itineris ad indignationem iumenta compellit, aut laeſum ocu-
6 lum dominus curare neglexerit. Quod cum accidit, oculus videtur incolumis, nullis [r]
lacrymis,

n) *lipparia S. M.* verum eſt *liparem*, λιπαρήν. o) *curabis S. M.* [C. XV.] a) *tyriacem S. M.* Sed verum eſt *trichiaſin*, quod I. A. Fabricius adſcripſit et coni. Morg. *IV*, 15. b) quid ſi *alieni?* loco non ſuo et importuno enati. c) *vertentes S. M.* d) *facies in palpebra S. M.* e) *forſicibus S. M.* f) *aqua marina S. M.* g) *diem quintum S. M.* h) *induxerit S. M.* i) *pars S. M.* k) *et puſca frig. q. S. M.* l) add. *c.* 16, 3. *no. f.* [C. XVI.] a) Ita ſcilicet ſcribenda haec nomina, στενοκορίασις, πλατυκορίασις, ὑποκορίασις. Deinde poſt vltimam vocem excidiſſe videtur, *core enim*; niſi tamen totum hoc *core enim Graece pupula nominatur*, gloſſema eſt. In editis fuit *ſtenochor. plotochor. hypoch. papula.* An haec paſſionum pupulae nomina alias occurrant, non habeo dicere. Lexicis certe ſunt indicta. Apud Aretaeum Diut. 1, 7 *p.* 34, *e.* Boerh. eſt πλατυκορίη, εὖτε ἐκχέεται (ἡ κόρη vel παρθένος) πολλὸν ἐς μέγεθος. b) verbis *vt ſanguis* ſubſtit. *ſi viſus caligat S. M.* c) *celidoniam F. S.* d) (*calida*) inſ. *S.* e) *opobalſamato S. M.* f) Quae incluſimus, ea referenda ad *c.* 15 extr. obſeruatum in libro I. A. Fabricii et a Morgag. *IV*, 14. g) *procreuerit inuratur S.* h) *conteritur F. S.* nobiſcum *S. M.* et I. A. Fabr. in marg. i) ſic *S. M. alterius* reliqui. k) ſic *S. M. pupilla curſu* rel. l) ſic reſcripſi pro *platochor.* m) *disiectus S. M.* n) *redire S. M.* o) *viſum. Quod S. M.* p) *in equorum furore S. M.* q) *indignationis calore S. M.* r) *nullius S.* male.

s) *vno*

lacrymis, nullo ſanguine, nulla indignatione prodit iniuriam, ſed viſus [s] tantum
declaratur indicio, quod in pupilla ipſius imaginem tuam tanquam in ſpeculo videre
non potes. Hypocoriaſis autem a capitis humore deſcendit, et in vno oculo ſeſe [t] 7
primo oſtendit, poſtea etiam ad alterum tranſit. Intelligitur [u] autem humore vel
lacrymis. Continuo ſanguinem ei de ſupercilio, vel de ipſa parte temporum detra-
hes, fomentabis ex tepida aqua, in qua radices foeniculi decoctae fuerint cum ruta.
Praeterea inunges collyrio opopanato [x] et opobalſamato. Quod ſi inſtiteris medi- 8
cinae, per lacrymarum curſum conſueuit ſaepius caligo ſanari. Temporales quo-
que venae cauteriis inuruntur, et [y] meatum humoris excludunt.

XVII. QVOD ſi vis paſſionis intulerit cicatricem [a], diligenter attende quo
colore ſit membrana, quae appoſita [b] pupillae impedit [c] viſum: ſi auroſo [d] colore
fuerit, inſanabilem ſcias: ſi candida nimium, etiam noueris non poſſe curare ipſam.
Si vero ſpiſſa fuerit, colore oleagino [e], muco ſimilis, per paracenteſin [f] ad homi-
num ſimilitudinem, cum fuerit maturata curatur. Iumentum igitur pridie tempe- 2
rabis [g] a cibo, vel potu maxime prohibebis, in loco molli elides [h], caputque eius
et ceruicem apte collocabis. ita patentem oculum facies, vt claudere non poſſit.
deinde ab ipſa fronte paracenterium inter tunicas oculares ſubiicito, ne pupillam
tangas, aut aliquid laedas interius, ſed ipſum album de ſuperiori parte vbi hypo-
chyſis [i] poſita eſt, capitello [l] paracenterii deorſum deprimis ad palpebram inferiorem
ſubtiliter. Quod ſi depoſitum fuerit, non prius paracenterium eximas, niſi clauſum 3
oculum penicello calido diutiſſime vaporaueris. ſolet enim reſilire. Quod ſi ita eue-
nerit, reprimito, donec ita componatur vt reſilire non poſſit. Cum itaque intel-
lexeris claritatem pupillae ſine vllo obſtaculo hypochyſis, tunc eximes ferrum, et
inuenies animal videre. Curabis ſic. Ex oleo roſeo et oui albo anacollima facies, 4
lanam [m] infundes, et ſuper oculum curatum [n] impones, ac deſuper faſciabis. Ca-
veto ne ipſa die manducet, et moueat oculum agitatione maxillae; ſed tamen ſi
voluerit, bibat. Altera die ſoluis et calida fomentabis diutiſſime. deinde foeni- 5
graeci ſuccum in oculo ſubfundis [o], et rurſum anacollima ſupra dictum ſimiliter
imponis, faſciabisque. Quod cum per triduum, aut quatriduum feceris, oculum
ſoluis, et foenigraeci ſucco fomentabis [p], ex melle optimo Attico [q] vnges, donec
cicatrix ſe confirmet et oculus.

XVIII. EST [a] aliud vitium eiuſmodi, vt interdum oculo album inducat [b],
interdum limpidet: ex qua paſſione lunaticum oculum veteres nominauere. Cuius
iſta curatio eſt, vt de ipſa parte temporum [c] detrahatur ſanguis. interpoſitis die-
bus, ſub oculo nihilominus ſanguinem oportet minui. Cotidie quoque [d] calido
fomento oculum curabis deforis; intrinſecus autem inunges collyrio thermantico [e]
et acerrimo per plures dies, donec recipiat ſanitatem. Si nihil ex hac ratione pro-
fecerit,

s) *vno* S. M. t) *ſpeculum* S. M. u) *intelligun-tur F.* x) *opponacato* S. M. Verum *opopanacato.* y) *vt m. h. excludant* S. M. [C. XVII.] a) *caecitatem* S. M. *hypochyſin* liber I. A. Fabricii in marg. quod verum puto. vid. *ſ.* 2. b) *oppoſita* S. M. c) *operit* S. M. d) *aurei* S. M. e) *oleagineo* S. M. f) ſic ſcripſimus pro *paracentheſim* vbique hoc cap. g) *ſeparabis* S. *M.* h) *deiicies* S. M. gloſſa. *conf.* 2, 22, 1. i) ſic ſcr. pro *hypochiſis. hypociſma* S. M. forte fuit *hypochyma.* l) *caput* S. M. m) forte *lanae.* n) *curatum* om. S. M. o) *infundis* S. p) (*et*) inſ. S. q) *antiquo* S. M. [C. XVIII.] a) *et* inſ. S. b) *ducat ita, quod impedit viſum, quem morbum lunaticum* S. *M.* c) *temporis* S. M. d) *vero* S. M. e) *tragmantico* S. M.



f) *et*

fecerit, venas ſuperiores in temporibus ſupra ipſum locum qui ſuſtinet paſſionem, diligenter perquires et [f] inures, vt humor noxius poſſit arceri.

XIX. QVODCVNQVE iumentum in oculo habuerit ſtaphyloma, incurabile eſt: talis tamen curatio conſueuit adhiberi: De ſub oculo ſanguinem ei detrahes, et fomentabis calida cum radicibus foeniculi et rutae decocta, inunges etiam collyrio non valde acri, ſi vulnus fecerit et deplanauerit [a], ex ſucco foenigraeci fomentabis [b], et inunges collyrio leni, quod facit ad tunicas ruptas, donec ſe cicatrix cum planitie claudat [c], tunc vteris acriori collyrio, et [d] per dies plurimos, donec quaecunque pars [e] aequari poſſit ad naturae ſimilitudinem, compleaturque vt non deformetur obtutus.

XX. SI caſu aliquo animal oculum impegerit, aut confricauerit, vel ex percuſſura laeſerit et album induxerit, etiam ſi totus oculus praecluſus ſit, tamen experimentis hac ratione probatum eſt cito poſſe curari. Hederam colliges terreſtrem, et in pila mundiſſima diutiſſime [a] contundes, ſuccum exprimes, ex hoc animal in-
2 vnges: poteſtate [b] medicaminis quamuis deſperata conſumitur albugo. Sed ſi terreſtrem hederam non inueneris, ſiue baccas hederae, ſiue folia contundes, et ſuccum exprimes, et ex eo ſucco [c] inunges. Si hoc quoque difficile videbitur, aut moroſum, paululum aquae frigidae cum foliis hederae diutiſſime contundes, ſuccum exprimes, et per [d] ſiphonem ei in oculum defundis. Quod cum per dies plurimos tam mane quam ad veſperam feceris, album omne tolletur. Sed ſi vinum miſeris optimum et [e] recens efficacius curata ſanat.

XXI. ALIQVI auctores dixerunt, ſi dexter oculus ſuffuſionem ſuſceperit, vel album incurrerit, dexteram partem naris, ſi ſiniſter ſiniſtram diligenter inſpiciet [a]: in ipſa calloſitate narium [b] foramina ſubtiliſſima inueniet, quibus tenuis inſerenda eſt fiſtula, per quam ille qui curare debet os plenum vino inſufflet, vt merum per foramen illud penetret. Quo facto oculus incipiet lacrymare. Velocius autem proficiet. quia per interiores venas meri virtus ad oculum penetrat.

XXII. IVMENTVM in oculo [a] in oſſe percuſſum, ſi tumorem [b] fecerit durum, calloſum, et oſſiagini ſimilem, hac ratione eſt curandum: Deiecto animali contra cauſam ipſam cutem aperito, et oſſis ciſorio gingiuulam, vel cartilaginem vel os quod ex ſe excreſcere coeperit, caedito, vt deplanes ad ſimilitudinem partis alte-
2 rius. Si apte deplanaueris, aceto et oleo linteolis vel licinio addito, locum ipſum comples,

f) *et ibi adures* S. M. [C. XIX.] a) forte *deplanaueris*. Vulnus enim *facere* videtur ipſe oculus *vua*, hoc enim eſt *ſtaphyloma*, laborans, *deplanat* medicus. *Hoc* mihi intelligere videor etiam ex Hipp. Ruell. 1, 11 *p.* 18, *b*. et ex *Aët.* 3, 2, 34. b) *fomentis* Sph. S. c) (*et*) inſ. S. d) *et* om. S. e) *partes aequari poſſint ad naturalem ſimil. compleantur, et non deformetur obtuitus* S. M. [C. XX.] a) *diutiſſ.* om. S. b) *circa oculos oculis iniiciendo. nam eius virtute conſumetur albugo* S. *M.* c) *oleo oculos* S. M. d) *per ſipho.* om. S. M. e) *pro aqua, efficacius eſt* S. M. [C. XXI.] a) (*et*) inſ. S. b) *varia* S. M. Caeterum notabilis eſt hic locus, quia docet ductum qui lacrymalis vocatur, veteribus etiam vulgo fuiſſe cognitum. Addimus Hippiatr. 1, 11 *p.* 18, *b* Ruell. *Oculus per anguſtum quoddam ſpiraculum proluitur, quod coniunctum naribus, ad eum ducente cuniculo permeat.* Tribuitur Eumelo Thebano, cuius aetas ſi explorata eſſet, etiam de antiquitate huius inuenti conſtaret. Galenum antiquiſſimum commemorat Cl. Morgagnus Adu. anat. 1 *p.* 27. [C. XXII.] a) *oculi oſſi* S. M. b) *ſi in ipſo oculo creuerit os, cartilago vel ſimile, ſic curato. Eiecto animali in terram contrahe palpebram, et cum ferro congruo incide ſuperfluitatem illam, ita quod ſimiliter ſano: et imple locum de puluillis infuſis in oleo et aceto, non ſoluendo niſi tertia die: et ſic fac vſque ad diem quintum, donec feruor recedat. poſtea vtere tragmantico corroſiuo, aut medicamento labia cutis conſumis, quam diu limpidum vulnus aequetur* S. M.

comples, et faſciabis. tertia die ſolues, et ſimiliter curabis per dies 5, donec fer-
vor deſinat. poſt traumatico vteris. Cataſtolico quoque medicamento libraturam
cutis conſumis, quam [c] diu limpidum vulnus curetur et adaequetur. Quod [d] ſi 3
ipſum os concarnari non potuerit, tam diu cotidie eradicato [e] donec ſanguinet [f] at-
que concarnet, ita vt medicamenta congruentia vulneri imponas. Quod ſi poſt
ſanitatem cauſa eadem creſcere [g] coeperit, punctis [h] cauterio ſubtiliter vrito. Ocu-
lorum epiphora [i] infra oculum detractus ſanguis emendat, ſi vſque ad ſanitatem
melle optimo inungatur aſſidue. Praeterea prodeſt eidem paſſioni: myrrhae pon- 4
dus denarii vnius, crocodili ſtercoris ſemiunciam, ſalis armoniaci [l] ſemiunciam, ſe-
piae oſſium ſemiunciam, mellis Attici [m] cyathos 2: ex quibus omnibus tunſis atque
permixtis oculum perunges. Magnae lippitudini adhibetur tale remedium: Myrrhae 5
trogloditis vnciam 1, thuris maſculi, croci Siculi, limpidis [n] Cypriae, aeris vſti, ana
vncias 2, teres [o] ſimul, conſparges et cernes, aquae coeleſtis, et Falerni vini, mellis
Attici adiicies quantum ſufficit, in vaſe vitreo condes, et cum neceſſe fuerit vteris.
Si caſu cilium ruperit, fiſtulam [p] dabis et mannam thuris cum ouo impones. Diſcu- 6
tit cicatricem oculorum eiuſmodi compoſitio: Spicae [q] nardi vnciam ſemis, ſalis
armoniaci vncias 3, catimiae [r] vnciam ſemis, croci vnciam 1, piperis ſemiunciam,
in puluerem conuertes et vteris. Albi vitia deterget iſta curatio: Sepiae marinae 7
oſſis raſi ℈ decem, croci ℈ duos, ſalis armoniaci ſcrupulos 2, myrrhae, crocodili
ſtercoris ſcrupulos duos. Item, album ſiue glaucomata emendat, vini Aminei [s] 8
veteris ſextarii tres, gariofili ſextarius, mellis vnciae tres, quibus omnibus deco-
ctis vteris. Album tollit ſi ex humore vel percuſſura euenerit: Sandaricae [t] vn- 9
ciae 2, oſſis ſepiae combuſti vnciae 4, piperis albi ſemiuncia, ſalis armoniaci vnciae 2,
cum melle [u] permixtis. Cicatricibus oculorum medetur ieiuna ſaliua, ſi cum ſale 10
mandatur in ore, et expuatur in oculum. Sal quoque tritum cum oſſe ſepiae, et 11
ſinapis [x] agreſtis ſemine. Collyrium nardinum: opopanacis ſcrupulos 2, violae 12
vncias 2, ſpicae nardi, caſſiae, marrubii [y] ana ſemiunciam, croci Siculi vnciam ſe-
mis [z], olei ſemiunciam et ſcrupulos 4, piperis albi vncias [a] ſex, gummi ſcrupulos 5.
Item alia confectio collyrii: Aeruginem aeris et ſalem optimum aequis ponderibus 13
et aceti quantum ſufficit miſces. Neceſſaria compoſitio: rutae ſcrupulos 4, thuris 14
maſculi, ſtercoris columbini, murium, olei, croci, mellis, catimiae [r], olei roſati
ana ſcrupulos 4, diligenter trita miſcebis et vteris. Si [b] vero oculus ictu vulneris 15
inſanabilis redditur, et (vt mulo medici dicunt) canchremata fecerit [c], ne periculum
mortis incurrat, erui pollinem cum oleo roſeo et ouo ſimul immittito. Cum purga-
tum vulnus fuerit, cum melle Attico inungito. Sunt et alia multa collyria, quae 16
quia eandem vim, eaſdemque ſpecies continent, enumerare ſuperfluum duximus.

XXIII.

c) h.e. donec. vid. Ind. d) *quo* S. e) *eradito* S. M. f) *incarnari coeperit* S. M. g) *excreſcere* S. M. h) *punctim* S. M. i) Leg. *epiphoram* vel *epiphoras*. l) *albi* S. M. m) *Attici* om. S. M. n) *lapidis calcis* S. M. o) *tere et incorpora cum aqua pluuiali, vino, ſale, nitro, et melle Attico, in vaſe* S. M. p) *fiſtulis farinam thuris* S. M. Leg. *fibulam dabis* vid. ad 1, 22, 6. q) *Croci, ſalis Ammoniaci ana vn.* 11, *myrrhae* ℈ 11, *Catiniae vnc.* v, *ſtercoris crocodili* ℈ 11. *Item album ſiue glaucomata emendat vini Aminaei ſextarii* 111. *Cariophyllorum vnc. ſemis, Mellis vnc.* 111, *quibus ſimul decoctis vtere* S. M. r) forte *Cadmiae*. Oculis vtilem docet Dioſcor. 5, 84. add. 4, 11, 1. s) *amenii F. S.* t) *Sandarachae* coni. Morgag. *IV*, 15. u) *mellis vnc.* 11 S. M. x) *ſem. napii* S. M. y) *myrrha* laudatur 4, 27, 4 vid. Morga. *IV*, 15. z) [℈ *VIII*] inſ. *S.* a) *ſcrupulos* S. M. b) Hinc ad fi. cap. om. S. M. c) *fecerint F.*

XXIII. PLERVMQVE ſtrumae, vel parotides, aut ſcrophulae [a] iumentorum guttur infeſtant, et faucium tumorem [b] producunt. Nam et [c] ſubrecto [d] ſunt capite, et tanquam ab ſtranguria [e] praeſocantur. Hos [f] primum fomentis [g] calidis, et cataplaſmate ex polline hordeaceo, et reſinae vnciis [h] tribus mero valido coctis
2 curari expedit: et cum collectio fuerit maturata, ſcalpello ſecari [i] opus eſt, et quidquid collectum fuerit, emittere, et [l] aceto et [l] ſale et oleo infuſos [m] lemniſcos ſubiicere. caeteris quoque diebus traumatico [n], et medicamentis aptis ſolerter curare, ſi [o] vulnus pateat, dum ſanetur. Nam in his locis ex praecluſione cito ſolet fiſtula fieri: quae ſi euenerit, vt ſupra [p] demonſtratum eſt, papyro et collyrio poterit perſanari.

XXIV. GLANDVLAE quoque animalibus, et praecipue pullis [a], vsque ad periculum interdum moleſtae ſunt, et [b] in morbum [c] tranſeunt aliquando [d]; quae inter maxillas inferioresque fauces naſcuntur, et ad ſimilitudinem pilularum maiores [e], aliae vero minores connexae ex carne obdureſcuut, et tumorem [f] ſine doloribus faciunt. Quae inter initia perunctae oleo [g], picula perfricari ſolent, vehemen-
2 tiusque manibus corrumpi [h]. et ita velut vaneſcendo ſanari [i]. Quod ſi excreuerint amplius, deiecto animali, ita vt per medium ſecentur ſcalpello ſubtiliter, cum radicibus eximuntur, ne [k] aliqua vena tangatur. Quo facto aceto et oleo cum ſale medicamentisque [l] ſuperius declaratis ſananda ſunt vulnera. Plerique vrenda [m] dixerunt. Sed ſi parua [n] ſint, prodeſt, ceterum maiores exſecandae ſunt ferro [o].

XXV. DVM [a] caput pullorum calefecerit prima dentitio, inter [b] gingiuas atque maxillas tumor collectioque generatur, quae pullaria vocatur. Cuius [c] paſſionis tanta tenſura eſt, vt manducare vix poſſint. Sed cataplaſmatibus ſtudioſiſſime maturanda ſunt, deinde [d] ſcalpello aperienda, poſt ſale, et [e] aceto, et oleo curanda.
2 Plerique [f] etiam cum ferro exemtae fuerint glandulae, propter ſanguinis fluxum loca vri debere praecipiunt, poſt ſale et oleo octo diebus vtuntur. nec [g] non ex nitro et aqua calida diluunt. Si nitri inopia eſt, lotio calido aut lixiuio vtuntur. Deinde vinum et oleum et farinam de eruo imponunt per triduum, conſequenter de [h] vino ac oleo, et farina hordeacea, et melle percurant. Addentes [i], quaecunque plaga fuerit, aut ſtrumae, vel parotidis, glandulae quae tolluntur Lycio [k] medicamento, vulnera [l] percurari ita, vt de malis [m] granatis ſiccis puluis aſperſus, celeriter [n] afferat ſanitatem.

XXVI. [*De conficiendo collyrio fiſtulari.*] SI ex aliqua huiuſmodi [a] curatione iumentum [b] fiſtulam in ore fecerit, hac ratione curabitur: papyrum iniicies [c] in fiſtulam,

[C. XXIII.] a) *ſcrufae C.* b) *tumore producuntur S. M. tumore produntur C.* recte, puto. c) *et* om. *C.* d) *ſubiecto S. M.* e) *ſtranguilia C.* vid. 3, 15, 2. f) *Hoc S.* g) *fum. C.* vt ſaepe. h) *aeronali cocta C.* i) *ſecare pus vel C.* l) *et* om. *C.* m) *infuſo lemnisquos C. lauare S. M.* n) *tragmantico S. M.* o) *vt C. S. M.* p) *ſuperius S.* vid. 2, 13, 4. [C. XXIV.] a) *pollis C.* b) *et* om. *C.* c) *morbo C.* d) *aliquandoque inter axill. C. et aliquando S. M.* e) *altae* inſ. *C.* pro *aliae.* f) *hum. C.* g) *picula et oleo confricari C.* (*et*) inſ. *S.* h) hoc eſt, tractari, ſubigi, elidi. i) *ſanatur C.* k) *nec et in ali. C.* l) Τὴν *que* om. *S.* m) *eſſe* inſ. *C.* *vrendas* coni. Morga. *IV*, 16. n) *parui ſunt — exſecandi C.* o) Videntur hic adiungenda quae mox praecipiuntur *c.* 25, 2. quod monitum iam video in marg. libri Fabriciani et a Cl. Morgagno *IV*, 16. [C. XXV.] a) *Cum C.* b) *in gingiua atque maxilla C.* c) *Huius C.* d) *debinc C.* e) *ac. oleoque C.* f) Haec fini capitis 24 adnectenda videntur, vbi vid no. *o.* g) *nono die ex C.* h) *ac denuo farinam de vino ac farina C.* i) *attendentes cum quaeque plaga facta fuerit ſtrumi vel parotidae glandulae quae tollantur lycmo.* k) *lotii S. M. licio F. S.* ſed vid. Ind. l) *vel natura S. M.* m) *mali granati ſicci F. S.* n) *celeritatem adf. ſanitatis C.* [C. XXVI.] a) *eiusm. C.* b) *tuſſentum C.* c) Lacuna in *C.* ad

ſtulam, vt pars eius in ore extet, quam lino diligenter ligabis, ne poſſit elabi: pars
vero foris exeat, quae nihilominus conſtringenda eſt lino ne cadat. triduo [d] perma-
neat, quarta [e] die papyrum eximes, collyriumque ad longitudinem et cauaturam
vulneris ad arctum [f] fiſtulae ſubiicies, et ne forte labatur, faſciabis locum, ita vt ad
manducandum poſſit maxillas agitare: tertio die ſolues. Si fiſtula ceciderit, diebus 2
ſeptem vnguento traumatico [g] curabis. deinde collyrium ex melle et erui polline
decoctum ſubiicies ad plenitudinem foraminis diebus plurimis. Ad vltimum, ana-
pleroticum [h] ipſi vulneri medicamen imponis, donec omnis plaga, ducta cicatrice,
ſolidetur. Fiſtulare autem collyrium hac ratione conficies: aniſi [i] vnciam 1, feru- 3
lae [k] vnciam 1, aeruginis aeris vnciam 1, battiturae calcetis [l] vnciam 1, cimini [m]
ſeminis vnciam 1, teres cum aceto acerrimo, et ſecundum qualitatem vulnerum,
cum vſus exegerit, collyria formabis.

XXVII. FISTVLAE naſcuntur, quoties neruus, aut cartilago, aut os ne-
gligentia vel imperitia curantis, ex plagae alicuius tabido humore vitiatur. Tunc
enim quae [a] commeauerit, ad inſtar cuniculi, carnem indurat et incallat, et fit fi-
ſtula, quae nulla ratione ſanari poteſt, nec aliquando coire, nec ſolidari, niſi peni-
tus eximatur. Huius a diuerſis auctoribus tradita eſt diuerſa curatio. Alii enim 2
ſcalpello reſecari et aperiri iubent, et ſyringotomio [b] decarnari, medicamentisque
acerrimis conſumi, et ſic poſtmodum vulnus ad cicatricem coire. Quod cum labo-
ris ac diſcriminis habeat plurimum, minus tamen prodeſt. Alii vero cauterio 3
omnem fiſtulam inurendam, vicinasque partes eius punctis feruentibus praerumpen-
das eſſe duxerunt, quatinus per ignem calloſitate ſubmota, aſtalticis [c] medicamen-
tis vulnera percurentur. Sed melius eſt fiſtulam, ſicut ſuperius [d] declaratum eſt,
papyri iniectione curare. quia neque neruus, neque vena, neque commiſſura vexa-
tur. Nam ſcalpello vel cauterio ſaepe fit cauſa deterior, et periculum creant [e]. Col- 4
lyrium vero omnem calloſitatem fiſtulae de alto a radice eius eximit. Quod ſi os
fuerit vexatum quod oporteat radi patens vulnus, per medicamenti curam non pot-
eſt impediri. Si vero in alto tabes aliqua vel neruus aut cartilago remanſerit, ex
eodem collyrio puluerem facies, et frequenter iniicies. Omnia enim vulnera elim-
pidat atque perſanat.

XXVIII. INTERDVM ad ſimilitudinem ſynanches animalibus fauces et ca-
put interius intumeſcunt, adeo vt bibere aut manducare non poſſint. Cuius totum
et os et lingua aqua calida fomentatur, et taurino felle perlinitur. Potio autem da- 2
tur huiusmodi ad cornu. Olei veteris libras 2, vini ſextarium 1 [a] commiſces [b], no-
vem [c] quoque Caricas cum nouem capitibus porrorum decoques, et diligentiſſime
conteres;

ad cap. 28, 1. De re ipſa vid. 2, 13, 5. d) *trid. perm.* om. *S. M.* e) *alia S. M.* f) *radicem fiſt. iniicies S. M.* g) *tragmantico S. M.* h) *apoſtolicum S. M.* *cataſtolicum* videtur cogitaſſe: de quo Vid. Ind. i) *Aniſi vnc. trita cum forti aceto miſce et fac collyria pro qualitate vulnerum cum vſus exegerit S. M.* Pro *aniſi* coni. *myſi* Morgág. *IV*, 17. coll. Veg. 4, 16. k) *feculae* coni. id. ibid. l) *chalybis* coni. in márg. exempli Fabric. ſed legendum *chalcitis*. Apprime certe ea huc facit, ſi audiamus Dioſcoridem 5, 95. m) pro *cymini*. [C. XXVII.] a) *qua C.* editi male *quae. per quam S. M.* gloſſa τῆς *qua*. b) Ita reſcribere auſus ſum. Editi *ſtringotomio*, quod ortum ex *ſiringot.* quod *cum raſorio* eſt S. M. gloſſa eſt. Itaque *ſyringotomio* legendum videre ante nos I. A. Fabricius, vel ſi alterius coniecturam ille ſuo exemplo adſcripſit, tum Platnerus, et Morgagnus *IV*, 18. c) *cauſticis S. M.* Sed puto verum eſſe *ſtalticis:* quod huic rei proprium verbum eſt. *a* adhaeſit ex verbo proximo. d) 2, 13, 5 *et* 2, 26, 1. e) *creatur* ſorte leg. [C. XXVIII.] a) Hinc pergit *C.* b) *commiſcebis C.* c) *octo S. M.*

d) *quod*

conteres, et in aqua ipſa nitrum Alexandrinum tritum quantum [d] ſufficit miſces [e],
et ex his omnibus potionem mane et ad veſperum heminas ſingulas dabis, vt tu-
3 moris [f] ipſius relaxetur et mitigetur aſperitas. Manducet autem herbam viridem,
aut quod melius eſt paſcatur. Quae [g] ſi defuerint, farinam de hordeo facies, cui
nitrum admiſcebis, et ſic apponis [h]. Foenum quoque molliſſimum eliges; quod
4 nihilominus nitro et aqua conſperges. Sanguinem non detrahas, niſi forte de pa-
lato deſpumes. Cum coeperit conualeſcere, nitrum tunſum et cribratum, pulue-
res [i] de radicibus cucumeris aſinini [k] ſiluatici commiſces, et [l] vini ſextarium, co-
chlearia pulueris ipſius iunge [m], vt huius potionis vi reſoluto ventre purgetur.
5 Alii [n] auctores tumorem capitis ac linguae, vel faucium, etiamſi obdurauerit, ita
feſtinantes propter periculum curare nituntur: lapides molares plures igne ſuccen-
dunt, cum candere coeperint, caput equi cooperiunt, et vas plenum lotio ſub ore
et naribus ſupponunt [o], et per vices ſingulos candentes lapides in lotium [p] immit-
tunt, vt ille vapor ac fumus, a [q] calore lapidum concitatus, os equi et nares im-
6 pleat [r]. Nam [s] et fuſtem transuerſum, vt apertum os habeat, debet accipere.
Quod cum diutiſſime feceris, aquam marinam calefacito, vel certe ſalem in aqua [t]
dulci miſcebis, feruendoque [u] diſſolues; addito aceto acerrimo, caput eius et [x] os,
et gingiuas diutiſſime confricabis. Poſtea fimum bubulinum [y] cum acri aceto miſce-
bis, et tepefacies, ex quo caput totum [z] frontemque et labia perunges, tunc fari-
nam hordeaceam cum aqua tepida ſufficienter pro cibo dabis et potu.

XXIX. QVOD ſi ex [a] ſanguine tumor ille indignationis euenerit, ita intelliges, ſi venis tenſis obturabitur [b] halitus [c], et oculi ſanguinei apparebunt. cui de temporibus, ſi non tumebunt, aut certe de palato, ſi ibi indignatio non erit, ſanguinem oportet auferri. Cretam [d] Cimoliam duabus partibus, et tertiam partem cretae nigrae, ex vino auſtero temperabis, et dum calet [e], illinis caput.

XXX. SCIENDVM eſt autem tubera in corporibus frequenter excreſcere, quae Graeci oncomata [a] vocant. Horum variae qualitates et [b] diuerſa ſunt nomina. Steatoma [c] eſt tuber, quod in ſe adipem vel [d] pinguedinem continet. Meliceris [e] eſt tuber, in quo caro inſpiſſata [f], quomodo in verrucis, inuenitur. Aneuryſma [g] eſt tuber, in quo ſanguis conſpiratus [h] vberis venae ſimilis inuenitur. Atheroma [i] eſt tuber, in quo farinoſa [ii] congeries reperitur. Ganglion eſt tuber, quod [k] fit ex duplicatione

d) *quod C.* e) *miſcebis C.* f) *tumores — relaxentur C.* g) *quae* om. *C.* h) *adpones C.* i) *pulveri C.* k) *aſinini* om. *C.* et certe alterum alterius gloſſa eſt. l) *in vini ſext.* I *cochleare C.* m) *iunges, vt hac potione C.* n) Hinc ad fi. cap. om. *S. M.* o) *adponunt C.* p) *lotio mittunt C.* q) *a* om. *C.* r) Non diu eſt cum nidor horrendus domum aliquam impleret: interrogando ſeuere tandem compertum eſt, ad tumorem ſimilem depellendum abſciſſam ab ancilla veterem circa τὰ ἀπόῤῥητα ſilicem *etc.* Conf. Veg. 3, 7, 2. s) Damus lectionem *C.* alii: *impleat, et fuſte.* Coniectura ad eam peruenit Morgag. *IV*, 19. t) *aquam dulcem C.* u) ſic *C. fouendoque diſſoluis* al. x) *et* om. *C.* y) *bubalum C.* z) *et frontem et labra perungues. Cui C.* [C. XXIX.] a) *expletura ſanguinis*, pro *explethora C.* quod eo magis probo, quia etiam eſt in lemmate. b) *praeobdurabitur C. praeobt. S. M.* c) *auditus F. M. aditus vel auditus S. M.* d) Hinc ad fi. cap. om. *S. M.* e) *cadet C.* forte *candet*, quo verbo etiam de liquidis noſter vtitur. vid. Ind. [C. XXX.] a) *intomata F. S. ontomata S. M. oncomata C.* et recta ratio, ὀγκώματα. b) *ſed C.* c) *ſtechatoma F. S. ſtephiloma S. M.* quod memoriae haerebat librario ex *c.* 19. *ſtetatomaon C.* nobiſcum ratio et eius interpres Morgagnus *IV*, 20, quo auctore etiam *aneuryſma* et *atheroma* eo audacius repoſuimus. d) *velut S. M. C.* e) *Melicaeleps S. M.* f) *conſpiſſata C.* g) *aneutriſma F. S. aneueſma S. M.* vid. no. *c.* h) *conſpicitur vrbaris bene C.* i) *acteroma F. S. adheromata C.* vid. no. *c.* Caeterum hinc lacuna in *C.* ad *c. XXXVII.* ii) *farciminoſa S. M.* k) *quod* om. *S.*

l) *et*

plicatione nerui, ſimilis tubero cum dolore immobili. Horum omnium vna eſt cu-
ratio. Iumentum colligatum deponitur, et [l] contra [m] locum cauſae ſagitta aut 2
ſcalpello in longum dextra ac ſiniſtra pro menſura tumoris aperitur, ita vt media
faſciola cutis, quae ſupra tuberum eſt, intacta permaneat. Poſt egeſtis vel euer-
ſis omnibus, quae tumorem mouerant, medicamentis competentibus, ea quae ſu-
pra declarata ſunt, producitur ad cicatricem.

XXXI. SI iumento lingua fuerit inciſa, ſtatim cum fibulis conſuito, deinde vino lauato, poſt gallam tundito et puluerem cernito, ex eo imponis, donec ſanetur. cui dabis foenum molliſſimum conciſum, et pro hordeo furfures. Alii [a] poſtquam fibulas acceperint linguaque vino fuerit elota, mel imponendum eſſe duxerunt, vt plagam purget et curet. Ad vltimum ex malo granato puluerem iniecerunt.

XXXII. SI iumento loculamenta [a] dentium id [b] eſt gingiuae vel dentes doluerint, his [c] agnoſcitur ſignis: hordeum ſolidum glutiet, maceſcit, ſaliuarum plurimum effundit, gingiuae intumeſcunt. Cretam Cimoliam cum aceto acerrimo macerato, et calentem extrinſecus maxillis inducito, ne minus quinque diebus: gingiuas autem interius cum puluere corticis mali granati, et melle tertia die diutiſſime confricato, donec egeſta ſanie conualeſcat. Quod euenit, cum humor acrior ex capite in maxillarum defluxerit venas.

XXXIII. QVOD ſi animal iuxta collum vel molares, vel alio oris loco os fre-
gerit, vt morſum claudere non poſſit, et apertis dentibus horreat propendentibus
labris, continuo calida fomentabis, et labrum et quae ſunt diſrupta componis, faſcio-
la tenuiſſima aceto et oleo madefacta [a] diligenter vnam partem, deinde alteram
compingis ad locum, et ſimiliter faſciato, ne iterum diſſipetur: Cui et corbem [b] con- 2
ſtrictam oportet imponi, ne deprauet dentes et labia. [c] Cum ſolueris ad curandum,
manu quae ante compoſueris contineto, furfurem et farinam hordei mixta in cophi-
no ad manducandum dabis, ita vt quamdiu manducat, manus tua a loco, quem con-
tinet, non recedat. Cum iam manducare noluerit, offerto ei aquam vt bibat.
Cum biberit, curato ſimiliter, vt ſupra ſcriptum eſt. cui et ſuccum ptiſanae [d] con-
venit dari, ſi minus fortaſſe manducauerit. Quem tali obſeruatione per dies qua-
draginta curatum reſtitues ſanitati.

XXXIV. IVMENTO narium cartilago ſi corrupta ſit, et ſanguis reprimi
non poſſit, ſpongiam Aframt [a] et thuris maſculi pollinem commixtum impone ad lo-
cum qui laeſus eſt, et ſi vulnus factum fuerit in cartilagine, hac ratione curato.
Interdum animal [b] deſpumatum remiſſus ſemel de palato ſanguis non poteſt repri- 2
mi, propter quam neceſſitatem, ſicut ſupra ſcriptum eſt, in loco in quo ſagitta ru-
ptum [c] eſt palatum, ſpongiam imponis, caputque eius ſurſum conſtringe, et aqua
frigida renes cerebrumque teſticuloſque perſundis. Quae res ſi tardius ſubuenit 3
acatiam [d] nigram et thuris pollinem aequis ponderibus ex aceto acerrimo tempera-
bis, totumque caput illinies, donec ſanguis ipſa conſtrictione claudatur.

XXXV.

l) *et* om. *S.* m) *circa locum aut S. M.* n) Hinc ad fin. om. *S. M.* [C. XXXI.] Habent eadem Hippiatr. Ruell. *p.* 115, *b.* a) Hinc om. *S. M.* [C. XXXII.] a) *loca S. M.* b) *i. F.* c) *hiis F.* [C. XXXIII.] a) *(et)* inſ. *S.* b) *crumenam F. M. crumenam vel curcumam S. M.* vid. Ind. v. *curcuma.* Caeterum Hippocrates apud Hippiatr. Ruell. 2,74 *os in capite fractum ſollicitari medicamentis fruſtra vetat.* c) *Et* inſ. *S. M.* d) *(per nares)* inſ. *S.* [C. XXXIV.] Conf. Hippiatr. Ruell. *p.* 117, *a.* a) *vſtam S. M.* Penicillum aceto imbutum hic commendant Hipp. b) An Graeciſmus eſt? Debebat certe *animali deſpumato.* c) *tactum S. M.* d) *aciam S. M.*

XXXV. Mature periculum creat, cum inciſa vena claudi non poteſt in palato, ſed continuo [a] ſanguinis profluuium inhibetur, ſi aut candenti cauterio fuerit meatus ille combuſtus, et ſuſpenſum altius caput. Cum per nares ſanguis defluit, nec poteſt aliter retineri, coriandrum viridem ſufficienter tundes, ſuccumque eius expreſſum, ſubſtricto equo, naribus inſundes, frigore naturali venas protinus claudit: chartam etiam et lanam combures, ipſumque puluerem per fiſtulam inſufflabis naribus.

XXXVI. MVCORVM etiam qualitates, qui per nares effluunt, conuenit noſſe, ex quibus genus paſſionis oſtenditur, et cauſa cognita facilius curari poteſt. Mucus limpidus cotidianus eſt, et niſi nimius [a] fuerit, non debet eſſe ſuſpectus. Craſſus autem et candidus a cerebro defluit, et admonet ad medelam capitis feſtinandum. Rubens, tenuis, frigidus, veteris perfrictionis [b] prodit iniuriam. Propter quod thermanticis [c] potionibus calefieri animal oportet. Coeruleus, id eſt, fuſcus, leuis [d] ab interioribus venit; qui indicat febrem: et ideo conueniens lepti-
2 periſis [e] id eſt, piretran adhibenda curatio eſt. Craſſus autem, ſpumoſus, et pallidus, a pulmonibus naſcitur, qui ſuſpirioſos [f] oſtendit: quibus difficile, niſi feſtinatum fuerit, ſubuenitur. Fabaceus vero a glandulis ſerpit, quae celeriter aut eximendae ſunt, aut ferro curandae, ne conuertantur in morbum.

XXXVII. SAEPE ictu vulneris animalibus per nares ſanguis fluit, quod vitium cuferion [a] vocant, quod praecipue contingit, ſi equus vltra vires agatur ad curſum: omni [b] corpore oleo et aceto perungendum eſt animal, ac loco tepido ſtatuendum, cooperiendum etiam diligenter, dandaque [c] opera, vt molliter cubet, nec ad deambulandum cogatur, ſed cibo diligentius reparetur [d]. tunc erucae [e] vnciam I cum lacte conteres, et per cornu naribus infundes. Quod ſi eruca [e] defuerit, ariſtolochiae vnciam [f] I, croci ſemiunciam [g] cum vino dulci conterito, et deiicito [h] per nares. Similiter coriandri viridis ſuccum exprimes [i] et naribus infundes.

XXXVIII. SI polypus oritur in naribus, praecluſo ſpiramine ſtrangulabitur, ſtertet, humidi profluent muci, pericula [a] paſſionis plurima. haec medicina ſubuenit. Si prope polypus [b] fuerit, acutiſſimo execabitur ferramento. Curandum [c] his rebus, quibus circumciſa ſanantur. Si vero altius fuerit, cauterium plumbeum quadratum facies, ex quo calefacto polypum frequenter inures, et ſic polypum ſanas.

XXXIX. IVMENTVM ſi fuerit ſideratum, his agnoſcitur [a] ſignis. Labia eius et maxillae nec non etiam nares eius [b] deprauantur in parte [c], ita vt vix cibaria dentibus inlidat [d]. Quae etiam humoribus plena reperies, et cum voluerit bibere,

os

*v.* 125 *Καὶ δή που πόλεμοι καὶ δὴ καὶ ἀνάρσιον αἷμα Ἔσσεται* — Tum ſcquuntur ea quae euenerint, *Χαλκείη γενεὴ προτέρων ὀλοώτεροι ἄνδρες Οἳ πρῶτοι κακόεργον ἐχαλκεύσαντο μάχαιραν Εἰνοδίην, πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ᾽ ἀροτήρων Καὶ τότε μισήσασα Δίκη κείνων γένος ἀνδρῶν Ἔπταθ᾽ κ. τ. λ.* Vid. Schoettg. ad Varr. 2, 5, 4. add. Cic. de nat. Deor. 2, 63 et quos laudat Broukh. ad Tib. 2, 1, 8. k) forte *violatam.* l) *conſortium* coni. *Morg. l. c.* m) *Numen* coni. *Morg. l. c.* n) vid. no. *i.* [CAP. I.] a) *praeuidere S. M.* b) *calidiſſimum cubile muniatur S. M.* c) *Quod S. M.* d) *accommodatus atque vtilis eſt, vt peſtifer humor recedat, et frigus excellatur S.* e) *et S. M.* f) *interiora curentur S. M.* g) *calido S. M.* h) *vt S. M.* i) *Parum quoque faſtidium F. S.* nobiſcum *S. M.* l) *fricentur S. M.* m) *luculentia F. S.* nobiſcum *S. M.* n) *induc in ouile S. M.* o) *ſicut S. M.* p) *ita S. M.* q) *in S. M.* r) (*die*) inſ. *S.* s) *ſi* om. *S.* t) *ſepo* hic et al. *F.* u) *erui S. M.* x) *teras S. M.* y) *vel grauioribus fat. S. M.* z) *incipit S. M.* a) *eſt S. M.* b) *diligentiſſime S. M.* *diligentis* coni. Morg. *IV*, 25. c) *praecurare S.* d) *cibariis ſaturatos ſemper habeant S. M.* e) *Vacuum igitur S. M.*

f) *niſi*

enim aeſtiuis menſibus paſcuum ſufficit, vbi [f] frondes diuerſi generis addantur, et [g]
minuat varietas ipſa faſtidium. Hieme [h] non tantum paleis, ſed foeno quoque et
13 hordeo, et ſaepius eruo ſaginandi ſunt boues. Nullus autem vberiores ciborum
repudiabit expenſas, qui conſiderare voluerit, boum per inopiam pereuntium quam
cariora ſunt [i] pretia. Aduerſum [k] boum morbos non minor adhibenda eſt diligen-
tia quam equorum.

II. NAM equinum genus morbus qui appellatur malleus, diuerſo genere paſ-
ſionum emigrans [a] per plures contagione [b] conſumit, boues quoque idem morbus
interficit[c], ſed a diuerſis diuerſo nomine vocatur, quem plerumque vulgus appellat [d].
2 Hic morbus bouem ſi quando tentauerit, iſtis agnoſcitur ſignis; erit pilo horridus
et triſtis ſtupentibus oculis, ceruice deiecta, ſaliuis aſſidue per os fluentibus, inceſ-
3 ſus pigrior, ſpina rigidior, faſtidium maximum, pauca [e] ruminatio. Cui ſi inter ini-
tia ſubuenire tentaueris, diſcrimen euadet: ſi per negligentiam adhibeatur tardior
4 cura, vetuſtioris morbi non poteſt ſuperari pernicies roborata [f]. Inter exordia igi-
tur taedianti boui aduerſus omnes morbos potio iſta ſuccurrerit: tres ſemis [g] vncias
ſquillae minutatim conciſas, praeterea radices tenerae populi [h] effoſſas et diligenter
lotas contundes [i] in pila, et tria ex iis pondera, addito ſextario ſalis, in vini ſeptem
5 ſextarios mittes, et per ſeptem dies per os bobus ſingulos ſextarios digeres. Quod
ſi toto anno aduerſus omnes aegritudines deſperatas boues ſtagnare [k] volueris, in-
cipiente vere, id eſt ab idibus Februarii quindecim diebus continuis, hanc potio-
nem dabis omnibus diebus, quae vſque adeo ſalutaris eſt, vt approbatum ſit integro
6 anno boues ſic curatos nullius morbi contagione tentari. Talis etiam compoſitio et
morbis reſiſtit, et vires animalium firmat: folii caprinis [l], folii mirti ſilueſtris [m], fo-
lii [n] cypreſſi ana vncias tres [o] diligentiſſime deteres, infundes in congium aquae, et
vna nocte ſub diuo manere patieris, et inde [p] vnoquoque boue tepefacto per tri-
duum ſingulos ſextarios dabis. quae potio ad ſtagnanda animalia quater in anno fa-
7 cienda eſt vltimis temporibus veris, aeſtatis, autumni, et hiemis. Morbos aegritu-
dineſque depellit. tres vncias baccarum lauri, gentianae, ariſtolochiae longae, myr-
rhae [q], betonicae diligentiſſime detere, et miſce cum mero, ex quo trinas heminas
8 triduo iugiter iumento per os dabis. Spicae [r] quoque allii tritae, cum vino quoque
per nares infuſae purgant capita iumentorum. Oua cruda cum melle iumentorum
faucibus inferuntur, atque ita [s] faſtidium ac nauſea diſcutitur. Expedit tamen ſa-
lem pabulis miſceri, marrubium quoque tritum mane cum oleo vinoque diffundere.
9 Thuris puluerem cum mero ſiue per nares inieceris, ſiue per os dederis, prodeſt.
Nec minores medicinae bobus horum [t] copia ſubminiſtrantur. Nam porros, rutam,
apium, et herbam ſabinae [u] ſi quis large deterat, et miſceat vino, ternasque hemi-
10 nas praebeat ad potandum aegrotantibus ſubuenit. Plurimique caulem vitis albae
conciſam

f) *niſi S. M.* recte. g) *et — faſtidium* om. *S. M.* h) (*autem*) inſ. *S.* i) forte *ſint.* k) caput ſecundum ita incipit, *Contra morbos boum non minus adhibenda eſt diligentia, quam equorum S. M.* [C. II.] a) *migrando S. M.* b) *contagiones S. M. Si contagione* verum eſt, iunctim legendum *per-plures.* c) *conſueuit interficere S. M.* d) (*achanum*) *S.* e) *parua S. M.* f) (*Potio contra omnes morbos boum*) inſ. S. quod lemma fuit. g) *ſemis* om. *S. M.* h) *popinum F. S.* nobiſcum *S. M.* et Morgag. ex *Veg.* 3, 75. i) repoſui pro *contondes.* iuſſu etiam Morg. *l. c.* k) *praeſeruare S. M.* alterum alterius gloſſa. l) *capparis S. M.* m) *ana vncias* III inſ. *S.* n) *foliis S.* o) *ſex S. M.* p) *ieiuno boui tepefactum S. M.* q) (*enulae*) inſ. *S.* r) Conf. Colum. 6, 4, 2. s) *ita — diſcutitur* om. *S.* culpa typographi. t) conieceram *hortorum.* Sed *horti S. M.* u) *ſaninae* edd.

x) Conf.

conciſam atque ſerpillum et ſquillae partem in aqua macerant, ternasque heminas
per triduum digerunt, quae potio ventrem purgat, vires quoque confirmat. Ad in- 11
terna autem curanda praecipue amurca [x] creditur ſalutaris, ſi tantundem aquae mi-
ſceas, et animal bibere conſueſcat. Sed quia licet ſitiat, potum faſtidiat [y] ignotum,
primo cibi aſperguntur, deinde aqua exigua potio medicatur, ad vltimum pro men-
ſura miſcetur, et vſque ad ſaturitatem ſitientibus datur. Quocunque autem tem- 12
pore, sed maxime aeſtate, ſi boues concitentur ad curſum [z], aut aluus eorum ad
perniciem ſoluitur, aut febriculae commouentur. Natura enim pigrum, et labori
potius quam velocitati accommodum [a], vehementer laeditur ſi ad opus cogatur in-
ſuetum. Periculoſum quoque eſt, ſi ad praeſepia ſues aut gallinae peruenerint. 13
Nam bos cum gallinae fimum inter pabula ſumſerit, ſtatim nimio ventris dolore tor-
quetur, inflatusque [b] moritur: cui [c] hac ratione ſuccurri conuenit: Apii ſeminis
vncias 3, cimini [d] ſextarium [e] ſemis, et duas lib. mellis commiſces, et tepidum per
os infundes, ac tam diu ambulare compellis, et confricas manibus plurimorum, do-
nec ventrem potio moueat. Giſni quoque cum vino deterere, et per os dare cre- 14
ditur ſalutare remedium. Lixiuium quoque ex arbore vlmi, vel cuiuſcunque gene-
ris ligni cinerem, dummodo bene coctum [f], cum oleo miſcebis, et liquidum ac
tepidum diffundere per fauces, aduerſus ſtercus plurimum [g] prodeſt. Si autem por- 15
cinum ſtercus bos deuorauerit, ſtatim peſtilentiam contagionis ſolius [h] mallei ſuſti-
net morbi. Qui cum ſemel in gregem vel armentorum vel domitorum inceſſerit iu-
mentorum, ſtatim omnia animalia quae leuem ſuſpicionem [i] habuerunt, de poſſeſ-
ſione [k] tollenda ſunt, et diſtribuenda illis locis, vbi nullum pecus paſcitur, vt nec
ſibi inuicem, nec aliis noceant. nam paſcendo herbas inficiunt, bibendo fontes, ſta-
bulo [l] praeſepia: et [m] quamuis ſani boues, odore morbidorum afflante depereunt.
Vſque eo etiam mortua cadauera vltra fines villae proiicienda ſunt, et altiſſime ob-
ruenda ſunt ſub terris, ne forte ipſorum corporum interna ſanorum contingantur et
pereant. Vno [n] quidem vocabulo peſtilentia appellatur, ſed habet plurimas ſpe- 16
cies [o], quas enumerare non licet [vel [p] riget]: facilius ipſa principia a diligentibus
intelligi poſſint. Eſt itaque humidus [humor [q]], quoties per os et nares humor 17
effluit bobus, et faſtidium aegritudoque conſequitur. Eſt ſiccus, quoties nullus hu-
mor apparet, ſed animal quotidie maceſcit et fit deterius, nec iuxta conſuetudinem
appetit cibos. Eſt articularis, quoties interdum de prioribus, interdum de poſte-
rioribus pedibus claudicant boues, cum habeant vngulas ſanas. Eſt et ſubrenalis,
quoties a poſterioribus debilitas appareat [r], et quia lumbi dolere creduntur. Eſt 18
farciminoſus, quoties per totum corpus bobus tubercula exeunt, aperiunt ſe, et quaſi
ſanantur,

x) conf. Colum. 6, 4, 4. y) *faſtidit* coni. Morg. *III*, 40. z) Conf. Colum. 6, 5, 1. a) intell. aut inſ. *animal.* b) (*ipſa hora*) inſ. *S.* c) *ſi ſtatim hac rat. non ſuccurris S. M.* d) quid ſi *Aminei.* Conf. *Veg.* 3, 85, 2. add. Morgag. *IV*, 27. e) *ſextarios ſex S. M.* f) *cribratum ſit S. M. cretum* coni. Morg. *IV*, 27. g) *pullinum S. M.* h) *illius S. M.* i) (*languoris*) inſ. *S.* k) *paſcuo S. M.* l) quid ſi *ſtando* vel *ſtabulando?* m) *et* om. *S.* n) Nouum caput, *de ſpeciebus peſtilentiae boum etc. S. M.* o) (*diuerſas*) inſ. *S.* p) Suſpicor ſcripſiſſe auctorem, *quas enumerare non piget. r* et *p* miſcentur ſexcenties. Enumerat ſane, *vt* (hanc vocem excidiſſe puto) *facilius intelligi poſſint principia* et indicia vel ſigna adeo vniuscuiusque generis. Corrupit hanc ſententiam, qui, cum illud *riget* ex *piget* ortum non intelligeret, ſubſtituit *licet.* Alius vtramque lectionem ſeruare voluit. Non male feciſſem, puto, ſi ita excudi curaſſem, *Quas enumerare non [licet, vel] piget, (vt) facilius.* q) Leg. *morbus.* Conf. *Veg.* 1, 3 et 10. Lemma Cod. Corb. hic, *ſigna morbi humidi.* r) *incipit et quaſi S. M.*

19 ſanantur, et iterum in aliis locis exeunt. Eſt et ſubtercutaneus, quoties humor
peſſimus in diuerſis partibus corporis [s] bobus erumpit et decurrit. Eſt elephantio-
ſis [t], quoties velut ſcabies minutae cicatrices [u] exeunt extra corium, et ad ſimilitu-
dinem lenticulae. Eſt mania [x] quae refectis bobus eripit ſenſum, vt nec audiant
more ſolito, nec videant: ex qua paſſione celerrime moriuntur, quamuis hilares pin-
20 guesque videantur. Hi omnes morbi contagione ſunt pleni, et ſi vnum animal ap-
prehenderint, celeriter ad omnia [y] tranſeunt, et ſic interdum aut integris armentis,
aut omnibus domitis afferunt interitus. Vnde omni ſtudio quae ſemel tentata fue-
runt ſegreganda ſunt animalia, et ad ea loca mittenda, vbi nullum animal paſcatur,
ne contagione ſua omnibus periculum generet [z], et negligentia domini (ſicut ſolet
21 a ſtultis) diuinae imputetur offenſae. Euincendi [a] tamen ſunt, et exquiſitis reme-
diis expellendi quamuis acerbiſſimi morbi [b]. Panacem [c] ſupplaſſariis [d] comparas.
22 Eryngion autem herba dicitur, quae in littore naſcitur prope vndam maris, florem
habet quaſi aureum vel galbineum, folia eius ſunt quaſi folia cardui ſilueſtris, inter
arenas littorum largiſſime ſpargitur [e]: has effodies, et in vmbra ſiccatas ſeruabis. ad-
23 verſus morbum tam equorum quam boum plurimum proſunt. Ex quibus potio
componitur iſta: Radicis panacis, itemque radicis herbae eryngii ternas vncias, ſe-
minis quoque foeni [f] vncias 3 pariter deteres diligenter, addisque farinae triticeae
ſextarium, ita vt prius frumentum frangas et molas: quae omnia de calida feruente
24 conſpergis, et cum melle vel ſapa nouenas offas ſingulis [g] diebus digeres. Praeterea
ſanguinem marinae teſtudinis colliges, et cum vino per os dabis. quam quia inue-
nire difficile eſt, vulgarium teſtudinum prodeſſe aeſtimant. quod vtrum bene opi-
25 nantur [h], vſus viderit. nam auctores de terreſtri teſtudine tractauerunt [i]. Pulue-
rem [k] et caſſiae fiſtulae, necnon etiam thuris pro aequa parte admiſces, ex eo vnam
ſemis vnciam cum ſextario vini veteris in die per nares bouis infundis. Quod me-
26 dicamentum per triduum facies. Morbi quoque quos ſuperius nominauimus amari
ſunt, et non niſi amaris potionibus ſuperantur [l]. Nam contraria contrariis potio-
nibus curantur ratione medicinae. Ideoque puluerem herbae abſinthii et crudorum
lupinorum, herbae quoque centaureae vel peucedani aequis ponderibus diligenter
miſces et in ſextario vini veteris trina cochlearia ſingulis diebus, additis vnciis 3
27 olei [m], per os dabis. Praeſens quoque remedium experimentauerunt [n]: radiculam
herbae conſiliginis [o] (quam alii pulmonariam vocant, alii tantundem [p] radiculam)
ſiniſtra manu ante ortum ſolis collige (quia ſic maiorem vim habere creditur) tunc [q]
ad acum vel acutum cuprinum pars auriculae quae lata eſt, quaſi in circulo ſignatur,
28 adprematque [r] vt rupta cute leuiter ſanguis exeat. Quod cum ex vtraque parte fe-
ceris, medium orbiculum perforas ad acum, et in eodem foramine inſeres [s]: quod
vbi exierit, omnis peſtilentiae virus per ipſum defluit vulnus, donec ille ſolus lo-
cus

s) (*per corium*) inſ. *S. M.* t) *elephantiotes S. M.* u) *puſtulae circa nares vel collum exeunt S. M.* x) *et inſania S. M.* y) *plura S. M.* z) *generent* forte leg. *inferat S. M.* a) conf. Colum. 6, 5, 2. b) (*variis expenſis curantur*) inſ. *S.* c) ſ. 22. om. *S. M.* d) forte *a ſeplaſiariis*. add. Morga. *IV*, 28. e) cogitabat, vel ſcripſit, *ſpargit radices*: hinc infertur, *has effodies*. f) *foeniculi S. M.* g) *inde dabis ſingulis bobus S. M.* h) pro *opinentur*. i) *tacuerunt S. M.* recte, opinor. k) (*myrrhae*) inſ. *S.* Conf. Col. 6, 5. 3. l) *curantur S. M.* m) (*ſingulis bobus*) inſ. *S.* n) *experimenta docuerunt S. M.* Ad hunc locum pertinere videtur lemma Corbei. *de bubus radicandis*. o) quae ſit iſta conſiligo, diſputat, et hunc ipſum locum illuſtrat Dodonaeus 2, 3, 19 de Buphthalmo. p) forte *tantum*. q) *Colum.* 6, 5, 4. r) forte *adpremiturque*. s) *radiculam* intell.

t) *Vſci*

5 cus, qui deſignatus eſt, putreſcat et decidat, atque ita animal liberetur. Viſci [t] fo- 29
lia cum vino trita defunduntur in nares [u], atque ita ſingulis bobus, ſiue vniuerſis
gregibus cum morbum incurrerint, ſubuenitur. Suffimenta quoque plurimum iu- 30
vant, ſulphur, bitumen, allium, origanum, ſemen coriandri [x], carbonibus inſperge,
et cooperta [y] boum ſupra vas, in quo ſuffimenta incenderis, diutiſſime continebis,
vt fumus os eorum capiat [z], ac nares impleat, atque ita ad cerebrum et interna ſa-
lutari [a] remedio penetret. Sed et totum ſuffimentare percommodum eſt, vt ab eo- 31
dem morbi [b] pernicies expellatur, et caetera peſtilentiae contagio non coinquinet.
Generalia igitur remedia aduerſus morbos generales contagioſosque retulimus, nunc
aduerſus valetudines, quae ſingulis animalibus accidunt, nec in alia tranſeunt, reme-
dia ſubiungemus [c].

III. CRVDITAS plurimum nocet, cuius haec ſunt ſigna: crebri ructus, cibi
faſtidium, ſonitus ventris, intenſiones [a] neruorum, oculi hebetes: propter quae nec
bos ruminat, neque linguam [b] detergit vt ſolet. Prodeſt itaque vt [c] duos congios
vbi [d] bibi poſſit digerere per fauces. poſt quos ſtatim braſſicae [e] triginta caules mo-
dicas [f] decoques, et ex aceto dabis, ſuſpenſumque animal ab alio cibo penitus ab-
2 ſtinebis. Alii cruditate laborantes, clauſos in bouili detinent, nec cibos praebent. 2
praeterea [g] lentiſci et oleaſtri cacuminum pondera 4 deterunt, et cum lib. mellis at-
que aquae [h] congio miſcent, quae vna nocte ſub diuo mittunt, atque ita faucibus
digerunt. Deinde interpoſita hora, macerata [i] infuſaque erui 4 lib. obiiciunt, ab alio
3 quoque cibo vel potione prohibentur [l]. Nam ſi neglecta fuerit cruditas, ventris 3
inflatio inteſtinorumque ſubſequitur, exprimit gemitus, ciboſque capere non ſinit,
nec in loco [m] conſiſtere, decumbere et volutare [n] cogit, caudamque frequenter
commouet. De experimento medicina eſt caudam iuxta clunes reſticula vel lino
vehementer aſtringi, vinique ſextarium cum hemina olei tepidum dare [o] per fauces,
atque ita per mille quingentos paſſus bouem currentem trahere: ſi dolor perman-
ſerit, vngulas eius ſecare, et vncta manu per anum fimum extrahere, et rurſus agere
4 currentem. Si tardius proficit, tres partes lauri diu conteruntur, et cum duplici 4
aquae calidae dantur. Si [p] iſta non valent, myrtae [q] ſilueſtris foliorum duae lib.
tunduntur in pila, et duae [r] ex calida aqua miſcentur, ac per vas ligneum faucibus
infunduntur. atque ita ſub cauda quatuor digitis ab ano percuſſa vena ſanguis emit-
tatur. Qui cum ſatis effluxerit papyro ligata cauda reſtringitur. poſt concitatus bos
5 agitur vſque dum anhelet. Ante detractionem tamen ſanguinis adhibentur iſta [s] re- 5
media: tribus heminis vini, quatuor vnciae contriti allii [t] permiſcentur, poſtquae
potionem cogetur currere: duae quoque vnciae ſalis cum decem vnciis [u] ceparum
atteruntur: mel quoque decoctum admiſcetur, ex quo facta collyria longiora non
parum

t) *Vſci* edd. nobiſcum *Col.* 6, 5, 5 et Morga. *III*, 41. u) (*et ſic animal liberatur*) inſ. *S.* x) (*aequaliter miſce, et viuis*) inſ. *S.* y) videtur inſ. *capita* ex *Veg.* 1, 19, 4. z) *caput S. M.* a) *ſalutare remedium S.* b) *morbo* editum, nobiſcum Morga. *IV*, 28. c) *conſcribamus S. M.* [C. III.] Hoc capite continentur *Colum.* 6, 6. *it.* 7 *et* 8, quorum ſegmenta vt facilius conferri poſſint in margine interiori notanda curauimus. a) *contractiones S. M.* b) *lingua ſe* coni. Morgag. *III*, 1. c) *calidae S. M.* d) *vt S. M.* e) *braſſica F.* vid. Morg. *l. c.* f) *modice* coni. Morg. *l. c.* g) *quibus S. M.* h) *aquae* om. *S.* i) aut retulit ad *pondera* auctor; aut leg. *macerati infuſique* l) debebat *prohibent.* m) *loca S.* quod falſum et κακέμφατον. n) *volutari* coni. Morg. *III*, 2. o) debebat *dari*, — *trahi etc.* Sed non obſeruatur in his libris, cuiuscunque culpa, temporum conſecutio. p) *ſi laurus non adeſt S. M.* q) vid. Morgag. *III*, 3. r) *duo ſextarii S. M.* s) *iſta* om. *S.* t) *olei F.* nobiſcum *S. M.* Morgag. III, 4. u) *cepis* coni. Morg. *l. c.*



x) Conf.

parum valida immittunt in anum, vt ventrem reſoluant: atque ita bos currere cogi-
6 tur [x]. Ventris quoque et inteſtinorum dolor ſedatur, ſi anſeres natantes, et maxi- 1
me anates animal aſpexerit. Nam anas mulos, etiam equinum genus conſpectu ſui
7 celeriter ſanat. Sed interdum nulla [y] medicina conuenit ſequiturque torminum [z]
vitium, quorum ſignum eſt, ſi cruentum [a] mucoſumque ventrem ediderit. ſingulare 2
remedium eſt cupreſſinae [b] quindecim, verbenae [c] quindecim gallae diligentiſſime
tritae [c] quantum vtraeque ponderantur tanti ponderis vetuſtiſſimus caſeus, quibus
pariter detritis admiſcentur vini auſteri ſextarii 4, et in potu dantur, ita vt lentiſco [d]
8 mixtaque oleaſtri cacumina praebeantur. Si venter coeperit fluere, et videris [e]
egere corpus et vires capito plerumque inutilem reddit, quia ex cibariis ad medelam
bouis nil peruenit, [quod ſic videris per ventrem proiicit quam [f] quod manducaue-
9 rit.] Quae cum acciderint, prima die a cibo et potu abſtinendum eſt, ita quod [g]
nec ſecunda die bibere permittatur, cacumina tamen oleaſtri et cannae ſilueſtris, 3
itemque baccae lentiſci et myrti dandae ſunt, nec poſt triduum etiam poteſtas bi-
10 bendi niſi perparum concedenda eſt. Sunt qui ex foliis lauri teneris libram 1, abro-
tanum hortenſe pari portione, deterunt cum aquae calidae 2 ſextariis, atque ita fau-
cibus infundunt, pabulaque [h] ſuperius [i] praebent. Aliqui vero 2 lib. ex vinaceis [l] 4
11 ad focum torrent et conterunt, et cum [m] ſextario vini auſteri [n] ad bibendum dant,
et commemorata [o] ſaepius [p] cacumina obiiciunt. Quod ſi neque proluuies ventris
erit, neque inteſtinorum dolor, recuſat tamen cibos, et praegrauato capite erit [q].
lacrymae quoque oculis et pituita naribus currit, vſque ad oſſa frons media vratur,
aureſque ferro diſcindantur, ſed vſturae igne [r] factae vt ſaneſcant, veteri vrina bo-
12 vis ipſius confricandae ſunt. aures vero ſciſſae picula oleoque curantur. Periculo- 1
ſum [s] faſtidium bobus ranulae faciunt, quae aperiendae ſunt, et allio cum ſale pa-
riter trito ipſa vulnera confricanda, vt omnis humor exeat prouocatus. Melius
creditur, ſi ad acutam cannam exſeces ranulam. poſt vino os lauatur. Interpoſito
vnius horae ſpatio virides herbae vel frondes dantur. Tam diu autem ſuſtentantur
mollibus cibis, donec facta vulnera cicatrices ducant. Si neque ranula fuerit, et 2
non appetent cibum, allium tritum cum oleo naribus infundes.

IV. BOS ſi febrire coeperit (quod ex venarum inquietudine, et calore totius 1
corporis vel oris intelliges) vna die a cibo eſt penitus abſtinendus, ita vt poſtero
ieiuno eidem ſub cauda exiguum ſanguinem detrahas, atque interpoſita hora trigin-
ta [a] paruos [b] aculeos [c] decoques, et ex oleo ac liquamine per os digeres, eamque
eſcam

x) Conf. *Colum.* 6, 7. y) *in illa F. S.* nobiſcum *S. M.* et ratio Mſſ. de qua in praef. ex praef. ad Raſium Wecheli. add. Morg. *III*, 5. z) *omnium F. S. torminum S. M.* a) *excuentum mutoſumque* editi. Vid. Morgag. l. c. b) *cupreſſi baccas, et Gaubrae ana XV, bene tritas, et tantundem vetuſtiſſimi caſei S. M.* c) *et* inſ. Morg. *l. c.* d) *lentiſci myrtique et oleaſtri* coni. Morg. *l. c.* e) Leg. *et viridis, et quale manducant egerere* etc. Morgag. *l. c.* Ego ita cogitaueram. Scripſit forte Vegetius, *ſi venter coeperit fluere, et viridia egerere, vires carpit, operique inutilem reddit, quia ex cibariis ad medullam bouis nihil peruenit.* Illa autem verba quae vncis coërcenda curaui, gloſſatoris alicuius putabam, qui *viridia* Vegetii explicare vellet: cogitabat nimirum homo cautus, *viridia* etiam eſſe ſani bouis retrimenta *etc.* itaque ſcripſit, vt ſuſpicor, *quod ſic viridia etc.* Codex quem laudat in margine Sambucus epitomen exhibet, aut lemma. Sic enim, *ſi v. coep. fl. et viride quale manducant, prima die* etc. f) *inquam S.* g) pro *vt* quod forte librariis potius *quam auctori debetur.* h) *quae* inſ. coni. Morg. *III*, 6. i) *ſaepius S.* l) *binanceis S. M.* m) 11 *ſextariis* Morg. *l. c.* n) *auſteris* ſphalma edd. o) *cummerata* edd. nos obſequimur rationi et Morg. *l. c.* p) forte *ſuperius.* q) *eſt* coni. Morg. *III*, 7. r) *igneae* edd. nos ſequimur Morg. *l. c.* s) Colum. 6, 8. [C. IV.] Habentur eadem Col. 6, 9 — 19. ſegmenta indicamus in margine interiore. a) *trigeſima* edd. vid. Morgag. *III*, 8. b) *ſtrignum ex oleo et liquam. coquas,*

eſcam per dies quinque ieiuno dabis. Praeterea cacumina lentiſci [d], vel oliuarum, 2
vel tenerrimum [e] quemque frondem, ac pampinos, ſi eodem tempore ſunt, prae-
2 bebis in cibo. Labra quoque eius deterges ad [f] ſpongiam, et aquam frigidam ter
in die offeres ad bibendum, ita vt infra [g] tectum bos febriens teneatur, nec ante-
quam ſanatus eſt dimittatur in paſtum [h]. Febrientis autem iſta ſunt ſigna: lacry- 3
mae profluunt, grauatur caput, oculi ſemiclauſi ſunt, labra ſaliuis madida, longior
1 et cum quodam impedimento tractus ſpiritus, frequenter et gemitus. Tuſſis [i] 4
boum non minus diligenter ſananda eſt quam equorum: [k] ſi recens fuerit, ſextarius
farinae hordeaceae cum vno ouo crudo et hemina paſſi per os datur ieiuno: gramen
quoque conciſum tunſumque admixta farina fabae frixae et pollinis [l] lentis, ſexta-
rio [m] aquae calidae miſcetur, agitataque diligenter per os diffunditur. Veterem 5
tuſſim ſanant duae librae hyſſopi maceratae ex aquae ſextariis tribus, quod infuſum
teritur, et cum duabus partibus farinae [n] miſcetur, et per os datur, ſuper quod
aqua hyſſopi, in qua [o] [decoctum] infuſum decoctumque etiam [p] propinatur ad
2 cornu. Porri etiam ſuccus expreſſus cum oleo et ipſi [q] febri cum hordeacea farina 6
remedium praeſtant. Radices quoque eius diligenter lotae, et cum farre triticeo
contuſae, ieiunoque datae, diſcutiunt vetuſtiſſimam tuſſim. Idem praeſtat eruum
ſi [r] in pabulis cum ptiſana hordei molitum [y], et cum aqua tepida vel mulſa in fauces
ſaliuanti [z] ore dimiſſum. Suppuratio [a], quam apoſtema dicunt, melius ferro ape- 7
ritur [b], poſt cum expreſſum pus aut ſanies fuerit, ſinus ipſe, qui eam continebat,
vrina bubulina calida lauatur, ac linamentis ac ſtuppis ſiue linteolis pice liquida et
oleo infuſis curatur. Quod ſi colligari [c] ea pars, vbi eſt vlcus, non poteſt, lami- 8
na [d] candente ſepum caprinum aut bubulinum ſtillatur. Aliquanti [e], cum vitio-
ſam partem inunxerint [f], tunc vrina veteri humana lauant, atque ita aequis ponde-
ribus pice [ff] liquida cum veteri axungia incoquunt et liniunt. Sanguis [g] cum ex 9
aliqua neceſſitate ad pedes venerit boum, claudicationem affert. Quod cum acci-
dit, inſpicito vngulam, inuenies eam vltra ſolitum calere, et vitiatam partem pre-
mi vehementer bos non patitur. Sed ſi ſanguis adhuc ſuper vngulas in cruribus
2 eſt, ad triduum triti ſalis perfricatione diſcutitur. Quod ſi tantum [h] in vngues 10
deſcenderit, cultello leniter [i] inter duas vngues [k] aperies, et mundabis deintus,
et poſtea ſtuppam ſale atque aceto infuſam applicabis ad [l] ſolum, ſparta opere cal-
ceatur, maxime [m] quae datur operantibus, et in aquam non mittat pedem, ſed vbi
ſiccum eſt ambulet. Qui [n] ſanguis niſi emiſſus fuerit ſaniem [o] creabit. Quo ſup- 11
puratio etiam [p] curabitur. Nam [q] primo ferro circumciſus expurgatur ad viuum.
Deinde pannis aceto et oleo et ſale madefactis impletur, mox axungia veteri et ſepo
hircino

*coquas, et per os S. M.* c) *coliculas* Morg. *l. c.* d) *lentis S. lentiſci S. M.* et Morg. *l. c.* *lentium F.* e) *tenerrimam quamque* Morg. f) *ſpongia S. M.* g) *intra S. M.* h) *paſtu F.* i) Colum. 6, 10. Conf. Morgag. *III*, 9. k) (*quae*) inſ. S. l) forte *polline.* m) *ſine cortice ſextariis duobus aquae S. M.* n) *lentis* inſ. Morg. *III*, 10. ex *S. M.* o) *qua videlicet infuſum* Morg. ibid. *qua* etiam *S. M.* *aqua* al. p) *eſt* inſ. Morg. et habet *S. M.* q) *ipſa fibra* coni. elegans Morga. *III*, 11. r) *ſine valuulis* coni. Morgag. ibid. y) *mollitum* edd. z) *ſaliuati more* legendum etiam iubente Morg. *l. c.* a) Colum. 6, 11. b) (*quam medicamento*) inſ. S. c) *collui* legendum. vid. Morgag. *III*. 12. d) *lana* editi. vid. Morg. *l. c.* et nos ad 2, 55, 7. add. 3, 4, 36. e) *Quidam vero S. M.* Morg. *l. c.* f) *inuſſerint* Morg. ff) *picem liquidam* Morg. g) Colum. 6, 12. h) *iam* coni. Morg. *III*, 13. i) *leuiter* idem. k) *duos* debebat. l) *ac ſolea ſpartea pes calc.* Morg. *l. c.* m) *maximeque datur opera, bos vt in aquam — ſed vt ſicce ſtabuletur* Morg. *l. c.* n) vid. Morgag. *III*, 14. o) *ramicem S. M.* p) *tarde S. M.* q) *Hic librum de cura boum incipit codex Corbeienſis.* Haec adſcripta ad exemplum Fabricii an conciliari poſſunt cum iis, quae dicuntur ad principium libri?

 r) *ſpar-*

hircino pari pondere ferro candenti ſtillantibus curatur, et perducitur ad ſanitatem.
12 Si ſanguis in interiori parte vngulae eſt, nec aperturam facit, et tantum claudicat 3
animal, extrema ipſius vngulae ad viuum reſecantur, et ita remittitur, ac ſtuppa
vel linteolis cum ſale et oleo aceto infuſis pes inuolutus ſpartea [r] munitur. Me-
diam vero vngulam ab inferiori parte non expedit aperiri, niſi eo loco in quo ſup-
13 puratio facta eſt. Si claudicat ex dolore neruorum, oleo et ſale genua poplitesque 4
et crura confricanda ſunt [s] calido aceto, et lini ſemen aut milium detritum infu-
ſumque aqua mulſa imponendum eſt, et ſpongia quoque feruenti aqua infuſa et ex-
preſſa, conſperſaque poſtmodum melle, genibus circumdatur ac faſciis alligatur.
14 Quod ſi humor eſt cum tumore, fermentum vel farina hordeacea ex paſſo aut aqua
mulſa incocta imponitur, et cum maturauerit ſuppuratio, ſcinditur ferro, emiſſa-
15 que ſanie (vt ſupra docuimus) percuratur. Poteſt etiam radix lilii vel ſquilla cum 5
ſale, vel herba ſanguinalis (quam polygonon [u] Graeci appellant) vel marrubium,
ferro aperta ſanare. Omnis autem corporis dolor, ſi ſine vulnere eſt, recens fo-
mentis mellinis [x] diſcutitur: vetus autem vritur, et ſupra vulnus vel butyrum, vel
16 caprina inſtillatur axungia. Scauies [y] ſanatur trito allio defricata: Eodemque re-
medio rabioſi canis ſanatur morſus [z], vel lupini vulnus illatum. Vetus quoque ſal-
ſamentum vtramque perhibetur plagam curare. Ad ſcabiem quoque praeſentior
medicina iſta eſt: ſi cunila [a] bubula ſulphurque conteritur, admixtaque myrrha
cum oleo atque aceto decoquitur, et cum tepeſcere coeperit, alumen ſciſſum tri-
tum inſpergitur [b]: quod medicamentum candente [c] ſole illinitum prodeſt. Vlceri- 2
17 bus gallarum tritarum puluis inſpergitur. Succus quoque marrubii impoſitus cum
fuligine ſanat. Infeſta [d] peſtis eſt bubulino [e] pecori (quam coriaginem [f] ruſtici vo-
cant) cum pellis ita dorſo haeret, vt apprehenſa manibus deduci non poſſit a coſtis:
quae res non aliter accidit quam ſi bos ex languore aliquo ad maciem deductus eſt,
aut ſudans in opere [g] faciendo refriguit [h], aut ſi lapſus ſub onere vehementer eſt in-
18 fuſus in pluuia. quae quandoque [i] pernicioſa ſunt, cuſtodire debemus, vt, cum ab 3
opere redierint boues adhuc aeſtuantes anhelantesque, vino aſpergantur, et offula
panis vino infuſa faucibus eorum inferatur [k]. Quod ſi praedictum vitium inhaeſerit,
expedit decoquere laurum, et cum calida et oleo et vino ſpinam dorſumque anima-
lis confricare contra pilum, ac per omnes partes apprehendere pellem, et velut a
19 coſtis ſeparare. Quod aut in loco calidiſſimo faciendum eſt, aut ſub diuo ſole fer-
vente. Aliquanti [l] feces [m] vini et axungiae commiſcent, eoque medicamento te-
20 pido poſt fomentum praedictum vtuntur. Eſt [n] etiam grauis pernicies, vt [o] cum
pulmones exulcerantur, vnde tuſſis et macies, ad vltimum vero phtiſis inuadit,
quae mortem afferant. [p] radix conſiliginis, ſuccus porri omnium [q] hemina per men-
21 ſuram olei miſcetur, et bibendi ſunt cum vini ſextario per dies plurimos. Non- 2
nunquam et tumor palati ciborum faſtidium facit, crebrumque ſuſpirium. Prodeſt
palatum

r) *ſparta* edd. s) vid. Morg. *III*, 15. t) *ſ.* 12. u) *palaganon* edd. x) *melius S. M.* Morgag. *III*, 16. y) Colum. 6, 13, 1 ex quo emendauimus, cum legeretur, *ſcabies anatis trita oleo defr.* vid. Morgag. *III*, 17. In marg. Samb. erat, *ſcabies ſcabioſa trita cum* etc. z) *morbus* edd. a) *cumulam bubulam* edd. vid. Col. et Morg. b) (*quo vngatur ad ſolem fortiter*) inſ. S. c) *candentis olei* edd. vid. Colum. et Morg. d) *Peſſima S. M.* e) *bubalum F. bubulum S.* f) *maginium* edd. ſignum vitii appoſuerat *F.* vid. Morgag. *III*, 18. g) *corpore faciente* edd. nos ſequimur *S. M.* Columellam et Morg. *l. c.* h) pro *refrixit.* i) *quoniam Col.* et *S. M.* k) *inſeratur* Morg. l) *aliquanti — vtuntur* om. *S. M.* m) *fraces vino* Morgag. *III*, 19. n) Sic ex *S. M.* Colum. 6, 14, 1. Morg. *III*, 20. *Et cum* edd. o) forte *illa, cum.* p) (*Cui*) inſ. *S.* q) *inſtar heminae pari menſurae* ex Col. Morg. Pro *omnium* ſuſpicabar

palatum ferro aperire vt profluat ſanguis, cui eruum ſine corio maceratum ad man-
ducandum dabis, viridemque frondem vel quodlibet aliud molle pabulum dum ſa-
3 netur. Si in operibus [r] contuderit collum, praeſtantiſſimum remedium eſt, ſanguis 22
ab aure emiſſus. At ſi id totum [s] in tempore quae vocatur amati amaticum ſale
tantum et impoſito. Si ceruix mota et deiecta [t] eſt, conſiderabimus in quam [u] decli- 23
net, et ex diuerſa parte ſanguinem detrahimus [x], ex ea vena, quae in aure videtur
ampliſſima, quae ſarmento [y] prius verberanda eſt, et cum intumuerit, ferro aperia-
tur, effuſoque ſanguine poſtero die ex eo loco emittitur cruor, et biduo vacatio
4 operis datur. Tertio vero die leuis iniungitur labor, et paulatim ad operis conſue- 24
tudinem reuocatur. Quod ſi ceruix in neutram partem deiecta eſt, mediaque intu-
muit, ex vtraque auricula ſanguis emittitur. Qui ſi inter [z] 'triduum, quod bos vi-
tium coeperit, emiſſus non eſt, intumeſcit collum, neruique tenduntur, et ita nata
5 durities iugum non patitur. Tali vitio comperimus aptum eſſe medicamentum [a], 25
ex pice liquida et bubula medulla, hircino ſepo, et axungia veteri, oleo quoque ve-
teri aequis ponderibus impoſitum [b] concoquitur, quo vtendum eſt cum bos ab ope-
re disiungitur. et in piſcina in quolibet [c] tumore [d] ceruix lauatur, confricaturque
6 diligenter praedicto medicamento, deterſaque diluitur. Si ex toto propter tumo- 26
rem ceruicis iugum recuſat, paucis diebus requies ab opere danda eſt, et ceruix cum
aqua frigida lauanda, et ſpuma argenti linienda eſt. Celſus quidem tumenti [e] cer-
vici herbam quae vocatur auia [f] (vt ſupra [g] dixi) contundi et imponi iubet. Quae [h]
ceruicem infeſtant minor eſt cura. Nam facile ſanantur per ardentem lucernam
7 oleo inſtillato. Melius tamen eſt cuſtodire ne naſcantur venae [i]. Etiam colla calue- 27
ſcunt, quae non aliter glabra fiunt niſi cum ſudore aut pluuia ceruix madefacta eſt
in opere. Quod ſi acciderit, puluere lateritio trito priuſquam deiungatur [l], bouis
colla conſpergi oportet. Et cum exſiccati [m] fuerint, exinde [n] oleo iterum infundi. 28
1 Si [o] talum vel vngulam vomer laeſerit, picem duram et axungiam cum ſulphure et
lana ſuccida inuoluito, et candente ferro ſupra vulnus imponito, et vngito [p]: quod
remedium optimum facit, ſi clauum calcauerit, aut acuta teſta vel lapide vngula
pertunditur: quae tamen ſi altius vulnerata eſt, latius ferro circumciditur, [q] ita in-
vritur vt ſupra praecepi. Deinde ſpartea [r] calceata per triduum aceto ſuffuſo cura-
2 tur. Quod ſi vomer intrauerit [s], lactuca marina, quam Graeci cyniolam [t] vocant, 29
admixto ſale imponitur. Subtriti etiam pedes eluuntur calefacta bubulina vrina.
Deinde fauillam [u] ſarmentorum feruentem calcare compellitur, et pice liquida cum
oleo vel axungia cornua eius vnguntur. Minus tamen claudicant, ſi ab opere dis-
iunctis frigida pedes lauentur, et ſuffragines coronaeque ac ſciſſura ipſius vngulae,
1 veteri axungia defricentur. Frequenter [x] etiam vel ab aſperitate itineris, vel in pro- 30
ſcindendo duritiam [y] ſoli, aut obuiis radicibus obuolutatus conuellit armos. quod
cum

bar *circiter*. r) *opere bos* eleganter Morg. *III*, 22. s) vid. Morg. *l. c.* et Ponted. ad Colum. *h. l.* t) *eiecta* noſter 2, 41, 1. u) *partem* inſ. Morgag. *III*, 23. x) *detrahemus* idem. y) ſic *S. M.* et ex Colum. Morg. *ſarcocata* rel. z) forte *intra*. a) *quod* inſ. Morg. *III*, 24. b) *compoſ. incoqu.* Morg. *l. c.* c) *qua bibit S. M.* Colum. Morgag. *III*, 24. d) *tumor ceruicis* Morg. ex Colum. e) ſic *S. M.* Colum. Morg. *III*, 25. *iumenti* al. f) *ama F. S.* *auena S. M.* *auia* Col. Morg. *l. c.* g) ſ. 22. h) *quae — infundi* om. *S. M.* *Clauorum qui ceru.* Morg. ex Colum. i) *neue etiam colla calueſcant.* id. l) *disiungantur boues*, Morg. *l. c.* m) *ſiccati* idem. n) *ſubinde oleo inf.* idem. o) Colum. 6, 15. p) *vre S. M.* *inurito* Morg. *III*, 26. q) *et* inſ. Morg. r) ſic ex Colum. Morgag *ex parte* edd. s) *crus vulnerauerit S. M.* ex Colum. Morg. t) *tithymallum* iidem. u) *fauilla feruente* edd. nobiſcum ratio et Morgag. *III*, 27. x) Colum. 6, 16. y) *duritia — obluctatus* ex Colum. Morg. *III*, 29.

z) debe-

cum acciderit, ex prioribus cruribus ſanguis emittitur, ſi dextram [z] ex ſiniſtro [a].
Et ſi vehementius vtramque vitiauerit, etiam in anterioribus [b] cruribus venae ſol-
31 vuntur. Perfractis vero cornibus, linteola, ſale, atque aceto et oleo imbuta po- 2
nuntur, ſuperligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarta die tantum [c] axun-
gia cum pice arida et cortice pini pari pondere imponitur, et ad vltimum cum iam
cicatricem producunt, ſubito [d] infricatur. Solent autem neglecta vlcera vermes
creare, quae ſi mane ex aqua frigida perfundantur, rigore eius contracti, decidunt;
Vel ſi haec ratio nihil profecerit, marrubium aut porrum conteritur, admixto ſale
imponitur, vel calcis viuae puluis inſpergitur, aut cucurbitae viridis ſuccus cum
32 aceto mittitur. Ideoque vniuerſis vlceribus picem liquidam, oleum vetus et axun- 3
giam oportet adhiberi, et extra vulnera etiam eodem medicamento circumliniri, ne
33 infeſtentur a muſcis, vel vermes creent cum vulneribus inciderint. Serpentis [e] quo- 1
que ictus mortiferus eſt bobus, ſed et minorum animalium noxium virus. Nam
vipera et Caecilia [f] cum in paſcuis bos improuide ſupercumbit, ſtimulo [ff] morſus
imprimunt. [g] Araneus quoque, quem Graeci Mygalen [h] appellant, parui quidem
corporis, non paruam ſolet inferre perniciem. Verum viperae venenum depellit,
ſupra tumorem, qui inflatur ex ictu, ſcarificatio ferro facta, ita vt herba quam per-
34 ſonatam [i] vocant, imponatur trita cum ſale. Creditur radix ſi contuſa ponatur [l], vel 2
ſiler montanum reperiatur, et trifolium Symonianum [m], quod fragoſis locis effi-
caciſſimum naſcitur, odoris grauis, bitumini ſimilis, propter quod a Graecis aſphal-
tion [n] appellatur, noſtri autem propter figuram acutum trifolium vocant. nam lon-
35 gis et hirſutis foliis viret, caulemque robuſtiorem facit quam pratenſe. huius herbae 3
ſuccus cum vino faucibus infundatur, atque ipſa folia cum ſale trita imponantur in
plagam. Quod ſi viridem minime reperiunt, ſemina eius collecta et trita dantur
ad potandum cum vino. Radices quoque eius cum ſucco [o] caulis tritae, addita hor-
36 deacea farina et ſale, cum aqua mulſa ſcarificationi ſuperponuntur. Eſt etiam prae- 4
ſens remedium ſi fraxini cacumina tenera conteras cum ſextariis vini quatuor vel olei,
expreſſumque ſuccum faucibus infundas. Itemque cacumina eiuſdem arboris cum
ſale trita laeſis naribus [p] ſuperponas. Caeciliae [q] enim morſus tumorem, ſuppu-
ratumque generat. idemque facit muris aranei. Sed Caeciliae morſus ſanatur, ſi
37 acu aerea locum laeſum compungas, et creta Cimolia [r] ex aceto oblinis [s]: Muris 5
vero pernicies, ſi animal ipſum oleo merſum neces, et plagam dentium ex eodem
confrices. quod ſi non fuerit, contritum ciminum cum picula [t] et axungia, vt ſimi-
38 litudinem malagmae habeat, impoſitum plagae, perniciem ſubmouet. Quod ſi an- 6
tequam tumor diſcutiatur, ſuppuratio fuerit generata, optimum eſt ignea lamina
vel cauterio collectionem aperire, quidquid vitioſum eſt inurere, atque ita cum
liquida pice et oleo inlinere. Quidam viuum murem araneum creta figulari circum-
39 dant, et collo [u] boum ſuſpendunt, morſusque ipſius beſtiae ſubmouent. Oculo- 7
rum vitia plurima in illis [x] ſanantur. Nam ſiue intumuerunt aqua mulſa triticea
farina

z) debebat *dextrum* — *vtrumque.* a) Colum. addit, *ſi laeuum in ſiniſtro.* b) debebat *poſteriori-bus.* c) forte *tandem:* Colum. *demum.* d) *fuligo* ex Colum. Morg. *l. c.* e) Colum. 6, 17. f) *celicia F. S.* nos ſequimur Colum. et Morgag. *III,* 30. ff) forte *ſtimulatae.* g) *Mus* inſ. Morg. h) Sic Colum. *migaltem* edd. i) Sic ex Colum. Morg. *III,* 31. *perſonatiam* edd. l) ſic idem. *conatur* edd. m) *Simoniamum* edd. n) Sic in marg. Fabric. et ex Colum. Morg. *aſphalton* edd. o) *ſuo caule* Morg. *III,* 32. p) *partibus* idem. q) *Celiciae* edd. vid. no. *f.* et conſ. ad totum h. l. Morg. *III,* 34. r) *ci-molea* edd. s) debebat *oblinas.* t) *pice liquida* conj. Morg. *l. c.* u) ſic pro *colla* ex Colum. x) *melle inſ.* Morg. *III.* 35.

y) pro

farina conſpergitur et imponitur, ſiue album in oculo eſt ſalis foſſilis Hiſpani vel Ar-
meniaci [y], vel [z] cum melle permixti [a] vitium extenuant. Idem praeſtat trita [b] ſepiae
teſta, et per fiſtulam oculo ter in die inſufflata. Prodeſt etiam radix, quam Graeci
8 ſilphion [c] vocant, noſtri autem laſerpitium; Huiuſmodi quantum volueris ponderis 40
cum decima parte ſalis Armeniaci [d] et cum fiſtula oculo inſufflas [e]. quae radix tunſa
et cum oleo lentiſci mixta vitium expurgat. Si genae humorem profundunt, lacry-
misque viſus confunditur (quam epiphoram vocant) polenta ex hordeo mulſae [f] aquae
conſperſa ſuper genas ſuperciliaque impoſita reprimit humorem. Paſtinaca quoque 41
agreſtis [g], quam armoneaceam [h] vocant, cum melle trita oculorum ſedat dolorem.
Memineris vero quoties mel alioſue ſuccos remedio adhibes, vt prius pice liquida
cum oleo circumlinias oculos, ne a muſcis apibusue vel veſpis infeſtentur, quas dul-
1 cedo mellis inuitat. Plurimumque [i] hirudo, id eſt, ſanguiſuga, cum foris iuxta fau- 42
ces haeret, ſanguinem trahit, eam a iumento digitis oportet auferri: ſed ſi interius
ſit, vt manu detrahi non poſſit, cannam vel fiſtulam perforatam inſerito faucibus, ac
per eam calidum oleum infundes. Nam eo contactu beſtiolae importunitas recedit. 43
2 Odor quoque cimini [l] ſuper carbones impoſiti vbi ſanguiſugam afflauerit, euellet a
vulnere. Quod ſi ſtomachum vel inteſtinum tenuerit, calido aceto per cornu infuſo
1 necatur. Machina [m] quoque deſcribenda eſt fabrica, qua concluſa cuiusuis generis 44
iumenta bouesque curantur, vt ei tutus ad pecudem medendum [n] acceſſus ſit, nec
luctando quadrupes aut membra conuxet [o], ac ſic remedia deſpuet [p]. Roboreas [q]
aſſes conſtringis, ſolium, quod in longitudine [r] nouem pedes debet habere, in alti-
tudinem [s] pars poſterior [t] duos, ſemipedem: pars vero quae ad priora [u] animalium
2 pertinet quatuor pedes: Texuntur ita vt velum [x] in caudam ductum non poſſit exire. 45
Sed a parte poſteriori paululum latiorem [y], a priore ſtrictiorem machinam compingi
oportet. Cui tranſuerſum tigillum [z] ad modum iugi confirmandum eſt, ad quod 46
equorum capita, vel boum cornua religantur. Nam reliquum corpus ad temones
ſocios [a], vel funibus alligetur, vt iuuamentum [b] praeſtetur ad medentis arbitrium.
Quae machina ad omnium maiorum animalium medelam ſolet eſſe communis [c].

II, b. S I

y) pro *Ammon.* vid. Morg. z) *Cappadocis* inſ. Morg. a) Deeſſe hic aliquid arbitratur Morgagnus. Et ſane nihil reſpondet genitiuo *ſalis*, et verbo *extenuant.* Ego putabam legendum *ſales foſſiles* etc. b) *tritae* edd. c) *ſilpion* edd. d) tum ante *et* tum poſt illud deeſſe aliquid videtur Morg. *III*, 35. Quid ſi pro *et cum* legamus *tritum.* Ita nihil deerit. e) *influas* ſph. S. f) *mulſa aqua* Morg. Nihil mutaui, cum *aquae adſpergi* vel *conſpergi farina* non minus dici poſſe videatur, quam contra. g) deeſſe aliquid ex Columella obſeruat Morg. h) *armoracea* Colum. i) Conf. Colum. 6, 18. Malim *Plurimum quoque.* l) *cimicis* e Columella Morg. *III*, 36. m) Conf. Colum. 6, 19. *Machinae* coni. Morgag. *III*, 37. Putabam *machinam* et *fabricam* poſſe per appoſitionem iuncta eſſe. n) Ita interdum Varro et alii. Sed tamen forte malis ex Colum. *medenti.* o) *conuexet* coni. Morg. nobis aliquando videbatur *colluxet.* p) *reſpuat* ex Colum. Morg. q) *Roboreis aſſibus compingis ſolum* id. r) *longitudinem* id. s) *latitudinem* idem. t) *prior* idem. u) *poſteriora* idem.

x) *velut in caueam* idem. Quid ſi *niſi in caudam* hoc eſt, retro tractum, vt Cacus traxit boues Herculis. In vniuerſum illud video, emendatione Clariſſimi Morgagni cum Columella conformari Vegetium. Supereſt, vt non ipſe in quibusdam diſcedere voluerit. Nos rem in integro relinquendam cenſuimus. y) *altiorem* vult Morg. *l. c.* z) *trigillum* edd. a) Qui ſunt *temones ſocii?* an paralleli? quia ſequitur, *vel funibus:* ſuſpicor, in voce *ſocios* ligandi inſtrumentum latere, laqueum aut ſimile. b) gloſſa magiſterialis pro *iumentum.* c) Hic addit *Sambucus* [*Rabioſis equis et canibus da bibere menſuram de iliernia, et ſanantur*]. Deinde eſt alia obſeruatio a Fabro iam propoſita, et paullum immutatis verbis a Sambuco ita concepta: *Quae ab initio huius libri vsque ad hunc locum habentur, non reperiuntur in vetuſtiore codice: adeoque pro vno ſumuntur capite: itaque ſubſequens reputabitur caput ſecundum.* In margine autem Fabriciani libri iſta: *Hic in Mſto Corbienſi ſequuntur tria parua capita, et poſtea ex corpore Gargilii Martialis de curis boum alia nouemdecim capita,*

II,[b]. SI vulnus in dorſo, aut[a] quacunque parte corporis coeperit habere vermes, et timetur, ne putredo vulneris[b] tranſeat in cancrum, nepitam[c] et cedrinam[d] ſiue cyminum vel cicutam conteres ex aceto et impones[e]. Calcem quoque viuam ex aceto acerrimo temperatam, necare vermes experimenta docuerunt. Si vermiculus[f] dorſo putredinem fecerit, vtiliſſimum eſt cauterizare[g] ſubtiliter, poſtea[h] viſcum cum melle et vino conterere et imponere. Pannos quoque minutos cum oleo et aceto vulnera purgare manifeſtum eſt. Quo facto ſi neceſſitas fuerit[i] vſtio rurſus adhibetur. Ad vltimum cornu caprinum combuſtum et[l] contritum valet[m], vlceribus ſuperinſpergitur, vt[n] recuperetur, et ſanitas ei detur.

III,[b]. LVMBORVM quoque cura vicina eſt. Nam animalia, aut cum ni-
mio pondere, aut cum transſcendere foſſam[a] conantur, ſi poſteriores reſederint pe-
des, aut nimio frigore[b] dolorem renum contrahunt. Ideoque[c] aqua calida cum
flore foeni diutiſſime confouendi ſunt lumbi. Inunctionibus[d] etiam calidiſſimis per-
2 fricandi, et ad vltimum afronitri[e] diluti inducto cauſtico corroborandi[f]. Quod ſi
dolor vehementior fuerit, de inguibus[g] ſoluendae ſunt venae, et[h] oleum cum axun-
gia, ſanguini qui profluit immixta[i] renibus inlinuntur. Et ſi neceſſitas fuerit cata-
3 plaſmis vtendum eſt[l]. Potio quoque renibus ſubuenit, ſi pilulas cypreſſi incidis[m]
duodecim ſupra carbones[n], nitri quoque vncias tres aſſis[o], et vtraque in puluerem
redigas, cum vnciis tribus mellis, et vini veteris ſextariis tribus, et olei boni tribus
4 vnciis, quod[p] per quatriduum[q] aequa parte faucibus digeras[r]. Vitio lumborum
medetur hemina ſeminis braſſicae, cum ſextario polentae attuſa[s] ex aqua frigida
ſubacta atque impoſita[t] dolentibus locis. Siſymbrium[u] quoque[x] cum polentae
ſextario, et aqua ſubactum medetur. Efficacius tamen eſt ſi cypreſſi folia ad mo-
dum heminae diligentiſſime contundas, et polentae ſextarium admiſceas[y], acrique
5 aceto ſubactum[z] dolenti imponas. Praeterea reſinae durae vncias ſex[a] decoquas[b]
vt liqueſcat, cui feruenti[c] ſuperaſpergis hordeaceam farinam, quam diu inſpiſſetur[d]
ad ſimilitudinem pulmenti[e], et diu ſubactum[f], et calidum ita[g] vt manus pati poſſit,
ſuperillinis[h] renibus. Quod ſi frequenter renouaueris et dolori[i] ſubuenit et tumori.
Si vero tanta indignatio fuerit, vt eiusmodi non ſentiat curas, aut[k] cauterio cuprino,
locis opportunis vrendo deprimes puncta ne deformetur animal, aut ſi vilius eſt,
et[l] neceſſitati aptius, quam decori, craticulatim, ſicut moris eſt, vres.

IV,[b]. RE-

*quae omnia huc pertinent.* Vide noſtram animadverſionem primam ad hunc librum. Martialis fragmenta ſubiecimus Vegetio. [C. II, b.] Hic in Mſ. incipit liber ſecundus et ſequitur ſtatim poſt vltimum caput libri ſuper. a) *vel in C.* b) *vlceris migret C.* c) pro *nepetam.* d) *cediam C.* e) ſic *C. imponis* edd. f) *mercurius F.* et *S. M. C.* Hic etiam inſ. *in.* g) *cauteriare C.* h) *poſt ebiſcum C.* i) *ſuaſerit C.* l) *et* om. *C.* m) *valet* om. *C.* n) *et ad redintegrationem ſufficit ſanitatis.* [C. III, b.] a) *foſſas C.* b) *frigoris dolore renum contrahuntur F. S.* nobiſcum *C.* et *S. M.* niſi quod *dolorem renes.* c) *ideoque* om. *C.* d) *vnctionibus C.* e) *afro nitro* omn. Ipſum cauſticum eſt, puto, afronitrum. ideo etiam inciſum poſt diluti ſuſtuli. f) *roborandi C.* g) pro *inguinibus.* h) *tunc ſale, oleo et ax. C.* i) *mixta C.* l) *eſt* om. *C.* m) *viridis XI ſuper C.* n) *exuras* inſ. *C.* o) ſic *S. treſſaſſi F. vnc.* III *acis C.* quid ſi *vnc. macis?* Sed ignotum Vegetio *macis* Arabum. p) *quod* om. *C.* q) *quo* inſ. *C.* r) *degerat C.* s) *tunſa C.* t) *compoſ. infunde naribus S. M.* u) *ſiſembr. F. S. ſiſimb. C.* x) *quoque cum* om. *C.* y) *miſceas C.* z) ita *C. ſubactis* al. a) *duas S. M. VII C.* b) *decoques C.* c) *frequenter ſuperaſperges C.* d) *ſpiſſetur C.* e) *pultis quod diu.* f) ſic *C. ſubactis* al. g) *ita* om. *C.* h) *ſuperillinas C.* i) *dolores ſubuenies C.* k) *aut* om. *C.* l) *aut neceſſitati aptum, quos decori gratia lares, ſicut moris eſt vteris F. S. aut ſimile, et eſt neceſſitati aptius etc. S. M.* nobiſcum *C.* Vid. Veg. *I,* 28, 4 *ſq.*

[C. IV, b.]

IV, [b]. RENVM autem dolor his agnoſcitur ſignis: Poſteriores [a] vngulas tra-
hit, lumbi vacillabunt, cauda deiecta erit, faeculentum [b] minget, ilia dura atque
contracta. Interdum tales [c] ſunt renes, vt ſanguinem mingant, et ſi nimium [d]
effuderit incurabilis eſt paſſio. Si parum [e] cruoris abundauerit [f], ſcito poſſe curari.
Cui poſt detractum [g] ſanguinem vel de matrice, vel de femoribus, hanc potionem [h]
dabis, videlicet, porri ſectiui ſuccum ex aqua.

V. SAEPE muſculi, qui in [a] renibus ſunt, vexantur ex caſu, et exteriores [b]
facilius curantur, ſi [c] iuſtae medelae afferunt [d] tarditatem. Optimum eſt, quoties
ceciderit iumentum, loco non moueri, et [e] aqua frigida perfundi, et poſtmodum
vnguentis vti [f]. Quae paſſio iſta [g] conſueuit ferre indicia: renes obdureſcunt, con-
trahuntur [h] teſtes, coxamque trahit, et colligere ſe non poterit. Quae [i] valitudo 2
naſcitur ex itineris longi fatigatione, aut ab infractu [l] cliuoſarum viarum. Incitatio
quoque curſus, et ſaltus extenſio, hanc adferunt cauſam. Sanguinem igitur ex [m]
viſceribus oportet emitti, prout qualitas corporis patietur. Vtendum [n] eſt potio-
nibus etiam ad valetudinem neceſſariis, molli dormitione animal collocandum.

VI. EX [a] perfrictione nonnunquam animalibus foras exit extalis [b], qui hac
ratione curatur. Scalpello ſcarificabis [c], praecipue loca quae videntur eminentiora,
ſimiliaque veſiculis [d], ſcarificatio digitis exprimitur, et decarnatur, puluere ſalis per-
fricatur, donec cum ſanguine actus [e] humor exſiccetur. Poſt calida et ſale fouebis
et deprimendo [f] intus remittis, et continuo reuertetur ad locum vnde [ff] exierat.
Altera intus digitis miſſis inlita lipara [g], vel meliloto, donec ſanetur. Quod vitium ſi 2
ferro tangere dubitas, hoc medicamento curabis quotidie: Caſtorei vncias tres,
ſalis triti [h] pondera duo, ſalis Ammoniaci [i] lib. vnam, ſinopidis [l] Ponticae ſeſcunciam.
haec omnia tunſa et cribrata pariter decoques, impones [m] extali, et alligabis [n], quo-
tidie autem lixiuio [o] calido fouebis, et medela continua, vſque ad ſanitatem. Po-
tionibus autem thermanticis [p] calefiet [q] aegrotum. Alii in hac paſſione, cum axun- 3
gia ad manum [r] extale fulciri et reponi oportere dixerunt, poſtea ſpongiam [s] appo-
ni caudam ſupra alligando [t]. Si tamen diebus aliquot [u] fuerit cura neglecta, prius
foueri [x] ad ſex ex lixiuio, vel ſale, et vrina calenti, et ſic reliqua curationibus [y] impleri.

VII.

nec teſticuli, nec crura intumeſcunt. Conuenit itaque tympanitico [d] calidum ci- 2
nerem cum liquamine optimo in panno, vel linteolo vmbilico vel ventri ſuppone-
re [e], et faſciis colligare, ſed a pluribus [f] animal tenendum eſt, ne luctando [g] mo-
veat ligaturas. Radicem panacis [h], ſil Gallicum pariter conteres, et cum oleo 3
vinoque tepefacto per cornu faucibus digeres [i]. Praeterea [k] thymum ſilueſtrem
et etargium [l] in vino decoques, et ſingulas heminas per triduum dabis. Tympa- 4
niticum [m] haec ſigna demonſtrant: ciborum bibendique faſtidium, exiguus ſomnus
aut nullus. ſi per nares mucos [n] coeperint [o] emittere, deſperandum eſt, ſi mun-
das nares [p] habuerint [q] hac ratione curabis [r]: cremorem ptiſanae et defruti [s] binos
cyathos per triduum dabis tepidos [t]. Praeterea hyſſopi vncias quatuor, allii [u] viri- 5
dis manum plenam, palmas numero viginti, foenigraeci cyathos ſex, aquam ciſter-
ninam et vinum odoratum vetus pariter miſces [x], diligentiſſime decoques, et in [y]
potionem per triduum dabis.

XXVIII. LIENOSI [a] vt manifeſtum eſt periculum, ita manifeſta ſunt ſigna.
Nam oculi inuertuntur [b] et [c] ſuffuſi ſunt ſanguine, tardius ambulant, collum ha-
bent [d] extenſum et [e] fit deterius et rigidius. Quae paſſio principium indicat robo- 2
roſi, quorum [f] latera intumeſcunt [g], ſiue ceruicis media ſpina ad ſimilitudinem aluei
fit concaua, adſtringuntur aliquando maxillae, quod vitium conſueuit inferri ex ni-
mia perfrictione, cum animalis [h] dorſum aut frigore, aut pluuia, aut grandine cae-
ditur, aut niuibus [i]. Cuius iſta curatio eſt. De cauda parum ſanguinis demis. 3
nam ſi amplius tuleris [l], infrigeſcet et rigori additur rigor, admiſces in eum [m] me-
rum, et oleum, et [n] calefacies, et [n] ſtatim hac [n] dorſum et ceruicem perunges,
ſaccellum [o] quoque ex furfure calidum [p] impones, vt totam ſpinam tenere poſſit et
lumbos. altera die extergebis diligenter, et vnctione eadem perfricabis, ſupra 4
quam ſimiliter cum furfure calentem [q] ſaccellum imponis, hoc vſurus vnguento:
medullae ceruinae libram vnam, mannae thuris vncias quatuor, depli [r] vncias tres,
caſtorei vncias tres, opopanacis [rr] vncias tres, reſinae frixae vncias tres, apocy-
mae [s] vncias tres, reſinae terebintinae [t] vncias duas [u], cerae libram ſemis [x], olei
laurini vncias octo [y], olei [z] cyprini libram, olei glaucini [a] ſextarium vnum. Ex
his

m) *apponere F. et S. M.* n) ſic S. *volueris F.* o) *decoquunt ad tertias vt redeat ad heminam, et per os degerunt* C. [C. XXVII.] a) *Tympanites* C. *Tympanitis S. M.* b) *hydropis* C. *hydropi S. M.* c) *ei cr. vt hydropico* C. d) *tympanico* C. e) *ſuperponere* C. f) *plurimis S. M.* g) *colluctando demoueat ligaturam* C. h) *et* inſ. *S.* i) *infundis* C. k) hinc om. *S. M.* l) *argium* C. forte *nigrum.* m) *etiam* inſ. C. n) *muccos* C. o) *coeperit mittere, deſperabis* C. p) *nares* om. C. q) *habuerit* C. r) *curatur* C. s) *defricti C.* t) *tepidos* om. C. u) *aleum viridem* C. *alei F. S.* nobiſcum Morg. *IV*, 37. x) *admiſces C.* y) *in* om. *C.* [C. XXVIII.] a) *Leienoſi* omn. b) *deiiciuntur S. M.* c) *et* om. *C.* d) *habebit* C. c) *qui deterior eſt rigidus* C. f) *quorum — niuibus* om. *S. M.* g) *immiſcent finem cerum med.* C. h) *animalium dorſa — caeduntur aut niuibus* C. i) *nubibus* edd. l) *tuleris* om. C. m) *eo* C. *cum eo S. M.* n) *et, et, hac* om. C. o) Hinc lacuna *S. M.* p) *calido* C. q) *calente ſac. pones* C. r) *dipli* C. *bdellii* coni. vere, opinor, Morg. *IV*, 38 ex Veg. 4, 15, 1. rr) duo inciſa om. C. s) ſic C. pro *apochymatis. apoximae F. S.* Vid. Ind. *V. apocima.* t) ſic C. *terbent.* edd. u) *reſinae frixae vnc. tres* inſ. C. x) *vnam* C. y) 5 C. z) *ſepi caprini S. F.* nobiſcum C. it. *F. M.* et *S. M.* a) *gleucini* legendum puto. Vid. Ind.

5 his ſicca quae fuerint tundis [b] et cribras [b], caetera ſuper [c] carbones ſoluis [b], quibus
cretam admiſces [b] et leuiter decoquis [b] in vaſe nouo, vncturus cum neceſſitas po-
6 ſtulauerit, reponis [d] ac ſeruas. Hac quoque potione intrinſecus curabis. abſinthii
vnciam vnam, ariſtolochiae vncias tres, betonicae vncias duas, petroſelini vnciam [e]
vnam, et ſemis, trixaginis vnciam [e] vnam, thuris maſculi vncias tres, caſtorei vn-
7 cias duas, mannae ſuccari [f] vncias duas, contundis [g] pariter et cernis et ex aqua
mulſa et oleo diffunde [h] per fauces, absque dubitatione curabis. Alii auctores
aſſerunt, ſanguinem de brachiolis auferendum [i], et animal abſtinendum ab hordeo,
allium [l], nitrum, marrubium, [ſanguinem [m] de brachiolis] aequis ponderibus tritum
cum abſinthio Pontico et vino auſtero per os dandum. et [n] cum biberit deambu-
let, et ſpongiis calidis foueatur, et preſſa manu diutius [o] perfricetur. Si ventris
8 permanſerit [p] tumor, pectus cauteriis inurendum eſt. Poſt quinque [q] dies ternos
digitos ſubiicis [r] hac atque illac inurendum [s] eſt iterum; Obſeruabis autem ne ve-
nas [t] forte comburas.

XXIX. IMPLECTICVS [a] autem quia ſimilem ſuſtinet paſſionem, perfricandus eſt vnctione ſuperius memorata [b], et ſi neceſſitas poſtulauerit inurendus.

XXX. SI phragmaticum [a] erit iumentum, his agnoſcitur ſignis: febricitabit, oculos introrſum [b] reducet, aures tenſas habebit et rigidas, terram pedibus tundet: quod hac ratione curabis: Sanguinem detrahas [c] de matrice, adiunctoque oleo et vino tepefacies, totumque iumentum contra pilos [d] diligentiſſime confricabis, loco tepido ſtatues, et curaſti.

XXXI. ALIQVANDO iumenta aquas [a] timent, quae dicuntur hydrophoba [b].
Signa huius haec ſunt. venas omnes habebit extenſas, ſudabit ſuffuſis oculis, tre-
morem [c] frendoremque patietur, illidet ſe parietibus: ex qua paſſione conuerti
2 conſueuit in rabiem. Cui hac ratione ſuccurris: ſanguinem ei de femoribus [d] de-
trahes, a cibariis abſtinebis, in loco ſic [dd] clauſo vt lumen videre [e] non poſſit con-
ſtitues, magno ſilentio aquam in ſitula [g] vel alueo ita apponis [h], vt non audiat ſoni-
tum, manipulum rutae deterito [i], et baccas lauri [k] XV, olei roſati [l] libram, aceti vn-
ciam vnam commiſceto, caput et nares [m] diligentiſſime perunges [n], et ſanabitur.

XXXII. SPASMVM [a] certum eſt animalia ſuſtinere. quae neceſſitas his declaratur indiciis: Subito concident, et articuli eorum extenſi ſunt, et toto corpore palpitant, aliquando etiam de ore ſpumam emittunt [b]. Quibus [c] eſcam dabis puſca [d] nitroque [e] conſperſam, cucumeris quoque ſiluatici puluerem, et nitrum

tritum

Ind. h. v. b) *tundes, cribrabis, ſolues, decoques*: videtur igitur etiam *admiſces* futuri intellectu poſuiſſe: ita et ſ. 3. c) *ſupra* C. d) *repones has herbas* C. e) *ſemunciam* 1. C. f) *crucis* C. g) *contundes, cernes* C. h) *defunde* C. i) *detrahendum* C. l) ſic C. *oleum* al. *m*) incluſa om. C. n) *et* om. C. o) *diutiſſime* C. p) *permiſerit* C. q) *quintum diem* C. r) forte *ſub iſtis* legendum eſt, intellige *plagis cauteriorum*, de quibus modo dictum. s) *inurendus* C. t) *venam fortem* C. [C. XXIX.] a) *implicticus* C. b) *nominata* C. [C. XXX.] a) *fragma inciderit* C. b) *introuerſus* C. e) *detrahes* C. d) *pilum* C.

[C. XXXI.] a) *aquam* C. b) *hydrophorba* C. quod non adnotaſſem, niſi viderem, ſolenne quaſi hoc vitium fuiſſe, emendatum etiam in Galeni interpretatione veteri a Beroaldo in fine opuſculi de terrae motu et peſtilentia. *add.* 3, 83, 1 no. *c.* c) *vredinem frigoremque* C. *frigoremque* etiam *S. M.* d) *inferioribus* C. dd) *ſic* om. C. e) *videri* C. g) *fiſtula S. M.* h) *appones ne aud.* C. i) *conter.* C. k) *num.* inſ. C. l) *roſei ſelib.* m) *aures* C. n) *perungues. ſanabitur* C. [C. XXXII.] a) *ſpaſmos* C. b) *mittunt* C. c) *cui iſtam* (corruptum ex *eſcam*) *porrigis* C. d) pro *poſca* omn. e) *nitrioq.* C.

f) *ſanguinem*

tritum per ſeptem dies in potione dabis vt purget. Sanguinis [f] quoque marinae [g] 2
teſtudinis dimidiam cotylam, aceti tantundem [h], laſeris aliquantulum [i] pariter miſces,
et ſuffundis [l] in nares. Vtile dicitur terga [m] eorum oleo et aceto, et nitro frequen-
tiſſime confricari.

XXXIII. QVADAM ratione lunari [a] animalia ſicut homines frequenter [b] cor-
ruunt, et intermoriuntur. Quorum iſta ſunt ſigna: iacentia contremiſcunt, ſa-
liuae per os defluunt [c], deſperata pro morituris [d] repente [e] conſurgunt, et pabu-
la [f] appetunt. Cartilaginem [g] naribus eorum digito tentabis, quanto frigidiorem
inueneris, tanto plus [h] caſurum ſcias. Si [i] minus frigida fuerit, rarius cadet [l]. 2
Cuius iſta curatio eſt. De ceruice eius [m] copioſum ſanguinem tolles [n], poſt quin-
tum diem de temporibus, loco calido tenebroſoque conſtitues, totum corpus ther-
manticis confricabis vnguentis, cerebrum quoque eius et auriculas pice liquida
cum oleo laurino admixto [o] largius perunges, et mittes intrinſecus, caput etiam 3
acuta [p] vel [q] cerebellari [r] communies, potionem autem catharticam [t] dabis eius-
modi: ſileris [s] radicis vncias duas, panacis radicis [u] vnciam vnam, diagridii vnciam
vnam, cum [x] cucumeris ſilueſtris vncia. quae omnia bene trita commiſces, cum
mellis ſextario vno decoques, ex quo cochleare plenum in aquae calidae ſextarium,
et olei draahmas [y] tres mittis [z] et per os defundis. Caput quoque eius ſaepius cu- 4
rabis. Radicem Dianariam [a], id eſt herbae Artemiſiae, in puluerem rediges, et per
fiſtulam naribus inſufflabis. Radicem quoque laſeris tunſam ſi naribus defuderis,
eadem ratione proderit. Si autem paſſio perdurauerit, caput eius vres, vt [b] apioſo
fieri conſueuit.

XXXIV. ANIMALIA ſaepe [a] aquam reuoment [b] quam biberant. quae paſſio e [c] nimia perfrictione [d] deſcendit, cum ſtomachus paralyſin ex frigore ſuſtinet [e]. Sed hac ratione curantur. Sanguis de ceruice detrahitur, potiones thermanticae [f] propinantur, vnctionibus calidiſſimis armi pectusque confricantur [g], purgatur per nares caput, et ſi neceſſitas poſtulauerit, etiam [h] ſinapizantur [i].

XXXV. SIDERATITIA iumenta dicuntur, cum venas vacuas percuſſerit frigus, aut aeſtus, aut impleuerit cruditas aut ieiunia [a] bulimum [b] fecerint. Redditur enim ſtupidum animal, et titubans ambulat [c]. Quod mollibus cibariis, lenibusque [d] potionibus curari oportebit ita. laſeris vnciam vnam, et heminam mulſae ſuccumque ptiſanae [e] miſcebis. Et ſi ex frigore cauſa eſt, cum vino et oleo tepido [f] dabis. Si [g] ex aeſtu, cum roſato praebebis. Si ex cruditate, abſtinebis a cibo. Si de bulimo, ciceres offeres largiores.

XXXVI. SOL

f) *ſanguinem C.* g) *maximae S. M.* h) *tantundem vini* inſ. *S.* et *C.* i) *aliquantum par. admiſces C.* l) *ſuffundes C.* m) *ſi oleo, aceto, nitro terga eorum freq. confricentur C.* [C. XXXIII.] a) *lunatica C.* b) *repente C.* c) *effluunt C.* d) *mortuis C.* e) ita in marg. *F.* et *S.* (*frequenter*) in cont. *F.* et *S. frequenter repente C.* f) *pabulum C.* g) forte inſ. *in*: vel cum *C.* leg. *narium.* h) *periculo propinquius eſt S. M.* i) *Si — communies* om. *S. M.* l) *ſi calida fuerit, non cadet* inſ. *C.* m) *ei C.* n) *detrahes C.* o) *mixta perungues* omiſſo *largius C.* p) *aluta et F. S.* nobiſcum *C.* r) *cera vel lare C.* s) *catharticam* om. *C.* t) *ſileris* om. *F. ſilei radicem C.* u) *radicem C.* x) *cum* om. *C.* y) *vnciam vnam miſce C.* z) *mittas — defundes C.* a) *deariniam C.* male. b) *appioſo C.* [C. XXXIV.] a) *ſaepe aquam* om. *C.* b) *reuomunt, quae biberint C.* c) *de C.* d) *praefocatione S. M.* e) *ſuſtinuit* edd. f) *tragmanticae S. M.* g) *confricentur, purgentur cum naribus caput C.* h) *etiam* om. *C.* i) *ſinapizentur C.* [C. XXXV.] a) *ieiuna* edd. b) *ab alimentis fiunt S. M.* c) *cum ambulauerit* S. *M. ambulabit C.* d) *leniſſimisq. C.* e) (*heminam*) inſ. *S. aliam eminam* inſ. *C.* f) *tepidum C.* g) Hinc om. *S. M.*

XXXVI. SOL quoque canicularis ardentior [a], animalia percutit in cerebro, quibus de temporibus ſanguis emittitur [b] et ſimili ratione curantur [c]. His autem oſtenditur ſignis, quia deiectum [d] caput portare coguntur.

XXXVII. CRVDITAS iumentis generat aegritudinem, quae hac ratione dignoſcitur [a]: modo in vnam partem, modo in aliam [b] ambulantes inclinant. Quorum iſta eſt medicina: Sanguis eis de ceruice detrahitur, a potu et cibariis abſtinentur. Si aeſtas eſt, refrigeratorias accipiat [c] potiones, non parum [d] natura compellitur [e].

XXXVIII. BVLIMVM animalia ſuſtinent frequenter ex fame, frequenter [a] ex laſſitudine. Cuius iſta ſunt ſigna. Oculi [b] interius fugiunt, incertus eſt viſus [c], corpus [c] tremit. Qui [d] hac ratione curandus eſt, vt primo omnium defricetur ex vino oleoque tepefacto, tunc [e] panis mundi mollem partem vino infundes, [[f] et cum eodem confricabis.] Si cylon [g] feceris, per cornu digeres [h], et reparabitur. Quod ſi permanſerit bulimus, ſimilae [i] heminas cum ſextario vini infundes [l], et per cornu digeres. Quod ſi [m] iter agens inciderit bulimum, vbi neceſſaria deſunt, terram [n] faucibus infundes, aut offas facies, et per os degeres.

XXXIX. QVODSI ex anhelitu inflationes [a] contigerint, cuius cauſae rationes [b] reddi non poſſunt, puſcam calidam cum ſpongia [c] cerebro eius apponis [d], et pectori [e] in aures eius oleum laurinum mittes, frigidiſſimo loco eum conſtitues, nares quoque titillabis vt frequentius ſternutet. quo facto, ſtatim exhilaratur [f].

XL. SI aeſtuauerit animal et defectionem patietur, braſſicae folia cum apio contundes, et cum vini ſextario permiſcebis et per narem ſiniſtram infundis. Si verò fortius

[C. XXXVI.] Putem quae hic dicuntur ad praecedens caput de ſideratitiis pertinere. a) *ardentium animalium percutit cerebrum* C. b) *emittetur* C. c) *curatur* C. d) *eiectum* C. [C. XXXVII.] a) *noſcitur C. dinoſc. F.* b) *alteram ambulant et inclinant ſe. Equorum* C. c) *accipient* C. d) *etiam* inſ. *C.* e) *compellente F.* et *S. M.* [C. XXXVIII.] a) *aliquando C.* b) ſic *C.* et *S. M. Anterius*, om. *oculi* rel. c) ita *S. M. effuſus tremebit* rel. Etiam C. nobiſcum, niſi quod habet *tremeuit.* d) *quae — curanda ſunt in C.* e) ſic C. *et micam panis pulueriſatum vino inf. S. M. Cum mundis mollem F. S.* f) Haec aliena videntur et om. *S. M.* g) *ſi ilion fecerit F.* et *S.* plane quidem ἀπροσδιονύσως, arbitror. *Sic liquidum faucibus infundis et curabitur S. M.* Haec ſatis videntur liquida, ſed neſcio an ingenioſi librarii, vel patris familias, qui mallet ponere, quod intelligeret. Corbeiae ita legitur *ſicylon feceris, per cornu degeres.* Puto itaque legendum, *ſi cylon feceris. Cylon* vox eſt, quae perturbando huic loco occaſionem dediſſe videtur. Recurrit ea 3, 66, 4, vbi editum eſt *quilon*, C. *cylon.* Cum ſuſpicarer in eo loco intelligendum eſſe ius gelatum, confirmauit eam opinionem Platnerus V. C. quem aliquoties laudaui, et contulit cum hoc *cylo*, *zelum piſcium* (*a* ζέω vnde et *zenna*) i. e. *gelatinam* vel *zelatinam* Italorum, *gelée* Gallorum, laudauitque Valiſnerii V. C. oſſeruazioni varie *To. III Opp. p.* 167. Mire confirmatus ſum deinde ab interprete Germanico Vegetii, qui l. c. ita reddidit, *daſs es ein Renne, oder eine zæhe zuſammenflieſſung werde.* Videbam prioris vocabuli hodie quidem obſoleti, vim adhuc ſupereſſe in verbo coniugato *gerinnen*, quo vtimur in lacte et ſimilibus, cum gelantur. Sed tulit ſuppetias Vocabularius Germanico-Latinus, primus ſui generis, ſi praefationi credimus, qui penes me eſt Argentorati 1515, 4. editus. Hic enim diſerte, *Renn coagulum dicitur lactis contractio.* Hic igitur *ſi cylon feceris* ſignificat, cum coquendo panis molli cum vino iuſculum craſſiuſculum, quod tamen facile adhuc fluat, effeceris etc. h) *degeres, repar. C.* i) *ſileris S. M.* l) *fundes, et per cornum deg. C.* vltimum inciſum om. *S. M.* m) ſic *C.* niſi quod pro *iter* excerptum eſt *ita. quod iter agerit inciderit bulimus F.* et *S.* niſi quod hic *egerit. Quod ſi iter agenti inciderit*, vel *ſi iter egerit et inciderit bulimus* coni. Morg. *IV*, 39. n) *terram* om. *C.* [C. XXXIX.] a) *inflatio contigerit C.* b) *ratio — poteſt C.* c) *ſpongiis C.* d) *appones C.* e) *et in aures oleum* C. f) *curabitur S. M. exhilarabitur C.*

[C. XL.]

fortius aeſtuauerit, petroſelini [a], daucii, ſilis [b] Gallici, abrotani, ſpicae [c] nardi, ſchinuanthus [d] aequis ponderibus tunduntur, et cum aqua mulſa data, aeſtum releuant.
Quod ſi his ita membra defecerint vt concidant, quibuſdam placet abſtineri eos a 2
potu, et ſitientes in aqua frigida vna hora ſtare, et continuo reparari [e]. Alii dixerunt hordeaceam farinam cum vino per cornu [f] faucibus infundi. Plerique experti ſunt triticeam farinam cum aqua frigida datam continuo profuiſſe. Vel certe tria oua cruda cum pulegio [g] et puſca [h], oleoque permixto, faucibus infundunt [i].

XLI. PARALYSIN ad ſimilitudinem hominum iumenta patiuntur, quae his oſtenditur ſignis: Ambulabit prauus [a] in latere ad ſimilitudinem cancri, ceruicem incuruabit, vt ſolent habere quibus fractae ſunt, rectos pedes mittere [b] non poteſt [c]. ſi [d] coegeris, parietibus ſe illidunt, cibum et potum non recuſant. Hordeum autem ipſius vdum [e] ſemper apparet. Hac ratione [f] curabitur. Sanguis ei de temporibus [g] parte contraria, non qua contractus [h] eſt, tollitur. vnctionibus thermanticis [i] perfricatur, ceruicesque [l] eius conſtringuntur vſque eo, vt cratellis [m] ex ligno [n] appoſitis conſtricta [o] ceruice prauitas dirigatur. Loco autem calido ſtabulatur ſicut roboroſus. cui ipſae [p] potiones dantur. Si [q] parum in [r] totum iſta medelarum adiumenta profecerint, ceruices eorum [s] vruntur, non qua contractus eſt, ſed ex parte contraria de cautere accipit [t] palmas ab armo vſque ad ceruicem [u] auriculae, et in tempore vritur ad menſuram ſemiſſis. In alia autem parte temporis quaſi ſtellam [x] paruam cauterio facies, et in parte renum vſque ad mediam ſpinam virgulas [y] dabis ſolemniter, et curaſti.

XLII. IVMENTA nimio ſaltu, vel curſu aut ruina, cum aliquid [a] ruperint, vulſant. quorum iſta ſunt ſigna: Stranguriam patientur, exſcreabunt etiam purulentum, et quoties volutata fuerint, non reuoluuntur, nec ſe excutiunt. Si recens ruptura fuerit, ſanguinem magis exſcreabit [b] quam pus. Quae curantur glutinoſis
et lenibus [c] cibis. Talem etiam accipiunt frequentiſſime potionem. Thuris ma- 2
ſculi vnciam vnam, opii vnciam vnam, heliotropii vnciam, quod intybum [d] agreſtem vocamus, rutae vnciam vnam, quae omnia diligenter trita cum vino auſtero [e]. quatuor menſuras adiicies [f], et [g] per dies ſingulos [h] dabis ad cornu [i], donec quae intus rupta ſunt glutinentur.

XLIII. SED [a] animal nonnunquam inuadit inſania, vt praeſepium frangat, ſeſeque morſu laceret, impetus [b] etiam in homines faciat [c], auribus micat, oculis erit [d],



[C. XL.] a) *armmi* inſ. *C. ſementa* poſt *daucii* inſ. *S.* b) *ſillis S. ſileris S. M. ſimilis F. M.* c) *ſpicae nardi* om. *C.* d) *ſinoantis F. S. aliſci noanthus C.* quae mirifice confirmant coniecturam noſtram, quam ideo recipere auſi ſumus. Literae *ali.* ſunt nota variae lectionis, cui adhaeſit prima ſyllaba vocis iam reſtitutae. Vid. Ind. ſub *ſinoantis.* it. *ſquinuanthos.* e) *reparantur C.* f) *cornum C.* g) *puleio C.* h) pro *poſca.* i) *infuderunt C.* [C. XLI.] a) (*pronus*) *F.* et *S. prauus F. M. prauus vel curuum S. M.* b) *mittere* om. *F.* (*mictere*) *S.* c) *ponent* edd. *poteſt C.* d) ſic *C.* et *S. M. ſic aegris* al. e) *ſudum C. ſolidum S. M.* f) *obſeruatione ſanabitur C.* g) *temporis C.* h) *patitur S. M.* i) *thermaticis C. tragmanticis S. M.* l) *ceruixque eius aſſidue corrigitur C.* m) *cretellis F. crit. C.* n) *lignis impoſitis F. S. ligno appoſito S. M.* nobiſcum *C.* o) *contracta ceruicis prauitas corrigatur C. S. M.* p) *eaedem S. M.* q) reliqua om. *S. M.* r) *tot medullarum S. M.* s) *eius curantur C.* t) *accipe pulpam C.* quin *palmulae* vocantur *Veg.* 1, 28, 4 vt *lineae.* Cognata, credo eſt *veſtis palmata.* u) *verticem C.* Sed *ceruix auriculae* videtur, vbi ea adnata eſt capiti. x) *ſtillam paruulam C.* y) *virgulam C.* [C. XLII.] Conf. *Veg.* 3, 65, 3. a) *intrinſecus C.* b) *excreabunt* C. c) *leuibus F.* d) *intubum* C. e) *auſteri* C. quod non contemſerim. *Quae omnia diligenter trita cum vino,* (intellige *vbi fuerint.* vid. Ind. Voc. *Accuſatiuus abſol.*) *auſteri* (*vini* int.) *quatuor menſuras adiicies.* e) *Atticas S. M.* f) *et* om. C. g) *et* inſ. C. h) *cornum* C. [C. XLIII.] a) *Sed* om. C. b) *impetum* C. c) *facit vt fera* C. (*vt fera*) etiam inſ. *S.* d) *erit* om. *F.* habet etiam C.

attentis et ſplendidis, et [e] ex ore egerit ſpumam, quem caute ne medentem laedat,
diligenterque conſtringito. Sanguinem ei de ceruice et de cruribus trahito, rur-
2 ſumque in tenebris contineto, donec appetat cibum. Cum coeperit ad patientiam
reuocari, ſuccum cicutae vno [f] acetabulo, et aquae vnam heminam admiſces, et per
os defundis [g]. Poſt rutam conterito, et ſupra cerebrum ponito, caputque lanata pelle
conſtringito et [h] curato, et cum profecerit, calide ſtabuletur. Talis quoque potio
equis ſubuenit rabioſis. Baccas lauri nouem, et allii [i] purgati grana [l] viginti et vnum,
diligenter [m] conteres, et cum vino veteri candido per narem ſiniſtram iniicies.

XLIV. SI animalia dum ſudant hordeum comederint [a], vel ipſum hordeum
nouum fuerit, quia vehementius calet [b], vel copioſius quam oportet otioſa paſcuntur,
absque dubio indigeſtio, et pletura [c] comitabitur. Quae paſſio his agnoſcitur ſignis.
Sudabit, ligati [d] erunt armi, ambulabit incertum [e]. Sanguinem [f] ei de ceruice de-
trahes, aceto oleoque permixtis [g] totum corpus diligentiſſime confricabis [h], leuibus [i]
2 ambulationibus exercendum [l] eſt, et ab hordeo penitus abſtinendum. Cui eiusmo-
di ſubuenit potio: braſſicae folia contundis, ſuccumque exprimis, et [m] myrrhae
puluerem, et [m] parum liquaminis, et vinum vetus optimum miſces, quod per tri-
duum per [n] os defundes, ita digeſtio et ſanitas conſequetur. Aliquanti [o] praecan-
tatione [p] tentant afferre remedia, quae vanitas ab aniculis ſolis diligenda eſt, cum ani-
malia ſicut homines non inanibus verbis, ſed certa medendi arte curentur.

XLV. PVLMONES [a] vt integri praeſtant ſubſtantiam [b] vitae, ita vitiati peri-
culum afferunt mortis, quorum dolor manifeſtis declaratur indiciis. ſtertet, tuſſiet
grauiter, et exſcreabit purulentum. Si aegritudo longior fuerit, de prioribus [c] clau-
dicat [d] pedibus, grauem foetorem naribus expellit, difficile ſe collocat, ſed [e] febriens
2 praeſepio incumbit. corruptum aſſellabit [f]. Aliquando in corpore ipſius [g] ſimilia
furunculis tubercula naſcuntur. Quorum [h] aegritudo difficilis eſt [i], ſed hac potio-
ne [l] curanda [m]: thuris maſculi vncias tres [n], hyſſopi [o] vncias duas, folii [p] vnciam
vnam, mannae croci vnciam vnam, myrrhae vncias duas diligenter tundis et cri-
bras, ex quo puluere vnum cochlear [q] cum tribus ouis et aqua [r] temperabis, et dif-
fundis [s] per os. Si cibum non appetit, pro [t] aqua lac caprinum miſcebis, et addito
3 mellis cochleario propinabis. Succum quoque ptiſanae cum oleo roſaceo, et pulue-
rem [u] ſuperius comprehenſum cum ouis per os dabis ad cornu [x]. Offas quoque ex
duobus ſextariis farinae triticeae, et vno ſextario erui pollinis facies, quibus admiſce-
bis ex ſupra ſcripto puluere quinque cochlearia [y]. Sed ſeptenas offulas [z] diebus ſin-
4 gulis digeras, quas quotidie ad ſubſtantiam dabis, donec cibos tentet appetere. Cui
omnem eſcam propter faſtidium viridem oportet offerri, et contrario lenticulam
cum

e) *et* om. *C.* f) *vnum acetabulum C.* g) *defundes C.* h) *curaturos* (f. *curaturus*) *vt calide ſtabulis C.* i) *alei* edd. l) *grana* om. *C.* quid igitur ſumi iubet Vegetius, ſemen an ſpicas? m) *diligentiſſime C.* [C. XLIV.] a) *comederint* — *hord.* om. *C.* b) forte *calent.* c) pro *plethora.* d) *inligati ſunt C. in loco vbi ſunt S. M.* e) *incertus C.* f) *ſanguis* — *detrahetur C.* g) *permixto C.* h) *confricetur C.* i) *leuibus* — *abſtin.* om. *S. M.* l) *exercendus* — *abſtinendus C.* m) *et* om. *C.* n) *per os* om. *C.* o) Hinc om. *S. M.* p) *praecantionem* — *mediam C.* forte *praecantationum* — *remedia.*

[C. XLV.] a) *Pulmone* omnes. b) *ſuffragia S. M.* c) *poſterioribus S. M.* d) *claudicabit C.* e) *ſed* — *naſcuntur* om. *S. M.* f) *adſellabitur C.* g) *ipſius* om. *C.* h) *Quae aegritudo difficilis hac et curator S. M.* i) *eſt* om. *C.* l) *ratione C.* m) *eſt* inſ. *C.* n) *duas S. M. vnc.* I. *C.* o) *hyſſopi v.* I. *folii v.* I. om. *C.* p) *trifolii magni* (f. *mannae*) *croci ana vnciam vnam S. M.* q) *cocleare C.* r) *aquam C.* s) *defundis C.* t) Hinc om. *S. M.* u) *puluere* — *comprehenſo, vel C.* x) *cornum C.* y) *Ex lacte etiam cuiuscunq. pecoris eam conſperges. ſalutare eſt, ſi ſept. C.* z) *offas C.*

a) *vel*

cum [a] tritico vel hordeo torrefacto, cum palea dabis, vt quidquid ex diuerſitate ci-
borum voluerit [b] eligat. Lac tamen recens cotidie ei conuenit dare [c]. Deambulet
primum, vbi coeperit conualeſcere ad exercitium reuocandum [d] eſt. Lac ſi defuerit,
aquam, in qua eruum prius lotum die ac nocte permanſerit, dabis in [e] potu. In 5
cauſa [f] pulmonum de ceruice vel de palato his ſanguis aufertur, quibus nec faſti-
dium euenit, ſed [g] fortiora ſunt corpora. Cineres quoque vlmi loti et infuſi [h] aqua
cum vino veteri optimo odorato heminas ſingulas miſces [i] et dabis. Quodſi vehe-
mentius vexatum [l] aegritudine, tranſiuit in morbum: Radicis [m] lentiſci drachmam,
thuris vncias duas, myrrhae drachmam, ſuccari ſemiunciam, contere diligenter,
et cum vino ſuffunde. Sunt et iſta remedia. Vua alba in os [n] equi frequenter ex- 6
primatur, ſemen radicis datur in vino, amygdalae frixae cum aqua offeruntur. Sed
eſt alia efficacior potio: Cardamomi [o] vncias duas, caſſiae [p] vnciam, ſtoracis vn-
ciam vnam, quae omnia [q] ſi validior et ſine febre erit [r] cum vino; ſi febriens, cum
ſucco ptiſanae per os dabis.

XLVI. ORTHOPNOICVM [a] iumentum his agnoſcitur ſignis: [b] etiam ſi
trahatur, ambulare detractat, anhelat grauiter, frequenter ſuſpirat, ronchos [c] ducit,
ilia ſuſpendit, dum manducat tuſſit. Ex [d] quo vitio difficile liberabitur [e], licet in 2
longum protrahat vitam. Pulmo enim eorum contrahendo ſe comburit [f], vnde et
macies cum morte inſequi conſueuit. In recenti tamen hanc curam feſtinanter ad- 3
hibebis. Sanguinem de pectore detrahes, et mero oleoque permixtum atque cale-
factum perunges. Lixiuium [g] quoque cineris diligentiſſime cretum, cum oleo
optimo temperabis, et per nares diebus quinque continuis eidem digeres [h]. Potio-
nem quoque dabis poſtmodum: Sinapis Alexandrini frixi, et [i] ſulphuris viui, et [i]
myrrhae, cardamomi ſpecies aequis ponderibus contundis [l] et cernis, et cum melle
optimo [m] decoquis. Ex quo medicamento ad magnitudinem nucis cum [n] vino ni- 4
gro calido dilues, et quotidie per os potionabis. Alii [o] vero myrrhae vncias duas,
ſulphuris [p] vnciam vnam, nitri ſemiunciam, picis liquidae puſillum, deterunt, ad-
ditoque melle et vino vetere odorato, candido, per nares ſaepius infundunt. Cu- 5
rabis autem ne algeat, temperabis exercitationibus vt ſudet: et non ſolum in potio-
ne, ſed etiam in foeno nitrum cum melicrato [q] aſperſum [r] ſemper accipiat.

XLVII. OPISTHOTONICI [a] quoque ſimilis paſſio declaratur [b]. Ortho-
tonicus [c] qui totus eſt rigidus, opiſthotonicus [a] cui in poſterioribus partibus morbus
inſederit. Cuius iſta ſunt ſigna. Aures [d] rigidas [e] habebit, collum extenſum, ocu-
los minores, tenſa pellis in facie, labia grauia, vt oſcitare et [f] aperire vix poſſit, ci-
bum potumque faſtidiet, cauda rigida, greſſus incertus, membra diſtenſa [g], difficile
progredi-

a) *vel triticum, vel hordeum torref. C.* b) *voluerit* om. *C.* c) *dari C.* d) *reuocandus C.* e) *ei bibere C.* f) *cuius a C.* g) *et C.* h) *in* inſ. *C.* i) *miſcebis C.* l) *vexabitur aegritudo et trànsierit C.* m) *radicem C.* n) *ore C.* o) (*coſti, iringii* (pro *eryngii*) *radicis caſiae ana*) inſ. *S. coſti vnc.* 2, *cinnamomi vnc.* 1, *eryngii radicis vnc.* 2, *ſtoraris ſemen* (f. *ſemc.* h. e. *ſemunc.*) *C.* p) *cinnamomi S. M.* q) *tunſa, ſi frequenter ſuſpirat C.* r) *fuerit C.* [C. XLVI.] a) *Ortholiſtophicum F. Orthotonicum C.* nobiſc. *S.* b) *vt — detrectet C.* c) *runchos* edd. *truncos ducit*, al. *trunculos duc. C.* d) *Ex — conſueuit* om. *S. M.* e) *liberatur C.* f) *convoret C.* neutrum verum puto. g) *Lixiuum quoq. dil. tritum, et C. ol. opti. temperatum per nares* etc. *C.* h) *immittes S. M.* i) *et* om. *C.* l) *contundes — cernes — decoques C.* m) *Attico F. M. S. M.* n) *in C.* o) Hinc om. *S. M.* p) *ſulferis vini* (pro *viui*). q) ſic *C. mellicr.* edd. r) *ſum C.* [C. XLVII.] a) *Epiſtotoni F.* b) *indicatur F.* c) *eſt* inſ. *C.* d) *renes rigidos C.* e) *frigidas F. M. S. M.* f) (*os*) inſ. *S. aut os* inſ. *C.* g) *diſtenta C.*



h) *reci-*

progreditur, et frequenter in poſteriorem partem concidit [h], vnde opiſthotonicus [i]
2 nominatur. Quod genus paſſionis hieme curare difficile eſt, aeſtate autem ſi dili-
gentior fueris [l] obtinebis. Quae paſſio per aeſtatem his naſcitur cauſis, ſi iumentum
ardentiſſimo fuerit ſole percuſſum, vel ſi in itinere [m] priore claudicans pede, coa-
ctum fuerit ambulare vel currere, et vehementius ſudauerit, ex [n] dolore, vel ſi ar-
3 mum laeſerit, vel ſupra ipſum iacuerit vt armus indormiat. Hieme autem cum de
itinere vel de exercitatione venerit, et cum ſudore ſteterit ſub diuo [o] in frigore,
aut in loco (recenti [p]) vel humecto aut [q] marmorato, aut [r] teſſellato, vel ſi frigore
maxillae obdormierint, tunc iſta aegritudo contrahitur. Cui hac ratione tentabis
4 ſuccurrere. Adipis porcinae veteris libras duas, reſinae terbentinae [s] ſemilibram,
piperis triti drachmam, cerae libram, olei veteris ſextarios [t] duos pariter decoques,
5 et calidiſſime totum animal perunges. Multi eruum decoquunt, calentemque
aquam capiti ipſius languentis imponunt [u]. Alii in ſtercore ipſorum calido obruunt
aegrotantes [x], vt languor [y] exſudet. Plerique colligata [z] iumenta commodum cre-
8 dunt arenis ſole feruentibus operire. Haec quoque potio traditur ſalutaris. Pipe-
ris triti grana viginti [a], cedri [b] pondus denarii [c], nitri vnciam [d] vnam, mixturae [e]
laſeris Cyrenaici [f] globulum ad magnitudinem fabae, trita [g] atque permixta, addita
9 liquaminis [h] floris hemina, et vini veteris [ſummi [i]] ſextario [l] bis in die per os dige-
res [m]. Expertum dicitur, ſanguinem bubulinum calidum et fumantem, ſed mode-
rate per cornu [n] faucibus infundis [o]. Quod [p] ſi forte defuerit, thuris cribrati et
10 ſalis triti ternas [q] vncias cum vino optimo prodeſſe dixerunt. Calidis medicamentis
animal expedit dum ſanetur perungi [r]. Adipis quoque porcinae recentis coctae [s]
quantum exiſtimaueris, cum oleo optimo, et vino ſummo et melle commiſces, et
ad carbones [ſemper [t]] decoques, ac per nares infundes. Malagma quoque de ca-
lidis ſpeciebus in carbonibus cum oleo cyprino vel communi, ſed veteri, ſoluitur [u],
11 et perungitur. Poſt curam operitur ſagis, et in ſole calido exercetur a ſeſſore, tre-
pidans [x] dum ſudet. Poſt ſabanis validioribus abſtergetur, et [y] denuo vnctum ope-
ritur, pice quoque liquida admixto [z] oleo perungendum, non tamen nimia pix ſit,
12 ne corium laedat. Nonnulli iam [a] validioribus de ceruice ſanguinem detrahunt.
Plerique in balneum ducunt, calidiſſimis potionibus curant, id eſt, laſare [b] et [c] cymi-
13 no, aniſo, oleo, baccis lauri, ex quibus quotidie aliquid cum vino miniſtrant. Vnctio-
nibus quoque iſtis vtuntur. Cerae libram, reſinae vncias quatuor, opopanacis [d]
vncias

h) *recidit C.* i) *epiſtotonus* edd. l) *fuerit cura C.* m) *ex* inſ. *C.* n) *et ex ſudore vel armum* edd. o) *dio C.* p) *recenti vel* om. *C. non tamen* eiiciendum puto. Poteſt enim ſignificare locum a recenti aedificatione humidum et frigidum. q) *in* inſ. *C.* r) *vel in C.* s) pro *terebinth.* t) *lib.* 2 *C.* u) *infundunt C.* x) *aegrotantem C.* y) *languorem C.* z) ſic *C. colligatis ium. — renes ſole feruenti bene cooperiri* edd. a) *x C. decem S. M.* b) *cedrie C.* forte *cedriae.* c) *ſcrip.* III. *C.* d) *cotulam vnam S. M. olcen vnam C.* h. e. ὁλκὴν, quam drachmae etiam ſynonymum eſſe, ex Galeno probat Gorraeus h. v. e) *mixta laxaris C.* f) ſic *S. M.* quod praetuli, cum *tyrrhenici*, quod habent alii, nullam praeterea mentionem inueniam. g) *tritam atq. mixtam C.* h) *olei flori ſem. C.* h. e. *floris emina.* Solet enim adſpirationem omittere in hac voce Corbienſis librarius, vt modo in *olce.* *Olei* gloſſa eſt *liquaminis*, credo; quam bene, non diſputo, *flos* eſt hic ſummum, quod innatat *etc.* *Olei flos* explicatur in Ind. i) *ſummi* om. *S. M.* et poteſt eſſe gloſſa *floris.* ſed *vinum ſummum* etiam eſt *ſ. ſq.* l) ſic *S. ſextarium F. ſext.* 1 *C.* m) *digerunt C.* n) *cornum C.* o) *infundere C.* p) Hinc ad *ſ.* 12 om. *S. M.* q) *ter ſulcis ſcrip. VIII C.* in *ſulcis* latere *olces, bolces,* ὁλκῆς nomen, ſuſpicor. r) *vngueri C.* ſic *perunguebis* 3, 54, 2 no. *g.* s) *colatae C.* t) *ſemper* om. *C.* u) *abluitur* edd. x) *et repedens* edd. *trepidare* eſt ille curſus, a quo dicuntur *trepidiarii equi.* vid. Ind. y) *et — operitur* om. *C.* z) *admixta pentiolio perunguetur et exercetur. Non C.* a) *dicunt ſic curari S. M.* b) *laxare C.* c) *et* om. *C.* d) Hinc ad *olei laur.* om. *S. M.*

e) *bacas*

vncias duas, medullae ceruinae vncias tres, olei ſtoracini vncias tres, olei laurini
vncias quatuor, quae omnia decoquunt, et in ſole aut in loco calido perungunt.
Alia quoque vnguenti compoſitio talis eſt: Baccarum [e] lauri ſextarium vnum, cy- 14
mini ſextarios [f] duos, ſulphuris viui vncias tres, reſinae vnciam vnam, galbani vn-
cias tres, olei ſextarios duos, quae omnia decoques et vteris.

XLVIII. LETHARGICI quoque iumenti iſta ſunt ſigna. Iacebit ſemper
et dormiet, neque cibum appetit [a] neque potum, cum excitatum [b] fuerit continuo
aggrauatur [c], et ſe proiicit, et maceſcit [d], et quamcunque ei dederis potionem tan-
quam dormiens [e] vix ſuſcipit. quod [f] hac ratione curabis. Subſternito in ſtabulo 2
vbi ſtat [g] vt bibat ibi [h]. cui caput fomentabis ex calida [i] pulegio decocta, poſtmo-
dum perunges oleo cum adarce [l] trito, ita vt caput eius et aures infundas, ea [m] vſu-
rus potione: camomillam [n] Illyricam, (idem [o] nos trace) et herbam Artemiſiam in
aqua decoquis, ex qua quotidie ei binas cotylas propinabis. Cui et pedes priores 3
frequenter fomentabis calida. Solet enim haec paſſio adſtrictius [p] ad rectum pedem
contingere. Eſt quidem periculoſa paſſio [q] atque curatio. cuius iſta ſunt ſigna.
Oculi eius lacrymabunt [r] quaſi lippiant, in praeſepio [s] dormitans incumbit, a poſte-
rioribus ambulans nutat, et totum [t] grauatur. Cui ſanguinem detrahes de pede 4
priori dextro, et de femore ſiniſtro ex quo eum perunges. Herbam Artemiſiam
contundes [u], et cribratam [x] dabis cum lixiuii ſextario, et olei cyathis duobus, per
triduum. quarta die intermittes. Quod ſi cibaria non appetit, eruum [y] mollitum
ex aqua tepida [comedat [z], et aquam] bibat. Si minus profecerit, lini ſemen cum 5
aqua in olla decoques, et heminas ſingulas per dies ſingulos dabis ad [a] cornu, ad-
dito melle quantum [b] ſufficiat. quae potio etiam febricitantibus prodeſt. Lethar- 6
gicum animal frequenti exercitatione [c] prohibendum conſtat a ſomno. Aſſidua quo-
que iniungenda eſt deambulatio [d] ſi anteriores pedes eius miſeris in fomentum. Nam
furfures ſale et aceto permiſces, et calentes vngulis imponis [e]. farinam quoque tri-
ticeam cum tritis ſalibus et puſcae ſextario vno, faucibus infundes, herbam Artemi- 7
ſiam tunſam cum oleo et modico lixiuio dabis ad cornu [f], abſtinebis ab hordeo, [g] fa-
bae ſolidae ſextarium porrigis vt vigilet, donec duriores [h] edomet cibos. De cer-
vice [i] ſanguinem ei [l] detrahes. Depletum [m] hac ratione [n] curabis: Afronitri [o] vn- 8
cias tres, gallae [p] Syriaticae vncias duas, ſpicae nardi vncias duas, radicis capparis
vncias duas, tunſa et cribrata permiſces [q], et terna cochlearia in [r] ſextario aquae
tepidae dabis in potu [s]. Nunquam frigidam, nec nimium calidam [t], ſed tepidam [u],
ad bibendum ſemper accipiat. Aſſidue flagello excitandum [x] aut voce, vt vitium
timore deponat.

XLIX.

e) *bacas lauri* C. f) Hinc ad *galbani* om. *C.*
[C. XLVIII.] a) *appetet* etc. *C.* b) *exercitatum C.* c) *grauatur C.* d) *inhorreſcit S. M.* e) *dormitans C.* f) *quem F.* g) *ſtratum cubet S. M.* h) *ibi* om. *C.* i) *cum puleio C.* (*cum*) inſ. etiam *S.* l) *cum arcitrito C. adarte F.* m) *hanc vſ. potionem C.* n) ſic pro *chamaemelum. camomillon Illyricon C.* o) om. *C. item noſtrate* coni. Morgag. *IV*, 40. p) *ſtrictura pedum C.* q) *paſſio atq.* om. *C.* r) *lacrymabuntur C.* s) *praeſepe incumbit, dormit C.* t) *totus C.* u) *contunſam C.* x) *i. e. ſemunc.* inſ. *C.* y) ſic *F. M. S. M.* et *C.* niſi quod *mellitum* legunt. (*bolum ex melle*) *et F. S.* z) incluſa om. *C.* recte. a) *ad cornu* om. *C.* b) *quod ſufficit C.* c) *excitatione C.* d) *ambulatio, ſi ante omnes pedes miſeris iumentum C.* e) *adpones C.* f) *cornum C.* g) *et* inſ. *C.* h) *duriori edomatur cibo C.* i) *quoque* inſ. *C.* l) *ei* om. *C.* m) *repl. S. M.* male. n) *potione C.* o) *Acori Pontici C. Triti Pontici vn.* 4. *S. M.* p) *calami Syriaci S. M. cal. Syriatici vnc.* III *C. gallae Syriacae Samb.* q) *miſcebis C.* r) *cum C.* s) *potum C.* t) *calidum, ſed tepidum.* u) *parum* inſ. *C.* (*et puram*) inſ. *S. M.* x) *excitandus C.*

[C. XLIX.]

XLIX. SI quod iumentum morbum regium[a] habuerit, his agnoſcitur[b] ſignis.
vtrique oculi virides ſunt[c], et[d] ceruicem inclinatam habebit in[e] dextra parte, et[f]
pede [dextro[g] etiam] ſiniſtro videbitur claudicare. Cuius curatio eſt iſta. Loco
tenebroſo[h], vbi lumen videre non poſſit, clauditur[i], et operitur ſagis ita, ne[l] oculi
2 eius aperiantur in die, oleo et vino tepido vngetur[m] atque fricabitur. Lapides[n]
molares non minus pondera quinque in ignem imponuntur, animalis caput copula-
tur ad pedes, cum bene canduerint, ſub eius naribus apponuntur[o], perfuſi oleo
ſuffumigatur[p] os, nares, et oculi, vt morbi virus exſudet[q]. quod per ſeptem dies
continue eſt faciendum. Tali etiam ratione ſuccurrimus[r]. ſanguine caprino et
lacte ouillo, anagallico[s], coſto, oleoque pariter admixto potio conficitur[t], quae
per dies duodecim datur.

L. SED interdum biles[a], quae cholerae[b] appellantur vulgo, ſolent iumenta vexare. quae paſſio his declaratur indiciis: commouetur ac volutatur vt ſtrophoſus[c]. Sanguinem[d] de ceruice emittis, daturus eiusmodi continuo potionem: herbae trixaginis[e] nigrae vnciam[f] ſemis, mannae ſuccari[g] vnciam vnam, nitri vncias duas, altei[h] vncias duas, vini optimi ſextarium vnum, conteres[i], ex aqua mulſa heminam vnam per ſiniſtram narem infundes[l].

LI. QVOD ſi aridam bilem habuerit, myrtum agreſtem cum vino contritam per narem dextram defundes, pro hordeo far triticeum dabis. Potionem ipſam temperabis ex aqua.

LII. COLI paſſio grauiſſimos cruciatus iumentis conſueuit inferre, ita vt car-
diaci aut ſtrophoſi eſſe credantur; ſed his agnoſcitur ſignis. Cum ſtat[a] repente
concidit[b], vt arreptum[c] putes, ſi ſatis[d] ſuſpenſum fuerit, dolor ſubſequitur, et
2 iacet nonnunquam: cum frigidam aquam acceperit[e] tremit, ſudat, anhelat. Cui
hac ratione ſuccurritur. Aniſi[f] Pontici vnciam vnam, petroſelini vnciam vnam,
foeniculi ſeminis vnciam, piperis nigri vncias duas, marrubii vnciam vnam, abro-
tani vnciam vnam, anethi vncias[g] tres, Leuiſtici[h] ℈ 4, centaureae[i] minoris et ma-
ioris vncias duas, cametris[l] ſemiunciam, eupatoris[m] ℈ quatuor, gingiberis vnciam
ſemis, pulegii[n] ſemiunciam, rutae[o] vnciam, apii vnciam ſemis, pariter contun-
des et cernes. tunc mellis optimi pondera duo cocta et deſpumata cum omnibus
miſces, ex quo medicamento ad magnitudinem nucis auellanae cum aquae tepidae
ſextario

[C. XLIX.] a) *i. e. auriginem* inſ. *in lemmate C.* b) *agnoſcetur C.* c) *ſiunt C.* d) *et* om. *C.* e) *in* om. *F.* forte legendum *in dextram partem.* Certe inciſum poſt habebit iure ſublatum puto. Alioquin enim ſuperfluum eſt dicere *in dextro pede claudicare*; contradictorium, *in ſiniſtro.* f) *de* C. g) incluſa om. *C.* et *S. M.* recte. h) *tenebricoſo C.* i) *claudetur et operietur C.* l) *vt nec oculi eius appareant C.* m) *vnguito atq. defricabitur C.* n) *lapidis molaris non minus pondus C. Lapides — faciendum* om. *S. M.* o) *et* inſ. *C.* p) *ſuffumigant — oculós C.* q) *exſudent C.* r) *ſuccurretur C.* s) *ſil Gallicum C.* t) *conficietur — dabitur C.* [C. L.] a) *bilis quae cholera appellatur C. de bili, quae colera app. S. M.* b) *colerae F. S.* c) *ſtropho. cui S. M.* d) *ei* inſ. *C.* e) *traxag. C.* idem om. *nigrae vnc. ſemis.* f) *vncias ſex S. M.* g) *croci C.* h) *alt. vnc.* 2 om. *C.* forte *altheae*, cuius vires huic *rei* idoneas docent Medici. i) *et ex ea aqua C.* l) *defundes C.* [C. LII.] a) *ſtatim C.* b) *ita* inſ. *C.* c) interpretatur, credo, ἐπίληπτον. concidunt enim epileptici, et morbus ipſorum eſt caducus. d) *cadens S. M.* e) *acceperint, tremunt* etc. C. f) *Araſi* C. g) *ſcrip.* 3 C. *vncia ſemis S. M.* h) *lebiſtici* C. *libiſt. F.* et *S.* vſi ſumus libertate non magna. i) *Centaureae ſem̄ caneturi ſemuc ſilporeum ſepum* IIII. *pulegii Campani vnc.* I, *gingiber ſemunc. pariter contundes* C. *ſilporeum ſepum* qui poteſt capere, capiat. l) *camedrii S. M.* ſine dubio legendum, *chamaedrys* vid. 3, 55, 7 no. *g.* m) *pro eupatorii. ſiluii vncias quatuor S. M.* f. *Silphii.* n) *pul. caprini vnciam S. M.* o) *rutae, apii ſeminis, ana vnc. vnam S. M.*

p) ſic

ſextario dilues, et per os infundes. certiſſima medicina eſt. Quod ſi dolor perſe- 3
uerauerit, foeniculi ſeminis cochléaria quinque bene trita cum vino ſincero ſed ci-
bario, ſext. I [p] dabis. Praetérea piperis [q] aliquantulum [r], et pelliculam [s] de ventre
pulli ſiccatam in furno et tritam cum vino dabis.

LIII. VOMICAE plerumque animalibus naſcuntur intrinſecus. Cuius paſ-
ſionis ſigna ſunt iſta. cum accubuerit, difficile ſurgit [a], os ei grauiter olebit, incum-
bet in eo loco a quo vexabitur [b], tuſſiet, et purulentum exſcreabit interdum [c]. Turis
vncias [d] duas, ariſtolochiae vncias [e] duas in vno [f] cum vino tepefacto per nares de-
geres. Item ſulphuris viui vncias [g] duas, ariſtolochiae vnciam ſemis, ſimiliter dabis.
Cibo autem maxime ſuſtentandum [h] eſt, vt habeat corporis [i] nutrimentum. Et [l] cum
ruperit vomicam, cauteriis circa pectus aduris [m], vt facilius prouocatus humor emanet.

LIV. PASSIO, quam Graeci ecedermiam [a] vocant, Latini coriaginem appel-
lant. cuius iſta ſunt ſigna. Maceſcet, et ſine febre non erit, corium illius adhaere-
bit [b] coſtis, ſpina fit durior, in dorſo eius nonnunquam furunculi exire conſueue-
runt: magis etiam quam adſueuerat [c] appetit cibos. Cuius iſta curatio eſt. Thy- 2
mum [d] et ſales cum vino rubro conteris, et tubera, ſi qua in eo [e] ſunt, confricas.
Parabis etiam aliam vnctionem: picem, ceram, reſinam cauealem [f], et thuris polli-
nem ex oleo veteri temperabis ac decoques, totum [g] animal confricando diutiſſime
perunges. Sed parum eſt vnctione [h] corio mederi, niſi potionibus et intrinſeca cu-
rentur. Piperis albi triginta grana, myrrhae ſemiunciam [i], vini odorati veteris co-
tylam, olei viridis cyathum vnum admiſcebis et per os digeres. Item [l] faſciculos [m] 3
rutae viridis atque purgatae et [n] opopanacis vnciam [o] vnam in cotylam vini et olei
viridis cyathum admiſces [p], et dabis in potu [q]. Quod vitium ex perfrictionis iniuria,
aut ex coactione [r] alicuius neceſſitatis deſcendit. Aliquanti ſuis non vetulae ſed no-
vellae ſanguinem vino permixto [s] ad cornu [t] faucibus degerunt, ignorantes, ſi plus
ſanguinis fuerit, continuo animal interire [u]. Cautius eſt hac magis potione curare. 4
Cepas germanas, et ſemen rutae pariter admiſces, et deteres, ex quo vncias tres, cum
vini cotyla per dies ſingulos dabis, vſurus curationibus quae conueniunt roboroſis.

LV. SYNTEXIN [a] animalia patiuntur et [b] homines. quae valitudo [c] his de-
claratur indiciis. cotidie tenuantur [d], et macie oſſa eminent, multum manducantia
eſuriunt ſemper, quidquid inuenerint, tentant fame cogente corrodere, durum ſter-
cus emittunt, trahunt longam ac miſerabilem vitam, vt nec ſurgere valeant. ſed ia- 2
centia,

p) ſic *C. ſextarium F. S.* q) ſic *F. M. S. M.* et *C. panis* al. r) *aliquantum C.* s) *pellicula* etc. edd. [C. LIII.] a) *ſurget C.* b) *vexatur C.* c) (*cui haec da*) inſ. *S.* d) *drac. C.* e) *vnciam ſemis pulueriſa, cibo maxime ſuſtenta, vt nutriatur. Et cum ruperit S. M.* f) *vnum contundes, cum C.* g) *drag. C.* h) *ſuſtentandus C.* i) *corpori C.* l) *Et* om. *C.* m) *adures C.* [C. LIV.] a) *epidermian dicunt C.* Eſt ſine dubio *Gr.* ἐχεδερμία licet ignota Lexicis. Quod *cardiacam* habet *S. M.* inde forte eſt, quia cor laborare credit vulgus in hoc morbo. vnde et Germanis vocatur *das Herzgeſpan.* b) *haerebit ad coſtas C.* c) *ſolebat C.* d) *Temum cum vino faliſco rubro conteres C.* e) *eius ſunt corpore C.* f) Sic conieceramus, et confirmauit *C. cabialem* edd. *ticulam S. M.* voluit, credo, *piculam.* g) *totumq. animal confricatum diut. perunguebis C.* Ita *vngueri* 3, 47, 9 no. *r.* h) *vnctionem C.* i) *ſexcutiae i. e. drag. XII.* credo *ſexcunciam* h. e. *ſeſquiunciam.* l) Hinc om. *S. M.* m) *faſciculum C.* n) *et* om. *F. S.* o) pro *vnciam vnam in,* modo *et F. S.* p) *decoques C.* q) *potum C.* r) *coactionis* al. *neceſſitate C.* s) *mixto C.* t) *cornum C.* u) *ſolet* inſ. *C.* male. [C. LV.] a) Ita reſtitui. Eſt enim ſine dubio σύντηξις. *Syntaxin* F. et *S. Syntheſin S. M. ſintexin C.* b) *vt C.* c) *liquido S. M.* d) *attenuantur in maciem, os eminet, multum manducans eſurit,* etc. *C.*

centia [e], fatigata, multumque manducantia fame moriuntur. Omnis enim eſca
quam ſumſerint, ad ſtercus, et omnis potus conuertitur in vrinam: nullus ex his
3 ſuccus, nullum alimentum peruenit ad medullas [f]. Propterea quod ſtomachus eo-
rum nimio rigore perſtrictus [g], nec coquere poterit [h], nec epati aliquid propinare,
in quo tota virtus ad nutriendum corpus per diſpenſationem ciborum, et [i] ſanguis [l]
4 praeparatur. Tabeſcit ſemper [m], iecurque eius minuitur ad ſimilitudinem arboris,
quae radicibus ex maiori parte praeciſis [n], cum a paruulis aliquamdiu ſuſtentata por-
5 tauerit frondes, celeriter exareſcit. Quorum manifeſto periculo hac ratione tenta-
tur [o] occurri. Inter principia facies vnctionem, cerae libras [p] duas, reſinae [q] ter-
bentinae libram, medullae ceruinae libram, axungiae veteris ſine ſale libram, propo-
leos [r] ſelibram, iriſillyricae [s] libram [t], ſamſuci libram, olei [u] laurini quantum ſatis
fuerit, decoques carbonibus lentis [x], et ad ceroti [y] mollitiem percolabis [z], cui adhuc
tepenti miſces puluerem iriſillyricae [a] et cretae Cimoliae [b], donec infrigeſcat [c] agita-
6 bis. Ex quo medicamento totum iumentum [d] perunges, et multorum manibus
confricabis, donec calefiat et ſudet. Quod interpoſito triduo conuenit fieri, ita vt
7 coopertum animal ſit [e], et cotidie paulatim exerceatur, vt digerat. Cui haec prae-
parabitur potio. Abrotani vncias quatuor, ſantonici vncias quatuor, trixaginis [f]
vncias quatuor, chamaepityos [g] vncias quatuor, gentianae vncias duas, murrhae [h]
vncias duas, opopanacis vncias duas, eiuſdem radicis, ſuccari ſemiunciam, rutae
8 aliquantulum [i], omnia bene tundis [k] et cribras. ex quibus duo cochlearia in vino
veteri decocta cum ſucco ptiſanae in quo [l] acro decoctus eſt, admiſcebis. adiunges
etiam erui [m] pollinis cochlearia duo, quae cum per nouem dies continuos dederis,
intermittis [n] aliquamdiu vt vires colligat, et reſumat, et per ſingulas periodos [o]
9 alternis curabis [p]. Nec ceſſabis donec ſanitas redeat. Diebus autem vacuis offas
ex farina triticea in [q] lacte conſperſa ad ſubſtantiam degeris. furfures quoque triti-
ceos et paleas dabis [r], hordeum non dederis niſi fortaſſis infuſum, denegabis etiam
herbam viridem donec reparare [s] coeperit corpus.

LVI. ICTERICI [a] iſta ſunt ſigna. Oculi virides, de quibus profluet [b] lip-
pitudo, ad ſimilitudinem fabae [c]: indureſcit [d] corium, fit horridum [e] pilis, inſequi-
2 tur fatigatio, ambulans genibus claudicabit. His ſanabitur [f] medelis: Panacis Sy-
riatici [g], et apii ſeminis ſingulas libras contundito atque cribrato, et cum mellis At-
tici

e) *ad* om. *C.* f) *cum paſſo* om. *C.* g) *offeres C.* h) *detritum ad cornum dabis in potum C.* [C. LXXIX.] a) *mordebit C.* b) *aeſt C.* c) tum ſcilicet efferatior putatur. Vid. *Aët.* 4, 1, 90 et noſter 3, 82, 3. d) *ſphalangii* edd. *ſpalangionis C.* vid. ad 3, 77 no. *b.* e) ſic *S. M.* et *C.* *vuluam* edd. inepte. f) *fumentorum* edd. *pigmentorum C.* h. e. medicamentorum. g) *contigerit C.* h) *triti* inſ. *C.* i) *tepif. F.* l) *Herbam quoque typum C.* m) 1. *S.* inſ. *C.* n) *tepefacta C.* o) *perſeuerauerit C.* p) Vide mihi ſpecimen critices ex medio aeuo. In cod. Corbeiano aliquis ſcripſerat *cum burito*; deinde adiecit *ſcriu.* h. e. *ſcribendum*, *butiro.* Verum haud paullo ſapientius ſubiecit manus Fabricii (quamquam ad hoc facinus ne opus quidem hac manu erat!) *Male. retineo vulgatum.* q) *lixiuam C.* r) *per diem C.* s) *cum aceto* om. *C.* t) *cauteribus C.* u) *ex ſale et vino C.* x) *apponi C.* (*vsque dum ſanus ſit*) addit *S.* [C. LXXX.] a) *arenum S.* b) *circum C.* c) *ſubuenis* — *ſanguinem* om. *C.* d) *tollas* edd. [C. LXXXI.] a) ſic *C.* et *S. M.* *ſphalangius* al. et in marg. Fabric. corruptionis arguitur *ſpalangius.* Vid. ad 3, 77 no. *b.* b) *agnoſcetur ſignis C.* c) *Statim ver. pro dolore videtur velle C.* d) *piretri* omn.

[C. LXXXII.]

LXXXII. MVS araneus peſtis [a] venenata, et tam equis quam bobus noxia.
atque ideo cum [b] captus fuerit merſus necabitur [c] in oleo, ibique in putredinem
vertitur, ex quo medicamento cum animal mordetur [d], plaga linitur, et curatur
animal [e]. Vel ſi inuentus [f] non fuerit, cyminum tritum cum pice liquida axungia-
que miſcetur, ad ſpiſſitudinem malagmatis coquitur, impoſitumque [g] a periculo
liberat et ſanat. Quod ſi in ſuppurationem fuerit plaga conuerſa, lamina ferrea 2
candenti aperienda eſt, et quidquid vitioſum eſt inurendum, atque ita [h] pice liqui-
da vel oleo curandum [i]. Ne autem mus araneus animal mordeat, ipſum animal [l]
viuum de creta [m] circumdabitur, quae cum indurauerit, ſuſpenditur in [n] collum,
et non contingetur a morſu. certiſſimum eſt. Aduerſus morſum [o] comprobatur
allium tritum cum nitro, et ſi nitrum defuerit, cum ſale et cymino [p] permiſcere,
atque ex eo puluere loca, quae morſu contacta ſunt, confricare. Quod ſi [q] eru- 3
perint vulnera venenata, hordeum combuſtum in puluerem rediges, et diluto [r]
aceto vulneri inſperges, et hac ratione ſola curabis. daturus potionem, pollinem
tritici, hordeum [s], cedriam, et vini ſextarium per fauces degeres. Quod ſi prae-
gnans [t] mus araneus fuerit qui percuſſerit, his agnoſcitur ſignis. Puſtulae [u] per to-
tum corpus exeunt, ſed ſimili, vt ſupra ſcriptum eſt [x], ratione curabitur.

LXXXIII. SCORPIVS ſi iumentum percuſſerit, his agnoſcitur [a] ſignis: Genua contrahuntur, claudicat, non manducat, de [b] naribus fluent pituitae virides, vt [c] accumbit vix reſurget. Simili ratione curatur ſicut ſerpentis ac viperae morſus: ſtercus tamen aſininum velocius [d] in plagam oportet imponi.

LXXXIV. CANIS rabioſi [a] morſus et iumentis, et hominibus exitium
inferre conſueuit, vſque eo vt [b] ipſos qui contacti fuerint hydrophobos [c] faciat et
conuertat in rabiem: qui hac ratione curantur [d]. Locus qui morſus eſt, ferreis,
vel quod vtilius eſt, cuprinis cauteriis vrito, in loco tenebroſo eum conſtituito. Sic
etiam [e] eum adligabis in tenebris, ne [f] aquam [g] videat. Quod ſi canem ipſum oc-
cidere poteris [h], iecur eius decoctum [i] dabis ad manducandum, vel detritum [l] fau-
cibus degeres. Foeni quoque flores combures, et cum axungia veteri deteres [m], et 2
ad morſum appones. ſalutare remedium eſt. Sed ſpecialiter prodeſt, ſi radicem
cynorhodon [n], id eſt, herbae quae appellatur [o] roſa canina, effoderis, et lotam
prius atque contuſam diligenter, ſiue homini ſiue animali, quod rabioſus canis mo-
morderit, in plaga appoſueris, contritamque [p] cum vino veteri propinaueris [q] quo-
tidie ad bibendum. Hac enim ſola ratione nec hydrophobus [r] fiet, et imminens
diſcrimen [s] euadet. Canis rabidi morſibus ſubuenit, ſi [t] tres ℈ nitri, Iudaici bi- 3
tuminis

[C. LXXXII.] a) *eſt* inſ. *C.* b) *dum C.* c) *necatur C.* d) *momorderit, linetur C.* e) *animal* om. *C.* f) *deuentum C.* g) *impoſitumq. C.* h) *ita* om. *C.* i) *percurandum C.* l) *animal* om. *C.* m) *crita C.* n) *ad C.* o) *morſus eiusmodi C.* p) *cum vino C.* ex *cumino.* q) *ei* inſ. *C.* r) *diluti aceto vulneri aſperges C.* s) *cum hordeo, cedri C.* t) vid. ad 3, 79, 1. no. *c.* u) *puſtellae C.* x) *eſt* om. *C.* [C. LXXXIII.] a) *agnoſcetur* etc. *C.* b) *fluent ei de naribus pit. C.* c) *accumbet, et vix ſurget C.* d) *vel loтium in ipſa pl. C.* [C. LXXXIV.] a) *rabidi C.* b) *eos ipſos C. vt ipſi* edd. c) *hydrophorbos C.* vid. 3, 31 no. *b. hydrophobicos S. M.* d) *curatur* edd. e) *ſic eum adaquabis C.* f) *et ſic ipſum pota vt aquam nón videat S. M.* g) *quidquam* edd. *aquam* etiam *C.* h) *potueris C.* i) *coctum C.* l) *tritum C.* m) *deteres et* om. *C.* n) *cynorhodae C.* o) *vocatur C.* p) *conſtrictamque C.* q) *propinabis ad C.* r) *hydrophorbus* vid. no. *c.* s) ſic *C.* et ſic coniecerat Morgag. *IV*, 44. t) *Scrp. Iudaici C.* u) *bitu-*

tuminis [u] ſcrupulum vnum, tritum cum hemina vini veteris tepentis triduo per os degeras. Sambuci [x] quoque grana vel ſuccum de foliis aut de cortice exprimes, et cum vino veteri dabis in potu [y]. Sed tunc [z] efficax eſt haec potio, ſi de eo ſambuco dederis, quod [zz] non in terra, ſed in alia arbore fuerit innatum.

LXXXV. SI fimum gallinarum [a] animal in hordeo comederit, vel foeno
ſumſerit, quaſi a venenatis beſtiis percuſſum cruciatur continuo, internorum dolor
et inflatio ſubſequitur, ad ſimilitudinem quoque [b] ſtrophi et volutatio ac tuſſis aſper-
2 rima. Aduerſus quam neceſſitatem, apii ſeminis [c] deteris vncias duas, et cum
vini veteris ſextario, et hemina mellis temperas [d], et per os defundes, et tam diu
3 deambulare compelles, donec potio ventrem moueat. Quod ſi nimius [e] dolor
etiam obroboratio fuerit ſubſecuta, baccarum [f] lauri libram [g], nitri ſelibram, aceti
ſextarios duos, olei ſextarium, diligenter trita permiſces, et ad focum calefacies,
et in loco calido [h] per triduum vnges [i], et contra pilum diligenter fricabis, cer-
4 tiſſimum daturus [k] ex ſudore remedium. Aduerſus huiusmodi caſum [l] phyſicum
remedium experimenta docuerunt: Pullum [m] ſi occideris vel gallinam, ventrem-
que eius crudum, et adhuc calentem cum ſtercore ſuo equo vel mulo inuolutum [n]
5 melle digerere per fauces. optimum creditur. Tres pilulas [o] gypſi cum vino ve-
teri deterere, et tepidum per os dare, eadem optime [p] ſanare firmatur. Lixiuium [q]
quoque de [r] arbore vlmi, vel [s] cuiuscunque generis ligni cinerem [t], dummodo
bene cretum [u], cum oleo miſcere, ac liquidum et tepidum defundere per fauces [x],
phyſicum et ſalutare laudatur.

u) *bituminis trito C.* x) ſic *C.* qui firmat coniecturam Morgag. *IV*, 44. *ſamſuco* al. y) *potum C.* z) *tamen S. M.* zz) *quae — innata* edd. [C. LXXXV.] Conf. Veg. 3, 2, 13. a) *gallinacium C.* b) *ſtrophi ſudor quoque S. M. C.* c) *ſemen deteres vnc. 2 C.* d) *contemperas C.* e) *nimio dolore C.* f) *bacas lauri ſelib. C.* g) *libram ſemis, nitri vnciam vnam S. M.* h) *animal* inſ. *S.* i) *perungues C.* k) *haec C.* l) *caſus C.* m) *Pullum vel gallinam occidere C.* n) *inuoluto melle C.* o) *pullos cu ficum C.* p) *hora ſanari C.* q) *Lixiuum C.* r) *ex C.* s) *ex* inſ. *C.* t) *cinere C.* u) *tritum C.* x) *tanquam* inſ. *C.*

VEGETII

# VEGETII RENATI ARTIS VETERINARIAE SIVE MVLO MEDICINAE

## LIBER QVARTVS.

### PRAEFATIO.

Solennis excuſatio negligentium eſt, diſpendia ex diſſimulatione venientia Deo
imputare vel caſibus. Minus namque peccare ſe credit ignauia, ſi id, quod
ipſius culpa accidit, ad poteſtatem incipiat deferre fortunae. Sic de aegrotantibus 2
dicitur morituros [a], et ſi medicina ceſſet, euadit. Cui diſputationi, quia non ſolum
iners, ſed etiam impia eſt, non libenter aſſenſerim. Malo enim nihil expertum re- 3
linqui, quam ſi quid calamitatis euenerit, auaritiae vel diſſimulationibus imputari.
Sed fortaſſe aliquando vera [ illa [b] ] videantur in homine, qui diuina prouidentia ac
diſpoſitione fatorum [c] creditur regi. Animalia vero cum quibus diuinitas nihil di- 4
gnatur habere commune [d], niſi hominum ſtudio impenſiſque curentur, absque am-
biguitate depereunt. Quid enim iumentis ſpei ſupereſt, quae diuinitas fouere re-
ſpuit, ſi hominum medela ceſſauerit [e]? Saepe accidit, vt neglectis animalibus, quae 5
primo [f] cum perirent morbo, contactu creſcens peſtilentia greges integros perimat,
quum [g] polluta a languidis paſcua, infectique fontes, ita nocent [h] quaſi in venena
vertantur. Poſtremo aegroti odor cum ſanorum impleuerit nares, ipſo foetore 6
viſceribus inſeret morbos. Sic ad pullos mors a matribus corrupto lacte transmi-
grat. Sic in numeroſis ſtabulis quamuis vile iumentum, ſi contagioſam ſemel ſuſce- 7
perit paſſionem, veloci tranſitu pretioſa quoque iumenta conſumet. Sed aduerſum
omnia diligentia, ſtudium, herbarum poteſtas, curandi ſcientia, prodeſſe conſue-
vit. Sicuti medicorum prima doctrina eſt humani corporis partes organorumque [i] 8
cognoſcere, ita neceſſarium Mulo medicis, de oſſibus, de neruis ac venis iumento-
rum vniuerſa perdiſcere. Neque enim curare rationabiliter poteſt, qui qualitatem
rei, quam curat, ignorat.

CAPVT

VARIETAS LECTIONIS ET NOTAE.

[LIB. IV. PRAEF.] *Hanc praefationem ex Gudiano libro, cuius nobis copiam fecit humaniſſimus Fabricius, ipſe iam ediderat Bibliothecae Latinae To. III. L. III. c. 12 p. 135 ſq.* a) Adnotatum, etiam legi *morituris. Caeterum hoc ſibi velle videtur, quosdam aegrotantes ita male ab medicis haberi, vt morituri videantur; euadere, cum ab his relinquantur: ſi mortui fuiſſent, non medicinae ſed fato imputaturos fuiſſe mortem homines.* b) *illa* om. *F.* c) ita recte Fabr. pro *factorum.* d) vt cum hominibus, quibus *igneus eſt vigor ac caeleſtis origo*, de veterum ſententia. e) Etiam hinc apparet, Chriſtianum non fuiſſe Vegetium, qui contradicat Chriſti de cura Dei circa minima ſententiae. f) ſic edidit Fabricius. *Mſ.* ita, *quae prima cum pererent* (al. *perirent*) *morbum.* Quid ſi legamus, *quae prima compararent morbum:* certe ita melius cohaeret oratio. *Comparare morbum*, eſt *naſciſci.* g) ita recte Fabr. pro *Quam.* h) Neceſſaria mutatio Fabr. ex *nocet.* i) ſic *Fabr.* pro *organumq.* quod nec ipſum plane damnauerim.

## CAPVT I.

IVMENTVM igitur habet in capite oſſa duo, a fronte vsque ad nares alia duo, maxillaria inferiora duo, dentes quadraginta, id eſt, molares quatuor et viginti, caninos quatuor, rapaces duodecim. In ceruice autem ſunt ſpondyli [a] ſeptem [b], ſpatulae renum ſunt octo. a renibus vsque [c] ad anum ſeptem, muſcarium habet commiſſuras duodecim. In armis prioribus ſunt ragulae [d] duae. ab armis vsque ad bra-
2 chiola duo. A brachiolis vſque ad genua duo. In genibus paraſtaticae duae. a [e] tibia vſque ad articulos duo. Baſes quae appellantur numero duae. Vsque [f] ad pumices vngulae oſſa minuta ſedecim, in pectore vnum: coſtae tamen [g] in interioribus triginta ſex. Item a [h] poſterioribus a cumulari [i] vſque ad molaria [l] duo; a molaribus [m] vsque ad vertebras duo, coſtales duo. Ab acrocoleſio vſque ad gambam duo; a gamba vſque [n] ad cirros tibiales duo, minuta vſque ad vngulas ſedecim. Et [o] ſunt oſſa omnia centum ſeptuaginta.

II. NVNC menſuras numerumque membrorum oportet exponi. In palato gradus [a] ſunt duodecim. Longitudo linguae habet pedem ſemis. labrum ſuperius habet vncias ſex, inferius vncias quinque, maxillae [b] ſingulae vncias denas: a [c] cirro frontis ad nares habet pedem. auriculae ſingulae [d] continet vncias ſenas. In oculis autem [e] ſingulis [f] vnciae quaternae. a cirro, vbi deſinit ceruix, vſque ad Mercurium [g]
2 continentur calculi [h] octo. Spina continet ſubter [i] ſpatulas triginta duas. a commiſſura renum (quod cumulare [l] dicitur) vſque ad imum muſcarium [m] commiſſurae ſunt duodecim. Sagulae [n] longicia vncias [o] duodecim; ab armis vſque ad brachiolum vncias ſex, a brachiolis vſque ad genua longitudo continet pedem; ab articulis vſque ad vngulas vncias quatuor; in longitudinem [p] vel prolixitatem pedes ſex. Haec eumetria [q] equi conuenit ſtaturae honeſtae ac mediae. Caeterum [r] non dubitatur in buricis minora iſta, et in primae formae equis eſſe maiora.

III. NERVORVM quoque numerus, qualitas, ac menſura pandenda eſt. A mediis naribus per caput, ceruicem, ac mediam ſpinam, vſque ad imum muſcarium [a] deſcendit [b] filum duplex, quod continet pedes duodecim. duo [c] nerui in ceruice palmarii [d] continent pedes quatuor. ab [e] armis vſque ad geniculum [f] nerui duo. a geniculo vſque ad baſin nerui quatuor. In prioribus ſunt nerui decem, in poſterioribus decem. a renibus vſque ad teſtes nerui quatuor. fiunt in ſe omnes nerui triginta [g] quatuor.

IV. CON-

[C. I.] Quae de oſſibus equorum hic traduntur, non tantum a librariis corrupta, ſed alioquin etiam parum accurata ſunt. Meliora peti poſſunt, monente me Cl. Platnero, ex Caroli Ruini, Senatoris Bononienſis, *Anatomia del Cauallo* Venet. 1599. *fol. Nos hic in pleriſq. caecutimus.* a) *ſpondili* edd. *ſpondoli C.* b) *ſex, ſpatulae et renum ſunt octo.* Videtur leg. *a ſpatula ad renes.* c) *ad dimidium ſex muſculos habet: commiſſuras S. M. a renibus ad imum ſeptem C.* d) *regulae S. M.* vid. Ind. *rag.* e) *tibiae C.* f) *punicae duae S. M. vsq. ad pumicem C.* g) *tum interiores C.* h) *in S. M.* i) *columellari F. M. S. M.* vid. Veg. 4, 2, 2. l) *mala XIII C.* m) *malaribus C.* n) *vsque — minuta* om. *C.* o) *Fiunt o. o. CLXXX C.*

[C. II.] a) *grodo C.* b) *maxillae — denas* om. *C.* c) *a cirro — a cirro* om. *S. M.* d) *ſingulae* om. *C.* e) *autem* om. *C.* f) *ſunt* inſ. *C.* g) *muſculum S. M.* h) *ſubtus arteriae duae* id. i) *ac ſupra* inſ. *C.* l) vid. 4, 1, 2 no. *i.* m) *muſculum S. M.* n) *ragulae longitia XII C. ragiolae longitudo S. M.* o) *vncias — vncias* om. *S. M.* p) *longitudine vel prolixitudine C.* q) *geometria S. M.* r) *Caeterorum. Non C. Caeterum enim non dubitatur, alicui eſſe minora, et alicui maiora S. M.* [C. III.] a) *ancarum S. M.* b) *deſcende pilum C.* c) *Platonena in C. A ceruice vſque in armos vadit aliud, quod eſt pedes* IIII. *S. M.* d) *palmari continet C.* e) *Ab armis* om. *C.* f) *genuculos C. genua S. M.* g) *XXX C.*

[C. IV.]

IV. CONSEQENTER venarum quoque indicandus eſt numerus. In palato venae ſunt[a] duae[b], ſuboculares duae[c], in[d] pectore duae, de brachiolis duae, de[e] ſub cirris quatuor, de[f] talis duae, de[g] coronis quatuor, de[h] feminibus quatuor, de femoribus vero[i] duae, de ſub gambis duae, de[l] muſcario vna, venae[m] matricis in ceruicibus duae. fiunt pariter venae vndetriginta.

V. AETATEM iumentorum ex dentibus aliiſque ſignis oportet agnoſci, ne
vel[a] ementes imperitiae[b] ſubeamus incommodum, vel curantes aegrotantis[c] igno-
remus aetatem. Quia ſicut hominibus, ita et equis, aliud conuenit, cum[d] iumen-
ta ſunt feruida, aliud cum ſenectute iam frigida. Manifeſtum eſt autem notas cor- 2
poris[e] cum aetate mutari. Pullis enim bimis, et ſex menſium, medii dentes ſupe-
riores cadunt, quos lactantes[f] vocant. cum autem quartum annum agere coepe-
rint, decidentibus his[g], qui canini appellantur, alios ſupponent. Deinde intra 3
ſextum annum molares cadunt. Sexto anno quos primo mutauit[h], exaequat. Se-
ptimo omnes explentur[i] aequaliter, et ex eo cauatos habere incipiunt dentes, nec[k]
poſtea quot annorum ſint ſciri ad fidem poteſt, niſi ſignis aliis, quae vſus edocuit.
Decimo namque anno tempora cauari[l] incipiunt, et ſupercilia nonnunquam cane-
ſcere. Duodecimo anno nigredo in medietate dentium apparet. Plerique adſe- 4
runt, domitis et freno aſſuetis animalibus rugas, quae in labris ſunt ſuperioribus
computandas, ita vt ab angulo vbi incipit[m] morſus, incipientes, vſque ad extre-
mum labrum perueniamus. quia annorum numerum, rugarum numerus[n] oſtendit.
Proſtremo rugarum multitudine, triſtitia frontis, deiectione ceruicis, pigritia totius
corporis, ſtupore oculorum, palpebrarumque caluicie[o] ſenectus ipſa ſe prodit.

VI. IN permutandis equis vel diſtrahendis[a], maximam fraudem patriae ſolet
afferre mendacium. Volentes enim carius vendere, generoſiſſimos fingunt. Quae
res nos compulit, qui per[b] tam diuerſas et longinquas peregrinationes equorum
genera vniuerſa cognoſcimus[c], et in noſtris ſtabulis ſaepe nutriuimus, vniuscuiuſque
nationis explicare ſigna vel merita. Nam vt viliora miniſteria taceamus, equos[d] 2
tribus vſibus vel maxime neceſſarios conſtat, praeliis, circo[e], ſellis[f]. Ad bellum
Hunniſco-

[C. IV.] a] *ſunt* om. *C.* b) *temporales II.* inſ. *S.* et *C.* c) *in naribus II*, *in ceruicibus II* inſ. *C.* d) *in naribus duae*, *in ceruice duae S. M.* e) *de* om. *C. de ſub cruris S. M.* f) *in S. M. de talis duae* om. *C.* g) *in S. M.* h) *in femoribus duae S. M. de ſinueribus C.* Sed diſtinguuntur hic haud dubie *femina* pars interior ſummi pedis, et *femora*, exterior. i) *vero* om. *C.* l) (*in criſtario*) inſ. *S.* m) *et ſunt omnes XXXII S. M.*

[C. V.] Conf. Colum. 6, 29, 4 vnde ſua noſter. a) ſic *S. M.* et *C.* *velamentis* al. b) *per imperitiam S. M.* c) *aegrotis animalibus C.* non male, vt ad Fabrum oſtenſum eſt. d) *cum ſunt feruidi C. cum viuidi et feruentes ſunt S. M.* et p. p. *frigidi* iid. Forte pro *iumenta* legendum *iuventa*: ita certe ſibi omnia recte reſpondebunt. e) *aetatis cum corpore* coni. Morgag. *III*, 42 ex Colum. f) *lactentes* malim. g) *his* om. *C.* h) *mutauerunt*, *exaequant* coni. Morg. *l. c.* i) *explet aequaliter. Ex eo cauos habere incipit C.* k) ſic *C.* *Poſtea vero — ſcire — nullus S. M.* *Nec poſtea — ſcire — nullus* al. l) *cadere C.* m) *coeperit* edd. n) *numerus* om. *F.* o) *canicie S. M. cautione C.*

[C. VI.] a) *detrahendis F.* b) *propter* C. *per* (*occaſionem*) — *peregrinationes* (*adiuimus*) *S.* c) *cognouimus S. M.* C. ſed plus eſt *cognoſcimus.* d) ſic *S. M.* et C. *equeſtribus* al. Sed qui ſunt illi tres vſus? Quod hi non apparerent, ea ipſa mutandi cauſa fuit librariis. Nos ſtatim illos reſtituemus et explicabimus e) ſic C. *circeis* al. f) *vel ad bellum* edd. *ſeliſi* al. *ſellis* C. Nimirum is ipſe tertius equorum vſus eſt, quod *ſellis* apti ſunt, ad vecturas nempe et geſtationes itinerum molliores. *Sellas* equorum notas hoc tempore fuiſſe, certum, cum ad Sidonium Apollinarem, quin Conſtantini panegyriſten, iam prouocauerit Lipſius, de Mil. Ro. 3, 7. In vſu militari ne Vegetii quidem aetate videntur fuiſſe; qui tacere ea de re non poterat de re milit. 1, 18. Cauſſas iam protulit Lipſius *l. c.* Igitur recte peculiarem claſſem a militaribus pariter et Circenſibus equis faciunt *apti ſellis.*



g) *Volſco-*

Hunniſcorum [g] longe primo docetur vtilitas patientiae, laboris, frigoris, famis [h].
3 Toringos deinde [i] et Burgundiones [l] iniuriae tolerantes. Tertio loco Frigiſcos [m],
non minus velocitate quam continuatione curſus inuictos. Poſtea Epirotas, Sama-
ricos [n], ac Dalmatas, licet contumaces ad frena, habiles [o] armis [ac bellis] aſſeue-
4 rant. Curribus [p] Cappadocum glorioſa nobilitas: Hiſpanorum [q] par vel proxima
in circo creditur palma. Nec inferiores prope Sicilia exhibet circo, quamuis Afri-
ca Hiſpani ſanguinis velociſſimos praeſtare conſueuerit [r]. Ad vſum ſellae Perſis pro-
vinciis omnibus meliores praeſtat equos, patrimoniorum cenſibus aeſtimatos, tam [s]
ad vehendum molles, et [t] pios inceſſibus, nobilitate pretioſos. ſequuntur Armeni
atque Saphareni [u], in qua [x] nec Epirotas Siculosque deſpexeris, ſi mores ac pul-
5 chritudo non deſerat. Hunniſcis [y] grande et aduncum caput, extantes oculi, an-
guſtae nares, latae maxillae, robuſta ceruix et rigida, iubae vltra genua pendentes,
maiores coſtae, incurua ſpina, cauda ſiluoſa [z], validiſſimae tibiae, paruae baſes,
plenae ac diffuſae vngulae. ilia cauata, totumque corpus anguloſum, nulla in clu-
nibus [a] aruina, nulli in muſculis tori, in longitudine magis quam in altitudine ſta-
tura, propenſior venter exhauſtus, oſſa [b] grandia, macies grata, et quibus pulchri-
tudinem praeſtet ipſa deformitas: animus moderatus et prudens, et vulnerum pa-
6 tiens. Perſis [c] et ſtatura, et poſitio [d] a caeteris equorum generibus non plurimum
differt [e], ſed ſolius [f] ambulaturae [g] quadam gratia diſcernuntur a [h] caeteris. gradus
eſt minutus et [i] creber, et qui ſedentem delectet et [l] erigat, nec arte doceatur, ſed
7 naturae veluti iure praeſtetur. Inter [m] colatorios [n] enim, et eos quos totonarios
vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt, et cum neutris [o] ſint ſimiles [p], ha-
8 bere aliquid creduntur ab vtrisque commune. His [q] ſicut probatum eſt, in breui
amplius [r] gratiae, in prolixo itinere ſeuior [s] patientia, animus ſuperbus, et niſi
labore ſubiugetur [t] aſſiduo, aduerſum equitem contumax. mens tamen [u] prudens,
et quod mirum eſt [x], in tanto feruore cautiſſime [y] decoris eſt obſeruantior, incur-
vata in arcum ceruix [z], vt mentum [a] recumbere videatur in pectore.

VII. AETAS

g) *Volſcorum S. M.* *Hunneſcorum* C. *Hunnuſcorum* retineri vult Barthius Adu. *II*, 32 ratione non alia prolata, quam notos eo tempore fuiſſe Hunnos. Et ſane ſiue antiquam Hunnorum patriam ſpectes, ſiue ſedes recentiores, magna equis illorum hodie etiam laus tribuitur etc. h) Hoc loco inter exemplaria primae editionis diuerſitas obſeruatur: cum in altero ita interpunctum ſit, vt ſupra poſuimus; in altero autem ita, *frigoris, famis toringos. Deinde.* i) *dehinc* C. l) *Burgundios S. M.* m) *Phrygios*ne an *Friſios* intelligimus, an neutros? *Phrygios* laudat Claudian 29, 192. n) *Zelameros S. M.* *Zelomoſos* C. an *Sarmaticos?* o) *ac viles*, *armis* edd. *armis habiles adſeuerant* C. (*tamen habiles ſunt cruribus*) poſt *armis* inſ. *S.* Puto τὴν *habiles* dupliciter corruptam in *ac viles*, et in *ac bellis.* p) ſic C. *cruribus. Cappad.* edd. q) *Spanorum* C. r) ſic C. *conſueuit ad vſum* edd. niſi quod *S. M.* *ad vſum ſellae Perſici prou. omn. meliores. Praeſtat equos etc.* s) *tam* om. C. *tamen S. M.* t) *impigros inceſſu* C. *et inceſſus ipſius nobil. pret. conſequuntur Ar. S. M.* u) *Suffumeni S. M.* *Sofoëni* C. quid ſi *Sophieni?* x) *parte* inſ. C. y) *Hunnuſcis F.* *Hutruſcis* (ſ. *Hetr.*) *S.* *Buruſcis S. M.* *Vniſcis ſcr.* *Hunniſcis* C. z) *ſpinoſa, validis. coxae, tibiae paruae, baſes plenae S. M.* a) *cluribus* C. b) *os agrudia* C. c) *Perſus S. M.* *Per ſtaturam* C. d) Ita auſus ſum reponere, h. ſ. *Statura et poſitio equis Perſis* ſ. Perſicis *non differt* etc. *poſitione* edd. *poſitionem* C. Poteras etiam ita, *Perſici et ſtatura — differunt.* Certe e) *differunt* C. f) *ſola ambulatione* C. g) *genere. nam* inſ. C. h) *Ciris* C. i) *celer* C. l) *et* om. C. m) Neſcio quid ſibi velit *S. M.* Pro verbis enim *inter colatorios* ponit, *his ſicut probatum eſt, in breui etc.* n) *totularios* C. Vid. Int. in *Guttonarius*: et no. *ad Veg.* 1, 56, 37. o) ſic C. *neutri* al. vid. Morgag. *IV*, 45. p) *ſimilis — creditur* C. q) ſic C. vid. no. *m.* r) *amplior gratia* C. s) quid ſi *leuior*, vel *brevior?* *minor S. M.* t) *ſubiugatus*, *aſſidue* edd. u) ſic C. *et S. M.* *mens*, *tumens*, edd. x *eſt* om C. y) *caute ſe decuriis curuata* C. *obſeruantior* et *ſyllabam in* om. etiam *S. M.* z) *et rut mentum* C. a) ſic C. et *S. M.* *mentum* om. al.

[C. VII.]

VII. AETAS longaeua Perſis, Hunniſcis [a], Epirotis, ac Siculis: breuior Hi-
ſpanis [b] ac Numidis. Frequens opinio eſt, Barbaricis nulla [c] adhibenda medica-
mina, quod vſque adeo naturae beneficio aegroti [d] conualeſcant, vt eis nocitura ſit
cura. Sed falſa erat iſta perſuaſio. Nam quanto fortiora membra ſunt, tanto diu-
tius viuunt, ſi ex arte [e] veniens medela non deſit. Spadonibus tamen inter au- 2
ctores conſtitit [f] ſanguinem de matrice nunquam niſi forte ex nimia et extrema ne-
ceſſitate, tollendum: propterea quod caloris maximam partem cum teſtibus ami-
ſerunt. De palato tamen ſi non impediat negligentia [g] omnibus prope men-
ſibus tam ſpadonibus, quam teſticulatis, minuendus eſt ſanguis. Admiſſarii [h] vero 3
ſi cohibeantur a venere, niſi [i] dematricati [l] fuerint, caecari ſaepe dicuntur: quam-
vis eo anno quo admiſſum faciunt, non ſit eis vena laxanda, ne generationi inten-
tum corpus cura [m] geminae neceſſitatis exhauriat. Studioſis equorum quae cura
ſtabuli, qui alimentorum cultus, quae obſeruationis [n] ſolicitudo praeſtanda ſit, pri-
mus ac ſecundus indicat liber. Nunc decurſis omnibus his [o], quae huius artis 4
doctrina poſcebat [p], ad compoſitiones neceſſariarum potionum medicamentorumque
deſcendimus [q], in quibus et explorata congeſſimus [r], et ea, quae non tam ad vtili-
tatem curandi, quam ob [s] caritatem emendi mulo medicorum cupiditas inflauerat,
ſubmouimus. Conſtat namque, non tam multis neque [t] pretioſis ſpeciebus, ſed 5
paucis, et ad cauſam de qua agitur accommodis poſſe ſanari. Primum igitur vt
pinguia ſint iumenta tam [u] in curulibus [x] quam in ſellaribus decet, deinde vt ſana
permaneant, poſt vt aegrota curentur, confectiones (vt dictum eſt) medicami-
num proferemus electas ex auctoribus multis, de [y] experimentis manifeſtiſſimis
approbatas.

VIII. TRADITVR Chiron [a] ad reficienda iumenta vel curanda, hanc edi-
diſſe potionem, quae [b] internos [c] extergeat morbos, quae [b] tuſſim reprimat, vulſos
ac [d] tuſſicos curet. Ptiſanae ſextarium, lini ſeminis [e] heminam, croci vnciam vnam,
inteſtinum porcinum recens, quod longanonem vocant, prius diligenter lotum [f],
vel acronem: quae ſi in praeſentia forte non ſuppetunt, haedinum caput cum pe-
dibus [g] et inteſtinis ac ventre, et [h] diligenter quaſi ad hominum vſus curatum, in
cacabum [i] mittis. addes ſuperioribus hyſſopi faſces duos, cochleas germanas pur- 2
gatas quindecim, bulbos quindecim, ficus duplices viginti, rutae faſciculum
vnum, baccarum lauri ſextarium vnum tritum, dactylos viginti, allii purgati capita
tria, ſepi caprini vncias ſex, pulegii ſicci faſciculum. Quae [l] omnia trita decoquis 3
in aqua ciſternina vel coeleſti, donec liquefacta carne defluant oſſa. ſed aquam ſae-
pius adiicies ne [m] medicamentum vſtura conſtringat. Sed cum ſpiſſum videris, co- 4
labis, abiectiſque excrementis et oſſibus [n]; tracanti vncias tres pridie calida [o] infu-
ſas vt inturgeſcat et ſolui poſſit, adiicies, paſſi ſextarios tres, oua cruda ſex, olei
roſacii

[C. VII.] a) *Hunnicis* edd. *Vniſcis* C. b) *Spanis* C. c) *nullarum potionum adhibendam medicinam* C. d) *aegroti* om. *C.* e) ſic *C. ex aëre venientibus* edd. *ex arte vehemens S. M.* f) *conſtat S. M.* g) *negleg.* C. h) *emiſſarii S. M.* i) ſic *C. S. M. vbi* al. pro lectione, quam recepimus pugnat Veg. 1, 24. l) *de matrice minuti S. M.* m) *ex minutione deficiat S. M.* n) *obſervatione* C. o) *his* om. C. p) *poſſidet* edd. q) *deſcendemus, ex quibus explorata* C. r) *congeſſimus* C. s) *ad* C. t) *neq.* om. *C.* u) *quia in curulibus et ſellaribus licet* C. x) *currilibus* edd. *curſibus quam in ſaltibus S. M.* y) *et* C.

[C. VIII.] Conſ. 1, 56, 17. a) *Cyro* C. b) ſic C. *qua* edd. c) *interna* C. d) *lacteſycos* C. Credo *phthiſicos* hic latere. e) *ſemc.* 1 C. f) *elotum* C. g) *ſuis* inſ. C. h) *et* om. C. i) *novum* inſ. C. l) *quae* om. C. m) *nec ad med. vſturam conſumat. cum* C. n) *addes* inſ. C. o) *in calenda* C.



p) *ſoluti*

roſacii oua plena ſex, butyri reſoluti [p] vncias tres, anagallici [q] vncias tres,
5 amyli vncias tres, pulueris quadrigarii vncias tres, lomenti fabae [ id eſt, farinae]
ſextarium. Haec omnia ita temperabis, vt per cornu defluant, et ſextarios ſingu-
gulos ieiunis animalibus per triduum dabis. et ſi volueris ſeptem diebus interpoſi-
6 tis repetis, et das a capite potionem. Iumenta a morbis [r] vindicat et cuſtodit:
Gentianae, ariſtologiae rotundae, myrrhae troglodytis, raſurae eboris, et bacca-
rum lauri aequis ponderibus puluis immixtus, ex quo grande [s] cochleare plenum
ſumis. Addes hyſſopi triti ſcripulos quatuor, mellis vel paſſi vncias tres, vini
ſextarium, giſni [t] reſoluti paſtillum vnum, poſt [u] curſum ſiue poſt laborem conditi
bene piperati [x] heminam adiicies, aeſtate roris [y] vel abſinthii tantundem, et per os
7 dabis ad cornu. Si aeſtu animal fatigatur, puſcam [z] cum pulegio trito miſces, na-
reſque et faciem confouebis: oua quoque trita cum hemina vini veteris optimi
faucibus infundes, vt per [a] oui refrigerium vini [b] virtus accreſcat. Maciem lan-
guoremque depellit, ſi ſemiunciam ſulphuris cum myrrhae ſcripulis quatuor in
puluerem reſolutis ouum crudum et vini veteris ſextarius addatur, frequenterque
8 per fauces detur: Diapente [c] eſt (vt [d] ſupra retulimus) neceſſarium pluribus [e] cau-
ſis ac morbis, et ſemper diligenti confectione ſeruandum. Gentianae, ariſtolochiae
rotundae, myrrhae, raſurae eboris, et baccarum lauri, de recentibus ſpeciebus in
vnum redactis minutiſſimis puluis, ex hoc febrientibus plenum cochleare cum tri-
bus vnciis mellis, et aquae tepidae ſextario, in qua radices iunci, et apium ſuffi-
9 ciens decoctum fuerit, per os dabis, ita vt triduo ſimiliter [f] cura procedat. Idem
puluis ſi vltra cochlearium cum ſextario vini veteris, et olei viridis hemina detur,
animal a quibuslibet venenis, vel ſerpentum, aut beſtiolarum morſibus liberat. Cui
ſi piperis atque pulegii, nec non etiam cymini pulueris, aliud cochleare addideris,
et cum vini veteris ſextario dederis, omne frigus expellit.

IX. TVSSIM quoque inſanabilem cura [a] cum hemina paſſi, et tribus vnciis
olei et ouo crudo, ſi [b] per triduum defundis [c] faucibus, addito fabae polline, et
foeni [d] Graeco binis cochlearibus. Praeterea valde tuſſientibus prodeſt, fabae
frixae ſextarius ſine ſale coctus [e], ſepi caprini vnciae tres, butyri [f] vnc. 3, allii pur-
2 gati capita tria decocta [g] cum ſucco ptiſanae, data per triduum. Quo medicamen-
to validius creditur: ficus ſiccae pondera duo, foeni Graeci ſextarium, tracanti vn-
ciam; pridie in [h] calida infuſa, anagallici [i] vnciam, rutae viridis faſciculum, apii
faſciculos tres, pariter in aqua diutiſſime decoques, et faucibus per triduum defun-
3 des [l]. Curare etiam vulſos creditur, ſi ſeptem vncias cineris mundiſſimi [m] colli-
gas, addasque [n] olei vncias tres, bulbos tritos ſeptem, anagallici vnciam, butyri [o]
vnciam, ſepi caprini vnciam, mellis vncias tres, plantaginis viridis tritae vncias
tres, paſſi heminam, ptiſanae vel [p] lini ſeminis heminam: quae ita temperata vt
per cornu defluant, per triduum, vel vt [q] neceſſitas cogit per plures dies, ieiunis [r]
ſingulos

p) *ſoluti* C. q) *ſymphyti triti S. M.* r) *morbo reficit* C. s) *grandem coclearium* C. t) *gyfru* C. Mihi N. L. vid. Ind. *Fac paſtillos penſatos quemlibet vnc.* 1, *ex quibus vnum S. M.* u) *ciel curſi obſeruatio lauorem conditum bene piperati C.* x) *praeparati F. M. S. M.* add. Morgag. *II*, 21. y) *roſae ſiue* C. *olei roſati S. M.* z) pro *poſcam.* a) *oua lene ref.* C. b) *vino vetus adcr. C.* c) ſic *C. diapenton* al. d) *quod C. S. M.* e) *plurimis C.* f) *ſimilis C.* [C. IX.] a) ſic *S. curat* al. b) *ſi* om. *C.* c) *defundas C.* d) ſic *C. foenugraeco* al. e) *coctae, ſiui C.* f) *but. v.* 3 om. *F.* g) *et* inſ. *C.* h) *in* videtur παρέλκειν. i) *ſymphyti S. M.* l) *dabis C.* m) (*ex vlmis*) inſ. *S. ex vlmo* praeponit *C.* n) *eo* inſ. *C.* o) *botyri* hic et al. *C.* p) *et C.* q) *ſi C.* r) *ieiunis* om. *C.* s) *foenigr.*

ſingulos ſextarios dabis. Deſperatam tuſſim ſaepe curauit potio vilis ac facilis: 4
pulueris ex faba vncias ſex, pulueris ex foeno [s] Graeco vncias ſex, enulae tunſae
ſiccae [t] pulueris vncias ſex, pulueris anagallici [u] tunſi vncias tres, butyri vncias ſex:
quae omnia cum tribus boni vini ſextariis additoque [x] paſſi ſextario vno ſemis [y], pa-
riter agitabis, et vni equo ieiuno ante lucem bina cornua per os dabis [z], donec omnem
ebibat [a] potionem [b]. Curam quoque non parum profuiſſe experimenta docuerunt, 5
hac ratione compoſitam. Fabae frixae ſextarium ſine ſale decoques, addesque [c] ſepi
hircini reſoluti vncias tres, butyri vncias quinque: in mortario deteres vniuerſa.
Praeterea foeni Graeci ſextarium bene purgatum feruere facies, primamque aquam 6
inter initia feruoris [d] effundes, addesque aquae ſextarios quinque, pinguiſſimas
Caricas viginti, et liquiritiae [e] vncias quatuor [f], pariter decoquas, donec aqua ad
tres [g] ſextarios redigatur. tunc [h] in mortario deteris foenum Graecum, liquiritiam [i]
et Caricas, miſcesque cum faba, ſuperfundis etiam calidam [l] in qua Caricae cum 7
caeteris coctae ſunt: contemperatisque [m] omnibus, ſi liquor ſpiſſior fuerit, tantum
paſſi addes, vt per cornu facile poſſit exire. diebus plurimis ex eo per os ſingulos
ſextarios tuſſientibus dabis.

X. COSSOS [a], vermes, vel tineas, caeteraque animalia ventris extinguit, ſi
heminam cineris ex oliuae [b] ligno arido collecti, cum hemina olei viridis per tri-
duum dabis [c] ad cornu. Alia quoque confectio, ſed [d] quae ſaepe mortiferam libe- 2
rat paſſionem. pulueris [e] ſantonici, itemque [f] abſinthii Pontici, nec non lupini cru-
di, et herbae centaureae, et erui pollinis, et ſeminis raphani binas vncias mittis, ad-
disque cornu ceruini vnciam [g], ſinopidis Pontici [h] paſtillos tres, opopanacis ſemi-
vnciam, vini tenetani [i] vel alterius auſteri ſextarios duos, olei viridis ſextarium,
quae tepefacta ita animali defundis, vt per os cornu accipiat, in cliuo [l] conſtitu-
tum, quatenus ſuccus facilius ad interiora perueniat. Poſtero die idem animal 3
pronum conſtituatur in cliuo, et per clyſterem [m] illius tepidae potionis ſextarius
ingeratur [n], quatenus alternis diebus ex vtraque parte iniecta potio coagulare [o],
quod appellatur [e], poſſit infundere, in quo illae noxiae beſtiolae coguntur [p], et per-
tuſo ventriculo excruciata doloribus animalia perimunt [q]. Eſt et tertia confectio 4
non minus valida: Radicis capparis Siculi, vel baccas [r] cum foliis ad vnam libram
deteris, pariterque [s] commiſces, addisque [t] aceti ſextarios duos. Quod medica-
mentum interdum per os (ſicut ſuperius [u] dictum eſt) interdum per inteſtinum in-
iicis animali, vt internos hoſtes potionis auſteritate conſumas.

XI. AD-

s) *foenigr.* edd. t) *ſiccae* om. *S.* u) *ſiccati et* inſ. *C.* x) *addesq.* *C.* y) *ſemis* om. *S. M.* z) *defundes* C. a) *bibat* C. b) *Potionem* ad ſequentem periodum refert *S.* c) *eo* inſ. C. d) *feruores* edd. e) *lyricigiae* C. verum eſt *glycyrrhizae.* f) 3. *C. X. S.* g) *quatuor* S. *M.* et *C.* h) ſic *C.* *tunc* om. al. i) *cum Caricis et lyricigia C.* l) *caldam* C. m) ſic *C. comparatisq.* al. [C. X.] a) *Ad Coſcos* C. b) *ſolibe ligno viride collecto* C. c) *dederis ad cornum* C. d) *ſed aquae S. eadem quia* C. *quae eadem S. M.* e) *puluerem* C. f) *it. abſ. Pont.* om. C. g) *opii ſem.* inſ. C. (*apii ſeminis vnciam*) inſ. *S.* h) pro *Ponticae.* i) *tenibati* C. vid. Morgag. *IV*, 47. l) *decliui S. M.* m) (*inteſtino*) inſ. *S.* n) *inrigetur* C. o) *longanonem S. M.* quae gloſſa eſt non accurata. vid. Ind. *V.* coagula. p) *congregatur C.* et *S. M.* gloſſa. q) ſic *C.* et *S. M. pereunt* al. r) *lauri* inſ. C. s) *par. comm.* om. *C.* t) *eo ſext. turis, capparis emin.* [h. e. *heminam*] *quoque ſeminis coriandri, et emin. turcii et emin. ſeminis erucae. deferes pariterque* inſ. C. (*ſextarium vini, capparis heminam, et ſeminis erucae, tere ſimul, miſce addens aceti H – S.*) inſ. *S.* u) *ſuperius* om. C.

[C. XI.]

XI. ADVERSVM omnia genera morborum ſalutaris confectio praeparanda eſt, vt inter ipſa initia ex conditis poſſit occurri. Caſſa[a] eſt enim medicina quae ſera eſt. Myrrhae[b] libram, turis maſculi libram, mali Punici corii[c] tunſi libram, piperis vncias tres[d], croci vncias tres, acaciae rufae ſelibram, Cadmiae[e] botryodis
2 ſelibram, reſinae[f] vſtae ſelibram, abſinthii Pontici[g] ſelibram, pulueris ſerpylli ſelibram, betonicae[h] ſelibram, centaureae ſelibram, ſagapeni ſelibram, ſaxifragae ſelibram, peucedani ſelibram. quae omnia bene tunſa et cribrata in[i] mellis optimi tribus ſextariis miſces, et ad carbones leniter[l] paululum coquis, poſt in vaſe ſtagneo vel vitreo condita[m] ſeruas, ex qua confectione morbidis[n] ſi febriunt, ad[o] diem ſingula cochlearia maiora[p] cumulata cum hemina aquae tepidae, et olei floris tribus vnciis dabis. Quod ſi absque febre ſunt morbidi, vel conualeſcere iam[q] coeperint, cum vino et oleo plurimis diebus dabis, donec animal liberetur, quam validiſſimam, et approbatam[r] noueris potionem.

XII. SVFFIMENTORVM compoſitio faſcinum pellit, luſtrat animal, fugat daemones, ſubmouet morbos. Odor[a] namque ſumi ac ſpiritus per os ac nares ingrediens, penetrat ad viſcerum[b] omnes receſſus, ac curat ſaepius loca, quae potiones non potuerunt curare[c]. Etiam[d] in hominibus ſuffimentorum vapor
2 praecipue ſequitur. Denique[e] deſperatos et periculoſiſſimos morbos, auctores[f] mulo medicinae adſerunt, non ex pabulo[g] aut aquarum vitio, ſed aeris corruptione deſcendere[h]. Et ideo facilius languorem quem peſtilens morbus[i] ingeſſit, ſuffimen-
3 ti[l] ſalubris huius curat afflatus. At talis compoſitio ſuffimentorum. Sulphuris viui libram, bituminis Iudaici libram, opopanacis[m] vnciam[n], galbani ſelibram, caſtorei ſelibram, ciceris[o] crudi ſelibram, albitis ſelibram, ſalis Ammoniaci vncias tres, raſurae cornu ceruini vncias tres, ſinopidis[p] vncias tres, gagatis foeminae vncias tres, lapidis gagatis vncias tres, lapidis ematitis[q] vnciam vnam, lapidis ſideritis vnciam vnam, lapidis argyritis vnciam vnam, caballiones marinos ſeptem, ſtellas[r] marinas quatuor, pilas[s] marinas ſeptem, caudas[t] marinas ſeptem, vngues marinos ſeptem, vuae marinae vncias tres, medullae[u] tedae pineae pondera[x] tria, cedriae ponde-
4 ra[x] tria, picis liquidae pondera[x] tria, oſſa ſepiae ſeptem. haec ſiccata pariter deteruntur atque miſcentur. ex quibus vnum cochleare, cum[y] opus fuerit, viuis carbonibus

[C. XI.] a) ſic *S. M. Cauſa enim medicinae quaerenda eſt* al. *Cauſa eſt enim med. quae ſeruanda eſt* C. Ne *ſera* ſit medicina, et ob id ipſum vana atq. *caſſa, ex conditis* h. e. in vſum repoſitis medicamentis debet occurri. b) *troclitis* inſ. C h. e. *troglitis* vel *troglodytidis.* c) *corium tunſum ſelib.* C. d) *ſex* C. e) *cathimiae butrotis F. S.* et in marg. *Caſmiae. Caſimiae botriti* C. Noſtra lectio debetur ingenio Cl. Morgagni *IV*, 48. *et videramus ita legendum* 2, 22, 6. f) *reſ. vſtae* om. *S. M. aes vſtum* C. quae forte gloſſa eſt *Cadmiae*, de qua vid. Dioſc. 5, 84. g) *Pontici* om. C. h) *Vettonicae* C. i) *in* om. C. l) *leuiter* edd. m) *recondita* C. n) *animalibus ſi etiam* C. (*etiam*) inſ. *S.* o) *diebus ſingulis S. M.* p) *minora* C. q) ſic C. *etiam* al. r) *probatam* C. [C. XII.] Conf. Veg. 1, 19 et 20. a) *odoris m fumus* C. b) ſic et *S. M. vlcerum* al. c) *nec tangere* inſ. *S. M.* d) *Sic tuſſis etiam in omnibus ſuffimentorum praecipue vapore ſanantur* C. *ſicut etiam in hominibus ſuff. vapore pr. ſanatur S. M.* e) *de quibus* C. f) *aut ſicut mulo medici* edd. nobiſcum C. g) *ſtabuli* C. h) *deſcendentes* edd. i) *ventus ingeſſerit* C. l) *ſuffumentorum ſalubri curatur adflatu. Cuius talis eſt compoſitio. Sulph.* C. m) *apop.* C. n) *vnciam* om. C. o) *ciceris* — al. *ſel.* om. C. *aeris crudi ſel., ſulphuris vnam, therbintinae ſel., ſalis S. M.* p) *lapidis gagatis foeminae et maris ana vnc. tres S. M. lapidis dagatis maſculi vnc.* 3 *lapidis galactis vnc. lapidis ematitis vnc.* 3. q) h. e. *haematitis.* r) *ſcillas* C. *ſtincos, caballos marinos ana vnc. VII. S. M.* s) ſic *C. pallas* al. t) *caud. mar. VII.* om. C. u) *medullam C. modullae* edd. *pineae, cedriae ana pond.* 3. *S. M.* x) *lib. C.* y) *ſi C.*

z) *operto*

carbonibus aſpergis, et cooperto [z] capite, vt fumum per os naresque ſuſcipiat, animal ſuffis. Quod ſuffimentum praeter curam iumentorum, ſanat incurrentes [a] hominum paſſiones, grandinemque depellit, daemones abigit [b], et laruas.

XIII. QVADRIGARIVM pulueram vocant, qui ex diuerſo pigmentorum
genere mixtus et per ſe adiuuat animalia, et aliis potionibus pro modo vel cura-
tione [a] miſcetur. Huius Chiron [b] talem compoſitionem ſaluberrimam credit [c]: 2
Tracanti pondera tria, aloës [d] vncias ſex [e], myrrhae vncias ſex, et ℈ [f] 1, coſti
vnciam vnam, et ℈ [f] 1, amomi [g] vnciam vnam, et [f] ℈ 1, caſſiae [h] vnciam vnam,
et [f] ℈, gentianae [i] libram vnam, ariſtolochiae libram, centaureae libram, betonicae libram [l], ſaxifragae libram [m], ſamſuci libram, opii [n] libram, abrotani libram, eupatorii vncias ſex, cardamomi vncias ſex, folii vncias tres, ſpicae nardi vncias tres, ſpicae Celticae vncias ſex, aſari libram, dauci vncias tres, caſtorii vncias ſex, opopanacis vncias ſex, galbani vncias ſex, ſtrutii [o] vncias ſex, panacis radicis vncias ſex, liquiritiae [p] vncias ſex, abſinthii [q] faſces tres, ſucci herbae periſterei ſiccae et cribratae vncias quinque, haec omnia pariter conteres, et diligen-
tiſſime [r] in vaſe vitreo vel ſtagneo ſeruabis. Pelagonius vero [s] quadrigarii pulue- 3
ris eiuſmodi compoſuit confectionem: Cinnamomi, ſpicae Syriacae, ſpicae Indicae, croci Siculi, myrrhae Troglodytis, ſcieni [t], piperis nigri, piperis longi, mannae [u] croci, betonicae, caſiae [x] nigrae, triſſaginis, folii, nardi, lentiſci [y], cepe Indici, nardi [z], ſtoracis, acori Pontici [a], turis maſculi, iriſillyricae, thymi Cretici, piperis albi, calami aromatici [b], aſari Pontici, petroſilini, mannae croci, mali terreni, gentianae, roſae aridae, caſſiae fiſtulae, enulae: omnia aequis ponderibus pro modo animalium miſces, conteris, cribras, in pyxide [c] vel vitreo dolio condis, et cum opus fuerit, ſingula cochlearia, vel amplius, ſi vires [d] patiuntur, iumentis ſingulis dabis, addito vino et oleo. Interdum aliis potionibus miſces, ſi
ratio artis vel cura mandauerit. Abſyrtus quadrigarium puluerem hac ratione 4
compoſuit: Folium, ſpica nardi, crocus, piper album, piper longum, piper nigrum, opopanacis radix, caſſiae dafnitae [e], caſſiae marmalitis [f], caſſia [g] nardina, iriſillyrica,

z) *operto* C. a) *et incurſitantes* C. b) *abicit et vmbras fugat* C. [C. XIII.] a) Conf. Hippiatr. Ruel. *p.* 113. a) *curae ratione* C. b) *Cyro* C. c) *dedit C. S. M.* d) *aloë S.* e) *ſeptem S. M.* f) *et* ℈ 1 om. C. g) *Armoniaci* edd. nobiſc. C. *Amomi, myrrhae, coſti, caſiae ana vnc. VII. S. M.* h) *caſiae S. M.* i) *gentianae, ariſtolochiae, meliloti, cent. beton. ſaxifr. cynaritos, ſinapis ſucci, hyſſopi, abrot. ana lib.* 1. *Eupatorii, cardamomi ana vnc. VI. folii, ſpicanardae, ana vnc. III, ſpicae Celticae vnc. VI, aſari lib.* 1. *dauci vnc. III, Caſtorei, opopanacis, Galbani, ſtricii, radicis panacis ana vnc. VI, liquiritiae, ariſtolochiae longae ana vnc. III, abſinthii faſciculos III, ſucci periſtereon cyathos duos, radicum periſtereon vel foliorum pulueris vnc. VI. Haec* etc. *S. M.* l) *meliloti lib.* 1 inſ. C. m) *ſcynoanthis lib.* 1 C. h. e. *ſchoenuanthus.* n) *yſopi* C. h. e. *hyſſopi.* o) pro *ſtruthii.* p) *licingiae* C. *glycyrrhizae* verum. q) *ariſtolochiae longae vnc. III, abſinthii faſc. III, ſuccum herbae periſteriae cyathos duos, radices vel ſurculos ipſius herbae periſtereonis ſiccas et cribratas dracmas* 6. *Haec omnia* C. r) *diligenter ſeruabis* C. s) *quoque* C. Hinc reliqua om. *S. M.* t) Leg. *ſchoeni* iubente etiam Morgag. *IV*, 49. vel *ſchoenuanthus*, ſiquidem *ſcinoatos* C. u) *Xylocinnamomi, caſſiae, betonicae, caſſiae nigrae* C. x) *catiae* edd. *caſiae* vel *acaciae* Morg. l. c. priorem tuetur, vt vidimus *C.* y) ſic *C. lentici* edd. quae adiungunt etiam *i.* quod alias *id eſt* ſignificat. Viderint igitur de ſynonymia hac, qui id agunt. z) *nardi, ſtor.* om. *C.* a) *meum* inſ. *C.* b) *Syriaci C.* c) *pixidem vel vitreum doliolum condes C.* d) *animalium* inſ. *C.* e) ſic *C. nidafantis.* Lectionem noſtram aperte firmat Dioſc. 1, 12. f) forte ex Dioſc. l. c. leg. *muſylitis*: *aſmalitae C.* g) *caſſiam nardinam, yriſillyricam C.* adeo ſolenne eſt ſemibarbaris vel holobarbaris potius, componere hoc nomen, quod veteres diſtinguunt, et, credo, etiam Vegetius.

iris Illyrica, apii ſemen, malum terrae, peucedanum, ſabina [h], gentiana, herba [i] roſina, thymum, myrrha, trixago [l], coſtum, tus maſculum, geſſe mantium [m], malum Punicum, calamum aromaticum, roſa ſicca, ruta agreſtis, petroſelinum, ariſtolochia longa, amomum, calamum Syriacum, herba Artemiſia. haec omnia pro numero animalium praeparas, aequis ponderibus intermiſces [n] et tundis, cribrasque [o] et ſeruabis, aduerſus paſſiones vſurus.

XIV. CAVSTICVM humectata ſiccat, laxata conſtringit, luxata [a] parat, laeſa confirmat. Huius Chiron [b] talem compoſitionem demonſtrat [c]. Bituminis Iudaici pondera duo, bituminis Apollonii pondera duo, mannae [d] turis vncias ſex, bdellii [e] Arabici vncias duas, medullae [f] ceruinae pondera duo, propoleos [g] vncias duas, galbani vncias duas, guttae ſtoracis vncias duas, cerae communis pondera duo, reſinae cauealis [h] libram vnam, viſci Italici vncias tres, apochymatis [i] vncias duas, ſucci hyſſopi vncias duas, guttae Ammoniacae [l] vncias duas, picis Brutiae [m] libram [ liquefacienda [n] liquefac, puluerem aliorum addens agita et coque, vt ſit vna ſubſtantia, quo vteris aduerſus veſicas et ſuffuſiones, quae naſcuntur in genibus et ti-
2 biis, et nodis, et articulis: et glandulas et oſſilaginem curare creditur.] Pelagonius cauſticum, quod ſuffuſiones veſicasque ſiccaret in genibus vel articulis, hac ratione compoſuit: Cerae Punicae [o] libram, reſinae pondera duo et ſemis, galbani vncias tres, aſphalti Iudaici pondera duo, myrrhae ſecundariae pondera duo [p], bitu-
3 minis libram, Ammoniaci [q] vncias ſex, coſti vncias ſex. Verum caetera decoquis in cacabo fictili nouo, qui [r] cum refrixerit, addis aſphaltum et Ammoniacum et coſtum pro menſura, qua ſcriptum eſt, tritum ad modum farinae, et agitabis, et iterum coques, vt ſit vna ſubſtantia, quo vteris aduerſum venas [s] et veſicas, et ſuffuſiones, quae naſcuntur in genibus, aut in tibiis, aut inter [t] nodos, aut in [u] arti-
4 culis, vſque eo vt [x] oſſulaginem curare credatur [y]. Malagma quoque cauſticum hac

h) *radicem herbae Sabinae* C. i) *herbam clerusimam, pernam* C. l) *traxaginem* C. m) *geſſemante cumeum iuncanicum punicum C.* Haec quidem monſtra ſunt, quae fere ἀπανδᾶν faciunt in fine operis patientiam noſtram, adeo vt ne ad vnum quidem caſum redigere ſpecies coniunctas lubeat, tanto minus, cum nihil vſquam certi appareat. n) *miſces* C. o) *cribratasque ſeruabis, ad diverſas paſſ. C.* [ C. XIV. ] a) *laxa reparat* C. *reparat* etiam coniecerat Cl. Morg. *IV*, 50. b) *Cyron* C. c) *demonſtrauit. Sulfur Iud.* C. d) *Smyrnae et turis ana vnc. VI, Bdellii vnc. II, Cerae propoleos vnc. II opponacis vnc. II, caſtorei, galbani, ſtyracis ana vnc. II, medullae ceruinae pondo* II, *axungiae pondo* II, *reſinae pond.* II, *terebinthinae lib.* I, *reſinae abietis lib.* I, *viſci vnc. III. S. M.* e) *videllae Arabicae* C. conf. 3, 28, 4. f) *cerae propalis vnc.* 2, *apopanacis vnc.* 2, *caſtorei vnc.* 2, *galbani vnc. guttae ſtoracis vnc.* 2, *medulae ceruinae* p̊ 2, *cerae communis* p̊ 2, *axungiae* p̊ 2, *reſinae frixae* p̊ 2, *reſinae terebinthinae lib.* 1, *reſinae vecuminae lib.* 1, *reſinae abiales lib.* 1. g) *propulei* edd. vid. ad 3, 55, 5. h) *cabialis* edd. vid. Ind. i) *apoxima* edd. *apocima C. M.* nobiſcum ipſe *C.* vid. Ind. l) *Armon.* edd. m) *brittiae* C. *britiae* al. nos ſequimur rationem et Morgag. *IV*, 64. n) incluſa inſ. *S. M.* o) *Ponticae* C. p) *viſci Campani* p̊ 2. inſ. C. q) *Amon.* C. *armon.* al. Vnde auſi ſumus *Armeniacum* hic et aliis aliquot locis reponere, quod illud pigmenti genus ad Malagmas in primis commendetur. Quamquam non tam Medica ratione vtimur, (conſultis licet quo tempore haec ſcribebamus Principibus H. Stephani;) quam Grammatica, cum *Armeniacum* ſine ſubſtantiuo alio dici conſtet, *Ammoniacum* non item. Ne quid tamen diſſimulemus, etiam *Ammoniacas guttas*, *ſuffimentum* item *Ammoniacum* in collyriis apud Aeginetam ſaepiuſcule obſeruamus: vt adeo tanto minus excludere plane audeam *Ammoniacum*, quidquid illud tandem ſit. Quin cum haec iam tradita eſſent typographis, obſeruo luculentum de *Ammoniaco*, ferulae liquore, locum Dioſcor. 3, 98. qui facit, vt mutationis illius iam ſuppudeat, certe poeniteat. r) *quae c. refrixerint* C. s) *venas et* om. C. t) *internodis C.* h. e. *internodiis.* u) *in* om. *C.* x) *etiam* inſ. *C.* y) ſic *C. credantur* al.

z) *videllae*

hac voluit ratione componi. Picis pondera duo, cerae pondera duo, galbani vncias tres, reſinae libram, adipis taurinae pondera duo, bdellii [z] vncias ſeptem, thuris [a] pollinis vncias tres, reſinae terebinthinae vncias ſex, viſci pondera duo, glutis [b] vncias tres. Abſyrtus huiusmodi cauſticum hac [c] ratione compoſuit, glandularis [d] reſinae frixae vncias tres [e], picis durae vncias tres, bituminis Iudaici vncias tres, euiſci [f] vncias tres, galbani vncias tres, bituminis Graeci vncias tres. haec omnia in vino [g] decoquis. Bitumen vero contundis, et ſuperimmittis [h]. 5

XV. COMPOSITIO malagmae ad tumores [a] duros et veteres. Galbani vncias duas, reſinae libram, Ammoniaci ſelibram [b], picis Brutiae [c] ſelibram, cerae libram [d], olei quod temperare poſſit. Item malagma ad tumores duros, et veteres. Galbani libras duas, Ammoniaci ſelibram, reſinae terebinthinae ſelibram, opopanacis libram, ſtoracis libram, cerae rufae libram, bdellii [e] libram, piperis albi vnciam vnam, baccae lauri libram, piperis longi vnciam vnam, picis Brutiae [c] ſelibram, olei irini quantum [f] ſufficit.

XVI. COLLYRIVM fiſtulare, quod conficitur vt [a] mittatur in fiſtulas vulnerum quae ab initio curata fuerint negligenter. Formatur autem ad [b] menſuram ipſius fiſtulae, vt cum immiſſum fuerit eandem poſſit implere, vt celerius iam [c] conſumta duritie, caro viua ducat ſolidam cicatricem. Miſy libram, feculae libram, aeruginis libram, chalcitis libram, cymini vncias ſex, teres cum aceto, vel collyria facies. Item aliter componitur collyrium fiſtulare: Miſy, aeruginis, chalcitis libras ſingulas, mellis vncias ſex, zungitis [d] pondera duo, coquas [e] ex vino veteri, paſtilloſque inde [f] facies fiſtulis inſerendos. 2

XVII. COMPOSITIO malagmae crudae. Calcis viuae libras duas, ſinapis [a] Alexandrini libram, ficus [b] ſiccae vncias ſex, axungiae quantum [c] ſufficit, immiſces [d], contundis, et vteris.

XVIII. COMPOSITIO ſyncriſmae. Cerae rufae [a] pondera duo, reſinae frixae pondera duo, olei laurini libram, ſepi taurini libram, axungiae libram, medullae ceruinae libram, olei [d] Cyprini, aeruginis, hyſſopi, axungiae veteris libras ſingulas: haec omnia [c] pariter ad carbones decoquis [d] et vteris.

XIX. TRAVMATICVM medicamentum curationi vulnerum valde conuenit. Nam abſumta [a] putredine viuam carnem ad ſanitatem reducit [b]. Huius eſt talis

z) *videllae vnc.* 3 C. a) *thur. p. v.* 3 om. C. b) *guttae* C. *glutinis* coni. Morg. *IV*, 50. Sed etiam *glutis* vel *gluttis* bonum. Vid. Ind. c) *ad curam* C. d) *glandularum* C. e) *reſinae aſturoſae* ( quid ſi *Etruſcae* de qua Dioſc. 1, 92.) *vnc.* 3, *reſinae terebinthinae vnc.* 3, *cerae vnc.* 3, *picis durae vnc.* 3, *bituminis Iudaici vnc.* 1, *dauci vnc.* 3, *bituminis Graeci vnc.* 3, *galbani vnc.* 3. f) *viſci* coni. Morgag. *IV*, 42. g) *vnum* C. h) *ſupermittes* C. [C. XV.] a) *tumorem neruorum. Galb.* C. pro *duros* etiam *neruorum S. M.* b) *lib.* 1 C. c) ſic *S. M.* *brittiae* C. *britiae* al. add. Morgag. *IV*, 64. d) *ſelib.* C. e) *videllae* C. f) *quod ſatis eſt* C. [C. XVI.] Conf. 2, 26, 2. a) *immittatur*, om. *vt* C. b) *in* C. c) *iam* om. C. d) *lactis F. M. S. M. longitae* C. Eſt *lonchitis* herba, ſed cuius vſum medicum ignorare ſe ait Dodonaeus. e) *coques cum* C. f) *inde* om. C. [C. XVII.] In hoc et proximo capite, quae lemmatis locum occuparant ad contextum ipſum redire, h. e. in locum ſuum, iuſſi. a) ſic C. qui firmat adeo coniecturam Cl. Morgagni *IV*, 51. b) *picis* C. c) *quod* C. d) *et vnum contundes* C. forte *in vnum.* [C. XVIII.] Vid. ad princ. *c.* 17. a) *Afrae* C. b) *olei Cypr. lib.* 5, *aeruginis lib.* 1, *axungiae vet. lib. vnam S. M.* c) *omnia* om. C. d) *coques* C. [C. XIX.] a) *conſumta S. M.* b) *adducit* C.



c) *tegulas*

talis compoſitio. Miſy libram, chalcitis pondera duo, aeruginis libram, pariter colabis, et ſupra tegulam [c] in ignem [d] pones, et coques vt rubeum fiat. Poſt in mortario teres, et ad ſimilitudinem farinae puluerem facies. Deinde duos ſextarios mellis in olla noua coquis cum [e] vino, et cum feruere [f] coeperit [g], puluerem ſupra ſcriptum agitabis, et pariter decoques: refrigeratoque ad cancromatas [h] plagas, ad [i] famicem et cicatrices reducendas vteris. Traumaticum quoque hac ratione componitur: Miſy, cathimiae [l], aloës [m], acori libras ſingulas, aeruginis libras duas, chalcitis libram, mellis libras duas in olla noua decoques, refrigeratoque vteris.

XX. MALAGMAE quoque iſtiusmodi [a] compoſitio approbata [b] eſt. Mellis libram, galbani, ſtoracis [c], bdellii [d], piperis albi ſingulas libras, Ammoniaci pondera duo, medullae ceruinae, baccarum lauri ana libram, thuris pollinis vncias duas, ſepi caprini vncias quinque.

XXI. MALAGMAE quoque medicamentum hac ratione componitur: Ammoniaci vncias tres, cerae libram, nitri floris vncias duas, reſinae terebinthinae pondera duo, ſtoracis vncias tres, baccarum lauri vncias ſex, olei Cyprini vncias tres [a], olei laurini vncias tres, medullae [b] ceruinae vncias ſex, olei roſati vncias tres, adipis aſerinae [c] vncias ſex, hyſſopi vncias quatuor, adipis [d] ceruinae vncias ſex, opopanacis vncias ſex, piperis albi vncias duas, galbani vncias tres, axungiae veteris libram, aceti acerrimi heminam, thuris maſculi vncias quatuor.

XXII. ABSYRTVS compoſitionem [a] anacollimatis eiuſmodi compoſuit et prodidit: Floris nitri ſextarium, opopanacis vncias tres, croci Siculi vncias duas, piperis albi vnciam [b], pollinis turis vncias tres, cochleas contuſas decem, bulbos viginti, auellanas viginti, quae omnia contuſa et permixta, ſi aceto temperaris [c], diuulſa coniungis. Efficacius tamen eſt, ſi locis [d] doloroſis emiſſum ſanguinem
2 ipſius animalis addideris. Compoſitio ſynchriſmae [e]. Storacis vncias quatuor, Ammoniaci vncias tres, medullae ceruinae vncias duas [f], olei glaucini [g] vncias ſex, olei Cyprini vncias tres, ſeui taurini vncias tres, reſinae terebinthinae vncias quatuor, adipis vrſinae vncias tres, adipis leoninae vncias quatuor, propoleos [h] vncias tres, olei veteris vncias ſex, axungiae veteris libram, olei Sabinenſis [i] libram, opopanacis, galbani vncias tres. haec ad carbones lentis vaporibus decoquuntur, et vnctionem ſaluberrimam praeſtant.

XXIII.

c) *tegulas C.* d) *igne C.* e) *cum vino* om. *C.* f) *bene C.* forte fuit *ferbere.* g) *adiicies* inſ. *C.* h) *cancromata, plagas C.* i) *et famices vel ad cicatricem C.* an *vomicae* hic latent? *framices* Morg. *III*, 14. l) *cadmiae* legendum videtur, vt 2, 22, 6 *et* 14 etc. *Caſiniae C.* m) *aloës cumues lib.* 1, *aerug.* etc. reliquis om. *C.* [C. XX.] a) *baſilicae* add. in lemmate. b) *probata C.* c) *ſtoracis* om. *C. propoleos* ſubſtit. *S. M.* d) *videllae C.* [C. XXI.] Hoc et tria proxima capita om. *S. M.* a) *olei ydrini* [forte *irini*] *vnc.* 3, *olei roſei vnc.* 3 inſ. *C.* b) *medullae* — *vncias* 3 om. *C.* c) *aſarinos C.* d) *medullae C.* vid. no. *c.* [C. XXII.] a) *compoſitiones anacolematis C.* *e* in penultima poſcit analogia: eſt enim ἀνακόλλημα. Sed iotaciſſabant librarii et ipſe forte Vegetius. b) *ſemunc. C.* c) *temperes, deuulſa coniunges C.* d) *de locis dolentibus C.* e) ſic *C.* *ſyncriſmae* al. debebat *ſynchriſmatis.* f) *turis pollinis vnc.* 3, *oleum laurinum vnc.* 2, inſ. *C.* g) leg. vid. *gleucini* vid. Ind. h) *propulei F. propolini C.* nobiſcum ratio, eiusque interpres Morgag. *IV*, 52. i) ſic *C.* et Morg. *IV*, 52 *Sauirenſis* al.

[C. XXIII.]

XXIII. COMPOSITIO malagmae crudae talis eſt. cerae Punicae ſelibram,
Ammoniaci ſelibram, bdellii [a] vncias tres, ſtoracis vncias duas, ſagapeni [b] vncias
quatuor, thuris pollinis vncias ſex, olei veteris vncias quatuor, propoleos [c] vncias
duas, medullae ceruinae vncias ſex, ſepi taurini vncias duas, reſinae frixae vncias
duas, adipis vrſinae [d] vncias duas, adipis leonis vncias duas, opopanacis, baccarum
lauri, ana vncias duas, olei Cyprini vncias quatuor, gentianae vncias tres, reſinae
Colophoniae vncias ſex, galbani vncias ſex [e]. Item alia compoſitio malagmae: 2
Cerae [f] Ammoniaci ana libram, ſtoracis vncias ſex, ſagapeni vncias tres, thuris
pollinis vncias tres, medullae ceruinae vncias quatuor, opii [g] Hiſpani vncias duas,
propoleos [h] vncias quatuor, ſepi caprini vncias ſex [i], galbani vncias ſex, picis Brutiae [k] vncias quatuor, reſinae terebinthinae vncias tres, reſinae frixae vncias quatuor, aceti acerrimi vncias quatuor, olei lentiſcini vncias ſex, olei irini vncias quatuor.

XXIV. COMPOSITIO malagmae ad vligines. Salis Afri libram vnam, bulbi libram, nitrum [a], ſulphuris libram vnam, myſi libras duas, olei libram. his coctis diligenter, vteris.

XXV. COMPOSITIO malagmae ad neruos. Sulphuris viui, aluminis, reſinae, picis Brutiae ana libram vnam, cerae pondera duo, medullae ceruinae libram vnam. haec omnia pariter diu agitas aut verberas.

XXVI. COMPOSITIO traumatici [a]. Gallae vncias quatuor, aeris vſti vncias tres, corticis mali Punici [b] vncias tres, miſy vncias quatuor, vini vnciam vnam, aceti vncias tres, in olla noua excoquis et vteris.

XXVII. COMPOSITIONES [a] collyriorum Abſyrti, Pelagonii, Chironisque [b] ſubiecimus. Ad album enim de oculis tollendum [c] et abſtergendum Abſyrtus tradidit [d]: nuces auellanas [e] combuſtas donec redigantur in cineres, in mortario
deteres, addesque mannae thuris idem pondus, quae diutiſſime trita, et [f] melle
optimo [g] adiecto comprehendantur, et ſic inungatur animal. Idem Abſyrtus eius- 2
modi collyrium laudat. Piperis albi grana octo, mellis Attici vncias duas, croci
vncias duas, ſepiae marinae teſta [h] diligentiſſime trita vncias duas, balſami vnciam
vnam. Pelagonius tale collyrium monſtrat [i]. Oleum, ſal [l], reſinam, ceruſſam, 3
opobalſamum, addito melle [m] deteris atque componis [n], alternis diebus inducis
vsque ad ſanitatem. Nardinum quoque collyrium hac ratione compoſuit. Violae [o] 4
vncia

[C. XXIII.] a) *videllae C.* b) ſic *C. ſagapini* al. c) *propulei F. populei S. propolis C.* nobiſcum Morgag. *IV*, 52. d) *vrſini — leonini C.* e) *reſinae terebinthinae vnc.* 6. *C.* f) *Cottilae ſacrae lib. C.* g) *opium Spanum C.* h) *adipis vrſini vnc.* 3, *apopanacis* (ita ſolet pro *opop. vnc.* 2, *olei cuprini vnc.* 3 *gaelbini* inſ. *C.* i) *britiae* edd. *brittiae C. Brutiae S. M.* vid. Morg. *IV.* 64. [C. XXIV.] Hoc et duo capp. proxima om. *C.* a) *nitrum* om. *F.* [C. XXVI.] a) *tragmantici S. M.* b) *miſy ana drachmas tres, vini, aceti ana vncias tres S. M.* [C. XXVII.] a) *Collyriorum quoque confectiones C.* b) *Cyronis C.* c) *tollendum et* om. *C.* d) *tradit C.* e) *auell. purgatas comburi debere — deteri, addique eo C.* Habet etiam in marg. Fabricianus liber, *nitrum*, it. *al. miſceri*: ſed non indicatur, quo ſint referenda. f) *creta* inſ. *C.* g) *opt. acetoque myſi libr.* 1. *comprehenditur, et ſic inungitur animal C.* h) ſic *C. marinae* (*diligenter ſtatiſſim.*) *et rutae vnc.* edd. i) (*propter*) inſ. edd. acceptum a libris ſine dubio. Forte fuit *praeterea.* add. no. *m.* l) *butyrum* inſ. *C.* m) *pariter* inſ. *C.* Forte hoc ipſum *pariter* in *propter* tranſiit, de quo no. *i.* n) *componi et a. d. induci C.* o) *Ampalmum vnc.* 1 [quid ſi *ampelinum?*] *lipidum* [an *lepidium*] *vnc.* 1, *propolympon*, [*propolis et yrinon ſ. irinum* forte hic latent] *panicum*

vncia vna, ſpicae nardi vncia ſemis, caſſiae [p], myrrhae vnciae tres, croci vnciae
5 tres, olei Cyprini vnciae ſex, piperis albi vnciae duae, cymini [q] vnciae tres. Item alia collyria [r] compoſuit. opobalſami, croci, myrrhae, ſalis Hiſpani [s], lepidis, oſſis ſepiae, ſingulas vncias, cadmiae [t] vncias duas, afronitri vnciam vnam, mellis Attici
6 libram. Chiron etiam vetera glaucomata hac [u] collyrii indicat [x] confectione purgari. Cornu bubulum [y] extremum, vbi ſolidum eſt, combures, ac [z] thuris maſculi pulverem, ſtercoris quoque humani combuſti et ſalis Ammoniaci pari menſura pulue-rem facies [a], piper longum, oſſa ſepiae, flos aeruginis, vetus vinum, crocum [b], rutam, pariter detrita commiſces, addito optimo melle quod ſufficit et inungis.
7 Aliud quoque collyrium ſimile [c] compoſuit. Oſſa ſepiae marinae, crocus [d], myrrha, troglodytis: item ſal, ac ſtercus crocodili, haec omnia pariter ac [e] diutiſſime dete-runtur [f], et bene trita cernuntur, additoque optimo melle vnctionis [g] vtilitatem
8 animalibus praeſtat [h]. Licet [i] parua et prope nulla de his, quae diuerſi auctores retulerunt praeteriſſe [l] doceam, tamen quaecunque videbantur [m] probata conſcri-pſimus. Verum ne longior liber confuſionem magis legentibus, quam inſtructio-
9 nem videretur afferre, modum plenum credimus faciendum, illud [n] iterum iterum-que commonentes, vt diligenti cura paſſionum [o] occurratur exordiis. Nam etiam incurabiles aegritudines [p], ſi praeuentae [q] fuerint, [r] medentis [s] arte vincuntur. Inueteratas [t] cauſas etiam faciles, curari ſaepe non poſſe legi.

XXVIII. CEPHALICVM, quod facit ad omnia vulnera difficilia claudenda et ſupplenda: Herbae panacis radices, thus maſculum, myrrham, pollinem erui, roſae folia arida bene trita et cribrata. hic puluis confectus difficilia vulnera claudit ac curat. Nunc [a] etiam ſi melle decocto, et huic medicamento mixto collyrium facias, et altis ſub vulneribus fiſtulae ſubiicias, citius ſupplere et ſanare cogit.
2 Medicamentum conſuetum, in vſu quotidiano neceſſarium, propter compendium et moras ita facies: aeruginem, chalcitem, aeris florem, aes vſtum; haec bene trita et cribrata aequo pondere cataſtalticum faciunt, quod carnem ſupercreſcentem comedendo effouet [b]. Hoc idem cum aceto et melle decoctum ad mellis craſſitu-dinem, facies medicamentum, quod facit ad omnia vulnera et cancros elympidan-
3 da, et oſſa ſcabroſa. Chlora [c] medicamentum, quod facit ad omnia vulnera complete lympidanda, vel ſine difficultate claudenda. Punicam [cc], reſinam terebinthinam, medullam ceruinam, aeruginem, oleum, ita conficies quantum ſufficit. Tetra-

*cum vnc.* 1, *ſpica nardi ſemunc. C.* p) *ſemunc.* inſ. *C.* q) *gummi* coni. Morg. *IV*, 15 ex Veg. 2, 22, 12. r) *compoſitio collyrii C.* s) *Spani C.* t) vid. Morg. *IV*, 48. *cathimiae* edd. *caſiniae C.* u) *eiusmodi C.* x) *indicat* om. *C.* y) ſic *C.* *bubulini* edd. z) (*et terebis*) inſ. *S.* *ac deteres. Turis quoque maſculi puluerem iunges. Stercoris quoque combuſti C.* a) *myrrham* inſ. *C.* b) *crocus, ruta* edd. Sed ne ſic quidem cohaeret oratio. c) *ſemel C.* d) *crocum, myrrham trigonitem, ſalis Ammoniac. ſtercus C.* e) *ac* om. *C.* f) *teruntur C.* g) *et in vnctionibus vtil. C.* h) *In huius libri fine monemus* inſ. *C.* i) *aut parva aut C.* l) ſic *C.* (*praeteriſſent*) *doceamus* al. m) *videntur proba C.* n) *aliud iterum verumque* edd. Sed elegantius *C.* ex poëta, quod vidit *etiam* Morgag. *IV*, 52. o) *in paſſionibus C.* p) *valetudines C.* q) ſic *C.* *praeſentes* edd. *recentes* coni. Morgag. *IV*, 53. r) *vi* inſ. edd. t) *medendi C.* u) *Inueteratae cauſae, quae etiam facile curari ſolent, ſaepe non poſſunt C.* [C. XXVIII.] Quae ſequuntur, non videntur Vegetii, qui opus ſuum concluſit modo: ſed a ſtudioſo vno pluribusue adiecta. a) forte *Hic.* b) vox mihi ſuſpecta, ſed qua commodiorem non comminiſcor. c) Alia *chlora* traditur in Hippiatr. Ruell. *p.* 114, *b.* cc) int. ceram. Int. Anglus corticem intelligi ſuſpicatur.

d) Aliud

Tetrapharmacum [d], quod facit ad omnia vulnera elympidanda, et velocius curanda. 4
Adipem taurinam, ceram, picem, oleum. Igitur medicamentum, quod ſupra
dixi, catuloticum [e] eſt. Glicium, quod facit ad omnia vulnera ſordida et can- 5
croſa: Amurcam, ſalem, acetum: his mixtis quantum volueris ad craſſitudinem
mellis vteris. Oſſiculare [f] medicamentum, quod facit ad omnia oſſicula, et (dar- 6
ſcus [g] quo loco factum ſi deiiciendum volueris) Picem liquidam, axungiam vete-
rem, aeruginem bene tritam et admixtam, colas bene coctum, poſt decoctionem
ſupra ſcripta purgat vulnera diligenter. Stypticum, quod facit ad omnia vulnera 7
humecta, et fungos [h] exſiccandos. Alumen ſciſſum, gallas minores, cortices mali
granati, ſubcorticem de ipſa arbore. haec omnia trita, puluis ipſius vulneribus ex-
ſiccandis valde prodeſt. Medicamentum quod facit ad omnia vulnera claudenda: 8
Abſinthium, ſinopidem, lepidam [i]. haec tria bene commixta faciunt medicamen-
tum ſiccum, quod ad omnia vulnera prodeſt. Implectoricum [l] medicamentum, 9
quod facit ad omnia caua ſupplenda: Pollinem thuris, pollinem herbi [m], lepidam [i].
haec bene trita medicamentum faciunt ad ſupplenda vel elympidanda vulnera.
Ad oculorum rupturas et tuniculas ſeruandas prodeſt, ſi fel caprinum lacti caprino 10
miſceatur, et ſic penna nigra oculi inungantur. Ad oculorum album ſiue glauco-
mata ſic facies: vini ſextarios 4, gari [n] floris ſextarium vnum, mellis vncias 4, pa-
riter decoquis et vteris. Ad recentem [o] ocularem [p] percuſſum: Croci, myrrhae,
thuris maſculi, gummi, medullae veruecinae, anagallici ſucci, mellis, cardami,
binas vncias. Synchriſma. Cerae rufae pondera 2, axungiae pondera 4, opopa- 11
nacis vncias 2, olei veteris pond. 2, galbani vnc. 3, myrrhae pond. 4, Armeniae [q]
pond. 3, olei Cyprini pond. 4, medullae ceruinae pond. 2, hyſſopi pond. 2, ſtora-
cis pond. 4, olei lentiſcini pondera 4. Synchriſma [r] ad alia genera. Galbani 12
pond. 2, opopanacis pond. 1, cerae pond. 4, medullae ceruinae pond. 3, thuris
maſculi pond. 2, piperis albi pondus 1, reſinae terebinthinae pond. 3, ſtoracis
pond. 1, adipis anſerinae pond. ſemis, euphorbii vncias 6, adipis leoninae, mellis,
caſtorei, libras ſingulas, olei myrrhae lib. 2, olei lentiſcini pond. 2, olei Syriaci
lib. 2, olei veteris lib. 2, olei mellini pondera 2, olei ſtoracis pond. 2, opii pond. 3.
Lipparia [s] ſic facies. Spumae argenti pondus 1, ceruſſae vncias 2, vini ſextarios 3, 13
olei pondus 1, et ſemis. omnia conficies, et ſic vteris. Lipparia [s] alio genere ſic fa- 14
cies. Spumam argenti, ceruſſam, thus maſculum, acetum album, oleum. haec omnia
in vnum conteres, et cum vino melicrato admiſces, et ſic vteris. Traumaticum ſic 15
facies: Chalcitidis pond. 1, miſy pond. 1 ſemis, aeruginis vnciam 1, ſtercoris colum-
bini pond 1, adarcis vncias 3 et ſcrupulos 3. decoquis vna, et ſic vteris. Item alio
genere ad flegmonas [t] tollendas: Sinapis Alexandrini vnc. 6, fici Afrae vnc. 3,
axungiae

d) Aliud Tetrapharmacum docetur Hipp. Ruell. *p.* 116. e) ita auſus ſum reponere pro *catalot.* vid. Ind. *catulot.* Caeterum omiſi importunam parentheſin, vbi poſt *curanda* paullo ſuperius inſerunt edd. *Valde per hoc medicamentum catalo-ticum.* f) ſic repoſui pro monſtroſo *oſſoclare.* g) locus corruptus, cui medicinam fruſtra circumſpexi. h) ita ſcripſi pro *fongos.* i) forte *lepida.* l) videtur legendum, *impletorium:* Certe fauet argumentum. m) hoc eſt *erui.* n) *Gario-floris* edd. Emendatio noſtra modeſta, ſpero, videbitur. *Flos gari* eſt γάῤῥον πρωτεῖον Aeginetae. vel *optimum Columellae* 6, 38, 2. Dioſcor. 2, 34. Γάῤῥον νομὰς ἐφιστᾷ. *Aeginetae etiam eſt* καθαρτικόν. o) edd. (*recentem*) quod qui intelligit, emendationem noſtram reprehendat. p) *oculorum* malim. q) *Armoniae* edd. r) *ſynchriſma* om. *S.* s) *Liparas* malim, certe *Liparia.* Diuerſae *Liparae* ſunt Hippiatr. Ruell. *p.* 116, *b.* t) pro *phlegmonas.*

u) *traumat.*

16 axungiae veteris vncias *6*, aceti ſcrup. 3. Item Traumaticum [u] alio genere ad
verrucas tollendas: Floris chalcitis vncias 2, nitri vncias 2, laſari [x] vncias 3, aceti
heminam. Item alio genere ad ſuffraginoſos: Aeruginis, aluminis ana pond. 5,
17 herbae ſideritis [y], ferrariae pond. 1, aceti acri [z] ſextarium vnum. Ad flegmonas [a]
diſcutiendas: Radicis [b], erui, axungiae, aceti acris, linis in linteo, et ſic vteris.
18 Cauſticum ad neruos craſſos, vel quaecunque in notitia [c] ſunt: Galbani, opopana-
cis, medullae ceruinae, reſinae terebinthinae, Armeniaci, propoleos [d], violae,
thuris pollinis, bina pondera, reſinae frixae pondera 5, bituminis pond. 3, picis
durae pond. 5, reſinae pituinae pond. 5, cerae pond. 5, olei cerini pond. 3, inco-
19 mii pond. 2, ſtoracis pond. 2, viſci pond. 2. Cauſticum ad neruorum dolores.
Galbani, ſtoracis, violae, propoleos, reſinae ſingula pond. Colophoniae vncias ſex,
reſinae terebinthinae pond. *6*, opopanacis pond. 1, thuris pollinis, hyſſopi, Arme-
niaci, baccae lauri, ſingula pond. picis Brutiae [e] pond 1 et ſemis, vini Aminei
pond. 1 ſemis, reſinae bituminis pond. 1, haec omnia in vno cacabo coques, in lin-
20 teolo induces calida. Malagmam coĉticam [f] ſic facies. Cerae albae, galbani vn-
cias ſingulas, reſinae terebinthinae pond. 2, adipis taurinae pond. 3, hyſſopi pond. 2,
bdellii pondus 1 ſemis, iriſillyricae pond. 2, adipis anſerinae pond. 1, haec omnia
21 decoquis et vteris. Malagma [g] ad neruorum dolorem. Cerae vnc. *6*, adipis cer-
vinae vnc. 3, galbani, piperis, Armeniaci, reſinae terebinthinae vncias ternas, tra-
22 canti vncias 5, ſingula contundis, permiſces, et vteris. Malagma [g] ad neruos
vexatos. Menthae, galbani, rubricae, ſtoracis, violae ana pond. *6*, ſimilaginis
pond. 4, haec omnia cum ſimilagine et vino decoques in cacabo, et liquida facies,
deinde ſimilaginem et vinum in vnum permiſcebis, inlinis in linteolo, et alligabis
23 feruentia. Malagma [g] ad tumores ſic facies. Cerae vncias *6*, adipis ceruinae vn-
cias 3, galbani vncias 3, violae, piperis albi vncias ternas, Armeniaci vnciam, re-
ſinae terebinthinae vnc. 3, ſtoracis vnc. 3, gentianae vnc. 1, ſingula contundis,
24 poſtea permiſces in vino, et ſic vteris. Emplaſtrum. Cerae viridis pond. 1 et
ſemis, olei Cyprini vnc. *9*, olei myrrhini [h] vncias 2, adipis anſerinae vncias 2, thu-
ris pollinis vnc. 2. haec omnia in cacabum mittis, coquis, et linteolis inlinis.
25 Cerotum ad vlcera. (ſtrumenta) pond. 2, cerae rufae pond. x, olei myrrhini [h]
pond. *6*, olei veteris pondera 8, aluminis pond. *9*, olei Cyprini pond. decem, cal-
26 cis pond. quinque. Fomentum ad tumores ſiue ad duritiam quamlibet ſic facies.
euiſcum [i] ex vino decoctum conteris cum axungia, et ſic vteris. Si minus, her-
27 bam ſabinam conteris, et ex roſaceo concoquis, et ſic vteris ad ſanitatem. Com-
poſitio ad colicos [l]. Aſari Pontici, petroſelini, foeniculi vncias ſingulas, piperis
nigri vncias 2, marrubii maſ. vnc. 1, abrotani vnciam ſemis, mellis optimi pond. 2,
coques et deſpumabis, et haec omnia contundes et cernes, et ſic in melle com-
miſcebis, inde figuram facies nucis auellanae, et ex aqua dabis, et aquae congium 1,
in

u) *traumat.* om. *S.* x) an *aſari?* Dioſc. 1, 9 μίγνυνται καὶ μύροις. y) *ſideritis* et *ferraria* ſunt ſynonyma; interponi ergo debebat *id eſt*, vel quid ſimile. z) nihil muto. vid. Ind. a) pro *phlegmonas.* b) an iungenda *radicis erui?* c) notitia quid ſibi hic velit, notitiam equidem non habeo. d) pro *terbentinae*, *Armoniaci*, *propulei.* Quae ita ſaepe iam emendauimus, vt iam dicere de ea re non ſit opus. e) pro *Britiae.* Vid. Morg. *IV*, *64*, cui debetur etiam *Aminei* pro eo, quod editum erat (*inei*) f) Vox hybrida, vt videtur, a *coquo* cum caſu Graeco. g) *Malagma* om. *S.* h) *myrthini* edd. i) *viſcum* puto leg. et reſtituit alias hanc vocem Cl. Morgagnus. l) *colices* edd.

m) Haec

in potum. Item diebus quibus eo morbo tenetur, foeniculi ſeminis cum vino
cochlearia tria aut quatuor fricabis in mortario, adiicies vini cibarii ſextarium I,
mittes in ampullam aut cornu, et dabis vt bibat, et cum ſagis bene munies.
Malagma ad neruos claudos, Sepi hircini libram, molybdaenae [m] ſelibram, reſi- 28
nae libram, aeruginis ſelibram. Compoſitio ad genua [n]. Aceti hemina, ſalis pu- 29
ſillum, aeris vſti ſelibram, ſinopidis quod ſatis eſt. Potio [o] hiemalis. Croci, coſti, 30
petroſelini Macedonici, murrhae, thuris maſculi, tracanti [p], cymini Alexandrini,
crocomagmae, piperis vncias ſingulas, vini et olei quod ſufficit (oua) haec omnia
permiſces, et dabis cum ſucco ptiſanae, cui immittis palmas xxv, bulbos xxv,
hyſſopi faſcem, caprinos adipes, catulum [q] breuem viuum mittis, quem cum ma-
defactum videris, tunc omnia exſiccabis, et adiicies olei quod ſufficit, tunc illa
omnia permiſces et potionabis. Potio aeſtiualis. Traganti, croci, abrotani, car- 31
damomi, glaulii, petroſelini Macedonici binas vncias, gingiberis vnc. I. haec
temperas, et cum dare coeperis, mittis quotidie heminas ſingulas ſingulis iumen-
tis. Addes porri ſectiui, porcla [r] ſil Gallici, thus, apium, olei Afri heminam,
temperabis quod ſufficit et vteris [s].

# CVRAE BOVM
## EX CORPORE
# GARGILII MARTIALIS.

Ad boum morbum. Salem tritum per cornu cum vino in potionem dabis. Bo-
ves morbos [a] ne noceat, dato ſumptas ſalis, terna lauri folia, et totidem porri
ſectiui, et vlpici alii [b] ternas ſpicas, turis grandis grana terna, herbae ſabinae
erbas ternas, rutae cauliculos ternos, ſambuci carbones [c] ternos. Haec omnia ſub 2
dio coeli per triduum ex eadem potionem dato: adiecto ſcilicet vino. Quod ita
partieris, vt aequas potiones per triduum accipiat. Sane is, qui dabit, ſublime
ſtet, et vaſo ligneo infundat in os, deiciat in gutture. Boues [d] ſi aegrotare coe- 3
perint, dato continuo ouum gallinacium, quod crudum integro [e] facito vt deuo-
ret: Poſtero die caput vlpici alii [f]. Bos ſi aegrotat, quotidie ei dato vnam emi-
nam

m) Haec certiſſima emendatio *Cel.* Morgagni *IV*, 64, quam etiam nobis ſubiecit Dioſcorides, qui 5, 100 *plumbaginem* ad hanc rem laudat. n) non ſana videtur vox *genua*. o) Eadem fere potio eſt Hippiatr. Ruell. *p.* 107, *b.* p) *h. e. tragacanthae* vt recte Ruell. ſcilicet in hoc in primis etiam nomine multum ſibi indulſit ſerior aetas. Ceterum *triſaginis et Vettonicae* hic inf. Ruell. *crocomagmam* omittit, et *mannam* ſubſtituit. q) *catuli lactentis in aqua ferueſacti ius* Ruell. r) Forte *portulacae*, *ſilis*. s) *Sed haec vide lib.* I. *cap.* 57 add. *F.* et *S.*

Exhibemus haec omnia ita deſcripta, cum vitiis etiam aperte falſis, prout in codice Lugdunenſi leguntur, vt eruditi, quae a nobis tolli non poſſunt, ex antiquae lectionis veſtigiis emendent. Caeterum haec quoque exſtant, ſed aliis verbis, apud Columellam 6, 4. SCHOETTG. Mihi etiam accidit, vt longo opere feſſus, cum viderem, nihil admodum, vt ſperaueram initio, mutuae opis praeſtare poſſe neque Vegetium Gargilio, neque hunc iſti; manum plane abſtinere mallem, quam in tenebris tantis ſine bona ſpe verſari. Igitur pauca tantum annotare placuit, quae mihi poſt recentem Vegetii lectionem in mentem venire facilius quam alias poterant. a) *morbus.* b) *allii.* c) *turiones.* d) Habes haec apud Columellam 6, 4, 2. e) *integre*, vel *integrum:* deinde *deuorent.* SCHOETTG. f) *allii.*



g) *hemi-*

nam [g] vini, et exercere bene viuere medium. ſi aegrotat, herbam centauream con-
4 trita [h] ex vino infunde per cornum. Bos ſi aegrotat, muriam ſalſamenti optimam,
et malum terrae aquae ſext. aceti ſil. ruta conterito et labris perfricato. Vel radi-
cem herbae perſonaciae [i] conterito et primo die dato vnc. I, Vinique ſext. I, et
5 aquae. Bos ſi aegrotat, iunci radicem decoques et per cornum dabis. Bos [l] ſi
tuſſiet, aut ſi ſuſpirauit, terrae malum, ouum crudum et adipem ſuillum, et vi-
num vetus, adipem tamen prius liquefacito et dato, iuuat; vel marrubium cum
6 vino datur. Si bos collum ſubtorſerit, ebulo contrito perunguitur, ſaepe [m] vel
7 medullam taurina, prius tamen axungiam perfricato. Si in collum nerui labora-
verint, ſumito corticem nouam de ſubero, comburito vt carbones fiant, et terito
ex vino veteri et axungia bene inter ſe commixto et perfricato, ei [n] collo pili ſae-
pius defluunt. Vlmi vernaculi radicem ex vino decoquitur [o] ad tertias, et eum,
cum opus non faciet, ſaepius perunguito, vel adipem vrſinam vel medullam tauri-
8 nam, prius tamen axungia perfricato. Si boui inteſtina dolebunt, ſumito vini
ſext. III, et olei emin. et permixtum per cornum et curat remediabitur. Item
aliud. Salis [p] pugnum et cepae capita X, pariter conterito, et in offae modum
reficito, eam in anum bobis inicito, et fac eum arare continuo folli et ſanus erit.
9 Scabies bobis neues. et erbam ſi ſatrum tundes, et ex eo pecus lauabis. Et ex
aqua, in qua lupini decocti fuerint, nihilominus lauabis. Bobus et caeteris peco-
10 ribus ſcabiem vt diſcutias, intibum ſiluaticum conteris et perunguis. Bos aut aſi-
num ſi eosdem morbos inciderint, ſumito ſcilla aut rumniſa [q] radicem, id eſt, ſpi-
nam albam quam tenerrimam, et in aquam infundito. Ex qua per dies quatuorde-
11 cim bibat. Vnde expurgabuntur et ſanitas conſequitur. Irudinem [r] ſi bos de-
12 vorauerit, cimicem conteres, et ad nares eius admouebis, ſtatim eicies. Bos ſi
non rumigat [s], ſalicis folia aut corticem eius viridiſſimam contundito, et in eo ſext.
vini addito, et olei partem quartam in ſe bene miſceto, et per cornum boui infun-
13 dito. Inteſtinum enim mouit vt pedere non ceſſet enouit ſanabitur. Iumenta
ſi [t] potionabis. Stercus leporinum et cepam ſiccam cum vino conterito, et per
cornu dato. Iumentum ruſcones ſi habebit, alium cum axungia conteris et dabis:
aegri des remedium foeniculi cum cepa conteris et potionabis iumenta ſi crocina-
14 buntur iumenta, marrubium et axungia conteris et in vino dabis. Ad glandulas
iumentorum. Luna XIV. mane, antequam manus laues, iumento omnia impe-
dimenta tollis, et manus [u] ſiniſtra digito medicinali de glandulam apprehendis, et
haec dicis: Senti [x] precante nec lapis lanam feri: Nec lumbicos oculos habet, nec
mula parit. Vtriculum coſſia herpioſum arbor fuit manu humana haec ipſa conciſa
eſt, corbo factus eſt et ſi tuber, ſi panus euala ſubula neceris nec radices agas.
15 Hoc ſemel dices. Si iumentum ſtercus gallinacium comederit, braſſicam agre-
16 ſtem terito cum oleo et aceto, bibat per cornum. Ad abundantiam ſanguinis ge-
neſtam

g) *heminam.* h) *contritam.* i) *perſonatam* vocat Columella 6, 17, I. SCHOETTG. l) Eadem tractant Columella 6, 10 et Geoponici 17, 21 Sed alia medicamenta praeſcribunt. SCHOETTG. m) *ſepum.* n) *ſi collo pili ſaepius defluunt.* SCHOETTG. o) *decoquito.* SCHOETTG. p) eadem Geopon. 17, 19. SCHOETTG. q) Explicatio adiecta docet legendum eſſe *rhamni,* quae nota eſt ſpinae ſpecies. r) Columella 6, 18, 2. SCHOETTG. s) *ruminat* ex Columella 6, 6, I. SCHOETTG. t) Lege *ſic.* SCHOETTG. u) *manu ſiniſtra* vel *manus ſiniſtrae.* x) Verſus ſunt ſenarii, ſed de quorum ſenſu iam certi nihil promittere poſſumus. SCHOETTG.

y) *cine-*

neſtam viridem conterito, et eam in vino ſiue in aquam permixtam dato per cor-
num. Iumentum ſi male habuerit, cineres [y], lixiua, cyatos VIII, olei cyatos VI, 17
conſubige et in [z] ſe et [a] dat. bibat per cornum, et currat ne minus horam aut ſe-
niores [b]. Vt bene valeant. Ypopomaces [c] vnc. I conteris ex vino dabis potionem.
Ad ſcabiem iumentorum. Arabis [d] bituminis p.III, ſulfuris p.II, picis liquidae p.VI, 18
picem, mentam, oleum, mitte in ollam integram, ſine quieſcat. Dein [e] ſuper
infricato, qui et trita erunt, et quae ſoleta, adice. bitumen, ſulfur nigro et ita
infunde, ſed diligenter coques ne ferueat, ſed lene igni vel carbonibus calefacito,
et remobes ab igne, et colas, ac reſolutum prius aceto admiſcebis. Hoc medica-
mento perunguis iumenta alternis diebus plus bis aut quater. Ad pituitas, ani- 19
ſcis [f] vnc. III, benetoris [g] dabis cum vino permixtos cyatos VI ad cornum. Ex
quo medicamento etiam per ſiniſtram narem duas dragmas infundis. Item aliud.
Stercoris ſcrufini [h] puluerem contritum diligenterque cribratum ſtudioſe ſeruabis,
vt ſi quando iumento pituita moleſta erit, ex confecto puluere cum vino veteri,
quantum videtur poſſe ſufficere, per cornum deicias, et ſanabitur ſtatim. Si 20
quod iumentum cuiuslibet generis ſtranguriam patitur, de ſiniſtra manica tunicae
pediculum eximis, eumque in aurem equi ſiniſtram conicies, continuo ſanabis.
Sed cum hoc facies, pediculum omnino non nomines. Si quod iumentum mus [i] 21
coecum morderit, acetum acrum bene cum orbita [l] infundito, et cum ſubigis et
ſic tollis, et inde acu ferrea morſum bene compungito, et ſupra dicta terra con-
fricato. Hoc per triduum facito, et cornu ceruino ſuffumigato. Ad vermes ne- 22
candos ſcyllae ſucum inſtillato et pice liquida tangito. Boues ſi pedes adtriuerint, 23
priusquam in viam mittas, pice liquida cornua perunguito. Famicem [m] ſi boues
habuerint, ſale et aceto diligenter eluito poſa aeris flos contritum commixtum cum
axungia vel alumine ſolo, vel galla cum allumine.

y) *cineris lixiuii* SCHOETTG. z) *miſce.* a) *et dato bibat.* SCHOETTG. b) *aut ſemis. Seniores vt bene valeant.* SCHOETTG. c) *opopanacis.* d) Vid. Pelagon. Geop. 16, 18. Colum. 6, 32. SCHOETTG. e) *Dein ſuper infriato, quae trita erunt, et quae ſolida, adice.* SCHOETTG. f) *aniſi.* g) *bene teris.* SCHOETTG. h) *ſcrofini.* SCHOETTG. i) *mus vel caecilia*, ex Columella 6, 17, 1. SCHOETTG. Vid. ad Veg. 3, 77, 1 no. c l) *cum creta*, ex Colum. 6, 17, 6, et his quae ſequuntur, *et ſupra dicta terra confricato.* SCHOETTG. m) *Tumorem.* SCHOETTG.

# AVSONI POPMAE FRISI
# DE
# INSTRVMENTO FVNDI
# LIBER, QVI
# APPENDIX AD REI RVSTICAE
# SCRIPTORES LATINOS
# VETERES.

## INDEX CAPITVM.

I. Inſtrumenti fundi definitio et diuiſio.
II. Praefecti villae et rei ruſticae, Villicus, Villica, Procurator, Actor, etc.
III. Operarii ruſtici, et eorum diuerſa miniſteria et nomina, Politor, Arator, etc.
IV. Pecudes maiores agriculturae ſeruientes, Boves, Equi, Aſini, etc.
V. Pecudes minores, vt Ouis, Sus, Capra, etc.
VI. De canibus et eorum diuerſis generibus et vſibus.
VII. Aues villaticae, terreſtres, et aquatiles, Gallinarum tria genera.
VIII. Inſtrumenta inanima et muta trium generum; et quae fructus quaerendi gratia parata.
IX. Colligendi fructus cauſa parata inſtrumenta, et primum meſſis.
X. Foeniſiciae inſtrumenta.
XI. Vindemiae inſtrumenta. Torcularis deſcriptio particularis.
XII. Oleae legendae et premendae inſtrumenta.
XIII. Lacticinii inſtrumenta.
XIV. Florilegii et fructuum hortenſium colligendorum inſtrumenta.
XV. Conſeruandis fructibus deſtinata inſtrumenta, Cellae, Apothecae, Ciſternae, Horrea, etc.
XVI. Vaſa vinaria maiora, Culleus, Cupa, Orca, Seriae, Dolia.
XVII. Minora vaſa vinaria, Cadus, Amphora, Fidelia, Lagena, etc.
XVIII. Vaſa Salgamaria et Salſamentaria.
XIX. De inſtrumentis inſtrumentorum fundi.
XX. De cibariis et veſtimentis familiae ruſticae.
XXI. De inſtrumentis iumentorum, et ornamentis eorundem.

# AVSONI POPMAE
# DE INSTRVMENTO FVNDI
# LIBER.

## CAPVT I.

INSTRVMENTVM fundi eſt apparatus rerum neceſſariarum, cum ad culturam agri villaeue, tum ad fructuum perceptionem, vel conſeruationem. Nam quod ornatus, aut vſus ſui cauſa paterfamilias habet in fundo, id appellatur inſtructum: veluti ſupellex, bibliotheca, paedagogia, artificia; haec enim omnia non agri, ſed ipſius domini ſunt inſtrumenta, quibus ille lautior in re familiari, et ad vitae cultum ſit inſtructior. Quae autem continentur inſtrumento fundi, partim ſunt animalia, vt homines, pecudes, aues: partim inanima, vt ferramenta, vehicula, dolia: ſine quibus neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum collectio, vel conſeruatio eſſe vlla poteſt. Ac homines quidem ad vſum ruſticum parati, vel liberi,

beri, vel ſerui ſunt ſoluti, aut vincti: et alii praefecti, alii operarii: vtrique vero a diuerſis miniſteriis et operis, diuerſa habent nomina, quibus diſcernuntur.

II. INTER Praefectos primus eſt VILLICVS, agri colendi cauſa conſtitutus in villa: cui contubernalis VILLICA; quae rem familiarem et domeſtica opera curat. *Villae* autem appellatione intelliguntur omnia aedificia extra vrbem, quae non pecora modo armentaque recipere poſſunt, ſed etiam familiam et fructus fundi. Tres enim partes villae conſtituuntur, vna *Vrbana*, ampla et ornata, quae *Praetorium* quoque dicitur, et ipſius domini habitatio eſt: altera *Ruſtica*, laxa et impolita, quae habet familiam villaticam, pecora, ſtabula, praeſepia, omne denique inſtrumentum ruſticum: tertia *Fructuaria*, vbi fructus fundi ac reditus reponuntur, vt foeniſecia arida in tabulato, vindemia in cella, in granario meſſis. PROCVRATOR eſt ſocius villici, et in omnibus rebus adminiſter; Graeco vocabulo dicitur *Epiſtata*. Cato 57, *Villico, Villicae, epiſtatae, opilioni.* ACTOR in familia ruſtica acceptorum expenſorumque actum adminiſtrat, cibaria familiae diſtribuit. DISPENSATOR rationes villaticas diſpenſat, pecuniam fenerat, locat, mercedes praeſtat. Plinius Epiſt. 3, *Sub eodem procuratore, et paene iiſdem actoribus habere.* Quintil. declamat. 345, *Quod per diſpenſatores feneratis, quod familiam per procuratores continetis.* ATRIENSIS villae et ſupellectilis ruſticae munditias curat, videtque vt ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberentur, ceteraque ſi refectionem deſiderant, fabris concinnanda tradantur. MONITOR eſt qui tenet nomina operariorum, totius ac familiae, et vnumquemque nominatim ſui muneris et operae admonet: ſicut qui in ſcena adeſt hiſtrionibus, et geſtus verbaque ſuggerit, dicitur etiam *Monitor* auctore Feſto. Columella lib. I, *Et in turba et ſub Monitore vinitor opus facere debet*. ibidem: *Ne praeeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet.* Vlpian. tit. De inſt. et inſtrum. leg. *Villici et monitores.* CELLARIVS cibum et potionem praebet familiae, et rationes cellae ne turbent, videt. ideo, more veteri, cellam penumque omnem ſigno herili obſignabat. Plaut. captiu. *Obſignate cellas, referte annulum ad me.* Perſa: *Allium ſeruo obſignant cum ſale.* Vocabulo Plautino *Promus et Condus* appellatur. Pſeudolo: *Promus et Condus fuit, procurator peni.* CVSTOS torcularium ſeruabat, ne quid incuria aut furto deperiret; et erat homo liber: contra qui dolia curabat, ſeruus. in lapide priſco. A TERENTIVS. M. L. CHRYSOGONVS SER. DOLEARIS. FORNACARIVS accendendi fornacis curam gerit, ignemque cuſtodit, ne euagetur: qui ab Iuriſconſultis tit. ad legem Aquil. *Fornicarius*, et tit. de inſtr. et inſtrum. leg. *Fornicator* appellatur: nimirum propter affinitatem et commutationem literarum A et I, quam multis exemplis oſtendi lib. I. De vſu antiquae locutionis. ERGASTVLARIVS erat cuſtos et praefectus ergaſtuli, in quo vincti et compediti ſerui concludebantur, cum ceſſaſſent ab opere, ne noctu aufugerent. Erat enim *ergaſtulum* in villa tanquam priuatus carcer, Iuuenalis, Sat. 14, *Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula carcer Ruſticus.* et Sat. 8, *Nempe in Lucanos, aut Tuſca ergaſtula mittar.* Hinc Apuleius lib. 9 Metamorph. vocat *Tullianum: Eos retrorſum abducunt pagani, ſtatimque vinctos in Tullianum compingunt.* OSTIARIVS ſiue IANITOR *foribus tutelam gerit,* vt ait Plautus, et introitus exitusque obſeruat: ob quod olim in cella ſua prope ianuam catena vinctus cubabat, non ruri modo, ſed etiam in vrbe. Petronius Satyrico: *Non longe ab oſtiarii cella.* Columella lib. I, *An putem fortunatius*

*natius a catenato repulſum iri ianitore.* Ouidius Faſtor. I, *Ianitor immitis dura religate catena.*

III. OPERARII ruſtici pro modo et natura agrorum diuerſas operas praeſtant, vel colendis aruis, vineis et hortis, vel paſcendis pecoribus, vel ſalictis aut ſaltibus inſtituendis atque tuendis. In quibus ſingulis Columella requirit ſingularem animi ac corporis habitum, vt in aratore proceritatem, in vineatore latitudinem, in bubulco vocis vaſtitatem pariter et corporis, in paſtore ſedulitatem ac frugalitatem. Ex horum numero eſt POLITOR qui agrum cultura expolit, dummodo id facit fide domini. Non enim tenetur inſtrumento ſundi (quod idem de aliis omnibus intelligendum) ſi pecuniariam mercedem, aut certam fructuum partem capit, pro ratione operae et artis, vel conditione ſoli: vt olim in agro Caſinate et Venafro, loco bono, ſi politor tantum demeſſuiſſet fruges, et eae vna cum ſpicis in corbem corruerentur, accipiebat partem octauam, at ſi etiam impendiſſet triturae et ventilationis laborem, et purgatum frumentum modio diuideretur, ferebat partem quintam, auctore Catone, 136 Vlpianus tit. Pro ſocio: *Cum pecus in commune paſcendum, aut agrum politori damus in commune quaerendis fructibus.* ARATOR terram aratro ſulcat et proſcindit, IVGARIVS in aratione iuga ducit et regit. Columella I, *Iugario ad circumeundum laxa miniſteria praebeat.* MEDIASTINVS eſt quaſi in medio actu agricolationis, et poſt aratorem reliquas partes tractat. Habent enim opera ruſtica commune quoddam vinculum, quo inter ſe alia aliis ſtato ordine ſuccedunt, vt terra primum variis modis illecta et praeparata ad ſementim proſcinditur aratris: deinde illius gremio mollito et ſubacto ſemen inſpergitur, quod mox conſtrata humo altius obcaecatur: tum vbi herbeſcens ex eo viriditas ſe oſtendit, ſpinae noxiae ſuccreſcentes leuiter euelluntur raſtris, ſarculis, runcinis: poſt fruges iam adultae deſecantur, quae calore ſolis adſiccatae bacillis, furcilliſue in area triturantur et excutiuntur: ad extremum grana ventilabro per longum ſpatium in ventum proiiciuntur, atque ita purgantur. Quae opera qui efficiunt, ſinguli ſua priuaque habent nomina, vt SATOR, OCCATOR, SARRITOR, RASTRARIVS, RVNCATOR, MESSOR, TRITVRATOR, VENTILATOR, et vno ſimul omnes vocabulo Mediaſtini appellantur: ſicut in familia vrbana *Mediaſtini* ſunt ſerui medii inter actores et compeditos, id eſt, inter ſummos et infimos: Lucilius lib. 17 Sat. *Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum atque bubulcum.* Columella I, *Mediaſtinus qualiſcunque ſtatus poteſt eſſe, dummodo perpetiendo labori ſit idoneus.* VINITOR colit vineam: cui adiungitur PVTATOR, FRONDATOR: ille vites aut arbores amputat et purgat: hic arbores defrondat, vt e frondibus faciat manipulos ad paſtum pecoris per hiemem; vel vitium folia decerpit, quo vua ſolis calori expoſita commodius matureſcat. Vtriuſque inſigne olim erat falx. Ouidius Metamorph. 14, *Falce data frondator erat, vitiſque putator.* PASTINATOR terram vinealem fodit et praeparat. VINDEMIATOR colligit vindemiam et Graece τρυγητὴς dicitur. OLEARIVS loco et ordine ſocius ac aequalis eſt Vinitori: quia apud veteres fuit gemina et iuncta cura vineae et olíueti. Huic operam praebet LEGVLEIVS, qui oleam caducam et verberando decuſſam nuda manu legit: STRICTOR digitabulis preſſam decerpit ab arbore: FACTOR oleam facit exprimitque, vt *Factus* eſt quod vno tempore conficitur; et *Hoſtus*, quod ex vno facto reficitur, quaſi hauſtus, vt *Horio* pro haurio veteres dixerunt et *dehorito* pro dehaurito Cato 67, idem 6, *Hoſtus nequam*

*quam erit*, id eſt, inutilis et nullae rei. CAPVLATOR oleum expreſſum *capulis* de-plet, et e *cortina* in *labra* aut *dolia* transfundit. *Deplere* enim eſt hauſtu minus facere vt ait Statius Achilleid. 1, *Fontes depleuimus hauſtu.* HORTVLANVS et OLITOR curat fructus hortenſes, et vendit impoſitos aſino vel caballo, vt olim fieri ſolebat. Horatius Epiſt. 1, *Olitoris aget mercede caballum.* Paſtioni pecoris praeeſt MAGISTER PECORIS idem PASTOR, qui pecus paſcit, regit et curat, vt *Magiſter camelorum* Victori, *ſarcinalium principis iumentorum magiſter*, Ammiano lib. 15. ARMENTARIVS ſiue IVMENTARIVS et ARMENTI CVSTOS Ouidio II Metamorph. cui qui praefectus eſt, dicitur SVPERIVMENTARIVS. Suetonius in Claudio: *Barbarum et olim ſuperiumentarium.* Sed a pecoris genere cui praeſunt armentarii, habent diuerſa nomina, vt *Equiſo*, *Aſinarius*, *Mulio*, *Bubulcus*, *Subulcus*, *Opilio*, *Caprarius*, *Porculator*, qui obſeruat porcellos lactentes. AVIARIVS eſt, qui aues villaticas paſcit et curat, FARTOR qui ſaginat. Horat. 2 Sat. 3, *Cum ſcurris fartor.* Antiqua inſcriptio, AVIVM FARTOR. GALLINARIVS, curator gallinarum, DELIACVS, ſaginator. Varro de re ruſt. 1, *Qua gallinarius curator earum ire poſſit.* ibid. *Vt maxime factitauerunt Deliaci.* Cicero Academic. 2, *Accepimus Deli fuiſſe complures ſaluis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaeſtus cauſa ſolerent.* Plinius 10, *Gallinas ſaginare Deliaci coepere*: SALICTARIVS eſt, qui ſalictum curat, et ex eo materiam ſalignam parat, vel texendis corbibus, caniſtris, et ciſtellis, vel viti pedandae, iugandaeque. Sunt enim *ſalicum* duo genera; aliae *viminales*, ſupellectili villaticae texendae, aliae *perticales*, vineis iugandis vel ſoboli plantandae, vel denique ſaepimentis vſum praebent. Vnde Cato in aeſtimatione praediorum tertium locum tribuit ſalicto, praeponitque oliuetis, agris frumentariis et pratis. SALTVARIVS vocatur cuſtos ſaltuum: ſiue fructuum conſeruandorum gratia paratus ſit, ſiue finium tutandorum cauſa, vt ille Tyrrhus Virgilianus, *cui late cuſtodia credita campi.* Nam omnino Saltuarii continentur inſtrumento, ſi fundus ſaltus paſtionesque habeat: ſicut etiam accedunt inſtrumento ſi villa cultior eſt SCOPARII, et ſi viridaria habeat TOPIARII, qui hedera deambulationes geſtationesue conueſtiunt, et formas varias ex plantis, arboribus, fruticibus compoſitis et plicatis reddunt: ſi in agro venationes ſunt, VENATORES; ſi ab aucupio reditus percipiatur, AVCVPES; ſi ex melle, MELLARII, qui ſunt curatores apium et mellis, vt ait Varro 2. Denique eſt in inſtrumento fundi FOSSOR, qui compeditus erat, et minimae dignationis. Vnde pro inerti et ſtupido dixit Perſius 5, *ne cum ſis cetera foſſor.* Iuuenalis 2, *Squallidus in magna faſtidit compede foſſor.* MESSOR, FOENISEX, vel *Foeniſeca*: illius inſigne, more veteri, erat corbis, huius corona e foeno. Cicero pro Seſtio: *Meſſoria ſe corbe contexit.* Ouidius Metamorph. 13, *O quoties habitu duri meſſoris ariſtas Corbe tulit, verique fuit meſſoris imago.* Idem 14, *Tempora ſaepe gerens foeno religata recenti, Deſectum poterat gramen verſare videri.* Propertius 4, *Arma tuli quondam, et memini, laudabar in illis, Corbis at impoſito pondere meſſor eram.* Ibidem: *Da falcem, et torto frontem mihi comprime foeno, Iurabis noſtra gramina ſecta manu.* GERMINISECA, qui in hortis et vineis germina falculis praecidit. Varro L.L. 4. *Falculas has phancillas germiniſecae vocant*: Sed *Piſtor*, *Molitor*, *Coquus*, *Faber*, *Tonſor*, *Fullo*, *Textor*, et alii opifices, ſi qui in fundo ſunt, continentur inſtrumento, non vt fundi inſtrumenta, ſed inſtrumenti, nempe familiae ruſticae, cuius cauſa parata ſunt, vt infra dicemus.

IV. SEQVVN-

IV. SEQVVNTVR reliqua duo genera inſtrumenti animalis *Pecudes* et *Volucres*, quae fundi culturae inſeruiunt. Non enim ſi quae habentur vt dominum lautiorem reddant, inſtrumento fundi annumerari debent: ſed hae modo ſine quibus recte exerceri nequit poſſeſſio. Itaque ſi dominus parauit greges venalium, vt ex iis fructus caperet, hi non ſunt in inſtrumento, nihilo magis, quam ſi induxit plures in fundum textores, fabros, aut alios artifices rei quaerendae. *Pecudes* autem promiſcue appellantur omnia animalia quae parent hominis imperio et pabulo paſcuntur: et ſunt aliae maiores, vt bos, aſinus, mulus, equus, aliae minores, vt ouis, capra, ſus: quae familiae victum, veſtitum miniſtrant. Maiores pecudes communi nomine dicuntur ARMENTA ab arando, vel ab armis, id eſt, ſcapulis maioribus vt Seruius putat; et IVMENTA a iungendo ſiue a iuuando, quod neceſſarium ruſticum laborem vel ſubuectando, vel arando iuuent: etſi iuriſconſulti haec diſtinguant ſubtili quadam differentia, quam tamen alii auctores non obſeruant, vt notaui lib. I de differentiis verborum. Ex his veteres praecipuum vſum et honorem tribuerunt boui, ſocio laboris ruſtici, et tanquam colono; ob quod Heſiodus ex viro et vxore aut boue domum conſtare dixit. Cognominatur autem BOS IVGATORIVS qui iugo ſubmittitur, contra INIVGIS qui ſub iugo non fuit, vt Feſtus tradit. ALTILIS ad publica ſacrificia ſaginatus, apud Varronem lib. 2 vt *gallina altilis* apud Martialem 13. STERILIS qui eſt exſectus. Tibullus 3, *Dum ſubigunt ſteriles arua ſecunda boues.* LACTARIA bos foemina, vacca, quae lac praebet. FORDA et HORDA, vacca quae praegnans eſt; vnde *Fordicalia* ſeu *Hordicalia* feſta dicta, quod tum hordae boues immolarentur. Ouidius Faſtor. 6, *Forda ferens bos eſt, fecundaque dicta ferendo. Hinc etiam fetus nomen habere putant* PARTA vacca foeta, ἡ τοκάς: contra EXPARTA quae parere deſiit, effoeta. Gloſſae, *Exparta, partu vacua.* Varro de re ruſt. 2, *Aetate potius ad fructus ferendos integrae, quam expartae.* Columella 7, *Exparta nutrici conſociata minus laboret in educatione foetus ſui.* Item a diuerſa cornuum forma bos LAEVVS, cuius cornua terram ſpectant; LICINVS, cuius cornua ſurſum verſus reflexa ſunt; CAMVRVS, qui conuerſa introrſus cornua habet; contra PATVLVS, cui cornua diuerſa ſunt et late patent: ob quod plauſtris et aratris aptus eſt, Graecis dicitur πάτηλος et πατάλις: qua forma Plautus Truculento, *Vt ego me ruri hamaxari mauelim patulem bouem.* *Equus* variis rebus et vſibus deſtinatur, vt vecturae, agriculturae et admiſſurae. Hinc VECTARIVS, qui vehit, vel aptus eſt ad vehendum. Varro lib. 2, *Qui vectarios facere vult.* IVGALIS, qui curru iunctus intra iugum ſiue temonem decurrit, Graecis ζύγιος dictus, ὁ ὑπὸ τῷ ζυγῷ ἵππος: contra FVNALIS qui extra iugum decurrit, ſiue ante, ſiue ad latera adiunctus ſit: inde appellatus, quod fune ſiue loro aut catena exterius vagatur, vt in quadriga duo iugales, duo funales dexter et ſiniſterior. Graecis vocatur παρῴρειος vel σειραῖος. Sophocles Electra, δεξιὸν τ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον εἶργε τὸν προσκείμενον, *dextro funario laxans habenas attrahebat infirmum.* Suetonius Tiberio, *ſiniſteriore funali equo.* Statius Thebaidos 6, *funalemque Thoam.* Auſonius Epicedio Phoſphori: *Pegaſus hinc dexter currat tibi, laeuus Arion Funis eat, quartum det tibi Caſtor equum.* ADMISSARIVS qui admittitur ad coitum, quaſi maritus equarum, quod periphraſi poëtica decenter expreſſit Virgilius Georgicor. 3, *Quem legere ducem, et pecoris dixere magiſtrum.* SAGMARIVS idem qui *Clitellarius* et

*Doſſua-*

*Doſſuarius* et *Sarcinalis* apud Lampridium in vita Heliogabali. Nomen habet a *ſagmate* quod ſtratum ſignificat quo ſarcinae aptantur. Iſidorus *ſagma, quod corrupte vulgo Selma dicitur, ſtratum ſagorum vocatur.* Vnde Caballus Sagmarius. ASINVS alius eſt PLOSTRARIVS, qui plauſtra trahit, alius DOSSVARIVS, vt nominat Varro lib 2 qui onus dorſo fert, alius CLITELLARIVS qui et ORNATVS dicitur Catoni, ab impoſitis *clitellis*, id eſt, ſellis doſſuariis. Apuleius Metamorph. 10 de ſe aſino; *Sarcinis propriis onuſtum et prorſus exornatum armatumque producunt in vrbem.* Alius MOLARIVS, qui molas frumentarias verſat, Cato 10 et 11, idem dicitur ab Africano tit. de legatis 3 et Vlpiano tit. de inſtr. et inſtrum. leg. MACHINARIVS eo, quod catillum ſiue machinam infixam molae frumentariae trahit et voluit. Nam aſini ſolebant agitare *molas verſatiles*, quas Cato vocat *aſinarias*, ſicut ſerui *truſatiles* et *piſtrinarias*: ex quo Catullus ait, *Et non piſtrino traditur atque aſino*, id eſt, datur ad molas truſatiles et verſatiles. Quanquam nonnulli aſinum machinarium in libris Iuriſconſultorum accipiunt eum, qui tympanum rotamue qua aqua de flumine aut puteo tollitur, verſat: quibus non conſentio.

V. POST maiores pecudes ouilli generis prima ratio eſt, ſi vtilitatis magnitudo ſpectetur. Nam ſimul, et corporibus noſtris veſtitum praebet, et caſei lactisque abundantiam, et carnis lautiſſimae dapes ſubminiſtrat. Quod Virgilius ſcite expreſſit *inque tuendos Natum homines, pleno quae fertis in vbere nectar, Mollia quae nobis veſtras velamina lanas Praebetis, vitaque magis quam morte iuuatis.* Oues autem varie cognominantur; AGNAE, quae nondum dentes ediderunt: BIDENTES, quaſi *Biennes*, interpoſita D littera, id eſt, duorum annorum, vt tradit Gellius; aut a dentibus duobus eminentioribus, quibus ad ſacrificia cenſebantur aptae: etiamſi illos non ſola ouis bima, ſed et alia pecus habet, cum ad bimatum adſcendit, teſte Hygino. Gloſſarium. Bidentes διόδοντα πρόβατα. AMBIDENTES, quae ſuperioribus et inferioribus ſunt dentibus. ADASIAE, vetulae recentes a partu. Iſidorus in Gloſſis, *Adaſia ouis maior natu.* APICAE quae non amplo corpore ſunt, nec multam lanam habent circa collum ac ventrem. Nam ἄπεικος eſt glaber. MINAE ventre glabro ſunt. Varro 2 et Plautus Truculento, *Perperas minas oues.* DELICVLAE vel aetate vel morbo delinquunt et deficiunt, vt *armenta delicula*, Cato 11. REICVLAE ob vitium aliquod reiiciuntur et alienantur, vt minae, perperae: INCIENTES ſunt vicinae partui: PVSTVLOSAE corripiuntur ſacro igne, quem *Puſulam* vocant paſtores, eo quod pus contineat et puſtulas cuti imprimat. PASCALES paſſim in nemoribus et montibus paſcuntur, eaedem HIRTAE et SOLOCES, quod lana craſſa et ſqualida, quae Solox dicitur, contectae ſint. Lucilius: *Paſcali pecore ac montano, hirto atque ſoloce.* Quibus opponuntur PELLITAE quae propter lanae bonitatem pellibus integuntur, ne lana inquinetur, et in tenerrimis paſcuis aluntur, vt ſunt Tarentinae et Atticae. Horat. Carmin. 2, *Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen.* PECVLIARES vel PECVLATORIAE quae ſeruis aut filiis familias ſunt in peculio; ſicut *Peculiares ſerui* et *ancillae* quae adoleſcentulos aut puellas ſectabantur et curabant, proprio ſibi miniſterio. Plaut. Aſinaria: *Etiam opilio qui paſcit, mater, alienas oues, Aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam.* Captiuis: *Paruolum peculiarem paruolo puero dedit.* Perſa: *Sophoclidiſca haec peculiaris eſt eius, quo ego miſſus ſum.* Praeterea agni dicuntur CORDI, ſerotini, vt qui poſt x Cal. Au-

 guſti

guſti naſcuntur, vel qui poſt tempus gignuntur, ac remanſerunt in voluis ſiue membranis inuoluti, quae Graeci vocant χορίον, auctore Varrone, ſicut *Cordum foenum* autumnale, quod autumno ſecatur, et *corda frumenta*, quae ſero matureſcunt: *olus cordum* apud Columellam. DEPVLSI qui a materno lacte depelluntur, Virgilius, *depulſos matribus hoedos.* SVBRVMI lactantes. Nam *Rumis* ſiue *Rumia* eſt mamma. Varro de liberis educandis: *Ruminae propter rumam, id eſt, priſco vocabulo mammam: a quo ſubrumi etiam nunc dicuntur agni.* MVSTEI recens ablectati et in paſcua ducti, Cato in oratione *de agna muſtea paſcenda. Sus* culinae ruſticae vberrimos apparatus praebet, et ganeae exquiſitam materiam, quam Cenſoriae leges ſaepe coërcuerunt, interdixeruntque coenis abdomina, vuluas, et alia gulae irritamenta. Nam ſapidiſſima omnium pecudum aeſtimatur vulgo ſuilla caro, vt ait Plautus in Milite, *Occiſam ſaepe ſapere plus multo ſuem cum manducatur.* Haec vbi peperit FETA dicitur: vbi omnem fetum ad vtrumque latus circum ſe habet CONFETA, qualis ad ſacrificium adhibebatur, teſte Feſto. Quae ſemel tantum peperit, PORCETRA: quae ſaepius SCROFA. Verres caſtrati mutant nomen, atque dicuntur MAIALES. Porci a mamma depulſi *Lactentium* nomine omiſſo DELICI appellantur. A partu decimo die puri et integerrimi dicebantur SACRI ſiue vt antiqui loquebantur SACRES, quod tum primum idonei ad ſacrificia, quae Laribus agno et porco fiebant ab iis qui inſani fuerant, aut piaculum aliquod admiſerant, aut liberorum prole familiam auxerant, vt ex Plauti Menaechmis et Rudente conſtat; iidem MYSTICI Tibullo dicti I, 10 *Hoſtiaque e plena myſtica porcus hara.* NEFRENDES, quod nondum fabam frendere, hoc eſt, frangere poſſunt. Terentius Scaurus de orthographia: *Ne pro non poſitum eſt, apud antiquos, vt* Nefrendes porci, *qui fabam frendere non poſſunt.* SERARII qui ſero paſti ſunt: Cato 151. COLLVVIARIS qui omnigeno potu nutritur, cibo permixto.

VI. *Canis* etſi pecudum numero non eſt, vt recte cenſent iuriſconſulti, quoniam pabulo non paſcitur, tamen inſtrumento continetur. Nam et nocturnas vigilias agit, pro tutela domus ac villae, et cuſtos eſt pecoris, quod eo comite defenditur, maxime Ouillum et Caprinum: cui inermi generi lupi inſidiantur niſi Canis opponatur defenſor. Itaque alius dicitur DOMESTICVS ſiue VILLATICVS, alius PASTORALIS et PECVARIVS, alius VENATICVS. *Domeſticus* intra villam et aedificium excubat, vel libere circumiens, vel catena per diem vinctus et noctibus ſolutus. Vnde dicitur *catenarius*, qui etiam in vrbe domus cuſtos ad ianuam accubabat. Seneca de ira 3, *Iraſceris ergo catenario cani? et hic cum multum latrauit, obiecto cibo manſueſcit. Pecuarius* paſtorem apud gregem comitatur: in quo maxime requiritur fortitudo et acritas, vt lupum aliaſue feras repellere, aut raptores perſequi et praedam eripere poſſit. Tales olim laudatiſſimi fuerunt MOLOSSICI ſiue EPIROTICI. Virgilius Georgic. 3, *acremue Moloſſum Paſce ſero pingui.* et ALBANI magnitudine ac robore praeſtantiſſimi, vt qui paruas feras contemnentes, leones et elephantos proſternerent. Venaticus indagine vel curſu et labore feras proſequitur. Eſt enim alius *Veſtigator* qui praecipua ſagacitate ferae latebras et veſtigia ſcrutatur ac prodit; de quo Ennius Annal. 10, *Veluti ſi quando vinclis venatica Venox Apta ſilet: ſi forte feram ex nare ſagaci Senſit, voce ſua nictatque vlulatque ibi acute.* Alius *Emiſſarius* ac *Vertagus* ſiue *Vertrahus* dictus, ex eo quod feram trahat ad dominum. Martialis Epigram. 14, *Non ſibi ſed domino venatur*

*venatur vertagus acer*, *Intactum leporem qui tibi dente refert.* Gratius: *Et pictam macula vertraham delige falſa.* Eius generis celebrantur ob velocitatem LACONICI ſiue SPARTANI, vnde Virgil. Georgic. 3, *veloces Spartae catulos.* Horatius Epodo, *Nam qualis aut Moloſſus aut fuluus Laco Amica vis paſtoribus.* Ammianus 29, *Ad obſeruandam venatitiam praedam Spartanum canem retinere diſpoſitus.*

VII. *Aues* inſtrumento fundi contineri volunt iuriſconſulti, ſi reditus et fructus ex iis percipiantur, vt ſi intra ſepta villae ſint cortes, auiaria, et aquatilium receptacula, quae venditorum animalium pretio vberrimum quaeſtum praebent, et menſam pretioſis inemtiſque dapibus exornant, denique fimo vineas et arua laetificant. Quod ſi fundus non eſt ita inſtructus, vt ſepta et ſtabula auium habeat, ſed vnius generis aues quasdam, puta gallinas vel anates; hae nihilominus inſtrumento continentur: quoniam earum cura colono maxime neceſſaria eſt, propter quotidianum prouentum, et saginam lautiſſimam, quam ſuppeditant. Auium vero villaticarum aliae terra modo ſunt contentae, vt gallinae, columbae, pauones, turdi, turtures, phaſiani; aliae etiam aquam requirunt, vt anſeres, querquedulae, anates, cygni. *Gallinae* ſunt trium generum, *Villaticae*, *ruſticae* et *peregrinae*. *Villaticae* rure naſcuntur in villis; quae ſi adhuc effetae non ſunt et pullos edunt appellantur PVLLITRAE, quibus contrariae VETVLAE aut *Veteranae*. Varro de re ruſtic. 2, *Potius vetulis quam pullitris.* Quae ſunt humiles et curtis pedibus PVMILIONES, ſicut *Pumilios* homines breui et humili corpore, paulum ſupra terram extantes Suetonius Auguſto vocat, *Pumiliones* Gellius 19, *Pumilos* Papinius Siluar. 1, *Hic audax ſubit ordo pumilorum.* *Ruſticae* pullos et oua edunt in ſiluis, neque ſunt manſuetae, ſed ab aucupe capiuntur et ad cibos delicatos parantur. *Peregrinae* propter amplitudinem et ſpeciem corporum nobiles ipſae, patrias quoque ſuas nobilitarunt, a quibus complura et diuerſa nomina habuerunt, vt *Africanae* ſiue *Numidicae*, *Chalcidicae*, *Medicae*, *Rhodiae*, *Tanagricae* a Tanagra vrbe Atticae. Ex his *Medicae* erant ſimiles facie gallinis vulgaribus, corpore maiore, pedibus oblongis, quales nos *Longobardicas* vocamus. *Africanae* grandes, variae, gibberae, rutilam comam et criſtam in capite gerebant; quas vtraſque caeruleas habebant *Meleagrides*, vt teſtatur Columella. Itaque falluntur qui putant *Meleagridas* vel *Africanas* eſſe noſtras gallinas Indicas et *Turcicas*, vt vulgo appellantur, quas ſcimus non habere criſtas, ſed palearia tantum. De reliquis auium generibus videndi rerum ruſticarum ſcriptores.

VIII. RESTAT alterum genus inſtrumenti ruſtici, inanimum et mutum, quo comprehenduntur ea, quae fructus quaerendi, colligendi, conſeruandi gratia parata ſunt. Quaerendi velut frumentum, quod ſerendi cauſa ſepoſitum eſt, et vaſa quae culturae ſeruiunt, vt eſcaria et potoria ad miniſterium operariorum in meſſe et vindemia. QVALA SATORIA in quibus ſemina feruntur ad ſementim. TRIMODIAE SATORIAE e quibus iaciuntur. VRCEI AQVALES ſiue AQVARII, quibus aqua fertur ad irrigationem arborum et vitium. Quae genera vaſorum intelligit Vlpian. tit. de inſtr. et inſtrum. leg. 8 vbi inter inſtrumenta fructus quaerendi refert *vaſa quae vtilia culturae ſunt.* Item ferramenta, pedamenta, pali, ridicae, falces putatoriae, crates. Ferramenta ſunt neceſſaria ad culturam aruorum, hortorum et vinearum, vt ARATRVM terrae proſcindendae ad ſementim; cuius partes *Stiua*, *Buris*, *Culter*, *Vomer*, *Temo*, *Ralla*, quae eſt ſtimulus ferratus quo vomer detergetur et terra inhaerente liberatur: ſic

dicta a radendo. Plinius 18, 19, *Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus Ralla.* RVNCINA, SARCVLVM purgandis hortis, ſegetibus et vineis. *Runcare* enim et *Auerruncare* eſt ex agro noxias herbas euellere, *Sarrire* leuiter purgare ſata. IRPEX compago e pluribus dentibus ferratis quam iumenta trahunt, vt eruant quae in terra ſerpunt. Cato vocat *Vrpicem*, Graeci ὀξίνην. Heſychius ὀξίναι ἐργαλεῖόν τι γεωργικὸν σιδηροῦς γόμφους ἔχον ἑλκόμενον ὑπὸ βοῶν. RASTRVM lignum itidem dentatum confringendis glaebis et terrae in aratione exaequandae, a quo ὑποκοριστικῶς RASTELLVM, quo ſtipulae raduntur, et foeniſicii cumulo adduntur. RVTRVM ligneum in ima parte patens et cauum, quo terra arenaue corruitur in cumulum, aut calx vel lutum ſubigitur, aut fruges coniiciuntur in modium: Graeci vocant κρωπίον: Eius diminutiuum *Rutellum* vſurpat Lucilius Satyra 9, *Frumentarius eſt, modium hic ſecum atque rutellum Vnum adfert:* vbi nonnulli perperam cenſent eſſe inſtrumentum hoſtorium ad aequandam menſuram, quod Graece ῥόχανον. RVTABRI noxia eruunt e terra, vt auctor eſt Varro L. L. 4. CAPREOLVS ferramentum bicorne ad terram comminuendam, in plantatione herbarum hortenſium. LIGO, BIDENS inſtrumenta ferrea foſſoria. MARRA itidem ferrea, exſcindendis herbis inutilibus comparata, vt ſarculum, runcina. Iuuenalis: *ne marrae et ſarcula deſint* Columella 10, *Contundat marrae, vel fracti dente ligonis.* Plinius 23, Verno ſeri debet, liberarique ceteris herbis, ad trimatum marris a ſolo radi. PALAE ferreae, planae, quibus terra foditur et foſſa vel egeritur, vel aggeritur, vt BIPALIVM pala duplo latius; vnde ei nomen. Plaut. Poenulo: *Palas vendundas* ſibi ait. Columella 10, *Tum mihi ferrato verſetur robore palae Talis humus.* PASTINVM vineaticum inſtrumentum bifurcum, quo ſemina in ſcrobes demiſſa panguntur. PEDAMENTA, PALAE, RIDICAE ſunt ſuſtentacula vitium, quae Plinius optima commemorat e ſalice, robore, olea, arundine, iunipero, cupreſſo, ſambuco, caſtanea. CRATES et SIRPEAE ſunt vehicula e viminibus contexta, quibus ſtercus euehitur. Vnde *Crates* et *Sirpeae ſtercorariae* apud Catonem. Varro L. L. 4, *Sirpea quae virgis ſirpatur, id eſt colligando implicatur, in quo ſtercus aliudue quid euehitur.* Virgil. Georg. 1, *Vimineaſque trahit crates*, quod Seruius male exponit, *ad agrorum ſcilicet exaequationem, quam ruſtici Irpicem vocant.* Nam poëta intelligit agrorum ſtercorationem, ad quam adhibentur Crates, multum diuerſae ab Irpice de quo ante dixi. *Falcis putatoriae* multiplex vſus eſt, et ſpecies diuerſa, vt ARBORARIA, SILVATICA, VINEATICA ſiue VINITORIA, putandis arboribus, ſiluis, vineis. LVMARIA reſecandis lumis, id eſt, herbis ſpinoſis in agris. RVSTARIA rubis ſentibusque, qui per agros ſerpunt. Nam *ruſtus* eſt rubus auctore Feſto. SIRPICVLA amputandis ligamentis, quibus ſirpantur et adligantur faſces, inciſi fuſtes. STRAMENTARIAE deſecandis ſtramentis exſtantibus in ſegete poſt meſſem.

IX. COLLIGENDI fructus cauſa parata inſtrumenta ſunt varii generis: nonnulla ſeruiunt meſſi, quaedam foeniſeciae, alia vindemiae, oleitati, lacticinio, florilegio. Meſſis inſtrumentis ſeges matura demetitur, deinde exſiccata in horreis conditur, tum excutitur atque purgatur. Cui rei parantur FALCES MESSORIAE ſiue ADOREAE, id eſt, frumentariae, Trahae, Tribula, Vanni, Furcillae, Corbes. Falcium variae formae pro locorum regionumque varietate, repe-

reperiuntur. LVNATAE quibus fruges robuſtioris culmi, vt triticum et ſiliginem demetunt, dextra ſecantes ſtipulam ſecundum terram, ſiniſtra autem vnco praelongo conuoluentes et in faſces cogentes reſecata. *Sicilas* hodieque vocant, [Germ. *Sicheln*] a priſco verbo ſicilire, id eſt, ſecare; vnde Sicilimentum pro foeno ſecto apud Catonem. Gloſſae *Sicila* σμίλα χαρτοτόμος. VERRICVLATAE ſunt maiuſculae longo manubrio, perinde vt falces foenariae. His in modum verriculi adfixis ligneis quaſi cratibus vtraque manu ſegetem praecidunt, ſtratamque longo ordine in faſces alligandam relinquunt. ROSTRATAE, DENTICVLATAE nominantur ex eo, quod roſtrum, dentes habent: ſicut TRIBVLATAE quae tribulum, quibus ſolebant filicem abſcindere, vt tradit Palladius. TRAHA, TRIBVLVM, FLAGELLA, FVRCILLAE vſurpantur ad excutienda e ſpicis in aream grana, etſi forma et vſu multum diſtent. Nam *Traha* eſt aſſerum compago dentata cum orbiculis, quae bubus per aream trahitur ad frumenta excutienda. *Tribulum* ſiue *Tribula* eſt tabula ferro vel lapide aſperata, quam trahunt iumenta iuncta, inſidente auriga, vel grandi pondere addito. *Triblas* vocat Cato 135, *Ploſtrum Poenicum* Varro. Virgil. Georg. 1, *Tribulaque trahaeque et iniquo pondere raſtri.* *Flagella* ſunt bacilli loreis vinculis penduli e fuſte, quem trituratores manibus tenentes, tundenteſque ſpicas flagellis excutiunt grana. *Furcillae* ſunt ferreae dentatae quibus frumenta mouentur, et vbi fuerint excuſſa ſtramenta extra aream eiiciuntur. Vnde *furca* ſiue *furcilla expellere* prouerbii ſpecie dicitur, pro eo quod eſt vi eiicere. Cicero ad Atticum 16, *ſed quoniam furcilla extrudimur.* Catullus: *Muſae furcillis praecipitem eiiciunt.* Horatius: *Naturam expellas furca, tamen vſque recurrit.* MERGAE ſunt furcae ferreae, quibus ſpica legitur, vel acerui fiunt: *dictae a mergis volucribus. Vt enim illi ſe in aqua mergunt dum piſces perſequuntur; ſic meſſores eas in fruges mergunt, vt eleuare poſſint manipulos*, auctore Feſto. Plaut. Poenulo: *Palas vendundas ſibi, mergas datas.* PECTEN ligneus manubrio affixus, quo paullo longius a terra interpoſito extans ſpica proſcinditur, quemadmodum fit in capilli tonſura per pectinem. Colum. 2, 21, *Multi mergis, alii pectinibus ſpicam ipſam legunt, idque in rara ſegete facillimum, in denſa difficillimum eſt.* Plin. 18, 30, *Panicum et milium ſingillatim pectine manuali legunt Galliae.* VANNVS, VALLVM, VENTILABRVM ſunt inſtrumenta viminea lata, forma plana: quorum motu vel iactu ad ventum, frumentum excuſſum purgatur, vt quod leuiſſimum ſit in eo, atque appellatur ACVS vel PALEA, euolet; ac quod eſt ponderoſum, purum remaneat. CORBES ſunt ſportae vimineae aut ſparteae, quibus frumenta feruntur et dimetiuntur: ſicut veteres etiam vina metiebantur per corbes, quas picatas fuiſſe veriſimile eſt. Ouid. *habitu duri meſſoris ariſtas Corbe tulit.* Cato 137, *Parte octaua corbi diuidat.* Vlpian. tit. de peric. et comm. rei vend. l. 1, *de menſura vini dolearis: faciendum quod veteres putauerunt, per corbem venditorem menſuram facere et effundere.*

X. FOENISICIAE inſtrumenta ſunt FALCES FOENARIAE, RASTELLI LIGNEI: illis foenum maturum ſecant; his exſiccatum et arefactum contrahunt in aceruos, deinde in metas extruunt, ſtipulaſque de pratis, quas foeniſeces praeterierunt, eradunt. FVRCAE ferreae dentatae, quibus foenum demeſſum verſant, et exſiccatum componunt, pabulumque pecoribus miniſtrant; Cato 10 vocat *ferreos*, tacito furcae nomine.

XI. VINDEMIAE parantur FALCVLAE et VNGVES FERREI, quibus vuae maturae deſecantur, ne vindemiatoris manu diſtringantur et laedantur. CORBES et CORBVLAE quae ab oppido Ameria dicuntur Amerinae, vt Amerina retinacula, Virgil. Georg. I. FISCI, FISCINAE corbulae breues, in quibus vuae deſectae reponuntur et deferuntur, vnde Naeuius poëta prouerbialiter dixit, *In pectus tuum, tanquam vuam vindemiator in fiſcinam.* Etſi in corbibus etiam ſpicae, grana, in fiſcinis paleae, ſemina, frondes, et id genus reliqua portantur: ex quo Plinius *fiſcinas frondarias* nominat. Eidem rei ſunt DECEMMODIA, TRIMODIA ſic dicta a menſura decem, trium modiorum. ALVEVS, LINTER, NAVIA a nauis ſimilitudine appellantur vaſa concaua vno e ligno exſculpta; in quibus portantur et ſeruantur collectae vuae, donec perueniant ad torcularium Tibullus I, *Haec mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.* Seruius in illud Virgil. Georg. I, *cauat arbore lintres. Alii,* inquit, *lintres in quibus vuae portantur, accipiunt.* Feſtus, *nauia eſt ex vno ligno exſculpta, vt nauis quo vtuntur alueo in vindemia.* QVALI vindemiatorii exceptoriique ſunt corbes vimineae, in quibus vuae feruntur, vt in caniſtro, apud Vlpian. tit. de inſtr. et inſtrum. leg. l. 8, quamvis etiam QVALI et COLA ſunt vaſa viminea, vel iuncea aut ſpartea, per quae liquatur et defluit calcatis vuis. Cato II, *Cola vitilia* III, *cola, qui florem demant,* id eſt primum liquorem et optimum, qui flos vini eſt. Virg. Georg. 2, *tu ſpiſſo vimine quallos Colaque prelorum fumoſis deripe tectis.* Praeterea colum niuarium vas erat ex lapide ſpongioſo factum, quo aquam ex niuibus colare ſolebant delicatuli vt aeſtiuo tempore frigidius biberent. Martialis: *Attenuare niues norunt et lintea noſtra, Frigidior colo non ſalit vnda tuo.* His annumerandus SACCVS VINARIVS quo per colaturam vina franguntur et caſtigantur, redduntur que mitiora, defecata et liquida, vel etiam odoratiora et magis grata, iniectis in ſacco aromatibus: qua ratione comparatur *vinum Hippocraticum* vulgo dictum; Martial. *vt liquidum potet Alauda merum Turbida ſollicito transfundere Caecuba ſacco.* CRATES texta viminea, in quibus planis ſuper terram vuae et fici ſtratae ſiccantur, vel erectis et acclinatis in teſtudinis morem, a rore, pluuia et frigore defenduntur: cui vſui ſunt *crates ficariae* Catonis 49. SPORTAE FAECARIAE prelo ſuppoſitae fecem excipiunt, vnde vinum faecatum exprimitur, vt Cato docet 154. VRCEI MVSTARII quibus muſtum progeritur in labra, hodieque muſtum bibitur. VRNAE SPARTEAE et AMPHORAE SPARTEAE ad vinum diffundendum in dolia, quae picatae non tam facile quam fictiles franguntur. CORTINAE ſunt vaſa aenea patula, defruto ſapaeque coquendae accommodata, et *Cortinale* locus vbi fit: licet *Cortinae* quoque ſint vaſa tinctorum et infectorum, in quibus coquunt pannorum pigmenta. TORCVLARIVM et TORCVLAR machina eſt vuis premendis ac torquendis apta: etſi quandoque ſignificat locum vel aedificium, vbi vindemia perficitur. Huius deſcriptio exſtat apud Catonem, quae varii generis inſtrumenta habet, *tractoria, funaria, preſſoria,* de quibus ſingulatim dicemus. PRELVM eſt trabs qua vua calcata premitur: quod Cato de carpino atra potiſſimum faciundum praecipit ob duritiem eius arboris ex qua boum iuga olim fabricabantur, Vitruuio teſte, et manubria ruſticis fiebant vt tradit Plin. 19, 6. LINGVLA eſt nouiſſima pars preli, quae inter duas arbores rectas inſeritur in modum linguae. FIBVLAE ſunt claui lignei qui per tabulas tignaue

tignaue traiiciuntur, vt ea conſtringant: et CONFIBVLAE ſunt tanquam duplices fibulae, quae ſi quando partes diſhiaſcent ad conſtringendum vtrimque adhibentur. ARMILLAE ſunt annuli ferrei cauati, in quibus vertibula verſantur. SVBSCVDES ſunt tabellae ligneae, quibus immiſſis aſſeres aut tigna compiguntur: ſic dictae a ſuccudendo, quod locus cui inſeruntur cudendo ſcalpris excauatur, et ipſae ictu mallei immittantur. Pacuuius apud Feſtum: *nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei.* PEDICINVS eſt pes tenuis edolatuſque, quo arbor inſeritur cardini aut ſuae baſi. SVCVLA a ſuis ſimilitudine vocatur machina tractoria, inter *chelonia* verſatilis, circum quam *ductarius funis* obuoluitur: cuius ope traiectis per foramina vectibus, prelum tenditur vel ſubducitur, et trabes attolluntur, vaſa vinaria ex apothecis educuntur. PORCVLVS eſt paxillus vel vncus in medio ſuculae fixus vt teneat funem, qui ſuculam circumplexus ſimul verſatur. MELIPONTI ſunt funes longiſſimi et craſſiſſimi, ſic dicti quod melius premant. Nam *pontare* pro deprimere etiam hodie mechanici vſurpant. CAPISTRVM eſt retinaculum quo prelum ſubductum tanquam freno retinetur, ne ſubſidat decidatque. TROCHLEA eſt machina tractoria cum rotulis vel orbiculis aereis aut ligneis qui per ariculum verſantur, traiectis ductariis funibus, quibus releuatur prelum. Nomen habet a τρόχω, id eſt rotula, fitque ad ſimilitudinem Graecae literae Θ, auctore Iſidoro. FORVM eſt pars torcularis in quam vua defertur, vt prelo ſubiiciatur. Varro appellat forum vinarium. PATIBVLA ſunt fuſtes validiores, quorum vſus in torculari ad aliquid moliendum, muniendum ferendumue. Titinius Fullonibus: *Si quiſquam hodie praeter hanc Poſticum noſtrum pepulerit patibulo hoc Ei caput defringam:* Vbi Nonius minus recte, *patibulum eſt ſera qua oſtia occluduntur, quod hac remota valuae pateant.* Non enim a patendo, ſed a patiendo dictum patibulum. VECTES ſunt pali robuſti quibus per foramina traiectis, machina tractoria et ſucula circumagitur ab operariis, aut prelum torquetur. Eos Cato in premendo fortiter prelo adhibet longos triplici ordine, pro numero ſcilicet eorum qui premunt: in torquendo leuiter et remiſſe breues, quos vocat *remiſſarios.*

XII. OLEAE legendae et premendae ſeruiunt DIGITABVLA, tegumenta digitorum quibus preſſam oleam ſtrictores ex arbore decerpunt: ſic dicta vt acetabula, ignitabula. CORBVLAE DECEMMODIAE, TRIMODIAE quibus diſtricta bacca ſuſcipitur. FISCI et FISCELLAE ſunt quali in quibus oliuae incluſae prelo ſupponuntur, ne fraces et ſordes in lacum cum olea defluant: quem vſum monſtrat Colum. 12, et Vlpian. tit. Locati l. 19 cum ait, *Fiſcos autem quibus ad premendum oleam vtimur, colonum ſibi parare debere.* CORTINAE vaſa plumbea in quae oleum expreſſum fluit, et inde in labra funditur, vt fraces et amurca liquentur. CAPVLAE vaſa anſata quaſi Capides minores, quibus oleum depletur, et in fictilia vaſa diffunditur: cui rei quoque ſeruiunt CONCHAE, ferreae et rotundae, vt teſtatur Plin. 23, vt et Colum. 12, 50. INFVDIBVLA per quae oleum aut vinum infunditur in vaſa anguſti oris vt vrceos, amphoras: ſicut Vitruuio *infudibulum* eſt per quod in molam frumentum decurrit ac tranſmittitur. SPONGIAE maiores et minores quibus fiſcinae aut dolia effinguntur et purgantur: VRCEI quibus oleum progeritur in lacum aut cortinam: VNCI ferrei, de quibus vrcei vrnaeue ſuſpenduntur, vel quibus geſtantur. LABRVM olearium vaſculum rotundum, in quod oleum transfertur e cortina aut lacu: vt *labrum lupinarium,*

*rium*, in quo lupinus aqua maceratur: *labrum eluacrum*, in quo aliquid eluitur et lauatur: *labrum culleare* quod capiebat menſuram cullei et vino admetiendo parabatur, ea forma qua Cato praeſcribit 55. *Labellum pollulum* eſt labrum paruulum. GEMELLAR *ſtructile* eſt, quaſi duplex labrum olearium: cui nomen dedit gemina ſtructura. MOLA, CANALIS, SOLEA, TVDICVLA referuntur a Columella inter inſtrumenta olearia preſſoria; ſed minora quam TRAPETVM * quod Varro 1 ait eſſe *molam oleariam e duro et aſpero lapide;* Colum. 12 a mola ſeparat, et pro trabe accipit, qua oleum exprimitur: Cato totam conſtructionem et fabricam intelligit in quo ORBIS eſt ipſa olearia mola, quae in trapeto vertitur, et oleam terit. MOLILE ſcapus vel manubrium quo mola impellitur et circumagitur. MILIARIVM vas anguſtum et longum milii forma, quod ſub trapeto ponitur ad excipiendum liquorem: etiamſi alios quoque vſus praeſtat, in culina, in balneo, ad aquam calefaciendam; quod ad Catonem notaui. TYMPANVM eſt machina tractoria verſatiliſque, quae prelum tendit, deprimit aut ſuſtollit: ſicut *tympana* appellata mechanicis axes, quorum capita habent foramina, quibus inditis vectibus, iiſque funibus aduolutis pondera vel protrahuntur, vel ſuſtolluntur, vt eſt apud Vitruuium, Oribaſium, et alios. Vlpian. tit. Locat. 69, *quodſi regulis olea premitur, et prelum, et ſuculam, et regulas, et tympanum, et trochleas quibus releuatur prelum, dominum praeſtare oportere.* Vbi REGVLAE ſunt tabellae ligneae oblongae, quibus vt in fiſcis impoſita bacca prelo ſubiicitur et exprimitur. Colum. 12, ſuſpenſa mola oleam frangito, eamque vel in regulas, vel in nouos fiſcos adiicito. Ibid. Aut regulis, ſi conſuetudo erit regionis, aut certe nouis fiſcinis ſampſae exprimi. Plin. 15, *exilibus regulis pede incluſo.* *

XIII. LACTICINII inſtrumenta ſunt MVLCTRA ſiue MVLCTRVM, vas in quod lac mulgetur, ſiue ſit vrna ahenea ſiue lignea. *Mulctralia* dixit Virgilius Georg. 3, *implebunt mulctralia vaccae. Mulgaria* Valgius poëta. *Sed nos ante caſam tepidi mulgaria lactis Et ſinum vini ceſſamus ponere Baccho.* CYMBIVM eſt vas et poculum a cymbae figura dictum, in quo lac ſeruare, et Dis manibus libare ſolebant: etſi Varro *cymbia* refert inter vaſa vinaria; Plin. 37, 8 inter pocula, Virg. Aeneid. 3, *Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.* Statius Thebaid. 6, *capti gratiſſima cymbia lactis.* SINVS et SINVM vas rotundum capace alueo, in quo lac retinetur et deportatur, atque olim etiam offerebatur diis minoribus ruſticis, vt Priapo, Rumiae, ex qua conſuetudine dixit Virg. Eclog. 7, *Sinum lactis, et haec te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt.* Quamuis *ſinum* etiam vas vinarium eſt, de quo Varro lib. 1, de vita pop. Rom. *vbi erat vinum in menſa poſitum, aut galeola aut ſinum.* Ibid. *Item erant mala vinaria, ſini, cymbia, culignae, paterae, gutti.* FISCELLA, CALATHVS, FORMA caſeo faciendo adhibentur, ſuntque vaſa viminea vel iuncea, in quae lac coagulatum transfertur, vt ſerum percoletur, et caſeus formetur: quod nunc fere faciunt in formis ligneis perforatis. Gloſſarium, *fiſcella, forma, vbi caſeus exprimitur.* Tibullus: *Tum fiſcella leui detexta vimine iunci Raraque per nexus eſt via facta ſero:* quem poſtremum verſum Ouid. Faſt. 4, ita aemulatur: *Dentque viam liquido vimina rara ſero.* Colum. 7, *liquor in fiſcellas, aut in calathos vel formas transferendus eſt.*

XIV. FLO-

* [Subiecimus in fine libelli Turnebi et noſtram de eadem re diſputatiunculam.]

XIV. FLORILEGIO et fructibus hortenſibus colligendis parantur inſtrumenta viminea, *Corbes* et *Sportae*, *Storeae* e funibus aut iunco, *Tegetes* canneae, vel cannabinae, quibus ſubiectis, ficus, vuae, poma ſoli exponuntur et ſiccantur. Item SIRPICVLI, caniſtra ſirpea, vel quod e ſirpo iunci genere contexuntur, vel a ſirpando, id eſt ligando appellati: quamuis apud Plautum Captiuis etiam ſunt *ſirpiculi piſcarii*, ſcilicet naſſulae ſiue ſportulae ſirpeae piſcatorum; et apud Varronem in vinea *ſirpiculi iugorum*, Colum. de cultu hortorum: *cauo iam vimine textum ſcirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.* Lucilius Satyr. 15, *Tintinnabulum abeſt hinc, Scirpiculique olerorum*, etſi Scaliger ibi legit *ſcirpiculaeque* et putat eſſe duo genera vehiculorum *Tintinnabulum* et *Sirpiculam* diminutiuum a ſirpea. Ego arbitror, Lucilium loqui de venditione olerum quae vt ex Horatio et Apuleio conſtat olitores vendebant impoſita caballis vel aſinis, ad quorum colla forte erant ſuſpenſa tintinnabula, quae etiam hodie iumentis et minoribus pecudibus aptari ſolent: vel tintinnabulum ad venditionem olerum ſignificandam adhibebatur, ſicut apud Graecos in venditione piſcium fieri ſolebat vt teſtatur Strabo 14 et Plutarch. Sympoſiac. 4, 4. Plautus in Pſeudolo cum ait, *lanies inde accenſam duos cum tintinnabulis.* Intelligit compedes vel catenas, quae vbi mouentur ſonant et tinniunt, vt dixit Afran. *Ianitoris impedimenta titinnire audio.*

XV. CONSERVANDIS fructibus deſeruiunt Cellae, Apothecae, Ciſternae, horrea, granaria, vaſa, ollae. CELLAE et APOTHECAE ſunt diuerſorum generum, vinariae, oleariae, penuariae, torculariae, defrutariae: CISTERNAE ad vini cuſtodiam effodiuntur et conſtruuntur; quod ſi cui mirum videatur, is ſciat etiam LACVS VINARIOS in terra depreſſos vina e torculari excipere, et per canales ſtructos, vel tubos fictiles in dolia defundere vt tradit Colum. 1, Vlpian. tit. de furtis l. 21, *ſi ciſterna vini ſit quid dices? aut aquae ciſterna.* HORREA ſunt frumentaria, vinaria, penuaria; quorum mentio eſt in libris iuriſconſultorum tit. de acquir. rer. domin. de inſtr. et inſtrum. leg. de penu leg. Horatius: *Parcis deripere horreo, Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram?* vbi interpres *horrea, in quibus vina vetera repoſita erant, appellat veterana*, vt Seneca *veteraria* epiſt. 112, *adſpice veteraria noſtra, et plena multorum ſaeculorum vindemiis horrea.* GRANARIA reponendis frugum granis erant deſtinata, et ex tabulis fiebant, ſtipitibus vel in terra defixis vel ſupra terram collocatis. Horum vſum in nonnullis prouinciis praeſtabant SIRI, ſub terra in modum ſpeluncarum et puteorum effoſſi, ad recipiendas et conſeruandas fruges: de quibus Varro et Colum. 1, Plin. 38, Curtius 6. *Siros vocant barbari circa Caucaſum, quos ita ſolerter abſcondunt, vt niſi qui defoderint, inuenire non poſſint; in iis conditae fruges erant.* RISCVS eſt genus vaſis contexti e iunco, capaci aluo, vtraque parte acuminatum, in quo ruſtici fruges, vel far molitum hodieque adſeruant: quem eius vſum an veteres habuerint neſcio; nomen quidem Graeci et Latini vſurpant; ſed pro ciſta vel arca veſtiaria. Terent. Eunuch. *Abi ciſtellam domo effer cum monumentis. vbi ſita eſt? in riſco*: quo loco Donatus nomen id eſſe Phrygium notat, eoque ſignificari ciſtam pelle contectam. Vlpian. tit. de auro argent. leg. l. 25, *Veluti labatir, riſcus;* vtrumque vocabulum peregrinum, alterum Phrygium vt dixi, alterum Graecum, λαβάτης apud Heſychium. Pollux 10, 31, κιβώτια οἷς ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες ῥίσκον παρὰ τοῖς νεωτέροις λέγεται. Gloſſarium: Riſcus κιβωτὸς μεγάλη.

XVI. Vaſa vinaria maiora et capaciora ſunt CVLLEVS ſiue CVLLEVM quod viginti amphoras capit, vrnas quadraginta: *qua nulla eſt maior menſura liquoris* ait Fannius: eoque vinum vendere et admetiri ſolebant per labrum culleare, ita vt in vini culleos ſingulos quadraginta vrnas et auctarii loco vnam praeterea adderent. CVPAE ligneae ſunt, latae et vaſtae, in quibus vinum nouum et recens expreſſum ſeruatur. Cic. in Piſon. *panis et vinum a propola et de cupa.* Auguſtin. Confeſſion. 9, 8, *Iuberetur a parentibus de cupa vinum depromere.* ORCA eſt genus vinarii vaſis magni et teretis, a quo *Vrceos* et *Vrceolos* dictos putat Horatii interpres. Varro 1, *quae in Hiſpania feruore muſti ruptae.* SERIAE, DOLIA interdum erant decem amphorarum capacia, aliquando minora. Haec oblinebantur et oppicabantur cortice, pice et reſina, ne vinum fugeret, vnde *oblinire dolia* eſt obturare, et, contra *relinire* eſt reſignare et aperire. Terent. Heautont. *releui dolia omnia, omnes ſerias.* Quanquam in doliis et ſeriis etiam frumenta condebantur, vt teſtatur Cato 11, et Vlpian. tit. de verb. ſignif. l. 206, et hoc amplius, dolia erant *olearia*, *amurcaria*, *deacinata*, quae acinis liberata ſunt, vbi muſtum deferbuit Cato 26.

XVII. MINORA vaſa vinaria ſunt CADVS ſiue metretes, qui continet vrnas duas, vel vt nonnulli cenſent tres cum dimidia. AMPHORA, FIDELIA, LAGENA, CVLIGNA, FESTA, vaſa fictilia vel vitrea, in quae vinum e dolio vel cupa defundebatur, ac vetuſtas ac nobilitas vino diffuſo quaerebatur, obſignatis vaſis, et in tabella appoſito nomine vini, et numero conſularis anni, vt apud Petron. amphorae vitreae gypſatae affixis pittaciis cum hoc titulo: FALERNVM OPIMIANVM ANNORVM CENTVM. Proculus tit. de trit. vino et oleo leg. *Amphoras et cados in quibus vina diffuſa ſeruantur, legatos eſſe.* Horat. Carmin. 3, *Corticem adſtrictum pice dimouebis Amphorae fumum bibere inſtitutae.* Idem epiſt. 1, 5 *Vina bibes iterum Tauro diffuſa.* Iuuenalis 5, *Ipſe capillato diffuſum conſule potat.* Hinc *vinum Doliare* quod in doliis eſt, dixit Vlpian. tit. de peric. et comm. rei vend. *Amphorarium* quod in amphoras diffuſum eſt, idem tit. de trit. vino. Eſt autem *amphora* e Graeco ἀμφόρα, continetque, quemadmodum Columella ſcribit, duas vrnas, ſiue ſextarios quadraginta, vt vero Metianus et Feſtus, octo et quadraginta ſextarios. Latini vocant *Quadrantal*, quaſi vas pedis quadrati ſiue magni, quo vtitur Plaut. Curcul. *modica eſt, capit quadrantal.* FIDELIA fictilis aut vitrea ad vina et conditanea ſeruanda, apta; quae capiebat congium, et antiquo ritu cum vino offerebatur diis, vt Fidei a Plautino ſeruo Aulularia: *mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam*, atque etiam donabatur cauſidicis a clientibus, quo reſpexit Perſius 3, *ne inuideas quod multa fidelia putet.* LAGENA et LAGVNCVLA vas fictile, vel e radicum filis, cum fici tum etiam ſilueſtrium auctore Plin. 16, 31 aut e cucurbita, Colum. 10. Eius vſus plurimus in conuiuiis, in itinere, in venatione olim fuit, atque etiam hodie manet: ſed fere ſtanneae aut vitreae et vimine obductae *Floſſa* vulgo dicitur: Horat. lib. 2 Sat. vlt. *Conuiuae reliqui minimum nocuere lagenis.* Plin. epiſt. 6, *Cum venabere, licebit auctore me, vt panarium et laguneulam, ſic etiam pugillares ferat.* CVLIGNA dicta a Graeco κύλιξ; vt Feſtus tradit. Cato 133, *Culignam vini dapi.* Idem, *culignam in foeno Graeco ponito.* Varro de vit. pop. Rom. lib. 1, *Cymbia, culignae, paterae, gutti.* TESTA fictilis ad vina condenda accommodata: quam Horat. vocat Graecam, quod vino Graeco primo imbuta fuiſſet,

fuiſſet, vel quod Cumis, ciuitate Graecae originis facta, vt Martialis: *Cumanam teſtam.* Iuuenal. 5, *Cuius patriam titulumque ſenectus, Deleuit multa veteris fuligine teſtae.* His addendus VTER VINARIVS e corio conſutus, qui vt ἀσκὸς apud Pollucem inter vaſa vini conditoria erat, et in conuiuiis primo ponebatur, poſtea TINA: cuius nomen integrum in Belgico idiotiſmo ruſtici hodieque vſurpant, ſed pro vaſe ligneo in quo lac, mulſum vel expreſſum adſeruatur. Varro de vit. pop. Rom. lib. 1, *antiquiſſimi in conuiuiis vtres vini primo, poſtea tinas ponebant.* Apuleius Metamorph. 7, *Vinarios vtres ferentes.* D. Matthaeus Euangel. 9, ȣδὲ βάλλȣσιν οἶνον εἰς ἀσκȣ̀ς παλαιȣ́ς.

XVIII. VASA *Salgamaria* ſunt, in quibus conditanea ad cibum, quae veteres Salgama dixerunt, ſeruantur, vt puta mala ſtruthea, cydonia, melimela, pyra, fici, nuces, rapae, oleae. Eius generis ſunt VRCEI, ORCVLAE apud Catonem, et alia vaſa fictilia aut vitrea, patenti ore, et vſque ad imum, aequalia, vt Colum. praeſcribit 12, 4. SALSAMENTARIA Graeci κεράμια appellant, in quibus adſeruantur ſale condita ad diuturnum vſum ciborum, vt piſces ſalſi, carnes, pernae, muriatae, et alia, quae Graecis τὰ τάριχα, Latinis *Salſamenta*, Plauto *muriatica* dicuntur, eo quod in muria ſeruabantur. Eſt autem *muria* aqua ſale commixta in qua aliquid maceratur aut ſeruatur: licet etiam ſignificet piſcium ſalſorum, praecipue thunni, liquamen. Huiuſmodi vaſa fictilia ſunt CADI SALSAMENTARII, quos nominat Plinius. DOLIA, SERIAE in quibus pernas ſaliri praecipit Cato; ORCAE anguſto ore, ſpecie tereti et vniformi, ad ſimilitudinem orcae belluae marinae. Suidas ὄρκας κεράμια ἀγγεῖα ὑποδεκτικὰ ταρίχων δύο ὦτα ἔχοντα: interpres Horatii ad illud Sat. 2, 4, *Byzantia putruit orca: Olla Graeca* βόσα, *ſeu vaſis genus ore anguſto; in formam* καυκαλίȣ. In his conditas menas et pelamides, viles piſciculos, clientes pauperculi cauſidicis et patronis ſuis donabant: quo alluſit Perſius Sat. 3, *Menaque quod prima nondum defecerit orca,* et Iuuenal. 7, *Quod pretium vocis? ficus, petaſunculus, et vas Pelamidum.* Praeterea VASA STANNEA piſcium ſalſurae tribuit Plautus: cuius verſus apud Feſtum ita legendos arbitror, *Muriaticam autem video in vaſis ſtagneis Bonam naritam, et canitam, et tagurica, Apuinas fartas, conchas piſcinarias;* vbi *muriatica* intelligitur coena, *ſtagneis* pro ſtanneis antiqua ſcriptura, de qua alibi dixi, *narita* piſcis minutus, Graeco nomine *Rhina*, Latine *ſquarus*, *Canita* eadem canicula niſi quis malit *cornutam.* Vtraque Plinio memorata 32, vlt. *Tagunia* piſcis, qui Athenaeo ταγύνιςαι. *Apuinae*, apuae piſciculi; e quibus garum optimum conficiebatur, vt refert Plin. 31, 8. OLLAE ſeruiunt condituris fructuum hortenſium, vt pomorum, ficorum, vuarum, quas inde ollares vocat Coel. Aurelian. et Martial. 7, *Dulci placenta ſordidam linit mappam Illic et vuae collocantur ollares.* Horat. Sat. 2, *venuncula conuenit ollis.* Et haec quidem ſunt ipſius fundi inſtrumenta, quae rurſus habent alia ſibi propria, ſine quibus nullum omnino opus effici poteſt. Quam ob cauſam iuriſconſulti inſtrumento contineri cenſuerunt perſonas et res ad vſum familiae ruſticae et pecudum intra villam paratas: de quibus quam potero breuiſſime dicam.

XIX. VILLATICI opifices et miniſtri ſunt, molitores, piſtores, coqui, fabri, fullones, calcarii qui calcem domino coquunt ad refectionem villae; textores,

lanificae, focarii et *focariae*, quae ſunt villicae adiutores, focum curant, ligna adferunt, cibum et pulmentaria coquunt: de quibus fit mentio tit. Nautae caupon. l. 1. tit. de inſtr. et inſtrum. leg. l. 12 et l. 25. tit. C. de donat. inter vir. et vxor l. 3 vbi tamen *focariae*, concubinae quaſi focum et larem colentes, accipiendae ſunt. Horum inſtrumenta cum ſint multa et diuerſa pro ratione artis et operae, recenſentur inter cetera a ſcriptoribus rei ruſticae, maxime a Catone, FISTVLA et PILA FARRARIA ad far pinſendum, PILA FABARIA ad fabam freſam, PILA LIGNEA in qua tunduntur grana molliora, vt zea: cuius mentio Plin. 18, 11. PILA SEMINARIA ad terendos ſeminum nucleos. PILVM FABARIVM, FARREARIVM, SEMINARIVM quo faba, far et ſemina in pilo ſiue mortario feriuntur et tunduntur. PILA FVLLONICA in qua tunduntur panni et veſtes vt poliantur. CRIBRA INCERNICVLA, quibus frumenta purgantur, antequam molantur, vel pollen a furfurum recrementis diſcernitur ac ſeparatur. MATEOLA eſt paruus tudes ligneus ad ſuccudendam et adigendam materiam, dicta a ruſticis *κατ' ἀφαίρεσιν mateola* pro materiola; quomodo ſaepe dictiones pronuntiabant, vt Plautinus ruſticus Truculento, *Cauliator*, *conia*, *rhabo*, pro *cauillator*, *ciconia*, *arrhabo:* niſi eſt a Graeco *ματέω*. PAVICVLA eſt lignum ponderoſum vtrimque anſatum, quo ſola et ſilices tunduntur vt aequentur et ſolidentur. *pauire* enim et *depauire* eſt verberare. Hoc maior et ponderoſior eſt FESTVCA ſiue *fiſtuca*, qua pali et trabes magna vi in terram adiguntur; vnde *feſtucare fundamentum* dixit Cato pro fiſtucis ſolidare. FORCIPES ferreae ad focum ignemque inſtruendum et ornandum. RVTABVLA lignea, quorum vſus piſtoribus in proruendo igni, panis coquendi gratia, auctore Feſto. FOCVLVS fictilis, aeneus, ferreus, vt ignitabulum, in quo ignis ſeruatur, et accenditur, vel prunae candentes inferuntur menſae ad calefaciendum cibum. Cicero pro domo: foculo poſito in roſtris. Gellius 1, 19, *Tum illa foculum coram eo appoſuit.* TESTVM et TESTVS eſt vas figulinum, vel aeneum, ſub quo in foco calefacto cinere et prunis ſuperiniectis et circumpoſitis panes, liba, ceteraque dulciaria coquebantur. Vnde *teſtuarium* edulium, quod ſub teſtu calido coquebatur. Varro LL. 4 Ouid. Faſtor. 2, *Ara fit, huc ignem curto fert ruſtica teſtu:* Et 5, *Stant calices; minor inde fabas, olus alter habebat, Et ſpumat teſtu, preſſus vterque ſuo.* BATILLVS inſtrumentum domeſticum ferreum vel ligneum, ad ſimilitudinem palae, quo cineres et prunae tolluntur, aut immunditia effertur. Varro 3, *paſtorem cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere.* Horat. *latum clauum prunaeque batillum.* ROTA AQVARIA ſiue *tympanum*, quo aqua de puteo aut flumine trahitur ac tollitur; vel etiam far molitur. Plin. 17, 11, *Rotis etiam quas aqua verſet obiter et molat.* RVDIS et RVDICVLA eſt inſtrumentum coquinarium ferreum, vel aheneum, qua verſant in aheno elixa, aut ſpumam detrahunt; Cato: *rudicula agitato crebro.* Plin. 34, *verſatum rudibus ferreis, aut ferulaceis.* TELA IOGALIS inſtrumentum textorium, in quo imponitur et conuoluitur detexenda tela. Ouid. Metamorph. 6, *tela iugo iuncta eſt.* AHINEVM, AENEVM vel AENVM vas ex aere factum in quo aqua ad potandum aut lauandum calefit. Caecil. Hymnide: *quin maehra licitari aduerſum aeneum coepiſti ſciens.* Gloſſae. *Aeneum* λέβης. Paulus tit. de inſtr. et inſtrum. leg. l. 18, *Nec multum refert inter cacabos et aenum quod ſupra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit, in illis pulmentarium coquitur.* Vlpian. tit. locati l. 19, *Item aenum in quo*

*olea*

*olea calida aqua lauatur.* AHENVM COCVLVM in quo cibus familiae coquebatur: quod cepiſſe culleum non mirum in numeroſa familia, qualis ruſticorum Romanorum fuit. Plaut. *aeneis coculis mihi excocta eſt omnis miſericordia.* Feſtus: *cocula vaſa aenea coctionibus apta.* Iſidorus, *cocula ligna arida, vaſa aerea.* Quamuis etiam in aheno vinum, ſapa, defrutum decoquebantur. Virg. Georg. 1, *Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem Et foliis vndam tepidi deſpumat aheni.* CATINVS et CATINVM vas eſcarium fictile, in quo parabantur et apponebantur pulli, piſces, et iurulenta, pulmentaria, vel intrita, vt in lance aſſa; dictum a Graeco κάτανος inde diminutiuum *catillus.* His accedebant LINGVLAE quae ſunt inſtrumenta plana et oblonga inſtar linguae, apta ad miſcendum et ſecandum, vt videre eſt apud aromatarios. HAMA vas aquarium rotundum, ventre gibboſo, compeſcendo incendio accommodatum, quod Cato refert inter vaſa ahenea cap. 136, meminit Iuuenal. 14, *diſpoſitis praediues hamis*, et Plin. epiſt. 10. Paulus tit. de praefecto vigilum, Vlpian. tit. de inſtr. et inſtrum. leg. Sed in quotidiano vſu etiam fuiſſe hauriendae aquae indicat Colum. 10 vbi e cucurbita fieri dicit; *aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue lagenam.* MATELLIO vas aquarium anſatum, ad ſimilitudinem matulae, vnde nomen inuenit. NASITERNA genus vaſis aenei, anſati et patentis: quale erat quo equi in Circenſibus poſt confecta ſpatia perfundi et refici ſolebant: ita dicta quod tres naſos, id eſt anſas haberet: meminit Cato de re ruſtica et in orationibus, Plautus, Sticho, Varro et Feſtus: licet interdum gemino ſſ ſcriptum *naſſiterna*, quaſi a naſſa deducatur. SCVTRISCVM eſt patella a rotunditate ſcutiformi dictum, ſicut et *ſcutra*, vnde *ſcutula* et *ſcutella*, de quibus in notis ad Catonem, Caecil. Hymnide: *quae narrare inepti eſt ſcutras feruentis.* SITVLVS AQVARIVS vas hauriendae aquae proprium, quod *Situla* vulgo dicitur; Plaut. *ſi hanc ſitulam accepero.* Alius SITVLVS BARBATVS vas aquarium humile et concauum, quod Graeca voce *Nanus* dicebatur, auctore Feſto. SOLIVM vas concauum et patens vt alueus, cuius vſus in lauatrina ad pannos lineos emaculandos, vel in balneis ad lauanda corpora. TRVLLA fictilis aenea vel lignea quae per manubrium cauum e culina in lauatrinam aquam fundit, vel vinum aut oleum in dolia, a *truua, truuula* diminutiue, deinde *trulla:* etſi etiam vas portorium oblongum nauiculae inſtar apud Plautum, Ciceronem, Horatium, Plinium, Iuuenalem, et Scaeuolam, vel *laſanum* in quod ventris onus deponitur, vel caementariorum inſtrumentum trigonum, quo dealbati tectorio muri aut delutati linuntur et complanantur, a terendo, vulgo TROFFELL. Palladius 1, 13, *trulla aequabimus* et c. 15, *prima trullis frequentetur inductio.* TRVLLEVS et TRVLLEVM vas eſt aquarium latius et capacius quam trulla, ſine manubrio cauo, quo manus, Nonio teſte, abluuntur. VRNA QVINQVAGENARIA quae quinquaginta ſextarios capit, ſiue vrnas duas cum dimidia. VRCEVS AQVARIVS quo aqua frigida in ahenum infunditur.

XX. ADHVC continentur cibaria et veſtimenta, quae dominus familiae praeſtare cogebatur. Seneca de benef. 3, *aliquid quod dominus praeſtare ſeruo debet; vt cibarium, veſtiarium.* Cibus autem ruſticorum non erat omnibus idem, ſed alius praefectis et liberis, alius operariis ſeruis et compeditis; nec eadem menſura omnibus, aut omni tempore dabatur. *Panis ruſticus* nominatur a Plinio 19, 8 cuius cruſtae inſpargebatur candidi papaueris ſemen, ouo affuſo inhaerens, inferior cruſta allio, gitaque cereali ſapore condiebatur. Hic fuit vel triticeus, vel ſiligineus,

vel hordeaceus, ſiue ex ſolo hordeo, ſiue ex hordeo et tritico miſto, vel denique ex milio, vt teſtatur Cato 57 et Colum. 2, 9. Vilior *panis cibarius* vel *ſecundarius* ex farina non cribrata, viliſſimus *furfuraceus*, vel *aceroſus*, furfurum recrementa et aceris paleaeque ſordes retinens, quem vocat Plautus in Aſinaria, et Suetonius Nerone *ſordidum*, Terent. in Eunucho *atrum*, Iuuenal. 5 *caninum*, quod canibus cum iuſculo praeberetur, Apicius et Coelius Aurelian. *Cantabrum.* PVLS ex panico pinſito, vel ex milio, vel ex farina hordeacea, aqua cocta interdum lacte commiſta: *pulmentarium* coctum vel crudum quale Catonis, quod habet oleas conditas; *halecem*, id eſt piſcoſum ſalſamentum; ſalem et acetum; quo poſtremo deſignari *poſcam*, nonnulli perperam exiſtimant. Nam *poſca* non fuit inter diaria, ſed vrbana, nimirum plebeculae et ſeruorum potio vilis, confecta ex vino mucido, aquae vel aceto mixto, vt praeter medicos indicat Plautus Milite, vbi ſeruus queritur, *alios ebrios* eſſe *ex optimo vino*, *alios poſcam potitare.* Praeterea erant inter edulia familiae ruſticae fici, caepae, allium cum ſale, olus cordum, moretum, factum e lacte caſeo et herbis, etſi non omne intritum ſignificat: inter dulciaria *panis depſticius*, id eſt ſubactus manibus in mortario, placentae, liba, globuli, ſpirae, ſcriblitae et ſimilia. Potus LORA, quae fit vinaceis aqua lotis et perfuſis, quaſi muſtum dilutum, *Vinum praeliganeum* Catoni, *operarium* Plinio, quod ad vſum familiae operarumque, ex vuis ante iuſtam maturitatem praelectis expreſſum, per aeſtatem bibebant; ſicut per hiemem muſtum cum aceto, ſapa, et aqua marina miſtum. Menſura, quae et *demenſum* dicitur a demetiendo, et *diurnum*, et *diarium*, quod in dies ſingulos fiebat, non ſemper eadem ſeruabatur, ſed pro conditione operae et temporis variabat; veluti, Villicus, Villica, procurator et alii, qui magis cura et cuſtodia, quam labore res villaticas adminiſtrabant, in menſes ſingulos accipiebant tritici modios tres: operarii per hiemem modios quatuor, per aeſtatem modios quatuor ſemis: compediti per hiemem panis pondo IV, vbi vineam fodere incipiebant pondo V. Contra in vrbana familia pro ratione et dignitate miniſteriorum demenſum diſtribuebatur: et maiorem menſuram accipiebant ſerui lautiores et honeſtiores, quam mediaſtini et infimi. Ex qua varietate eſt quod Salluſt. hiſtor. 3 in oratione Macri Trib. pleb. et Seneca epiſt. 80, ſeruis quinos modios adſignat. Donat. in Terent. Eunuch. quaternos. Veſtimenta familiae erant tunicae pelliceae, ſaga, centones et centiculi, manicae de pellibus, quae vel in ſiluis, vel in vepribus ruſtico operi et venatorio poterant eſſe communes: Cuculli, ſiue Cuculliones, *Galeri* in modum galeae facti, *pilei* denſi craſſi, et ſutiles e pellibus lanariis, quales priſco ritu fuerunt Romanorum pontificum *galeri.* Vtraque capitis tegmina ad arcendas pluuias. Colum. 1, *cultam veſtitamque familiam magis vtiliter*, *quam delicate habeat*, *munitam diligenter a vento pluuiaque*, *quae cuncta prohibentur pellibus manicatis*, *centonibus confectis*, *vel ſagis*, *cucullis.* Auctor Moreti de Similo ruſtico, *tectuſque galero Sub iuga parentes iungit lorata iuuencos.* PERONES et SCVLPONEAE quas Cicero in Piſoniana, et Petronius Satyrico *ſoleas ligneas* vocant, ſunt calceamenta ruſtica et ſeruilia: illa e corio crudo fiunt, haec ex ſolido ligno exſculpto, dicta a ſculpendo: vnde *Peronatus* et *Sculponeatus* indutus peronibus ſculponeiſue. Virg. lib. 7, – *crudus tegit altera pero*, vbi Seruius: *Pero ruſticum calceamentum.* Perſius: *Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator.*

XXI. SI-

XXI. SIMILITER comprehenduntur pecudum maiorum inſtrumenta, vt boum *iuga lignea*, vel *lorea*, quae binos ternoſue iugant, Aſinorum *inſtrata*, *capiſtra*, illis inſternuntur, his adligantur, ſi quando inſcenduntur. *Clitellae*, id eſt ſellae doſſuariae imponi mulis et aſinis conſuetae, ad onera commodius geſtanda. *Helcia* lorata, ſpartea, vel cannabina, ante pectus ab armis dependent, quibus aſini equiue currus per *temonem* trahunt, vel molas per machinulam ipſis annexas verſant: dicta a Graeco ἑλκω, traho. Apuleius 9, *defectum alioqui me helcio ſparteo, demoto nexu machinae liberum, applicant praeſepio.* Equorum habenae, frena, *oreae*, quae ori induntur, *Murices*, iidem *lupi* et *lupata* frena ferrea aſperrima. *Stragula* inſterni ſolita, *Ephippia* ſellae ad inſidendum impoſitae propter mollitiem vectorum, calcaria, cingula, eadem zonae, quibus cinguntur et diſtringuntur, ſoleae pedibus ſuppactae. Quae magnam partem non tam inſtrumenta fuerunt, quam ornamenta: qualia etiam cenſentur *frontalia*, quae ſunt laminae a naribus ad frontem inter oculos ductae, in ſummo latae, in imo contractae, forma ſcuti longi; *baltei* qui tergo iniecti ventrem ſuperiorem ambiunt, vnde *phalerae* dependent; *Monilia* circa collum et pectus demiſſa, *phalerae* ornamenta penſilia, quae omni corporis parti adduntur: etſi Suidas frontem, Herodotus maxillas, Seruius pectus ornari phaleris tradant. In his autem ornamentis veterum imperatorum et principum faſtus maxime enituit: habuerunt enim iſta aurea, gemmata et caelata, vt de *frontalibus gemmatis* teſtatur 37, 12 de *ſoleis aureis*, idem lib. 38, 11 de frenis, monilibus, ſtragulis, cingulis aureis et gemmatis Virgilius Aen. 7, *Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent, Tecti auro, fuluum mandunt ſub dentibus aurum.* Statius Thebaid. 3, *Spumantes procul mandunt adamanta iugales.* et lib. 12, *–ignea gemmis Cingula.*

Claudianus de equo Honorii Imperat.

*Dumque auro phalerae, gemmis dum frena renident,*
*Hac vterum zona cinge frementis equi.*
*Sanguineo virides morſu verſare Smaragdos,*
*Et Tyrio dignum terga rubere croco.*

Apuleius de deo Socratis; *Neque in emendis equis phaleras conſideramus, et baltei polimina inſpicimus, et ornatiſſimae ceruicis duritias contemplamur, ſi ex argento et auro et gemmis monilia variae gazae dependent, ſi plena artis ornamenta capiti et collo circumiacent, ſi frena caelata, ſi ephippia fucata, cingula aurata ſunt.*

VOCVM

# VOCVM QVAE IN HOC LIBELLO EXPLICANTVR SYLLABVS.

## NVMERVS CAPVT INDICAT.


Actor 2
Adaſiae oues 5
Admiſſarius equus 4
Africanae gallinae 7
Aheneum Ahenum 19
Albanus canis 6
Altilis bos 4
Alueus 11
Ambidentes oues 5
Amerinae corbes 11
Amphorae 17
Apicae oues 5
Armenta, Armentarius 4
Armillae *Pannen* 11
Atrienſis 2
Auiarius 3
Baltei equorum 21
Batillus *Vierſchoppe* 19
Bidens, Bipalium *Grype, Vorke met twee Tanden* 8
Bidentes oues 5
Cadus *Wynpype* 17
Cadus ſalſamentarius *Haringhtonne, Vleyſch-Vat* 8
Calathus 13
Capiſtrum 21
Capreolus *Hauwe* 8
Capulae *Schep-Vat, Handt-Vat* 12
Capulator 3
Catinus, Catillus, *Tonneken, holle Schotel* 19
Cellarius 2
Ciſterna vinaria 15
Clitellae 21
Colluuiaris porcus 5
Confeta ſus 5
Colum vinarium, niuarium *Syp-Vat* 11
Conchae 12
Cortinae 11, 12
Cordi agni. Cordum 5
Crates *Horde* 8, 11
Cuculli 20
Culleus 16
Deliacus 3
Deliculae oues 5
Delici porci 5
Digitabula 2
Diſpenſator 2
Doliaris ſeruus 2
Doſſuarius aſinus 4
Ephippium ſella equi, *Sadel* 21
Epiſtatae 2
Ergaſtularius 2
Epiroticus canis 6
Expartae oues 5
Factor. Factus 3
Fartor 3
Feta Sus 5
Fibula, Confibula *holten Nagel, Klamp* 11
Fidelia *ſteenen Kruycke* 17
Fiſci, Fiſcina, Fiſcella 12
Fiſtula farraria 19
Fiſtuca *Hey-Block* 19
Flagellum *Vlalye-Flegel* 9
Focarii, Focariae 19
Foculus *Vierpanne, Vierteſte, Caffoir* 19
Forda Bos 4
Forma caſearia *Keeſ-Vat* 13
Fornicarius 2
Frontalia 21
Funis ductarius *Windtou* 11
Funalis equus 4
Furca *Gaffel, Vorke* 10
Furcilla 9
Galerus 20
Gallinarius 3
Gemellar 12
Germiniſeca 3
Globuli *Olykoeck* 20
Granaria 15
Hama 19
Helcium 21
Hippocraticum vinum *Hypocras* 11
Hirtae oues 5
Horda bos 5
Horrea 15
Hoſtus 3
Incerniculum *Souwe* 18
Incientes oues 5
Irpex *Clauwe, Krabber* 8
Iugarius 3
Iugatorius, iniugis bos 4
Iugalis equus 4
Iumentarius 3
Labatir 15
Labrum eluacrum *Waſchtobbe* 12
Laconicus canis 6
Lactaria vacca 4
Laeuus bos 4
Lagena *Fleſſe* 17
Leguleius 3
Licinus bos 4
Lingula *Roerſtock* 11
Linter 11
Lora *afgeſpoeld Wyn* 20
Lumaria 8
Lunatae 9
Lupus Lupatum *ſcherp Geluyt* 21
Machinarius aſinus 4
Mala ſtruthea *Queperen* 18
Mala cydonia *Queappelen* 18
Mala melimela *Paradys-Appelen* 18
Marra *Houweel* 8
Mateola *houten-Hamerken* 19
Mediaſtinus 3
Medicae gallinae 7
Meliponti 11
Mellarius 3
Miliarium vas 11


Minae

Minae oues 5
Moloſſicus canis 6
Monitor 2
Mediolanum vnde 1, 3, 9
Moretum 20
Murex *Scherpgebit* 21
Muria *Pekel* 18
Myſtici porci 5
Nauia 11
Naſiterna *Spoelvat* 19
Nefrendes porci 5
Occator 3
Olearius 3
Orca *Pype, ſmalle Tonnen* 18
Oreae *'t Gebit* 21
Oſtiarius 2
Pala *Schoffel, Schuppe* 8
Panis depſticius *Paſteye* 20
Panis cibarius, ſecundarius *Afterlingen* 20
Parta vacca 5
Paſcalis ouis 5
Paſtinum *Houweel* 8
Patibula 11
Patulus bos 5
Pauicula *Stempblock* 19
Pecten 9
Peculiares oues 5
Pedicinus 11
Perones 20
Pellitae oues 5
Phalerae 21
Pila. Pilum 19
Ploſtrarius aſinus 4
Politor 3
Porculator 2
Porculus 11
Porcetra 5
Poſca 20
Praeliganeum vinum 20
Pullitrae gallinae 7
Pumiliones, Pumilii 7
Puſtuloſae oues 5
Quali *Sypvaten* 11
Quala ſatoria 8
Quadrantal *Emmervat* 17
Ralla 8
Raſtrum *Egge, Klauwe* 8
Raſtrarius 3
Raſtelli *Kleuwen* 10
Regulae 12
Reiiculae oues 5
Riſcus *Riſke* 15
Rota aquaria 19
Rudis, Rudicula *Schuymſpaen, Roerſtok* 19
Runcina, Runcator 3
Ruſtaria falx 8
Rutabulum *Ovengaffel* 19
Rutrum, rutelum *Schuppe, Koornſchuppe* 8
Sacres porci 5
Sagmarius equus 4
Salgama 18
Salictarius 3
Saltuarius 3
Sarculum *Houweel* 8
Sarritor 3
Scutriſcum 19
Sculponeae *holten Schoenen, Clompen* 20
Sirpiculus 14
Scriblita *Waeffelkoec* 20
Seria *Wyn-Pype* 16
Serarii porci 5
Sinus et Sinum 13
Sirpea 8
Sirpiculus *een Korfken van Bieſen, en Kanis* 14
Sirpicula falx 8
Situlus aquarius 19
Spira *Krakelingh* 20
Soloces oues 5
Storia *een Matte* 14
Strictor 3
Subiugium lorum *eenen Iuckgordel* 21
Subrumi agni 5
Subſcudes *Inſteken, Verm* 11
Sucula *Wyndaes* 11
Superiumentarius 3
Tanagricae gallinae 7
Teſta 17
Teſtum 19
Tela iogalis *Weeftou met de Boom* 19
Tintinnabulum 14
Torcular et torcularium 11
Topiarii 3
Traha 9
Trapetum 12
Tribulum *Dorſchwagen* 9
Trimodiae 11
Trochlea *Paleye, Schyve* 11
Trulla, trulleum 19
Tympanum 12
Tullianum pro ergaſtulo 2
Vallum, vannus *Wanne* 9
Vectarius equus 4
Vectis *een Boom, Hantſpake* 11
Vectes acrifolii *Boomen van hulſen Hout* 11
Ventilator 3
Ventilabrum 9
Verriculata falx 9
Vngues ferrei 11
Vrceus, vrceolus *Water-Cruyck* 16
Vrcei muſtarii *Moſt-Croeſen* 11
Vrna quinquagenaria 19
Vter vinarius 17

Subiicimus locum Turnebi Aduerſ. 20, 7. qui conferendus eſt cum capite duodecimo huius libelli. *Trapetum Catonis: orbis: miliarium.*

TRAPETVM, quo oleae teruntur, ita accommodari praecipit Cato capite 22, vt ſtatuatur ad libellam aequatum, ne quid faſtigii, ne quid deuexi habeat: ſed vt aequato ſitu et planicie perlibrata poſitum ſit. id enim, *librare* cum dicit, intel-

ligit: *ab labris digitum minimum orbem abeſſe* vult. *orbis* autem mola eſt olearia, qua in trapeto olea teritur: qui ita in trapetum cauum conuenire debet, vt labra trapeti eum non tangant nec terant, ſed ab eis digitum minimum vndique abſit. *Ab ſolo mortarii, orbes cauere oportet mortarium ne terant:* vt diximus, ab labris orbes abeſſe debere mortarii et trapeti: item abeſſe a fundo et ſolo eos oportet, ne terant eius fundum. *Inter orbem, et miliarium, vnum digitum intereſſe oportet. Miliarium* vas eſt anguſtum et oblongum, milii formam referens. ſubdebatur autem etiam trapeto miliarium, tanquam fulcimentum, et in eo columella ferrea recta ſtabat, qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodarique oportebat, vt quod ad latitudinem attinet, inter orbem et miliarium non amplius digitum intereſſet. quod ſi plus intereſſet, miliarium conſtringebatur, et in arctum adducebatur eius laxitas. Ita operi aptius erat et firmius. ita enim quod nimium intererat explebatur, et ſpatium illud inane minus reddebatur, quod amplius ante hiabat. ſi orbes ſint altiores, nimiſque deorſum deſcendant ad imum mortarii, eis orbiculos ſupponit, quibus attollantur. eodem modo latitudo temperatur et accommodatur. nam ſi lati ſatis non ſint, circumdantur orbiculis ligneis eorum margines, aut armillis, velut rotae ſuo cantho. mox ſequitur, *ſumma ſumtus* DCXXIX *nummi ſeſtertii*, pro trapeto, compoſituris, vectura, operis hominibus V, cum bubulcis VI, quaeque alia enumerat. Illa autem tota fabrica trapetorum difficultatis nonnihil habet. proinde conatus ſum, ſi non picturae lineamentis eam repraeſentare; certe vmbra quadam leuiter deſignare. Haec Turnebus.

*Noſtra autem de Trapeto haec ſunt.*

Varro LL. p. 34, 5 *Trapetes*, inquit, *molae oleariae vocantur.* Trapetes a terendo, *niſi Graecum.* Eſſe Graecum, iam oſtendit Scaliger ex Odyſſ. η, 124 ἑτέρας δ' ἄρα δὲ τρυγόωσιν, ἄλλοι δὲ τραπέουσι. Plura habet Heſychius. Vnde apparet, vocem *trapetus*, *trapetum*, vel plur. *trapetes* (tot modis enim dicitur) generatim notare machinam *calcandis* vel exprimendis ſiue vuis, ſiue, vt apud noſtros, credo, ſemper, oleis. Huc pertinet etiam Varr. 1, 55, 5 ex lectione primarum editionum, a quibus cum diſceſſiſſent reliquae, Scaliger eam reuocandam cenſuit, *demittatur ad trapetas, quae res molae oleariae, e duro et aſpero lapide.* E lapide fuiſſe orbes, lapidibusque adeo molaribus, quos noſtra aetas vſurpat, non diſſimiles, apparet praeſertim ex Cato. 135, 6. Hic *orbis* fuit, quae poſtea *meta.* Orbi ſubiectum fuiſſe *mortarium*, lapidem alium, aliquantum excauatum, cum *labro* ſiue margine, qui *catillus* deinde dictus eſt, ad quod ita accommodandus erat orbis, vt neque fundum eius ſiue ſolum, neque labra tereret, conſtat ex Cato. 22, 1 et 2. Ad eam rem, tollendo nimirum orbi, columella in medio erat mortario fixa, quae ſuſtineret impoſitum ſibi orbem non proxime illa quidem, ſed intercedente *cupa.* *Cupam* autem et *miliarium* Catonis c. 20 it. 21 et 22, vnum idemque intelligo, pyxidem nimirum, intra quam continetur *columella*, cui impoſita pilei inſtar fuit. Hoc miliarium, haec cupa deinde et tranſiuit *orbem*, et ſuſtinuit, ita vt ſtante firmiter columella, orbis, miliarii ſiue cupae ope illi impoſitus, deinde funium et trochlearum beneficio circumageretur. Altitudo et latitudo temperabatur *orbiculis* ligneis vel *armillis* ferreis. Tantum intelligere me puto; ſupereſſe quaedam in illa trapeti deſcriptione c. 20, 21, 22 mihi plane ἄδηλα non nego. Interim ſi comparentur iſta cum iis, quae ad ipſum Catonem notata ſunt, non multum ſupereſſe puto. Vid. etiam ad Col. 12, 50, 7.

PRAE-

PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMOQVE
VIRO
# IOANNI BAPTISTAE MORGAGNO
IVLIVS PONTEDERA
S. P. D.

Cvm idibus Februarii apud Clariſſ. Senatorem Philippum Bonarotam optimarum artium ac diſciplinarum totiusque antiquitatis peritiſſimum eſſem Florentiae, Georgius noſter (qui grauioribus licet occupationibus diſtentus, aſſiduus tamen pro ſua erga me beneuolentia lateri meo haerebat) ita de te eſt locutus, vt nihil amantius, nihil honorificentius, nihil copioſius dici potuerit. Neque ſolum ea quae Anatomicorum conſenſu tua propria et ſingularia ſunt, complexus eſt, verum alia multa magna cum tua laude eſt proſecutus, ſtudioſa admodum cura ſubnectens, quae ſuper Cornelio Celſo et Sereno Samonico ante hos tres annos litteris mandaſti. Hinc ad ea quae in Rei Ruſticae Auctores ambo ſcripſimus, ſermonem conuertit, multa quoque hac de re, niſi interpellaſſem, dicturus. Etſi enim perlibenter quae docti viri de te ſentiunt, audire geſtio, id tamen mecum communicari non ſuſtinui, cum de vtroque neceſſario locuturus videretur. Quapropter optimum illum Senatorem quid tu quaque de re fueris commentatus, quaeque ego ſapientiſſimorum virorum veſtigiis inhaerens, quorum diligentiam multis in locis deſiderari ſuſpicabar, adiecerim, breuiter et ἱστορικῶς docui. Tum ille, iis quae ego expoſueram, probatis, cum quae exemplaria vtrique noſtrum ad manus fuiſſent, accepiſſet, Fulvii Vrſini librum, quem ob incredibilem raritatem nunquam inſpectum a nobis non dubitauit, continuo mihi legendum obtulit. Huius autem libri hic eſt titulus: *Notae ad M. Catonem, M. Varronem, L. Columellam de Re Ruſtica, ad Kalend. Ruſticum Farneſianum*, et *veteres inſcriptiones Fratrum arualium* etc. *ex Bibliotheca Fuluii Vrſini. Romae in aedibus S. P. Q. R. 1587. apud Georgium Ferrarium.* Quem dum euoluo, non pauca deprehendi, quae tu, eo, vt mihi conſtat, nunquam viſo, in Columellam doctiſſime litteris prodidiſti; quorum nonnulla eadem ſane ac tua ſunt; alia alio modo expoſita, alia perfecta non plane; pleraque autem neque ea auctoritate, neque iis, quibus a te, rationibus ſatis confirmata. Haec tibi publicis quamvis muneribus occupato per litteras ſignificare volui, cum probe non modo ex ſcriptis tuis omnibus, verum etiam ex animo tuo longe mihi, ſi cui alii, perſpectiſſimo ſciam, quae a maioribus reperta eſſe noueris quam libenter ad primos auctores referre ſoleas. Cuius profecto exemplo ego quoque multa quae commentariolis meis inſerui, ad Fuluium Vrſinum referenda omnibus in poſterum teſtabor. Hunc porro librum ſicubi venalem reperiri intellexero, transmittam, vel ipſe cum iam Patauium mediter, afferam. Ita quae nunc vniuerſe attigi, ſigillatim ex ipſo cognoſces. Etenim multa a vitiis et erroribus vindicata complectitur, quorum duo hic tibi commemorabo: primum apud Columellam libr. I c. 4 [ſ. 8] in vulgatis libris ſic extat: *quam optime pater familias debet habitare, vt et libentius rus veniat, et degat in eo.*

*Iucundius vtique viro, ſi etiam matrona comitabitur.* Quod Vrſinus ita disiunctum legit: *quam optime pater familias debet habitare, vt libentius rus veniat, et degat in eo iucundius: vtique vero ſi etiam matrona comitabitur.* Huiusmodi interpunctio, emendato τῷ *vero* pro *viro*, percommode, vt mea fert opinio, cadit, eandemque, vt potes meminiſſe, in meo illo vetuſto anonymi Grammatici codice tibi oſtendi. Alterum in *Hortorum cultu* [v. 101] habemus, in quo libro inter alia Vrſinus haec emendat: *Tum quae pallet humi, quae frondent purpura et auro Ponantur violae.* His namque receptis, primo membro *Violas Martias* a Columella deſcriptas intelligimus, altero *Violas*, vt vocant, *Trinitatis.* Non omnia tamen hac ratione accipi poſſunt; ſunt enim quae coniecturis leuiter innituntur, ceu illud Columellae libr. 12 c. 34. *Sed muſtum de ſub maſſa et limpidum ſit*, quod tu vetuſti manu exarati libri auctoritatem ſecutus, reſtituiſti: *ſed muſtum de ſummo et limpidum ſit:* Vrſinus vero: *ſed muſtum de bumaſto et paſſum ex ea ſit.* Bumaſtus ſiquidem carnoſi generis vua eſt ad eſcam inſeruiens, quoniam minus muſti fluit, quam Columella libr. 3 c. 2 inter duracinas cum purpureis, dactylis, Rhodiis, Libycis, Ceraunis ad cibum conſerendam praecepit. Praeterea paſſum non de duracinis vuis, ſed vel de praecocibus, vel de amineis fieri libr. 12 c. 39 idem Columella indicauit. Vinum quoque ſcylliten ex muſto amineo cap. 33 confici tradidit, de quo proximo loco cap. 34 in embammatis confectione intellexiſſe videtur. Illud item M. Varronis libr. 2 cap. 11 ſ. 1 *vt praedictum eſt de lacte in eo et tonſura lanae*, quod Vrſinus emendat: *vt praedictum eſt, de lacte inquam, et tonſura lanae*, minus recte arbitror reſtitutum, τῷ *in eo* in τὸ *inquam* conuerſo, cum legendum ſit *caſeo*, vt propoſitus a Varrone ordo requirit, et deprauatae etiam ſcripturae veſtigium ſuſpicionem facit. Huiusmodi tamen leuiora ſunt, neque propterea eruditiſſimo viro quicquam detractum volo. Verum de hoc libro iam ſatis. Prodiit tandem Horti Piſani Ferdinandi hoc nomine Primi auſpiciis et magnificentia conſtructi (Ferdinandus namque, non Coſmus, vt *Tournefortius*, qui me etiam in errorem induxit, memoriae tradidit, in publica commoda Piſis Hortum Medicum parauit) Hiſtoria ab amiciſſimo et integerrimo viro Michaele Angelo Tillio Publ. Botanices Profeſſore confecta, tribus ſupra quinquaginta aereis tabulis ornata, eleganti adeo forma, vt nihil ad eius nitorem deeſſe videatur. Atque vtinam ampliſſimi viri Epiſcopi Biturgienſis acerba mors auctoris animum ab hoc opere emendando non auocaſſet. Hic enim fratris dilectiſſimi fato velut de coelo, vt ita dicam, tactus ſic afflictus iacuit, vt in tanta luctus acerbitate neque huius libri, neque alterius rei cura afficeretur. Ideoque vrgentibus operis, auctore ipſo neque approbante neque diſſentiente, liber nondum extrema manu expolitus typis excuſus eſt. Non eſt igitur cur miremur, quod nonnulla irrepſerint, quae paruo negotio (ſineret dolor) erat prohibiturus. De Facciolato noſtro mirifice gratulor. Quam dolui me mearum rationum curis neceſſario addictum eius eloquentiſſimae orationi intereſſe non potuiſſe! Verum, quoniam eam in hominum manibus iam eſſe ſcribis, dabo operam reuerſus, ne me abfuiſſe exiſtimem. Interea meis verbis ſaluere ipſum iubeto, eiusque nomen ac famam per terram Hetruſcam in dies percrebeſcere dicito. Cura vt valeas. D. Piſis Decimo quarto Kal. Mart. 1724.

I. AD

I

## AD CELEBERRIMVM ET DOCTISSIMVM VIRVM

# IACOBVM FACCIOLATVM

## IOANNES BAPTISTA MORGAGNVS.

QVaeris ex me, Vir Doctiſſime, pluribus de locis Columellae, vt in plerisque huius editionibus proponuntur, quid ſentiam. Ego vero et de iis, et de Palladii quibusdam, et de nonnullis etiam Varronis quid ſuſpicer, ita ſcribam, vt iudicium non interponam meum, ſed exquiram tuum. Neque enim in Re Anatomica, aut Medica, in quibus ob aſſiduum, opinor, ſtudium, ſuſceptosque a puero labores vſum aliquem habere videor, ſed in media Philologia verſabimur, in qua vt pene adhuc hoſpitem, aut certe tironem eſſe me, fateor; ſic te eſſe principem, atque ſigniferum, negare non potes. Huc illud accedit, me praeter ſex, ſeptemue illas, quas memorabo, eorum Auctorum editiones, aliam praeterea vidiſſe nullam, cum tu in veſtra iſta ampliſſima Bibliotheca, quam vtriuſque noſtrum Patronus Beneficentiſſimus GEORGIVS CARDINALIS CORNELIVS, ad ſcientias, bonasque omnes artes fouendas, promouendas, ornandasque natus, inſigni nuper acceſſione locupletauit, multo plures facile habeas. Sed illud inprimis etiam atque etiam inculcem neceſſe eſt, me nunquam hos Rei Ruſticae Auctores in manus ſumſiſſe, vt emendarem; ſed cum aliud in alio inquirerem, ſubinde in certis, in quos incideram, locis haeſiſſe, itaque numquid forte vitii, et quid ſubeſſet, ſic inter legendum quaeſiuiſſe, quod viſum fuerat, nonnunquam, vt fit adnotauiſſe. Haec igitur quae ne relecturus quidem fueram, niſi tu pro tua humaniſſima de me opinione petiiſſes, nunc tibi ex ordine deſcribam, non alicuius adſciſcendae laudis gratia, ſed tuae ſententiae requirendae.

Et primum Columella [ab hoc enim incipiam de quo tu potiſſimum quaeſiuiſti: eius autem verba, vt caeterorum quoque, adſcribam fere ſecundum Gryphianam editionem A. 1548; hac enim, vt multo frequentiore, contigit vt initio vterer] §. 1. Col. 1, 8, 8 et 11, 1, 21 Columella igitur poſtquam libro I cap. 8, *Villicus*, inquit, *exhortandus eſt ad inſtrumentorum, ferramentorumque curam, vt duplicia, quam numerus ſeruorum exigit, refecta, et repoſita cuſtodiat, ne quid a vicino petendum ſit;* continuo huius rei cauſam ita ſubiicit: *quia plus in operis ſeruorum, quam in pretio rerum eiusmodi conſumitur.* Quibus in verbis fieri poteſt vt nihil deſit; ſi cui tamen ſententia videretur paulo obſcurior, quam ferat perſpicui alioqui ſcriptoris conſuetudo; animaduerti vnde petere verbum poſſet quo ſuppleret, illuſtraretque ſententiam ex lib. videlicet XI, cap. 1. Ibi enim Columella eiusdem praecepti eandem cauſam ita proponit: *quia plus in operis ſeruorum auocandis, quam in pretio rerum eiusmodi dependitur.* Cum autem vtrobique continuo addat, quibus veſtibus adverſus frigora, et imbres familia munienda ſit, ſcribatque primo in loco: *pellibus manicatis,*

*manicatis*, *centonibus confectis*, *vel ſagis cucullis;* in altero *pellibus manicatis*, *et ſagatis cucullis;* ſcire ex te velim, vtram magis probes ſcripturam, an vtraque repudiata iis adſtipuleris qui ſic videntur legiſſe, *ſagis*, *aut cucullis*, vel potius Ferrario noſtro [de Re Veſt. Part. 2 lib. I c. 22], qui malebat, *ſagis cucullatis.* §. 2 Col. 1, 8, 19. Nam haud longe a fine eiuſdem capitis, vbi ſcriptum eſt: *Foeminis quoque foecundioribus*, *quarum in ſobole certus fuerit numerus*, *honorari debet*, *otium nonnunquam*, *et libertatem dedimus;* non dubito quin concedas aliquid aut addendum eſſe, vt exempli cauſa particulam *ſi* ante *fuerit*, aut delendum, velut iſtud ipſum *fuerit*, quod quidem in Iuntina editione non inuenio, cum meae reliquae conſtanter ſic habeant, vt deſcripſi.

§. 3. Col. 2, 4, 9. Libro II. cap. 4. vbi praecipitur, quibus temporibus iterum, tertioque arare oporteat colles pinguis ſoli, cum ita legam: *de Aprili medio vſque in ſolſtitium iterandi*, *tertiandique. Septembri*, *circa aequinoctium*, *ac totidem operis*, *quot vliginoſi campi*, *excolitur iugerum talis agri;* fateor non videre me, qui fieri potuerit, vt neque Iucundus Veronenſis, neque is qui ab hoc emendatos Rei Ruſticae Auctores Venetiis [Anno 1514] edidit, Aldus Manutius, neque Nicolaus Angelius, cuius emendationem in iiſdem Auctoribus Florentiae [An. 1521] vulgandis ſecuti ſunt Haeredes Philippi Iuntae, neque Coloniae [A. 1536] Ioannes Gymnicus, neque Pariſiis [A. 1543] Robertus Stephanus, neque ſemel, iterumque Lugduni [A. 1537 et A. 1548] Sebaſtianus Gryphius [horum enim vtor Columellae editionibus] fateor, inquam, non videre me, qui potuerit fieri, vt ne vnus quidem horum tot, tamque exercitatorum hominum animaduerterit, niſi illa diſtinctionis nota quae ante vocem *Septembri* eſt poſt *aequinoctium* transferretur, duas Columellae deprauari ſententias: quod non te modo, ſed quicunque in eius, ac Palladii lectione vel mediocriter verſati ſint, ſtatim perſpecturos eſſe, confido. §. 4. Col. 2, 8, 5. Sed ea tantum, quae ſunt ad finem capitis 8, legiſſe ſatis eſt, vt intelligatur in iſto loco: *Tremellius quidem aſſeuerat priuſquam impleuerit*, *ab auibus aut formicis ſata edi*, *vbi aeſtiuis ſerenitatibus ager aret;* non *impleuerit* cum aliis quos modo nominaui, ſed *impluerit* cum Angelio, eſſe ſcribendum. §. 5. Col. 2, 11, 5. Verum, ne hic quidem ſatis diligens fuit in eo loco de Medica herba deſcribendo quem habemus cap. 11. *Tardius meſſem primam eius facere oportebit*, *cum iam ſeminum aliquam partem eiecerit. Poſteaquam voles teneram*, *cum proſiluerit*, *deſeces licet*, *et iumentis praebeas.* Nam, vt caeteri, duo illa verba *Poſtea quam* in vnum compulit non ſine ſententiae obſcuritate. Id enim voluit Columella quod is, qui ipſum plerumque exſcripſit, cum idem praeciperet de Medica, litteris mandauit, Palladius [de Re Ruſt. l. 5 tit. 1 ſ. 3]: *Prima meſſis eius tardius fiet*, *vt aliquantum ſemen excutiat. Caeterae vero meſſes quam volueris cito peragantur*, *et iumentis praebeantur.*

§. 6. Col. 3, 2, 18. Libro autem III cap. 2, vbi de vuis apianis haec legimus: *vini dulcis*, *ſed capiti*, *neruis*, *veniſque non aptae*, *niſi mature lectae: pluuiis*, *ventisque*, *et apibus afferunt praedam;* maior iſta diſtinctionis nota, quae ante *pluuiis* eſt, ante *niſi* videtur transferenda. Nam cum vina ob acida praeſertim corpuſcula neruis officere credantur, acidiora autem ſint, quo maturius leguntur vuae; non apparet, neruis apianas non eſſe aptas, niſi mature legantur: contra autem praeclare intelligitur, eaſdem pluuiis, ventis, apibus eſſe obnoxias, niſi mature ſint lectae, propterea quia ſunt *praecoquis fructus*, quod modo ab Autore dictum fuerat. §. 7. Col. 3, 10, 17. Sed

Sed haec planiora; illud difficilius, quo emendari modo poſſit decimum caput, quod me fateor haud ſemel legiſſe cum propter alia, tum vero ob haec, quae ſane ſunt dicta et pulcherrime, et vere ſ. 9. *Videmus hominibus inſpiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam, ſenſuſque iniectos ad ea diſcernenda, qua tactu, naribus, auribuſque, et oculis indagantur.* Linguam videlicet omiſit non oſcitanter, ſed perite, quod eius munus multo manifeſtius, quam narium, aurium, et oculorum, in tactu quodam conſiſtat, quod noſtris temporibus per ipſam quoque Anatomen eſt comprobatum. Et paulo poſt: *Nec generandi quidem data eſt facultas manibus, aut plantis, ſed quod hominibus ignotum voluit eſſe genitor vniuerſi ventre protexit, vt diuina praeditus ratione rerum aeternus opifex quaſi quibusdam ſecretis corporis in arcano atque operto ſacra illa ſpiritus elementa cum terrenis primordiis miſceret, atque hanc animantis machinae ſpeciem effingeret.* Iam vides, opinor, quae me hominem philoſophum res induxerint ad Columellam peruolutandum; ſed et alias poſtea memorabo. Nunc mendum, quod huic capiti in meis quidem cunctis inſedit editionibus, videamus. Eos Autor iubet in terram deponi malleolos, quos vuarum feraciſſimos eſſe, conſtet, *tanto,* inquit ſ. 17, *magis quod compertum habeamus, naturali quadam malignitate deſciſcere interdum, quamuis diligenter prolata ſemina, idque nobis poëta velut ſurdis veritatis indulget dicendo:* „Vidi lecta diu, et multo ſpectata labore Degenerare tamen, ni vis humana quotannis Maxima quaeque manu legeret, ſic „omnia fatis In peius ruere ac retro ſublapſa referri.„ *Quod non tantum de ſeminibus leguminum, ſed in totam agricolationis rationem dictum eſſe intelligendum eſt.* Quid tandem, obſecro te, iſtis in verſibus *indulget* nobis Virgilius? atque adeo *ſurdis veritatis* quid eſt indulgendum? Non contra potius inclamandi hi ſunt, et clare, diſerteque admonendi? Quod quidem et facere Virgilium conſtat, et Columellam ſignificare credendum eſt. Itaque niſi tu, Vir Doctiſſime, diſſentis, ipſum non *indulget*, ſcripſiſſe, arbitror, ſed *inculcet*; quae vox, vt vides, cum facile deprauari ſic potuit, tum non ſolum toti iſti ſententiae, ſed et modo quo iſtic Columella vtitur, non indicatiuo, vt Grammatici loquuntur, ſed ſubiunctiuo praeclare conuenit: Quin etiam fortaſſe eo verbo voluit quodammodo indicare, ſibi minime excidiſſe, in ſuperiore quoque libro [cap. 9. ſ. 12] eandem ab ſe curam in eligendis ſeminibus commendatam, eoſdemque verſus quatuor eſſe propoſitos. §. 8. Col. 3, 11, 4. In proximo autem capite 11 aliquid deeſſe apparet iis in verbis: *totum ſolum ſicco fimo, aut ſi id non ſit, alterius generis quam recentiſſimo ſtercorari.* Etſi enim cum in libro 4 cap. 8 [ſect. 3] haec legimus: *aliquid fimi, vel ſi eſt commodius, columbini ſtercoris;* intelligere videmur, fimi nomine certum aliquod vel genus vel diſcrimen ſtercoris a Columella ſignificari; cum tamen priora illa omnia verba relegimus, ſententiam nihilominus imperfectam deprehendimus, niſi cuius animantis ſiccum illud fimum eſſe debeat, adiiciatur. §. 9. Col. 3, 21, 4. Etſi vero in cap. etiam 21 deſiderari quidpiam videtur in eo loco: *Nam et paterfamilias libentius ad ſpectaculum rei ſuae, quanto eſt ea luculentior, deſcendit, et quod de ſacro numine poëta dicit, Et quocumque Deus circum caput egit honeſtum. Verum quocumque domini praeſentis oculi frequenter acceſſere, in ea parte maiorem in modum fructus exuberat;* tamen velim conſideres, poſſintne omnia videri integra, ſi ne vna quidem litterula adiecta, ita ſcribamus, diſtinguamusque: *honeſtum, verum; quocumque domini praeſentis oculi frequenter acceſſere, in ea parte etc.* aut etiam ſic. *honeſtum; verum quocumque domini*

*mini praeſentis oculi frequenter acceſſere; in ea parte etc.* nam poſt *verum* ſatis facile *eſt*, aut *eſt etiam*, et *enim* ante *parte* intelligitur.

§. 10. Col. 4, 10, 3 In Libro IV. cap. 10 vbi legimus: *Sed nec vtique verno omnibus regionibus melior putatio eſt: nam vbi coelum frigidum eſt, ea ſine dubio eligenda eſt. Vbi vero aprica loca ſunt, mollesque hyemes, optima et maxime naturalis eſt autumnalis;* equidem non modo pertinaciter non negauerim, ſcriptum a Columella eſſe *verna*, ſed etiam hanc melius reſpondere agnoſcam voci quae conſequitur, *autumnalis.* Attamen *verno* ſcribi nullo modo potuiſſe, non antea concedam, quam dilucide oſtenſum mihi ſit, perperam ſcriptum eſſe a Palladio [lib. 3 tit. 12 ſ. 7] *vbi multae ſunt vineae diuidantur, et pars earum, quae Septentrionem reſpiciet, verno putetur alia pars aduerſa clementioribus plagis, recidatur autumno.* Nimirum videtur hic intellexiſſe *tempore* quod vel ibi fecit Columella, vel paucis quoque ante verſibus, vbi legitur: *Nobis neque anguſta putatione coërcenda ſemina videntur, niſi ſi admodum inualida ſunt, neque vtique verno recidenda;* pro *verno* reſcribendum eſt *verna;* nam vox quidem *tempora* longius abeſt, quam vt putem ad eam reſpexiſſe. §. 11. Col. 4, 25, 1 Capiti autem 25 ſubiecta vinitoriae falcis figura in plerisque editionibus formae non reſpondet, quae in eo capite deſcripta eſt. *Securim* namque [vt hoc vnum attingam] ita pingunt, non vt *ſemiformis lunae ſpeciem*, ſed vt triangulum repraeſentet. Vna ad deſcriptionem videtur accedere Iuntina; Aldina enim etſi non quantum aliae ab Iuntinae forma diſcrepat; in eo tamen loco *ſecurim* addit, vt haec *roſtro* nullo modo *ſuperpoſita*, ſed omnino ſuppoſita ſit. §. 12. Col. 4, 32, 5 Sed in extremo etiam capite 32 eadem Iuntina caeteris videtur eſſe anteponenda. Neque enim de arundineto ſic verba illa exhibet: *caeditur deinde poſt brumam. Nam vſque in id tempus incrementum capit, ac tum compeſcitur, cum obrigant hiberno frigore. Fodiendum quoties et vineta;* ſed ad hunc modum: *cum obriguit hiberno frigore. Fodiendum* etc. qua poſtrema diſtinctionis nota Robertum quoque Stephanum vti video.

§. 13. Col. 5, 7, 3. Etſi vero in Libro V, qui me loci, nec pauci ii quidem, morati ſunt, eodem omnes modo in meis cunctis editionibus leguntur; vix tamen dubito, quin plerique ſaltem eorum ſint aliter ſcribendi, velut hic capite 7. *Caetera ſimili ratione, atque in arbuſto Italico adminiſtrantur, vt vites longis ſcrobibus deponantur, vt eadem diligentia curetur, atque in ramis deducatur;* ſic potius *curentur, atque in ramos diducantur,* quem videlicet ad modum cum *de Italico arbuſto praeciperet*, paulo ante [cap. 6 pag. 190] dixerat: *vitem in ramos diducere.* §. 14. Col. 5, 8, 3 ſq. Longe difficilior mihi eſt alter locus ex cap. 8. *Olearum, ſicut vitium plura genera eſſe arbitror, ſed in meam notitiam decem modo peruenerunt, Pauſia, algiana, Liciniana, Sergia, Neuia, culminia, orchis, regia, circites, murtea. Ex quibus bacca iucundiſſima eſt pauſiae, ſpecioſiſſima eſt regiae, quae potius eſcae, quam oleo eſt idonea. Pauſiae tamen oleum ſaporis egregii, dum viride eſt, vetuſtate corrumpitur. Orchis quoque, et radius melius ad eſcam, quam in liquorem ſtringitur. Oleum optimum Licinia dat, plurimum Sergia: omnisque olea et maior fere ad eſcam, minor oleo eſt aptior.* Primum quaero an iſtud vltimum *et* inducendum ſit. Quaero deinde, cur *radius* inter decem illa genera non memoretur. Nam num forte ſcriptura vitiata ſit, et pro *radius* legendum ſit *regia*, ne ſuſpicari quidem poſſumus, tum quia de *regia* id iterare non oportebat, quod modo traditum fuerat, tum quia *radium* inter oleas non modo Cato [de

Re

Re Ruſt. cap. 6 ſ. 1], Virgilius [Georgic. l. 2 verſ. 85], Plinius [Natur. Hiſt. l. 15, c. 3.] Palladius [l. 3, 18, ſ. 4] ſed et Columella ipſe diſerte numerat libro de Arboribus cap. 17 [ſ. 3]. *Optima eſt*, inquit, *olea Liciniana*, *pauſia ſecunda oleo*, *eſcae orchis. Sunt et regiae et radii, quae neque ſpecie neque oleo ſunt tam gratae, quam quas ſupra diximus.* Vides vt dilucide *regiam* ab *radio* diſtinguat. Itaque ne ſolertem alioqui ſcriptorem vſque adeo immemori ingenio fuiſſe cogitemus, vt tanquam Curio ille pater cum decem modo propoſuiſſet genera, vndecimum addere potuiſſet; relinquitur, vt horum alterutrum ſuſpicemur: ſcilicet aut inter illa decem genera Columella poſuit radium, ſed alio quodam nomine, vt puta algianae, vel Neuiae; nam circitis quidem, et fortaſſe etiam murteae eam eſſe figuram, vocabula ipſa indicant, vt idem ac radius eſſe non poſſint; reliqua autem ſex genera memini ſimul cum *radio* legiſſe memorata, ſic vt *radium* ab ipſis differre intelligeretur; Aut in eorum decem generum enumeratione genus aliud aliquod perperam a librariis duplicatum eſt, et ſic radii nomen [quod a Virgilio, Plinio, Palladio, Columella ipſo continuo poſt Orchitem ſubiici ſolet] vt denarius ille numerus conſtaret temere expunctum. Cuius ſuſpicionis anſam dant quae Dalechampius notauit ad Plinii caput 3 lib. 15. *Columellae*, inquit, *oliuarum decem genera, Pauſia, Licinia, Sergia, ſiue Regia*, *Radius*, *Neuia*, *Culminia*, *Corninia Plinio*, *Orchites*, *Algiana*, *Murtea*, *Circites*, *Contia Plinio.* Quod autem non ſine vlla ratione ſcripſerit *Sergia*, ſiue *Regia*, oſtendunt haec in eodem capite verba Plinii: *Licinia*, *Cominia*, *Contia*, *Sergia*, *quam Sabini regiam vocant.* Num tamen Sergia, quam Sabini regiam vocabant, a caeteris etiam, ac praeſertim a Columella eodem nomine appellaretur, plurimum dubito, quando hanc quidem inter *minimas* recenſet Plinius [loc. cit.], qui non multo poſt *grandiſſimas* eſſe, dicit, quae regiae vocantur, *ab aliis maiorinae*, *ab aliis phauliae.* Denique illud potiſſimum quaero, quomodo locus is, quem ex libro de Arboribus protuli, ita diſcrepet a ſuperioris ſententia, vt quod in hoc genus eſſe omnium ſpecioſiſſimum dictum eſt, in eo *ſpeciei* ipſius gratia ſpectata, tribus generibus poſtponatur. Num quod Columella, non baccarum, vt in priore, ſed ipſius arboris ſpeciem, pulchritudinemque reſpexerit? An quod irrepſerit mendum aliquod? An quod liber is de Arboribus non ſit Columellae, qua de re nimirum ambigitur in illa ipſius vita, quae a Gryphio, et Stephano cum eius ſcriptis edita eſt. In qua tamen de eo viciſſim non ambigitur, quod multo minus certum eſt, Columellam videlicet ſcripſiſſe librum luſtrationum ſacrificiorumque priſcorum pro frugibus, quem tantummodo conſtat promiſiſſe [lib. 2 in fine] [2, 22, 5 et 6]. Sed quanquam etiam Aldus maior illa ipſa de re dubitauerit [Epiſt. ad Lector. ante Auctores Rei Ruſt.], neque ego audeam quidquam certi proponere; eo tamen facilius videor animum inclinare, vt ſuſpicer, ſcriptum principio fuiſſe hunc librum de Arboribus a Columella, vt eum locum obtineret, vnde ipſum non immerito amouit Iucundus: deinde vero cum rem totam ornatius, pleniuſque tractandam exiſtimaſſet, pro illo vno hunc quem modo appellamus tertium, et quartum praeterea, quintumque ſcripſiſſe. Quod quidem credibilius videbitur iis, qui libri ſecundi, nec non quarti et quinti, praeſertim vero vndecimi initio perlecto, plane intelligent, non ſimul vniuerſum hoc opus, ſed per ſingulos pene libros a Columella fuiſſe vulgatum, ſic vt lectorum iudiciis, et poſtulationibus, ſuoque inſuper indulgens propoſito totius Rei Ruſticae diſciplinae, quoad eius fieri poſſet, cumulatiſſime abſoluendae, ſaepe in

poſterioribus diſerte tueretur, nonnunquam etiam iteraret, illuſtraret, augeret, perficeret, quae in ſuperioribus praeceperat voluminibus. Verum ſiue liber is Columellae eſt fuſius reſcribere meditantis, ſiue alterius qui huius praeceptiones fere deſcribere, et ſtrictim ſaepe, nonnunquam aliquanto pluribus verbis tradere inſtituerit; ſane cum pleraque praecepta atque adeo verba in eo libro, atque in hoc praeſertim quinto, eadem eſſe, animaduertam; haud inutile fore, cenſeo, vt loci omnes qui ſibi in vtroque reſpondeant, inter ſe comparentur, deturque opera, vt quae forte alterutro in libro vitiata ſint, alterius ope reſtituantur. Ego aliquot exempla proferam; tu pro tua prudentia, quid ſit faciendum, conſtitues. §. 15. Col. 5, 10, 7 In libro hoc quinto cap. 10 ſic legimus: *Sed antequam arbuſculas transferas, nota quibus ventis antea fuerant conſtitutae, poſtea manus admoueto, vt de cliuo et ſicco in humidum agrum transferas.* Quo in loco ſi qui ſint qui exiſtiment, *cliuo*, et *ſicco* non ſatis *humidum* agrum reſpondere, quaerantque ideo quid deeſſe poſſit; inſpiciant hi comparem locum in lib. de Arboribus cap. 20 [ſ. 2] *Priusquam arbuſculas transferas, rubrica, vel alia qualibet re ſignato, vt iisdem ventis, quibus ante ſteterunt, conſtituas eas, curamque adhibeto, vt ab ſuperiore et ſicciore, et exiliore in planiorem, humidiorem, pinguiorem agrum transferas.* Sane etiam Palladius, qui plurimum, vt ſupra dictum eſt, ſequi Columellam ſolet, ita de re hac ſcripſit [lib. 3 tit. 19 ſ. 2]: *Plantas ſimiliter notabimus, vt ipſis, quibus ſteterant cardinibus opponamus. De cliuo, ſicco, et exili in planum, pinguem, et humidum transferemus:* quibus tamen in verbis an vox *agrum*, aut alia eiusmodi deſideretur, videndum eſt. §. 16. Col. 5, 10, 12 Sed multo magis videndum eſt, quae in eodem Columellae cap. 10 non multo poſt habentur: *Nucem Graecam ſerito circa Cal. Februar. quae prima gemmaſcit: agrum durum, calidum, ſiccum deſiderat;* non modo an aliter diſtinguenda ſint, verum etiam, idque maxime, an ex iis ſint emendanda, vel potius eſſe vſui debeant in iis emendandis, quae libro de Arborib. leguntur cap. 22 [ſ. 1] *Nucem Graecam ſerito Arcturi ſigno, vel circa Calend. Febr. quae pruinam neſcit. Agrum calidum, durum, et ſiccum deſiderat.* Nam alterutro in loco ob literarum ſimilitudinem videntur librarii aut ex *pruinam neſcit* effeciſſe, *prima gemmaſcit*, vel ex *prima gemmaſcit*, *pruinam neſcit.* §. 17. Col. 5, 10, 13 In his autem verbis quae paucis poſt verſibus vtroque in loco ſequuntur, in primo quidem ſic: *Omnis autem nux vnam radicem mittit, et ſimplici ſtylo prorepit. Cum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur, et ex ſummo duum ramorum ambas radices emittit;* in altero autem ad hunc modum: *Omnis nux vnam radicem mittit, et ſimplici ſtylo prorepit. Cum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia humi coërcita recuruatur, et extenſa in modum ramorum alias radices emittit.* vix dubitare poſſe videor, quin haec: *extenſa in modum ramorum alias*, ita a librariis priore in loco vitiata ſint, vt nata videlicet ſint iſta: *ex ſummo duum ramorum ambas.* §. 18. Col. 5, 10, 15 Eodemque in loco cum paulo infra de malis punicis ſic legam: *nos exiguum admodum laſeris vino diluimus, et ita cacumina arboris ſumma obleuimus. Ea res emendabit acorem malorum*, eo facilius crediderim, legendum eſſe *emendauit*, quod in libro de Arboribus cap. 23, ſ. 1 eadem omnino verba comperio, niſi quod pro *emendabit* reuera ſcriptum eſt *emendauit;* et pro *laſeris*, *laſer Cyrenaicum.* §. 19. Col. 5, 10, 17 In iis tamen, quae mox ſubiiciuntur de piro, primo quidem in loco ſic: *iuxta ipſam radicem truncum ſindito, et ſiſſuram cuneo tedae pineae adigito, et ibi relinquito;* in libro autem de Arborib. cap.

cap. 24 paulo aliter: *iuxta ipſam radicem truncum findito, et in fiſſuram cuneum pineum tedae adiicito, et ibi relinquito;* vide an aliquid ex vtroque loco ſumendo, vtrumque praeſtet ita reſcribere: *et in fiſſuram cuneum tedae pineae adigito.* §. 20. Col. 5, 10, 19 Nam quod priore in loco paulo poſt ſequitur: *mala, ſorba, pruna poſt mediam meſſem, vſque in Idus Febr. ſerito*, emendandum omnino eſſe ex libro de Arborib. cap. 25, 1 *Mala aeſtiua, cydonea, ſorba, pruna, poſt mediam hyemem vſque in Idus Febr. ſerito*, eo credibilius eſt, quod Palladius [Ian. 15, 1 Febr. 25, 13 Sept. 14, 1 Nou. 7, 13] etſi pro alia locorum temperie alios etiam menſes memorat, quibus ſorba, mala, pruna ſerantur; id tamen tempus, quo meſſis habetur, aut ipſi proximum memorat nunquam. Quod ſi haud inutilem fuiſſe exiſtimas inter ſuperiores locos vtriusque libri comparationem inſtitutam; multo vtiliorem fortaſſe exiſtimabis, quam inter duos, qui proxime conſequuntur, inſtituemus. §. 21. Col. 5, 11, 5 In eiusdem enim libri 5 capite 11 ſcriptum eſt ad hunc modum: *Ea autem fine, qua adraſeris, ſurculos ſic inſerito, vt ſemipede, nec amplius de arbore extent, ſupra deinde muſcum imponito, et ita ligato, ne pluuia dilabatur.* Locus autem, qui in lib. de Arborib. cap. 26, ſ. 4 huic ipſi, vt ſuperiora etiam, ac conſequentia manifeſto commonſtrant, loco reſpondet, ſic habet: *Ea autem fine, qua adraſeris, ſurculos demittito ita, vt ſex digitis de arbore extent. In vna autem arbore duos aut tres ramulos figito, dum ne minus quaternum digitorum inter eos ſit ſpatium. Pro arboris magnitudine, et corticis bonitate haec facito. Cum omnes ſurculos, quos arbor patietur, demiſeris, libro vlmi, vel vimine arborem aſtringito: poſtea paleato luto bene ſubacto oblinito totam plagam, et ſpatium, quod eſt inter ſurculos vſque eo, vt duobus digitis inſita extent: ſupra lutum muſcum imponito, et ita obligato, ne pluuia dilabatur.* Vides vt plura in hoc altero quam in priore loco tradantur: quae ne conſulto ab Auctore omiſſa, ſed potius ab oſcitantibus librariis negligenter praeterita eſſe, putemus, cum res ipſae per ſe docent, tum vero id commonet, quo nihil facilius eſt factu, vt videlicet ab illo primo *extent* ad hoc ſecundum *extent* temere, vt fit, in deſcribendo delapſi, plures interiectos verſus iisdem, aut fere iisdem verbis eadem praecepta continentes, tranſilire, primo illo in loco potuerint. Sane in idem ferme erroris genus eosdem incidiſſe in libri etiam XI capite 2 deſcribendo, ex vetuſtis codicibus intellexit Robertus Stephanus * [in fine Oper. Columell.] ſed ne longius a propoſito loco deflectamus; Palladius quoque, Columellam, vt ſaepe diximus, plurimum ſequens, cum de hoc eodem inſitionis genere praeciperet, haec minime praetermiſit: [lib. 3. tit. 17 ſect. 2 ſq.] — *ſtatim ſurculum mergimus vna parte deciſum ſalua medulla, et cortice partis alterius, qui ſupra arborem ſex vel octo digitis emineat. Duos vel tres vel plures ſurculos pro trunci qualitate conſtituimus: quaternis digitis* [an *quaternos digitos?*] *vel amplius inter eos ſpatium relinquimus: tunc iunco, aut vlmo: aut vimine ſtringimus, et ſupra lutum muſco tectum ponemus, ac ligabimus etc.* Illud vnum diſſimulare non poſſum, dubitaſſe me, an integrum ſit verbum illud vltimum *dilabatur.* Cum enim veniebat in mentem, Columellam lib. IV cap. 29 ſ. 8 de vitis inſitione ſcripſiſſe: *fiſſura diligenter ſubacto luto linitur, atque ſuperpoſito muſco ligatur, quod et calores et pluuias arceat*, non *dilabatur*, ſed *illabatur* ſcribendum eſſe, ſuſpicabar, praeſertim cum etiam Cato poſt peractas inſitiones ſic praecipiat: [cap. 41 ſ. 4] *in-*

 *ſuper*

* Intelligit V. C. Victorii notam, cuius rationem habemus ad Col. 11, 2, 84. ſimilis error fuerat admiſſus 11, 2, 88.

*ſuper lingua bubula obtegito, ſi pluat, ne aqua in librum permanet.* Cum autem de eadem re in lib. de Arborib. cap. 8 ſ. 2 haec legerem: *quidquid inſerueris viti, diligenter libro ligato, atque luto ſubacto paleato illinito, operitoque plagam, et ita alligato, ne aqua, ventusue penetrare poſſit: deinde ſupra lutum muſcum imponito et ita religato: ea res praebet humorem nec inareſcere ſinit;* tum vero qua ratione ſeruari quadantenus poſſet vulgata ſcriptura, intelligebam. Sed de hoc tu, Vir Cl. conſtitues, vt de his quoque duobus locis, quos cum inter ſe vtroque in libro comparauerimus, protinus ad VI librum tranſibimus. Haec igitur in V. §. 22. Col. 5, 11, 7 Paulo poſt conſequuntur: *medium truncum acuto ſcalpello permodice findito, ita vt fiſſura digitorum trium ſit in ea: deinde cuneum, quo diducatur, inſerito.* At quanto melius in libro de Arborib. cap. 26 ſ. 6: *medium truncum acuto ſcalpro modice findito, ita vt fiſſura trium digitorum ſit. In eam deinde cuneum, quoad patietur, inſerito.* Pariter primi, atque alterius generis inſitionis deſcriptione abſoluta, cum de tertio nondum fieri coepta ſint verba, illic quidem ita ſcriptum eſt: *Hoc tertium genus inſitionis, cum ſit ſubtiliſſimum, non omni generi arborum idoneum eſt;* hic vero omiſſa, vt decebat, prima illa vocula: [ibid.] *Tertium genus inſitionis, cum ſit ſubtiliſſimum* etc.

§. 23. Col. 6, 2, 8 Libro VI cap. 2. *curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quenquam contingat: nam niſi haec caueantur, nunquam eiuſmodi vitia, quamuis ſubacta, eximi poterunt.* Suſpicor legendum eſſe, *quamuis ſubacto*, hoc eſt domito; hic enim, vt eſt perſpicuum, docet quomodo iuuencos, qui de grege feri comprehenduntur, *ſubigi* conueniat [ſ. 1.] §. 24. Col. 6, 5, 3 Videndum autem cenſeo, an vnum, et fortaſſe etiam alterum verbum inducendum, aut quid aliud faciendum ſit in eo loco capitis 5. *Tum paribus caſiae, myrrhaeque, et thuris ponderibus, ac tantundem ſanguinis marinae teſtudinis miſcetur potio, cum vini veteris ſextariis tribus, et ita per nares infunditur.* Atque vtinam Vegetius, qui plura, vt noſti, ex Columella deſcripſit, non haec diuiſiſſet [Artis Veterin. l. 3 c. 2] facile ex illo coniiceremus, quid in his verbis agendum eſſet, vt certe coniicio quid agendum ſit in iis quae proxime conſequuntur: *Sed ipſum medicamentum ponderis ſex vnciae diuiſum, portione aequa per triduum cum vino dediſſe ſat erit.* Cum enim Vegetius de ſanguine marinae teſtudinis cum *vino per os dando ſcripſiſſet, haec ſubiecit* [ibid.] *Puluerem et caſſiae fiſtulae, nec non etiam thuris pro aequa parte admiſces, ex eo vnam ſemis vnciam cum ſextario vini veteris in die per nares bouis infundis. Quod medicamentum per triduum facies;* vnde procliue eſt colligere, ita ſcriptum eſſe a Columella vel numerorum notis indicatum: *pond. ſeſcunciae.* §. 25. Col. 6, 6, 4 Capite autem inſequenti voculam deeſſe ſuſpicor eo in loco: *Vbi nec medicina proceſſit.* Nam cum paulo etiam ſupra medicina alia propoſita ſit, deinde, nonnullis de chirurgico auxilio interiectis, haec altera medicina, et poſt hanc porro tertia imperetur, videtur fuiſſe ſcriptum fortaſſis: *Vbi nec haec medicina proceſſit.* Neque enim iſtarum minus profecto gratum duarum vocularum concurſum declinare voluiſſe credendus eſt, qui modo ſcripſerat: *Si nec haec profuit res*, atque alibi etiam [l. 12 c. 1 ſ. 2]: *ſed nec haec tantum* etc. [lib. 12 c. 52 ſ. 1] *ſi nec haec fuerit* etc. Illud accedit, verba quae apud Vegetium illis Columellae reſpondent, haec eſſe [ib. c. 3] *ſi iſta non valent:* Vides, vt poſt illos ſuperiores hunc etiam aditum aperire coner ad Columellam emendandum. Neque enim inficior, verum eſſe quod Reineſius ad Daumium ſcripſit [ep. 121]: *Vegetium Columellae exſcriptorem eſſe, et ad eum eſſe exigendum;* imo cum haec ponam, illud adiicio,

adiicio, eſſe tamen, vbi viciſſim Columella ad Vegetium exigi poſſit, quod fortaſſe in aliis capitibus luculentius oſtendam. §. 26. Col. 6, 6, 5. Nam quae in hoc ipſo 6 capite legimus: *Sunt et ante detractionem ſanguinis illa remedia, tribus heminis vini tres vnciae pinſiti allii permiſcentur, et poſt eam potionem* [bos] *currere cogitur. Vel ſalis ſextans cum cepis decem conteritur, et admiſto melle decocto* etc. apud Vegetium quidem ita propoſita inueniuntur [loc. cit.]: *Ante detractionem tamen ſanguinis adhibentur iſta remedia: tribus heminis vini, quatuor vnciae contriti olei permiſcentur, poſtque potionem cogetur currere: duae quoque vnciae ſalis cum decem vnciis ceparum atteruntur: mel quoque decoctum admiſcetur* etc. Ego vero ita hic Vegetium ad Columellam exigendum eſſe, non dubito, vt pro *contriti olei*, *contriti allii* reponatur; imo etſi aliquos exiſtere poſſe video, qui viciſſim quaerant, an apud Columellam non *cum cepis decem* ſed *cum ceparum dextante* legendum ſit, librariis videlicet in numerorum notis intelligendis facile deceptis; ego tamen re ipſa, et verbis quae apud Vegetium conſequuntur, perpenſis, hunc potius ex Columella emendandum in hac quoque parte, exiſtimauerim, vt plerisque praeterea in locis, quos collatis vtriusque tum his, tum inſequentibus paginis, nullo negotio proferre poſſem, niſi emendatos iam putarem ab his, qui Vegetium poſt A. 1528. (eius enim anni tantummodo exemplar habeo) typographis tradidere. Itaque nunc tantum de Columella emaculando videamus. Quem ſi in iis tot locis, quos ſupra ex lib. V et VI produxi, quamuis in meis omnibus editionibus ad eundem modum ſcriptis mendis tamen inquinatum eſſe, credidi; quanto magis eſſe credam in extremo capite 8. [quod me fateor non intelligere] *Sed haec his ſolum faſtidium eſt;* cum Iuntina editio non *eſt* hic habeat, ſed *tollunt?* §. 27. Col. 6, 10, 2. Minusque pariter dubitabo, quin capite 10, vbi legimus: *Porri etiam ſuccum oleo, vel ipſa fibra cum ordeacea farina contrita remedio eſt;* reſcribendum ſit: *ſuccus cum oleo*, quando Rob. Stephanus ita ſcripſit: *ſuccus oleo*, praeſertim cum Vegetius quoque haec ita verba deſcripſerit [ibid. c. 4] *Porri etiam ſuccus expreſſus cum oleo et ipſi febri cum hordeacea farina remedium praeſtant:* quo etiam ex loco erunt fortaſſe, qui cogitent, an alia in Columella emendanda ſint; ſed his ego non ita facile adſtipulabor. §. 28. Col. 6, 17, 1 Contra autem menda quae initio capitis 17 in meis omnibus libris inſedere, experiar an poſſim tollere Vegetio adiutore. Id caput ſic incipit: *Eſt etiam mortifer iis* [bobus] *ſerpentis ictus, eſt et magnorum animalium noxium virus: nam et vipera, et caecilia ſaepe cum in paſcua bos improuide ſupercubuit, laceſſita onere morſum imprimit. Muſque araneus, quem Graeci σκυτάλην appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam partem molitur.* Haec ita Vegetius [ibid.] *Serpentis quoque ictus mortiferus eſt bobus, ſed et minorum animalium noxium virus. Nam vipera et celicia cum in paſcuis bos improuide ſupercumbit, ſtimulo morſus imprimunt. Araneus quoque, quem Graeci migaltem appellant, parui quidem corporis non paruam ſolet inferre perniciem.* Hic ſi Vegetium ad Columellam rite exigere velimus; vnum emendabimus verbum et pro *celicia* ſcribemus *caecilia.* At ſi Columellam ad Vegetium; duo facile corrigemus. Nam pro *magnorum* reponemus *minorum;* neque enim magnum vllum hoc in capite virulentum animal memoratur: et pro σκυτάλην, quod quidem apud Graecos, non muris aranei, ſed ſerpentis nomen eſſe, ſcio, μυγάλην, quod apud ipſos, vt praeclare noſti, muris aranei nomen eſt, vetuſtis inſuper libris, vt Rob. Stephanus * obſeruauit [in fine



* Victorii eſſe putamus et rationem illius habuimus.

Oper. Columellae] auctoribus, reſcribemus. Praeter quae an *in paſcua* ſic itidem mutare oporteat, *in paſcuis*, videndum eſt. §. 29. Col. 6, 17, 3 Sed et paulo infra iuuat vtriusque Auctoris verba comparare. Columella: *Huius herbae ſuccus vino miſtus infunditur faucibus, atque ipſa folio cum ſale trita malagmatis more, ſcarificationi intenditur: vel ſi hanc herbam viridem tempus anni negat, ſemina eius collecta, et laeuigata cum vino dantur potanda.* Vegetius [loc. cit.]: *Huius herbae ſuccus cum vino faucibus infundatur, atque ipſa folia cum ſale trita imponantur in plagam. Quod ſi viridem minime reperiunt, ſemina eius collecta et trita dantur ad potandum cum vino.* An *folio – intenditur* (Gymnicus ſcripſit *foliis*, caeteri, in quibus Gryphius etiam ipſe in priore editione, *folia – intenditur*) omnino mutandum ſit in *folia intenduntur*, quaeri poteſt; certe *viuo*, quod Aldi, Gymnici, Stephani, et Gryphii poſtremum quidem exemplar proponit, in *vino* mutandum eſt. §. 30. Col. 6, 17, 5 Mox etiam haec Columella: *Vel ſi id non adeſt, humorque oſtendit iniuriam dentium* [muris aranei] *cuminum conteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidae, et axungiae, vt lentorem malagmatis habeat. Id impoſitum perniciem commouet. Vel ſi antequam tumor diſcutiatur, in ſuppurationem conuertitur, optimum eſt ignea lamina conuerſionem reſecare, et quidquid vitioſi eſt, inurere* etc. Sic autem Vegetius [ibid.] *Quod ſi non fuerit contritum ciminum cum picula et axungia, vt ſimilitudinem malagmae habeat, impoſitum plagae perniciem ſubmouet. Quod ſi antequam tumor diſcutiatur, ſuppuratio fuerit generata, optimum eſt ignea lamina vel cauterio collectionem aperire, quidquid vitioſum eſt, inurere* etc. Hic quaero abs te, Vir Doctiſſime, non illud, an Columellae ſcriptura vtcumque defendi poſſit? ſed illud tantum, malisne credere, ſcriptum eſſe a Columella, *perniciem commouet*, quam *perniciem ſubmouet: conuerſionem reſecare*, quam *collectionem* (haec enim vox tumorem etiam, vt noſti, ac vomicam Latinis ſcriptoribus ſignificat) *reſecare?* Sane Gymnicus, credo, quod ibi vocem iſtam *conuerſionem* haud probaret; quod reſecandum eſſet, intelligi maluit, quam ponere, ſcripſitque ideo, *lamina reſecare.* Eſt etiam aliquid, quod etſi a Vegetio non indicatur, minus tamen rectum eſſe, ſuſpicor in primis ipſis Columellae noſtri verbis: *Vel ſi id non adeſt, humorque oſtendit iniuriam dentium;* videtur enim legendum, *tumorque oſtendit*, tum quia id conſequitur: *antequam tumor diſcutiatur*, tum quia haec antecedunt: *Caeciliae morſus tumorem, ſuppurationemque molitur. Idem facit etiam muris aranei.* §. 31. Col. 6, 24, 2. Leuius eſt quod in capite 24 notauimus; ſed et ſententiam magis corrumpit, et mirandum magis eſt, ne id quidem ab vllo eorum qui editiones has noſtras procurarunt, eſſe animaduerſum, videlicet haec verba: *quod ſi aut foemina recuſat, aut non appetit taurus eadem ratione, qua faſtidientibus equis mox praecipiemus. Elicitur cupiditas* etc. ad hunc modum eſſe diſtinguenda: – *praecipiemus, elicitur cupiditas* etc. §. 32. Col. 6, 26, 2 et 3 Cum autem ſaepius legerim capitis 26 illam partem: *apprehendere teſtium neruos, quos Graeci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent, quibus comprehenſis ſtatim teſtes ferro reſecare, et expreſſos ita reſcindere, vt extrema pars eorum adhaerens praedictis neruis relinquatur. Nam hoc modo nec eruptione ſanguinis periclitatur iuuencus, nec in totum effoeminatur ademta omni virilitate, formaque ſeruata maris generandi vim depoſuit, quam tamen ipſam non protinus amittit. Nam ſi patiaris eum a recenti curatione foeminam inire, conſtat ex eo poſſe generari. Sed minime id permittendum, ne profluuio ſanguinis intereat: verum vulnera eius ſarmentitio cinere cum argenti ſpuma linenda ſunt, abſtinendusque eo*

*die*

*dic ab humore* etc.; cum ergo ſaepius haec legerim, dubitare coepi, non *a recenti curatione*, ſed *a recenti caſtratione* eſſe legendum, cum ob alia quae vel nota ſunt, vel ex verbis conſequentibus apparent, tum quia Palladius, qui, vt alibi etiam diximus, fere ſolet Columellam exſcribere, illa eadem priora proponens, haec ſubdit [l. *6*. tit. 7. ſ. 2] *nec admittendum eſt, quod plerique faciunt, vt ſtatim caſtratos coire compellant, nam certum eſt ab eis generari, ſed ipſos fluxu ſanguinis interire. Vulnera vero caſtraturae cinere ſarmentorum, et ſpuma linentur argenti – Caſtratus abſtineatur a potu* etc. Sed et M. Varro [de Re Ruſt. l. 2 c. 5 ſ. 14] *exemtis*, inquit, *teſticulis, ſi ſtatim admiſeris, concipere.* Quod ſi forte quaeras, cur ſaepius illa, vt dixi, relegerim; memoria repete, quantum me Anatomes, et Chirurgiae delectet hiſtoria, cuius videlicet gratia non haec modo, quae qualiacunque ſunt, inſtituto tamen ſubſeruiunt meo, verum alia quoque magna cum voluptate apud Columellam me legiſſe confiteor, velut haec proximo libro VII cap. *9* [ſ. 5] *Foeminis quoque* (Scrofis) *vuluae ferro exulcerantur, et cicatricibus clauduntur, ne ſint genitales;* capite autem 11 [ſ. 2] alteram illam ſpecioſiorem, ſed magis periculoſam caſtrationis ſuum rationem: *cum virilem partem vnam ferro reſectam detraxeris, per impreſſum vulnus ſcalpellum inſerito, et mediam quaſi cutem, quae interuenit duobus membris genitalibus reſcindito: atque vncis digitis alterum quoque teſticulum educito*, ſic *fiet vna cicatrix* etc. Vides, vt iam tum noſceret membranam inter vtrumque teſtem in modum ſiue communis ſepti, vt Recentiorum Anatomicorum quidam contendunt, ſiue peculiaris ſacculi, vt alii docent, traiectam. Sed neque ignorabat peculiarem illam quam Chymici inculcant ad praeparanda medicamenta fimi vim atque vtilitatem: nam libro eodem capite 5 haec ſcripſit [ſ. 8] *oblitum vas in ſterquilinio defoditur, ac toto anno fimi vapore concoctum, mox promitur: tepefactumque medicamentum linitur* etc. Neque tandem cum in hoc ipſo libro VI cap. 1*6* ſcripſiſſet [ſ. 2] *ſolere neglecta vlcera ſcatere vermibus*, illud praecipere omiſit, quaenam circum vlcera adhibenda ſint medicamenta, *ne infeſtentur a muſcis, quae vbi*, inquit, *vlceribus inſederunt, vermes creant.* Sed nunc quidem, hiſce praeteritis, ſuſpectos locos memorare pergamus. §. 33. Col. *6*, 27, 10 Capite 27 *ignobilis quoque vulgaris elicit cupiditatem* etc. Videtur *et* deeſſe, aut alia eiusmodi vocula, quae videlicet duo illa adiectiua colliget, vt cap. 37 [ſ. 9] *degener, et vulgaris aſellus* itemque initio Libri VII *vilis hic vulgarisque aſellus.* §. 34. Col. *6*, 30, *6* Capite 30 *et ne plus iuſto exinaniatur, ſtercus ipſius iumenti fluentibus venis ad motum faſciis obligetur.* Etiamſi Vegetius [l. 2 c. 45] hunc ipſum locum non ſic deſcripſiſſet: *quod ſi plus profluat* [ſanguis] *quam neceſſe ſit, ſtercus ipſius iumenti fluentibus imponitur venis et faſciis alligatur;* tamen mirum fuiſſet, neminem eorum qui mea Columellae exemplaria edidere; ſi Rob. Stephanum excipias; animaduertiſſe, ſcribendum eſſe *admotum.* Sed tamen magis mirum eſt quod protinus notabitur.

§. 35. Col. 7, 1, 2 Libro enim VII cap. 1 in his verbis: *Huius animalis tam exiguae tutelae plurima et neceſſaria opera ſupra portionem reſpondent, tum et facilem terram qualis in Baetica totaque Lybie ſit, leuibus aratris proſcindat, et non nimio pondere vehicula trahat. Saepe etiam* etc. ne Stephanus quidem animaduertit, non *tum et facilem;* ſed *cum et facilem* eſſe legendum. §. 3*6*. Col. 7, 3, 3 Neque item cap. 3 in iis, quae de maxime probato ariete conſcribuntur: *intortis cornibus, non quia magis*

*gis hic ſit vtilis* [*nam eſt melior mutilus aries*] *ſed quia minime nocent. Intorta potius, quam ſurrecta et patula cornua, quibusdam tamen regionibus* etc. niſi quid aliud inſit vitii, hanc diſtinctionem conuenire: – *quia minime nocent intorta potius, quam ſurrecta, et patula cornua.* §. 37. Col. 7, 3, 4 Paulo autem infra, vbi ſcriptum eſt: – *mutilum probabimus marem, quoniam eſt illud incommodum in cornuto, quod cum ſentiat ſe velut quodam naturae loco capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit;* mendum certe ineſt: quod qua ratione tollendum eſſet, difficile foret diuinare, niſi Cl. Drakenborchius [ad Silii Italici Punic. lib. 7 verſ. 566] nuper monuiſſet, in veteri codice ita ſcriptum eſſe: *quodam naturali telo capitis armatum* etc. §. 38. Col. 7, 3, 15 Porro in eodem 3 capite deeſſe aliquid crediderim, vbi agitur de gregis numero ſupplendo. Quod vt melius poſſit intelligi, totus deſcribendus eſt locus: *nec committi debet, vt totus grex effoetus ſenectute dominum deſtituat: cum praeſertim boni paſtoris vel prima cura ſit, annis omnibus in demortuarum vitioſarumque ouium locum totidem, vel etiam plura capita ſubſtituere, quoniam ſaepe frigoris atque hiemis ſaeuitia paſtorem decipit, et eas oues interimit, quas ille tempore autumni, ratus adhuc eſſe tolerabiles, non ſubmouerat: quo magis etiam propter hos caſus, niſi validiſſima, quae non comprehendatur hieme, nouaque progenie repletur numerus, quod qui faciet* etc. Scilicet deeſſe videtur particula *non* legendumque *non niſi validiſſima.* §. 38. Col. 7, 6, 7 Fidentius vero in his capitis 6 verbis: *Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Peſſima eſt foetura, cum matres bimae ternos hoedos efficiunt;* hic, inquam, fidentius non *bimae*, ſed *binae* ſcribendum eſſe, aſſeruerim, quod etſi quinque reliquae editiones repugnent, at illam ſaltem mecum facere invenio, quae ab Ioanne Gymnico eſt procurata. §. 39. Col. 7, 6, 9 Illud tamen, quod in hac et ceteris paulo infra neglectum eſt, leue ſit licet, omittendum non putauerim, videlicet vt in iis, quae de magiſtro caprini pecoris praecipiuntur: *per rupes, per ſolitudines, per vepres facile vadat, et non vt alterius generis paſtores ſequatur, ſed plerumque vt antecedat gregem;* nota aliqua diſtinctionis collocetur inter *paſtores* et *ſequatur.* §. 40. Col. 7, 8, 7 et 7, 12, 12 Sed in extremo capite 8. *Eſt etiam* [caſeus] *non ingrati ſaporis muria perduratus, atque ita maligni ligni, vel culmi fumo coloratus;* cum Iuntinum exemplar, non *maligni* habeat, ſed *malini*, quaero ex te, vtrum hanc omnino cenſeas accipiendam eſſe Scripturam. In hoc autem loco ex cap. 12 *ſemper et lac, et ſpiritus maternus longe magis ingenii, atque incrementa corporis auget;* putas ne omnia recta eſſe, et ne vllum quidem verbum in non ſuam ſedem eſſe tranſpoſitum?

§. 41. Col. 8, 2, 10 VIII Libri capite 2 *Vaſta foemina et frequenter horrentibus plumis hirta: robuſta crura, nec longa* etc. Permirum eſt, in nullo meorum exemplarium ſcriptum eſſe *femina; foemina* enim modo deſcripta, nunc qualem gallinaceum marem probet Auctor oſtendit, Varronem ſecutus, cuius haec ſunt [de Re Ruſt. l. 3 c. 9 ſ. 5]: *feminibus piloſis, cruribus breuibus.* Res ita perſpicua eſt, vt quocunque modo ſcripta vox illa neminem morari poſſe videatur. Sed tamen Philippus Beroaldus ob eiusmodi ſcripturae incuriam in Apuleii, Scriptoris alioqui nocturna, diurnaque manu ab ipſo verſati, loco quodam proponendo incredibilem in modum deceptus eſt in ſuis Columellae enarrationibus [ad vocem *Glaber.*] *Glabella,* inquit, *foemina decenter dicitur Apuleio, cuius corpus eſt laeuigatum, politum, nulloque pilo hiſpidum;* cum Apuleium [Metamorph. l. 2] quidem non *glabella foemina,* vt in Iuntino

Iuntino [A. 1522 Florentiae] etiam exemplari eſt, ſed *glabella femina* ſcripſiſſe, ex proximis verbis intelligatur, vt non Photidem, ſed eius femina, vel id potius, qui foemina erat, glabellum dixerit; quamobrem Elmenhorſtius [Emendation. ad l. 2. Metamorph. Apul. pag. 122 v. 11] non coniecturam modo Lipſii, ſed et Florentini codicis auctoritatem ſequi ſe poſſe, exiſtimauit, et *glabellum* ibi *feminal* ſcribere. §. 42. Col. 8, 4, 1 et 8, 5, 5 ſq. Capite 4 *excreta tritici minute commode dantur;* An Iuntinam ſequi editionem praeſtat, et reponere *minuta?* Capite 5 *gallinae incubare cupiunt, ab Idibus Ianuariis, quod facere non omnibus permittendum eſt, quoniam quidem nouellae magis edendis, quam excubandis ouis vtiliores ſunt:* et mox iterum: *Aliae melius excubant, aliae editos pullos commodius educant. At e contrario quaedam et ſua et aliena oua comminuunt.* An *incubandis* et *incubant* reſcribendum eſt? §. 43. Col. 8, 17, 4 Capite 17 quo loco agitur de marina aqua tum in piſcinam inducenda, tum ſubmouenda: *Nec dubium, quin quanto magis imo mari venit vnda, tanto ſit frigidior, quod eſt aptiſſimum nantibus. Sin autem locus vbi viuarium conſtituere cenſemus, pari libra cum aequore maris eſt, in pedes nouem defodiatur piſcina, et infra duos a ſumma parte cuniculus riui perducatur, curandumque eſt, vt quam largiſſime veniant, quoniam modus ille aquae iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quam ſi maior recentis freti vis inceſſerit,* legemusne: *vt quam largiſſime veniat?*

§. 44. Col. 9, 3, 2 Libro IX cap. 3 Columella memorat *nonnullas* (apes) *minimas, graciles que, et acuti aluei ex aureolo, varias* etc. Videtur antiquo more ſcribendum, *acuti alui, ex aureolo varias* etc. et tamen noſtri omnes, praeter Stephanum, ita diſtinguunt, vt primo propoſuimus; *aluei* vel ipſe Stephanus ſcribit. §. 45. Col. 9, 4, 4 Cap. 4 *At in hortenſi lira conſita nitent candida lilia, nec his ſordidiora leucoia, tum punicae roſae, luteolaeque, et Sarranae violae, nec minus coeleſtis numinis hyacinthus;* quid ſi legamus, *coeleſtis luminis?* videtur enim hic Columella florum tantummodo colores ſpectare, idemque in libro inſequenti ſcribit [10, 97]: *Candida leucoia, et flauentia lumina calthae,* et mox [v. 100]: *Nec non vel niueos, vel caeruleos hyacinthos.* §. 46. Col. 9, 7, 2 Cap. 7 *Singula* (aluearia) *binis parietibus anguſtis contineantur, liberaeque frontes vtrinque ſint. Nam et qua procedunt, nonnunquam patefaciendae ſunt, et multo magis a tergo, quia ſubinde curantur examina.* Suſpicor legendum eſſe, *qua ſubinde;* nam cap. 15 [ſ. 5] docet, quid faciendum ſit fauos demeſſuro, *vbi a poſteriore parte nullum veſtibulum patefactum habuerit aluea-re.*, tum haec addit [ſ. 11]: *Caſtratae deinde alui, ſi quae transuerſos fauos in aditu habebunt, conuertendae erunt, vt alterna vice poſteriores partes veſtibula fiant: Sic enim proxime cum caſtrabuntur, veteres potius faui, quam noui eximentur, ceraeque nouabuntur, quae tanto deteriores ſunt, quanto vetuſtiores. Quodſi forte aluearia circumſtructa, et immobilia fuerint, curae erit nobis, vt modo a poſteriore, modo a priore parte caſtrentur.* §. 47. Col. 9, 8, 8 Capite 8 *Primum quam longe ſint* [apes] *explorandum eſt, praeparandumque in hanc rem liquida rubrica, qua cum feſtucis illitis contigeris apum terga fontem libantium* etc. Hic operae pretium facturos nos arbitror, ſi Palladium hunc ipſum locum deſcribentem [L. 5. tit. 8 ſ. 2] inſpexerimus. *Ac primo,* inquit, *quam longe ſint, exploremus, aut proxime rubricam liquidam breui vaſculo infuſam geramus, et obſeruemus fontes, aut aquas vicinas: tunc dorſa apum libentium tangamus illo liquore tincta feſtucula* etc. Fortaſſe haec Palladii verba ad hunc modum

ſunt emendanda: *Ac primo vt quam longe ſint, exploremus, aut proxime; rubricam* etc. Fortaſſe omiſſa etiam particula *vt*, ſatis eſt aut ita, vt diſtinximus, legere, aut ſic – *proxime. Rubricam.* Verum vtcumque hoc eſt, illud ex iisdem verbis ſuſpicari procliue eſt, deeſſe in Columella vnam, aut alteram vocem, legendumque in hunc fere modum: *praeparandumque in hanc rem vaſculum liquida rubrica*, aut *cum liquida rubrica.* §. 48. Col. 9, 9, 3 Capite autem 9 in his quidem verbis: *quod ne fiat* (hoc eſt ne apes peregrinam regionem petant) *boni curatoris eſt, vernis temporibus obſeruare alueos in octauam fere diei horam, poſtquam non temere ſe noua proripiunt agmina;* etſi ſatis per ſe apparet, reſcribendum eſſe *poſt quam*, id eſt horam, iuuabit tamen et Palladii [Iun. 7, 5] reſpondentem huic locum tranſcribere: *Obſeruabit autem cuſtos aſſiduus vsque in octauam, vel nonam horam, quia poſt haec tempora non facile fugere conſueuerunt.* §. 49. Col. 9, 9, 7 Paulo autem infra videas velim, deceatne vulgatam in Columella ſeruare ſcripturam: *Itaque ſi conſtat principibus gratia, manet pax incruenta. Sin autem ſaepius aciem dimicanteis notaueris, duces ſeditionum interficere curabis;* an contra oporteat, *acie dimicanteis*, vel *acies dimicanteis* reſcribere. §. 50. Col. 9, 12, 2 Capite 12 *Crepitaculis aereis – terreatur fugiens iuuentus. Eaque quae vel pauida cum repetierit aluum maternam, et in eius aditu glomerata pependerit, vel ſtatiuo ſe ad proximam frondem contulerit, protinus cuſtos nouum loculamentum in hoc praeparatum perliniat intrinſecus praedictis herbis: deinde guttis mellis reſperſum admoueat.* Crediſne legendum, *eique*, an potius, *eaque pauida cum vel repetierit* etc. §. 51. Col. 9, 13, 9 et 14 Capite 13 *Prodeſſe etiam putat apibus vetuſtate corruptis examen nouum contribuere, quamuis periculum ſit, ne ſeditione conſumentur.* Legendum videtur *conſumantur.* Ad extremum vero eiusdem capitis, vbi apibus ob maximam florum copiam, magis mellificio, quam reparandae ſoboli operam dantibus, *vtiliſſimum eſſe* dicitur *tertio quoque die alueorum exitus praecludi, exiguis foraminibus relictis, per quae non poſſunt apes exire, vt ab opere mellifico euocatae, quoniam ſe non ſperent poſſe ceras omnes liquoribus ſtipare, foetibus expleant*, aut eſt ſcribendum *auocatae* aut etiam in iis Tullii exemplaribus [Tuſculan. 1] in quibus legimus: *a negotio omni euocamus animum*, minime neceſſe eſt reponere *auocamus*, vel *ſeuocamus.* §. 52. Col. 9, 14, 6 Denique cap. 14 poſtquam rationem attigit Columella reparandi apes iuuenco peremto, *Quam rationem*, inquit, *diligentius perſequi ſuperuacuum puto, conſentiens Celſo, qui prudentiſſime ait, non tanto interitu pecus iſtud admitti, vt ſic requirendum ſit.* Hic vero ego in eadem opinione eſſe me, fateor, quam et alibi [Epiſt. in Corn. Celſ.] indicaui, nimirum non *admitti*, ſed *amitti* eſſe legendum.

§. 53. Col. 10, 21 ſq. Libro autem X, non minus quam in iis locis, de quibus hactenus dictum eſt, meas omnes editiones peccare video in his verſibus: *Nec manibus mitis ferulas, nec cruribus aeque Terga rubi, ſpiniſque ferat paliuron acutis;* niſi quod Iuntina habet *aequa:* quod vt probandum videtur, ſic *miteis*, vel *mites* pro *mitis* reponendum. In his quoque *Tu quae pallet humi, quae frondes purpurat auro Ponatur viola;* vix editio eadem: *Tum;* Stephani vero *Tunc* exhibet. §. 54. Col. 10, 121 Sed omnes iterum ſunt mendoſae in hoc verſu: *Rutaque Palladiae baccae victura ſaporem:* quem propterea ita interpretatus eſt Iunius Pompo. Fortunatus [comment. in hunc librum X Columellae] vt Palladiae baccae nomine *oleum* ſignificari, doceret, atque ita rem, ſi Diis placet, declarari

poſſe,

poſſe crederet: *Rutae manipulus ſi liquamen, vel oleum deſierit,* * *admixtus dapibus, et liquaminis, et olei vicem praeſtat, ac eſcam ſapidiorem facit.* Vetus autem Codex a Cl. Drakenborchio [ad Silii Italici Punicor. l. 7 verſ. 354] memoratus, non *victura* in eo verſu habet, ſed *iutura*, quem videlicet ad modum Palladium [l. 4 tit. 10 ſ. 36] quoque ſcripſiſſe video, *humoribus iuti;* vt ſententia ſit, Rutam ad iuuandum, id eſt meliorem efficiendum oliuarum ſaporem vtilem eſſe. Quam ego ſcripturam eo magis probandam exiſtimo, quo magis ſententiam hanc confirmare poſſum, non modo eiusdem Palladii, aut Catonis, ſed ipſius etiam Columellae auctoritate. Mitto igitur Palladium [l. 12 tit. 22 ſ. 5] qui ſic condire oliuas docuit: *lectas baccas ex arbore ſtatim condias, rutam, et petroſelinum ſternes inter ſpatia ſtructionis, et ſubinde ciminati ſalis aſperſione cumulabis* etc. Mitto Catonem [cap. 119], qui Epityrum (id eſt conditurae oliuarum genus, vt Columella noſter [l. 12 c. 47 ſ. 9] docet, quod in Ciuitatibus Graecis plerumque vſurpabant) ſic faciendum praecepit: *Ex oleis albis, nigris, variiſque nucleos eiicito. Sic condito. Concidito ipſas. addito oleum, acetum, coriandrum, cuminum, foeniculum, rutam, mentam* etc. Certe ipſe Columella [ibid.] cum Epityrum deſcribit, *in ſingulos,* inquit, *modios oliuae triti ſalis cocti ſingulos ſextarios infundimus: itemque lentiſci ſemen, rutaeque, ac foeniculi folia* etc.; et in nigrae oliuae conditura [cap. 48 ſ. 5] *oliuam,* inquit, *in vrceum, aut cacabum nouum mittito ſubſtrato apio, et modica ruta;* et alio in loco [c. 47 ſ. 5] qui huc potiſſimum pertinet: *At haec oliua per ſe parum iucunda eſt, ſed ad eas conditeras, quae lautioribus menſis adhibentur, idonea maxime eſt: nam cum res exigit, de amphora promitur, et contuſa recipit quamcunque volueris conditeram. Plerique tamen ſectiuum porrum, et rutam cum apio tenero, et mentam minute concidunt, et contuſis oliuis miſcent* etc. §. 55. Col. 10, 125 ſq. Proximi ſunt hi verſus: – *et lactis guſtum quae condiat herba Deiectura quidem fronti data ſigna fucarum, Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Graio.* In quibus vt Georgio Alexandrino [enarration. priſcar. voc. in libr. de Re Ruſt. ad vocem *Lactis* etc.] concedam, de Lepidio verba fieri, huiusque vi cutis ſquamas, maculas, cicatrices, aliaque id genus vitia emendari etiam poſſe; non tamen iſtic *fucarum* quid ſit, intelligam. Nam quod Fortunatus [comment. cit.] aſſerit, eſſe hanc Columellae ſententiam, *quod lepidium deiiciat ſigna et vlcera quae mulieres ſibi ex fucis fecerunt,* videturque propterea *fucorum* legere; nempe is ſyllabarum naturam, legesque iſtiusmodi carminis non attendit. Tu igitur, Vir Doctiſſime, hac etiam de re fac ſciam quid ſentias. §. 56. Col. 10, 230 ſq. Sed Fortunatus cum aliis in verſibus haud multum vidit, tum vero in his: *Quare age quod ſequitur, paruo diſcrimine ſulci Spargantur caecis naſturtia dira colubris, Indomito male ſana cibo quas educat aluos, Et ſatureia thymi referens, thymbraeque ſaporem;* in his, inquam, interpretandis [ibid.] tam caecus fuit, quam ſerpentes illi, quos humiditate fere caecos erumpere, ait, de terra; illis enim, aſſeruit, Columellam hic docere *naſturtium aduerſari; ſatureiam autem eſſe male ſanam aluis quas aluos educat.* Scilicet non vidit, ſatureiam ad ſuperiorem verſum nihil attinere, in eoque *aluos* pro *aluus* ſcriptum eſſe, vt *equos, auos* ſaepe in antiquis monimentis nominandi caſu, quanquam in vetuſtis aliquibus Columellae exemplaribus hic legi revera *aluus,* teſtatur Ro. Stephanus [in fine Oper. Columellae]. Itaque Victorius [Caſtigation. in Columellam l. 10 ſiue Hortulum pag. 141] cum illud animaduertiſſet,



* f. leg. *defuerit.*

tiſſet, reſcripſit *aluus*, et *caecas colubras* interpretatus egregie eſt ventris lumbricos, quos etiam naſturtio pelli ab Dioſcoride [de Mat. Med. l. 2 c. 149] traditum eſſe, non ignorabat. Illud addi poteſt, idcirco hos dixiſſe Columellam ab aluo educari male ſana, *indomito cibo*, quia probe ſciret, quod etiam ſupra [l. 6 c. 25 p. 230] docuerat, *lumbricos fere naſci cruditatibus*. §. 57. Col. 10, 248 ſq. Denique in his verſibus: *Quaeque tuas audax imitatur Nyſie viteis, Nec metuit ſenteis, nam vepribus improba ſurgens Achrados, indomitaſque bionias alligat alnos.* mihi quidem *bryonias* videtur potius eſſe legendum, quod in antiquis etiam codicibus ab Stephano [loc. cit.] inuentum eſſe ſcio.

§. 58. Liber XI inſcribendus erat *Villicus*, quemadmodum duodecimus inſcriptus eſt *Villica*. Docet id eiusdem libri duodecimi cap. 18 [pag. 421] ſic enim incipit: *Quamuis priore libro, qui inſcribitur Villicus.* §. 59 Col. 11, 2, 94 Cap. 2 *Nono Calendas Ianuarias Brumale ſolſtitium (ſicut Chaldaei obſeruant) ſignificat.* Hic deſiderari puto quod ſignificatur. Neque enim ſic iſta verba accipienda eſſe, quaſi Columella, ipſe confirmaret, id ſignificari quod tradunt Chaldaei, cum illud indicat quod ſuperiore capite [pag. 364] ſcripſit, ſe Aſtrologorum *obſeruationes*, *improbiſſimasque Chaldaeorum pollicitationes* alio opere confutauiſſe, tum haec commonſtrant quae duobus ante verſibus ſcripta ſunt, ſi cum eo loco, de quo agimus, comparentur: *Sexto decimo Calendas Ianuarii ſol in Capricornum tranſitum facit, brumale ſolſtitium, vt Hipparcho placet, itaque tempeſtatem ſaepe ſignificat.* §. 60. Col. 11, 3, 37 Capit. 3 Poſtquam et locum, et rationem culturae docuit atri oleris, *ſeritur*, inquit, *a Vulcanalibus vsque in Calendas Septembris, ſed etiam menſe Ianuario menta dulcem deſiderat vliginem, quam ob cauſam iuxta fontem menſe Martio recte ponitur.* Videntur haec verba melius diſtingui in editione Iuntina, ſic videlicet – *menſe Ianuario. Menta* etc. Niſi ita fiat; quo tempore atrum olus ſeri oporteat, Auctor praeter morem, inſtitutumque ſuum omiſiſſe credendus eſt. §. 61. Col. 11, 3, 39 Magis etiam apparet paulo poſt, verba aliter eſſe diſtinguenda: *Thymum et tranſmarina cunila, et ſerpillum, ſicut priore libro iam retuli, magis aluearia curantibus, quam olitoribus ſtudioſe conſeruntur. Sed nos ea condimentorum cauſa* [*nam ſunt quibuſdam eſculentis aptiſſima*] non alienum putamus etiam *in hortis habere locum neque pinguem, neque ſtercoratum, ſed apricum* deſiderant. Et tamen vix in Editione Stephani inuenimus iſta diſtincta – *etiam in hortis habere locum* etc. §. 62. Col. 11, 3, 43 Contra ſunt diſtincta in omnibus multo magis, quam oporteret, haec verba: *Ea cum pingui, et ſtercoroſo ſolo poſt Idus Februarias ſic obrueris, vt quantum tres digiti ſeminis comprehendere queunt, ſingulis foſſulis deponas. Fere poſt quadrageſimum diem inter ſe implicantur;* perſpicuum namque eſt, ſic eſſe ſcribenda – *deponas, fere poſt* etc. §. 63. Col. 11, 3, 64. In extremo denique hoc libro cum haec legamus: *omnium librorum meorum argumenta ſubieci, vt cum res exegiſſet, facile reperiri poſſit, quid in quoque quaerendum, et qualiter quidque faciendum ſit;* non illud modo dubium eſt, ſcripſeritne Columella aliquanto aliter, vt puta *reperiri poſſet* etc. *faciendum eſſet;* verum hoc inſuper certum eſt, et illa argumenta periiſſe, et feciſſe hic ipſum ad eundem quadantenus modum, ad quem A. Gellius, qui noctes ſuas hac clauſula abſoluit: *Capita rerum, quae cuique commentario inſunt, expoſuimus hic vniuerſa, vt iam ſtatim declaretur, quid, quoue in libro quaeri, inuenirique poſſit:* et continuo ſingulorum capitum argumenta ex ordine ſubiecit. Non ignoro, poſſe

aliquos

aliquos credere, iſta omnia ab aliis fuiſſe iis Noctibus adiecta, permotos auctoritate Th. Bartholini, qui in Diſſert. VI de legendis libris, *Capitum*, inquit, *ſeu ſectionum index nec nouus eſt, nec antiquus. In primis editionibus tantum comparet. Neque enim antiquorum libri per capita fuerunt diſtincti, ſed Voluminibus. Ita Plinius, Herodotus, Thucydides, Liuius, Salluſtius, et alii Graeci pariter, et Latini Auctores totum opus ſine diſtinctione capitum pari tenore perſcripſerunt.* Sed velim, vt mihi reſpondeant, ſcripſeritne Celſus lib. VI cap. 12. *Linguae quoque vlcera non aliis medicamentis egent, quam quae prima parte ſuperioris capitis expoſita ſunt;* itemque lib. VIII cap. 9. *Medicamentis vero iiſdem opus eſt, quae prima parte huius capitis expoſita ſunt;* et haec Celſi verba an vtrobique res ipſa comprobet? Quae cum vrgeo, non propterea tamen contendo, aut pleroſque ſcriptores veteres idem feciſſe, aut aliena eſſe a vero, quae porro ſubiicit Bartholinus: *cum a poſterioribus ſcribis per capita, et ſectiones Libri Auctorum diuiderentur, ſaepe ſine cura, et conſilio, coniuncta fuiſſe ſeparata, et vice verſa, quod non raro lectorem in lectione turbat.* Quinimo fateor, id alicubi vel Celſi ipſius ſcriptis; non modo Columellae; accidiſſe. Et de Celſo quidem alibi [epiſt. in Corn. Celſum] oſtendi. Columella autem ſiue libros ſuos indiuiſos reliquit, ſiue in maiores quaſdam partes, ſi non in capita, ipſe diſtribuit, vt illa in extremo ſexto videntur indicare: *ſicut prioribus huius voluminis partibus tradidimus, quae curam boum, equorumque continent;* certe nullo modo potuit ſic diuidere, vt nunc habemus. Quidquid enim aut libri quarti initio in primum atque alterum caput diuiſum videmus, aut initio ſecundi primum caput inſcribi, aut initio quinti, octaui, vndecimi primum caput inchoare; vel praefationis loco ipſe reliquiſſet, vel ſi capitibus accenſere voluiſſet, ſexti quoque et noni, et duodecimi libri exordia pariter accenſuiſſet. Neque item in eodem libro duodecimo caput 15 a 14; multoque minus tertii initium a fine ſecundi ſiue eo in libro, ſiue etiam in ſeptimo diuulſiſſet. Neque facile in libri ſexti caput 17, in quo de ſerpentibus, aliorumque noxiorum animalium ictibus agi videmus, quae ad oculorum vitia pertinent, compegiſſet: quam etiam partem quoties relego, excipique protinus animaduerto capite 18, in quo iterum de noxio animalculo (hirudine videlicet, boum faucibus, ſtomacho, vel inteſtinis adhaerente) verba fiunt; toties ſuſpicor, a librariis alicunde auulſam, huc temere fuiſſe coniectam, nec tamen nuper; cum eundem locum tenere videam apud Vegetium [lib. 3 cap. 4] vbi plura ex ſexto Columellae volumine deſcripta ſunt. Sed quod aliter haec tamen apud Vegetium, aliter apud Columellam in capita ſunt diuiſa, id quoque videlicet indicio eſt, non hanc quam habemus, diuiſionem a Columella fuiſſe inſtitutam. Quid? quod haec ipſa aliter in aliis editionibus occurrit. Vt enim illa omittam, quae operarum potius negligentiam demonſtrant, vt in Aldina libri ſexti non modo octauum, ſed et nonum caput, iterum octauum; quinti autem libri non modo quintum, ſed et ſextum, iterum quintum; in editione item Gymnici, libri eiuſdem non modo ſextum, ſed et ſeptimum, iterum ſextum inſcribi, ſic vt omnia, quae illa conſequuntur capita non ſuo propterea numero inſcripta ſint; vt, inquam, haec praetermittam; Iuntina certe editio librum ipſum primum in tredecim capita habet diſtributum, quem poſteriores, quibus vtor, reliquae habent in nouem. Huc illud accedit, quod quae non praecepta modo, ſed verba libro quinto in vnum caput decimum collecta ſunt, eadem fere libro de Arboribus in octo capita ſunt tributa, vt praeclare intelliget quicunque duodeuiceſimum, et ſeptem, quae inſequuntur,

quuntur, capita cum illo vno decimo comparauerit. Quod cum fecerit, minus, opinor, mirabitur eorundem librariorum aut inconſtantiam, aut imperitiam, qui cum tot alios paſſim verſus, quemadmodum in more poſitum eſt, ſcripſerint, ſic vt verſus eſſe, vel oculorum iudicio continuo quilibet agnoſcat; hos tamen [l. 2 c. 2 ſ. 18. Ibid. c. 8 ſ. 3. l. 5 c. 5 ſ. 7. l. 7 c. 3 ſ. 10. lib. 9 c. 3 ſ. 2. Ibid. c. 8 ſ. 13] *et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo. dum ſicca tellure licet, dum nubila pendent. et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuſet. cum tonſis illotus adhaeſit ſudor: et hirſutis ſecuerunt corpora vepres. ardentes auro, et paribus lita corpora guttis. trita meliphylla, et caerinthe ignobile gramen;* hos, inquam, quaſi vero verſus non eſſent, omnes, vt hic deſcripſimus, caeteris cum verbis Columellae permixtos, confuſosque exhibuere. Sed iam his, atque aliis eiusmodi praetermiſſis, nunc quod facere inſtituimus, eorundem in ſingulis verbis deſcribendis hallucinationes notemus.

§. 64. Col. 12, 4, 5 Libro igitur XII verbum aliquod Librarios in extremo quarto capite omiſiſſe potius crediderim, quam Columellam, quae ait de *aceti, et durae muriae vſu*, ea cum ſuperioribus connectere voluiſſe, perinde quaſi ſex ſeptemue verſus, qui nexum aut diſſoluunt, aut certe plurimum infirmant, non intercederent. §. 65. Col. 12, 7, 1 Sub initium autem capitis 7, vbi *colligi, et reponi iubet cymam, caulem, capparim – item ferulae cum coliculo ſilentes,* aut *flores* deeſſe ſuſpicor; nam mox addit, *ſilentem florem vitis albae et aſparagi;* aut ſicut Iuntinum habet exemplar, legendum eſſe *ferulas.*

§. 66. Col. 12, 17, 2 Ad finem vero capitis 17, *poſtea in iunceis fiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant;* legendum videtur *percolent*; non modo enim haec antecedunt: *ſunt qui multitudini ſtudentes aquam ficis permiſceant* etc. verum et haec continuo ſequuntur: *ligatumque acetum inferuefaciant* etc. §. 67. Col. 12, 19, 2 Sed quod legimus cap. 19. *Quaecunque vini nota ſine condimento valet perennari;* etſi ita rarum eſt, vt in amplioribus Lexicis ne memoratum quidem inueniam, non tamen facile mutandum crediderim ab iis praeſertim, qui in calce etiam 20 capitis [ſ. 8] haec animaduerterint: *marmoris, vel gypſi, quod flos appellatur, vncias ſingulas, item ad tertias decocti defruti ſextarios binos ſingulis amphoris miſcere oportebit; ea res etiamſi non in totum perennat, certe vſque in alteram vindemiam plerumque vini ſaporem ſeruat.* §. 68. Col. 12, 20, 2 Contra etſi in eodem vigeſimo capite mea omnia, ſi Iuntinum demas, exemplaria ſic habeant: *Deinde ſi natura tenue muſtum erit, cum ad tertiam partem fuerit decoctum, ignis ſubtrahendus eſt, et fornax protinus aqua refrigeranda: quod ſi fecerimus, nihilominus defrutum infra tertiam partem vaſis conſedit*; tamen, vt in Iuntino, legendum videtur *conſidet.*

§. 69. Col. 12, 20, 5 Aliquanto infra: *Ad praedictum autem modum muſti adiici debent ii odores, nardi folium, iris illyrica,* etc. *quorum ſingulorum librae ſatisfacient. Item myrrhae quincunx, calami pondo libram, caſiae ſelibram, amomi pondo quadrans, croci quincunx, cripae pampinaceae libram. Haec, vt dixi, arida contuſa, et cribrata debent adiici,* etc. Hic velim videas, an librarii numerorum notas verbis reddentes in eo peccauerint, quod *libram*, et *ſelibram* ſcripſerint pro *libra* et *ſelibra.* §. 70. Col. 12, 24, 1 Itemque cap. 24 in his verbis: *quae cum in tantum refrixerit, quantum ne contacta corpus vrat, partem aliquam eius, quae ſatis videbitur praedictae pici immiſcemus, et diligenter lignea ſpatha, vel etiam manu peragitabimus;* vide an legendum potius ſit *immiſcebimus.*

§. 71.

§. 71. Col. 12, 25, 3 Pariter cap. 25 vbi haec ſcribuntur: *deinde cum refrixerit, tum quantumcunque humoris eſt, tantum in amphoram muſti portionem adiici;* an *tantam* ſcribendum ſit. §. 72. Col. 12, 48, 3 Capite autem 48 cum de oliuarum conditura haec traduntur: *Plerique tamen tres partes defruti, aut mellis, et vnam miſcent aceti, et eo, quo condiunt, iure. Quidam* etc. legendum crediderim, *et eo condiunt iure,* aut *eoque condiunt iure;* ius enim eſt iſtud ipſum quod iisdem verbis deſcribit; neque enim neceſſe eſt, vt ius *liquor* eorum ſit, quae coquuntur; ſic capite ſuperiore 46 ſ. 2 *taleolas,* inquit, *radicum inulae in vmbra triduo, vel etiam quatriduo ſiccato: deinde ſiccatas in vaſis* ( an *in vaſa* ) *ſine pice, interiecta cunila, coniicito, cunila impoſita, ſex partibus aceti vna pars ſapae miſceatur cum hemina ſalis cocti, vt hoc iure macerentur taleolae, donec quam minimum amaritudinis reſipiant.* §. 73. Col. 12, 55, 1 et 2 Sic capite etiam 55 quem locum aliam quoque ob cauſam huc tranſcribemus: *album acre acetum* [ſinapi] *adiicito,* et *piſtillo permiſceto, colatoque. Hoc ius ad rapa condienda optime facit. Caeterum, ſi velis ad vſum conuiuiorum praeparare, cum exaniueris ſinapi, nucleos pineos quam recentiſſimos, et amygdalum adiicito* etc. Hic ego legendum crediderim, non *exaniueris,* ſed *exaniaueris,* ſiue *exſaniaueris,* hoc eſt noxium humorem expreſſeris, aut abſtuleris; modo enim dixerat *manibus expreſſum – comprimito manu plana – aquam nitratam ſuffundito, vt omnem amaritudinem eius* (ſinapis) *et pallorem exaniet.* Sed et capite 47 [ſ. 9] de oliua haec ſcripſerat: *prelo ſupponitur, vehementerque premitur, vt exudet quantulumcunque habet amurcae. Patimur autem nonnunquam tota nocte, et poſtero die pondere preſſam baccam velut exaniari:* et cap. 53 [ſ. 2] *largum ſalem infarcito, compoſitisque ſupra tabulatum tergoribus, aut fruſtis* (carnis ſuillae) *vaſta pondera imponito, vt exanietur.* §. 74. Col. 12, 57, 5 Denique inſpicias velim poſtremi capitis verba extrema: *quod ſi etiam cum laſer non habueris, pro ſilphio mellis adiicies pondo ſemunciam;* videasque, an quidpiam in his quoque verbis a librariis peccatum ſit.

§. 75. Col. Arb. 10 lem. Reſtat Liber de Arboribus. In hoc caput X ita inſcriptum eſt. *Vindemiam quomodo putes;* cum inſcribendum, opinor, fuiſſet: *Poſt vindemiam quomodo putes;* hoc enim eius capitis initium eſt: *Vindemia facta ſtatim putare incipito ferramentis quam optimis, et acutiſſimis, ita plagae leues fient.* Verum vt impoſitas a librariis inſcriptiones praetermittentes, verba ipſa Auctoris conſideremus; in hoc ipſo loco non credo *leues* ſcribendum eſſe, ſed *laeues;* haec enim continuo ſequuntur: *neque in vite aqua conſiſtere poterit, quae ſimulatque immorata eſt, corrumpit vitem,* etc. Sed et libro IV cap. 24 [ſ. 21 ſq.] cum iſtiusmodi ferramentis putatorem vti iuberet, inter alias eandem huius praecepti cauſam ita propoſuit, quod ſi mollis, aut retuſa, et craſſa falx ſit, *plagae aſperae atque inaequales vites lacerant, vnde fit, vt vitis laniata, ſcabrataque putreſcat humoribus, nec plagae conſanentur.* Caeterum hanc ego [vt alias eiuſmodi] animaduerſionem omiſiſſem, niſi aut meae omnes editiones in eo peccaſſent, aut hoc ad plures alios locos pertinuiſſet, quales ſunt libro IV cap. 24 [ſ. 4] *ferroque alleuanda eſt, vt hibernas aquas reſpuat. Nam praeſtat ex vulnere ſobolem repulleſcentem vellere, quam nodoſam et ſcabram plagam relinquere.* Libro V cap. 6 [ſ. 13] *ferra deſecari, et plagam falce alleuari.* cap. 9 [ſ. 3] *earum plagae vtraque parte falce leuentur;* atque vt multos alios locos ſciens omittam, cap. 11 [ſ. 7] *plagam diligenter leuato:* quod et infra iteratur cap. 26 [ſ. 6] in hoc

hoc ipſo libro de Arboribus. §. 76. Col. A. 26, 7 Quocum libro, quoniam ſupra nobis vtile fuit quintum comparare: nunc viciſſim experiamur, an vtile ſit ipſum conferre cum quinto. Igitur quod hoc ipſo capite 26 ob vnum fortaſſe omiſſum verbum ſubobſcurius videri poteſt: *Tertium genus inſitionis*, *cum ſit ſubtiliſſimum non omni generi idoneum eſt*: ET *fere eae recipiunt talem inſitionem*, *quae humidum*, *ſuccoſumque*, *et validum librum habent;* id in V Lib. cap. 11 [ſ. 8] admodum perſpicue dictum eſt: *Hoc tertium genus inſitionis*, *cum ſit ſubtiliſſimum*, *non omni generi arborum idoneum eſt*, SED *fere recipiunt talem inſitionem*, *quae humidum* etc. §. 77. Col. A. 26, 8 Porro in ipſa quae ſubſequitur huius tertii generis deſcriptione hic quidem poſtquam traditum eſt, quomodo gemma ex vna arbore ſit detrahenda, haec ſubduntur. *deinde ex qua arbore inſerere voles*, *in ea nitidiſſimum ramum eligito*, *et eiuſdem ſpatii corticem circumcidito*, *et materiem delibrato*, *et in eam partem*, *quam nudaueras*, *gemmam hanc*, *quam ex altera arbore ſumſeras*, *aptato ita vt emplaſtrum circumciſae parti conueniat*. Hic vero *nudaueris* pro *nudaueras*, et potiſſimum *in qua arbore*, pro *ex qua arbore* eſſe reſcribendum, cum inde intelligitur quod paulo ante dictum fuerat: *Ex qua arbore inſerere voles*, et abſoluto de illa ſermone, nunc de ea, in qua inſerendum eſt, verba fiunt; tum ex lib. V [cap. 11 ſ. 10] confirmatur, in quo iſta eadem res ſic proponitur. *poſtea item alterius arboris*, *quam emplaſtraturus es*, *nitidiſſimum ramum eligito*, *et eiuſdem ſpatii corticem circumcidito*, *et materiam delibrato: deinde in eam partem quam nudaueris*, *praeparatum emplaſtrum aptato*, *ita vt alterae delibratae parti conueniat.* Sic enim Palladius [l. 7 tit. 5 ſ. 3] idem docens, *Item*, inquit, *ex ea arbore*, *cui velimus inſerere*, *ſimiliter cum gemma tolletur emplaſtrum*, *nitido tamen*, *atque vberi loco*. §. 78. Col. Ar. 28, 2 Sed et quae capite 28 habentur: *Mulieres quidem ſi lactis inopia premuntur*, *cythiſum aridum in aquam macerari oportet*, *cum tota nocte permaduerit: poſtero die expreſſi ſucci ternas heminas permiſceri modico vino*, *atque ita potandum dari;* ſi haec, inquam, cum iis comparentur, quae libri V capite vltimo [12, 2] ſcripta ſunt; multo procliuius erit cognoſcere, poſt *oportet*, facili omiſſione voculam *et* eſſe praetermiſſam, atque totum locum ita vt ibi [pag. 204] legitur, eſſe reſcribendum. *Mulieres quidem*, *ſi lactis inopia premuntur*, *cythiſum aridum in aquam macerari oportet*, *et cum tota nocte permaduerit*, *poſtero die* etc. §. 79. Col. Arb. 30, 1 et 2 Atque vtinam in libro V vt de cythiſo, ita etiam de viola, et roſa Columella ſcripſiſſet; longe facilius eſſet coniicere, quid duobus de locis capitis 30 ſit ſtatuendum. Alter in ipſo eſt initio: *Violam qui facturus eſt*. Quaero enim, oporteatne Scripturam hanc retinere, an potius *ſaturus* reponere, cum haec ſequantur: *terram ſtercoratam et repaſtinatam minimum alte pedem in puluinos redigat*. *Atque ita plantas hornotinas ſcrobiculis pedalibus factis ante Cal. Mart. diſpoſitas habeat*. Alter locus eſt paulo infra: *Roſam fruticibus ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit per idem tempus quo et viola;* vbi ego ſcribendum crediderim non per *ſurculos pedales*, ſed aut per *ſcrobiculos pedales*, vt paulo ante de Viola dictum eſt, aut potius, vt aliis quoque ante me viſum eſſe ſcio, per *ſulculos pedales;* certe Palladius [l. 3 tit. 21 pr.], qui ſolebat Columellam reſpicere: *roſaria*, inquit, *conſeremus*, *quae ſulco breuiſſimo aut ſcrobibus ponenda ſunt*, *vel virgultis*, *vel etiam ſemine*.

§. 80. Pall. 1, 24, 2 et 3 Hactenus de Columella: in quo cum plura, quam ab initio exiſtimabam, notata ſint; ideo non multa in Palladio notabuntur, quae forte in

in ipſo, dum Columellae penitus intelligendi cauſa inſpicerem, ſic aliud agens animaduerti. Lib. I tit. 24 *A muſtellis tutae fient* (columbae) *ſi inter eas frutex – proiiciatur – non pereunt. Et neque locum deſerunt, ſi per omnes feneſtras* etc. An ſic potius diſtinguendum – *Non pereunt, neque* etc. Ibidem: *Inducunt alias, ſi cumino paſcantur aſſidue, vel ſetoſi hirci alarum balſami liquore tangantur.* Si Palladium ſic reuera ſcripſiſſe putamus: num ita intelligemus, vt *ſetoſi illi hirci* partes quaedam ſint alarum balſami liquore tangendae?

Quod autem mox bis *herbum* pro *eruum*, vt ex Columella [ l. 8 c. 8 ſ. 6 ] et Varrone [l. 3 c. 7 ſ. 8] intelligitur, poſuit, an fecit, quod potius ab ὄροβος cum Feſto [De verb. ver. ſignific. l. 5] quam ab eruendo, cum aliis, dictum eruum arbitraretur? §. 81. Pall. 1, 32. Tit. 32. *Foeni, palearum, ligni, cannarum repoſitiones nil refert, in qua parte fiant, dummodo ſiccae ſint, atque perflabiles, et longe remoueantur a villa propter caſum ſurripientis incendii.* an *ſurrepentis incendii?*

§. 82. Pall. Febr. 9, 8 Libro III tit. 9. *Caput ſarmenti, cum deponitur, torquendum non eſt, nec aliquo modo vexandum, nec demerſa penitus foecundiore parte, quod ſterili proximum eſt, ſupra terram relinquatur.* Legendum videtur, *ne demerſa.* Sequitur enim: *deinde quoniam ipſa tortura vexatio eſt, et pars ea, de qua radix futura praeſumitur, iniuriae nulli ſubiicienda eſt, cum qua contendere cogatur ante, quam teneat*; itaque cum haec ratio altera ſit, altera anteceſſerit, neceſſe eſt; ſane praeceptum non eſſe, ſed rationem, quod de foecundiore parte dicitur, luculentiſſime oſtendit Columellae caput quod hic ſpectauit Palladius, duodeuiceſimum Libri III [ſ. 4] demonſtrat enim, qui ſarmenti caput contorquet, ea duplicatione conſequi, vt omnis foecundior eius pars obruatur, conſumaturque. §. 83. Pall. Febr. 15, 1 et 2 Tit. 15 *Nouellam vitem Columella dicit a primo anno ad vnam materiam eſſe formandam, nec recidendam totam, ſicut Italiae conſuetudo eſt. Anno ſecundo expleto, quia vel intereant vites in totum reciſae, vel infoecunda ſarmenta producant.* Hic vero ſic verba eſſe diſtinguenda, *nec recidendam totam, ſicut Italiae conſuetudo eſt, anno ſecundo expleto, quia* etc. Locus quoque oſtendit, quem Palladius indicat ipſius Columellae [l. 4 c. 11 ſ. 1] in quo Virgilium, Saſernam, Stolones, Catones *non ſolum in eo errauiſſe*, ait, *quod primi anni capillamenta ſeminum* (vitis) *intacta patiebantur, ſed et poſt biennium cum viuiradix recidenda erat, omnem ſuperficiem amputabant ſolo tenus*, etc. Deinde eaſdem, quas hic Palladius, affert rationes. §. 84. Pall. Febr. 24, 3 Tit. 24. *Hoc etiam menſe cepullas ſeris, ſed conſtat et vere, et autumno eſſe ſeminandas. Si ſemen eius ſeueris, in caput creſcit* etc. videtur legendum, *ſemen earum:* videturque pariter legendum eſſe *ſemen eorum*, vti in proximo libro IV tit. 9 [ſ. 6] haec habentur: *ſemina eius mulſo, et lacte per triduum maceranda ſunt*; illa enim antecedunt: *Nunc melones ſerendi rarius*; haec autem ſequuntur: *hinc ſuaues efficientur.* §. 85. Pall. Feb. 24, 8 Infra eodem titulo 24. *Mihi etiam illud vtile videtur, ac diligens, vt aſparagi agreſtis radices plurimas in vnum locum congeramus cultum, vel certe ſaxoſum.* Scribendum crediderim *incultum*, praeſertim cum id continuo ſequatur: *quae ſtatim fructum dent ex loco, qui aliud nihil alebat.* §. 86. Feb. 25, 4 Tit. 25. *Si languida arbor eſt piri, vel ablaqueatae radicem terebras, et ibi ligneum palum deprimis, vel* etc. Sane hic perſpicuum eſt, ſcribendum eſſe *deprimis*, neque tamen ſcriptum video, niſi in editione Iuntarum.

§. 87. Mart. 9. 3 Libro IV tit. 9. *Singulis ſane annis a codice auferendae ſunt plantae, vt nec matres fatigentur, et ſoboles per alia ſpatia digerantur: cum aliqua tamen radices parte vellendae ſunt.* Hic etiam, ſi Iuntinam excipias, meas omnes editiones peccare exiſtimo, ſcribendumque *radicis.* Titulo autem 10 [ſ. 20] vbi de Meſpilo: *ſi putatur, hinc arbor ſterilis fieri, ſimus, et cinis vitium ſimul ſi radicibus infundantur, fertilem reddunt;* peſſime erratur non modo in Aldi, ſed et in Iuntarum editione; ſic enim ſcribitur: *fieri. ſimus;* quaſi vero Palladius diceret, arborem a putatione ſterilem fieri, cum hoc dicat, ſi ab adhibita viua calce de qua modo ſermo fuerat, timetur, ne arbor ſterileſcat, ideoque ita verba diſtinguenda ſint, vti a Rob. Stephano factum eſt: *ſi putatur hinc arbor ſterilis fieri, ſimus* etc.

§. 88. Pall. Mai. 1, 1 Sed quid eſſe manifeſtius poteſt, quam in ipſo Lib. VI initio: *Maio menſe locis frigidis, et humectis panicum ſeremus, et nullum more, quo dixi;* non ſcribendum eſſe *nullum*, ſed *milium*, quando eius capitis inſcriptio haec eſt: *De panico, et milio*, etc.; et tamen cum in Iuntino exemplari eſſet *milium*, caeteri, qui Palladium poſtea edidere, ſcripſerunt *nullum*; quinimo Seb. Gryphius cum in priore quidem editione ſcripſiſſet milium, in altera reſcripſit *nullum.*

§. 89. Pall. Iun. 7, 2 Libro VII tit. 7. *Fumus admouetur ex Galbano, et arido ſimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare.* Columella ſic [l. 9 c. 15 ſ. 5] *fumum admouebimus factum galbano, vel arido ſimo. Ea porro vaſe fictili prunis immiſta conduntur:* quae verba cum confero, ſuſpicor, Palladium ſcripſiſſe, *miſtis carbonibus*, aut *in pultarium iactis carbonibus;* nam illud *factis* minus placet.

§. 90. Pall. Iun. 7, 7 Sed vtilius fortaſſe erit, quae infra ſcribuntur de apum regibus, comparare cum alio Columellae loco; Palladius ſic: *pulchri coloris, et nitidi, leues ſine pilo, niſi forte pleniores quaſi capillum gerunt in ventre, quo tamen non vtuntur ad vulnus.* Columella [l. 9 pag. 327] autem ſic: *pulchri coloris, et nitidi, leueſque, ac ſine pilo, ſine ſpiculo, niſi quis forte pleniorem quaſi capillum, quem in ventre gerunt, aculeum putet, quo et ipſo tamen ad nocendum non vtuntur;* quibus ex verbis facile eſt coniicere, nonnulla fortaſſe verba Palladii librariorum incuria eſſe praetermiſſa, aut ſaltem *pleniorem* ſcribendum eſſe pro *pleniores.*

§. 91. Pall. Sept. 13, 2 Libro X tit. 13 vbi capparim ſeri iuſſit *ſolo ſicco et gracili*, continuo haec addit; *herbas ſponte perſequitur;* ſcribendum ſuſpicor: *herba ſponte perſequitur.* Neque enim id vult quod Columella [l. 11 c. 3 ſ. 55] cum illam *noxium virus habere* docuit, *ſuccoque ſuo ſterile ſolum reddere*; nam hoc Palladius paulo ante dixerat iis verbis, *ſucco ſuo terris nocet.* ſed id facile vult, quod Columella [ibid.] pariter ad hunc modum tradidit: *cultu aut nullo, aut leuiſſimo contenta eſt. Quippe quae res etiam in deſertis agris citra ruſtici operam conualeſcit.* ſcilicet hoc opponit Palladius iis, quae de origano proxime ſcripſit: *Nunc circa aequinoctium ſeres origanum: ſtercorari, ac rigari donec conualeſcat, appetit;* Capparim autem ſeras modo; ſponte ipſa proueniet, ac conualeſcet.

§. 92. Oct. 5, 1 Libro XI tit. 5 non minus fortaſſe proderit Columellam inſpicere, quem ſaepe adeo reſpiciebat Palladius. Ipſe igitur Palladius ſic: *Sed hae radiculae* (vitis) *non ad ſiccum debent recidi, ne aut plures inde naſcantur, aut* etc. Quid obſecro te, eſſe dicemus in hoc loco *recidere ad ſiccum?* Neque enim ſiccum illud eſt, vnde ſi amputentur radiculae, renaſci plures poſſunt: neque ſiccae ſunt ipſae,

quae

quae praecidi debent, radiculae; nam ideo praecidendae ſunt, ne *ſi conualuerint*, vt duobus ante verſibus dictum eſt, *inferiores* radices faciant *interire*. An illud ergo relinquitur, vt non *ad ſiccum* ſcribamus, ſed *ad truncum*, quod Columella [l. 4 c. 8 ſ. 2] videtur indicare eadem praecipiens hiſce verbis: *minime applicandum eſt ferramentum ipſi matri, quoniam ſi iuxta truncum radicem praecideris, aut ex cicatrice plures enaſcentur, aut* etc. §. 93. Pall. Oct. 19, 1 Tit. 19 *paſſum nunc fiet ante vindemiam, quod Africa ſueuit vniuerſa conficere pingue, atque iucundum, et quoad conditum, ſi vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices.* Traditur deinde ratio Paſſi conficiendi, et ſic denique ſermo abſoluitur: *Hinc paſſum eſt quidquid effluxerit, et conditum vaſculo, mellis more ſeruatur.* Quaero itaque; an legendum ſit: *et quod conditum, ſi vtaris mellis vice, ab inflatione te vindicet*, aut etiam: *et quod conditum ſi vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices;* nam memini et Plautum, et Q. Scaeuolam, et M. Varronem, et alios verbum *vtor* cum accuſandi caſu iunxiſſe.

§. 94. Pall. Nou. 13, 2 Libro XII tit. 13 quaero ex te, Vir Clar. quid deeſſe aut quid vitii eſſe cenſeas in iis verbis: *Qui* [agni] *donec firmentur, intra ſtabulum furfuribus, vel medica herba, vel* [*ſi eſt copia*] *farina hordei paſcantur ingeſta, donec conceptum pauliſper robur aetatis, paſcuum matribus poſſint habere commune.* Legemus ne – *concepto pauliſper robore aetatis*, aut nullo verbo mutato, tantummodo voculam *et* ante *paſcuum* addemus?

§. 95. Pall. Inſ. 158 ſq. Multo autem magis quaero, in Lib. XIV ſiue de inſitionibus, vbi de Piſtaciis ſermo eſt, quomodo emendandum cenſeas verbum, quod nec ſententiae conuenit, et carminis legibus repugnat in horum verſuum altero:

*Quin et amygdalios ſubeunt piſtacia ramos,*
*Et debitum maius de breuitate petunt.*

Num pro *debitum* reponendum *pretium?* Nam ſupra quidem, vbi agitur de pomo, vix dubito, quin iis in verſibus: [v. 87. 88.]

*Robora thyrſigero platani concordia Baccho.*
*Foetibus inſtituit plena rubore nouis;*

pro *rubore* legendum cenſeas *rubere*, praeſertim cum ante [v. 61 ſq.] de piro dictum ſit: *Phyllida quin etiam grandi miteſcere fructu Inſtituens.* – Atque haec in Palladio nunc habui, quae notarem; nam ſupra alia etiam aliquot in eodem, cum de Columella ſcriberem, animaduerti. §. 96. Varro 1, 55, 4 In Varrone autem, quem easdem ob cauſas ſubinde in manus ſumſi, rogo te, vt perpauca haec mecum velis diligenter perpendere.

Libro I cap. 55 *Olea, vt vua, per idem biuium redit in villam, alia ad cibum eligitur, alia vt eliqueſcat.* Hic Victorius [Explication. ſuarum Caſtigat. in Varron. pag. 68]: *Alia ad cibum eligitur. Maculam habet optimus codex.* Laedatur *enim hic ſcriptum eſt. Quomodo ex vetere lectione locus corrigi debeat, ſi peruulgata mendum continet, docti viri cogitabunt.* Tu igitur, Doctiſſime Vir, cogita, ſit ne pro *eligitur* reſcribendum *laudatur.*

§. 97. Varro 2, 2, 20 Libro II cap. 2 locus eſt, de quo miror, neminem adhuc, quod ſciam, dubitaſſe: *De ſanitate ſunt multa, ſed ea (vt dixi) in libro ſcripta magiſter pecoris habet.* Mihi vero ſcribendum videtur non, *vt dixi*, ſed *vt dixiſti*, vel ſi quis minus velit a vulgata ſcriptura recedere, *vt dixti.* Neque enim hic

loquitur ſcriptor, ſed is, quem induxit, Atticus, neque Atticus illud dixerat, ſed Scrofa [L. 2, 1, 21], *Quarta pars eſt de ſanitate;* eamque partem his verbis abſoluerat [ſ. 23] *Item ad alios morbos aliae cauſae, etiam alia ſigna in omni pecore, quae ſcripta habere oportet magiſtrum pecoris.* Itaque aut octogenarium iſtum ſenem Varronem multo magis obliuioſum, ſuique inſtituti immemorem credamus neceſſe eſt, quam hi ipſi libri ſumma eruditione ac diligentia ſcripti patiuntur; aut potius cenſeamus, Atticum, qui vt Scrofae roganti ſatisfaceret, ſuum hunc ſermonem ita inceperat, vt ipſi reſponderet [2, 2, 2]: *Ego, opinor, incipiam primus, quoniam in me videre conieciſſe oculos;* vbi ad eam partem, quam Scrofa ſatis tractauerat, de ſanitate, peruenit, ipſum potiſſimum intuentem, alloquentemque, ſic vt indicauimus, loquentem induci: *De ſanitate ſunt multa, ſed ea, vt dixiſti, in libro ſcripta magiſter pecoris habet.*

§. 98. Varro 2, 4, 8 Cap. 4. *Verris octo menſium incipit ſalire: permanet, vt id recte facere poſſit, ad primum, deinde it retro, quoad perueniat ad lanium.* Sic Victorius antiquis libris auctoribus, emendauit. Sed vt fatetur, in his ſcriptum fuiſſe, *id retro*, et tamen ſe ſcripſiſſe *it retro;* ſic decebat ipſum pariter dubitare, num integra eſſet vox illa *primum;* quid enim ibi eſt *permanet ad primum?* Nam quod ipſe *annum* intellexit, vereor ne fecerit precario. Quid? quod res praeterea repugnat. Nam Victorius ipſe Plinii verba profert, *non vltra trimatum generare verres*, docentis: quae etſi conatur eludere ad hunc modum, *quamuis autem vſque ad trimatum generent, ad primum annum facere id recte poſſunt, vt credidit Varro: poſtea languidiores fiunt, nec tam bene munere illo funguntur*; tamen Columella [l. 7 c. 9 ſ. 2) hoc tollit effugium, diſerte affirmans, *verres ab annicula aetate commode progenerare, dum quadrimatum agant.* Haec dum ſcriberem, et qua ratione prorſus reſtitui hic locus poſſet, mecum ipſe cogitarem; ecce Vir Cl. Pontedera meus, atque adeo noſter, diu a me quaeſitam Varronis editionem mittit, quam Auſonius Popma procurauit. In hac non *ad primum* lego, ſed *ad trimum*, idque, vt opinor, recte; ad eundem enim modum, fortaſſe huc reſpiciens, ſcripſit Palladius [l. 3 tit. 26]; *verres vſque ad quadrimos inire foeminas poſſunt;* vt Varronis (qui et infra cap. 7 ſ. 13 ait *poſt trimum*) loquendi modum, Columellae autem ſententiam exprimeret; quae tamen a Varronis ſententia multo propius abeſt, quam illa Victorii; niſi forte omnino conciliari etiam poteſt. §. 99. Varro 2. Fruſtra autem quaeſiui, quid infra ſenſerit idem Auſonius in eo loco: *Huius ſuis* (Aeneae) *ac porcorum etiamnum veſtigia apparent Lauinii.* ſcilicet ad hunc ipſum modum ſcripſit, atque adeo deſcripſit Victorium: qui etſi confitetur, vetuſtam ſcripturam hanc fuiſſe, *apparent iamne;* tamen cum *oppidum ſignificari debere deprauata illa voce*, intelligeret, *Lauinii* maluit ex ingenio reſcribere, quam litterarum veſtigiis firmius inhaerendo, alicuius alterius oppidi nomen, vt puta *Interamnae* eruditis Viris proponere, quod videlicet, vt abs te peto, perpenderent, atque in hiſtoriae latinae monumentis, an huc pertinere poſſet, inquirerent. Quod ſi minus litteras ſequi volebat; at certe cogitare illud poterat, non magis *Lauinii* in ea voce veſtigia eſſe, quam *Romae.* §. 100. Varro 2, 9, 4 Capite 9 vide, an forte verbum aliquod deſideretur in Canum deſcriptione. Quo enim modo haec ſatis intelligam: *colore potiſſimum albo, quod in tenebris ſpecie leonina?* Quodſi quidpiam deeſſe putes; iuuabit Columellam [l. 7 c. 12 ſ. 3] inſpicere, qui cum in deſcriptione eadem, ad Varronem, vt haud

raro

raro ſolebat, reſpiceret, *paſtor*, inquit, *album* colorem in cane *probat*, *quoniam eſt ferae diſſimilis*, *magnoque opus interdum diſcrimine eſt in propulſandis lupis ſub obſcuro mane*, *vel etiam crepuſculo*, *ne ſi non ſit albo colore conſpicuus*, *pro lupo canem feriat.*

§. 101. Varro 3, 5, 9 Lib. III cap. 5 *vbi confluit altera amnis*, ſic enim Rob. Stephanus, Seb. Gryphius, Auſonius Popma ſcribere malunt, quam *alter amnis*, vti in Iuntarum, Aldi, Gymnici exemplaribus, imo in priore etiam ipſius Gryphii ſcriptum fuerat. Auctorem illi habent Victorium qui *amnis*, inquit, *hic muliebri genere appellatur in fideliſſimis libris*, *quemadmodum ſaepe a vetuſtis auctoribus appellatam Nonius docet*, *qui etiam Varronis ipſius hoc exemplum adducit*, περὶ πλέτε *libro primo*: *In hac ciuitate agros colunt arenoſos*: *propter hos fluit amnis*, *quam olim Albulam dicunt vocitatam.* Popma [Not. ad hunc locum Varronis] Victorio, niſi quod Libri Varroniani inſcriptionem corrigit, ſic aſtipulatur: *vbi confluebat altera amnis. Sic enim Varro loquitur*, *vt Periplo lib. 1. Propter hos fluit amnis*, *quam olim Albulam dicunt vocitatam.* Equidem nihil ego eorum negauerim, quae ab his duobus eruditiſſimis viris obſeruata ſunt. *Altera amnis* ſcriptum erat in fideliſſimis libris. Credo; ſed nihil librariis ſaepius accidit, praeſertim dictante aliquo, vt plerumque ſolebant, codices antiquos deſcribentibus, quam vt inſequentis vocis litteras primas cum prioris extremis confunderent, et ſic aliquam interdum omitterent, alias duplicarent. *Amnem* ſaepe a vetuſtis auctoribus muliebri genere appellatam eſſe, Nonius [de Propriet. Serm. vbi de Indiſc. Gener.] docet. Fateor; ſed tamen a poëtis; Nam Plautum, Naeuium Accium, auctores laudat. At enim iis hunc quoque addit, de quo agitur, Varronem. Non inficior, neque tamen vereor, ne me audacem putes, ſi contra atque Auſonius, Victorius, Nonius ipſe ſine vlla dubitatione arbitrati ſunt, contendam, ex eo, quem producunt, Varronis loco minime conſtare, hunc *amnem* foemineo genere dixiſſe. Quid enim? Num quia ſcriptum eſt a Salluſtio: *eſt locus in carcere*, *quod Tullianum appellant;* a Cicerone autem: *domicilia coniuncta*, *quas vrbes dicimus;* denique (ne, ſi plura congeram, ad te praeſertim ſcribens, ineptus videar) a Liuio: *Anxur fuit*, *quae nunc ſunt Terracinae*, *vrbs prona in paludem;* num, inquam, propterea Salluſtius *carcerem* neutro, et Cicero *domicilium*, aut Liuius *Anxur* muliebri genere appellauiſſe dicendi ſunt?

Habes Vir Doctiſſime, de locis plurimis Columellae, de quibusdam Palladii, de nonnullis etiam Varronis, non quid ego ſtatuam, ſed quid ſuſpicer, atque adeo quid ex te quaeram. Cum reſponderis, tum demum aliquid conſtituam. Geſtum enim feci, quod aiunt, praeſente Roſcio, non vt apud Roſcium me iactarem, ſed vt per Roſcium proficerem. Vale.

Pataui ipſis Kalendis Quinctil. M DCC XXI.

II.

CLARISSIMO ET ERVDITISSIMO

VIRO

# IVLIO PONTEDERAE

## IOANNES BAPTISTA MORGAGNVS

S. P. D.

QVAE in Auctores rei ruſticae ſcripſi ad Amicum, et collegam noſtrum Clariſſimum Iacobum Facciolatum, non vt ipſe aliquid conſtituerem, ſed vt Doctiſſimi Viri ſententiam elicerem, eorum exemplum ad Te mitto, non modo vt eliciam tuam, verum inſuper vt annotationes exprimam, quas te bene multas in eosdem illos autores meditari, iamdudum ſcio. Quo enim modo ceſſare tu poteris, qui ad rei herbariae excellentem ſcientiam, non mediocrem agriculturae notitiam adiungis, cum me, vnum ex Anatomicis, ſuccisiuas aliquot horas tuis Auctoribus et dediſſe, et dare intellexeris? Quod vt planius cognoſcas, quae poſt eam ſcriptam epiſtolam ad plura ex iis, quae tunc attigi, loca adnotaui, tum aliis de quibus poſt dicemus ſubſidiis, tum quatuor vſus editionibus, quibus eo tempore carebam, Veneta quam Nicolaus Ienſon procurauit anno 1472, duabus Regienſibus anno 1496 et 1499 ac denique Heidelbergenſi illa a Clariſſ. Do. Alberto Fabricio [Biblioth. Lat. l. 2 c. 7] celebrata anno 1595 ex typographia Hieronymi Commelini.

§. 1. Col. 1, 8, 8 Et primum in Columellae lib. 1 cap. 8 haud procul a fine de quatuor editionibus quas modo memoraui, priores tres, in extremo autem capite 32 lib. 4 et ipſas et Commelinianam cum Iuntina, et mecum facere, deprehendi. Sed vinitoriae falcis figuram fruſtra in vetuſtioribus illis quaeſiui. Nimirum eiuſmodi imagines non ab ipſo Columella ſunt, niſi forte geometricas quasdam formas excipias, de quarum vna ſcripſit [lib. 5 c. 2 ſ. 6]: *ſi triangulus diſparibus fuerit lateribus ager, tanquam in ſubiecta forma, quae habet rectum angulum.* Sed vt in aliarum quoque diſciplinarum libris plerumque contigit, addita ſunt ab iunioribus, haud inutili ſane conſilio, modo rebus, quae ab Autoribus deſcribuntur, ſatis reſpondeant. Atque vtinam ad ea quoque capita Columellae, in quibus de certis vitium aut arborum partibus, aliisque eiusmodi verba facit, eruditi, iidemque rei ruſticae periti Viri imagines adiunxiſſent; ego certe, vt de me ipſe confitear non paucis praeterea illius locis, quae vitiata eſſe, ſubſentio, auſus eſſem medicas manus admouere, quae nunc agriculationis ignarus, vobis in ea doctrina verſatis cogor omnia relinquere.

§. 2. Col. 5, 8, 3 ſq. Libr. 5 cap. 8 Cum in decem illis olearum generibus radium non inuenirem alterutrum ſuſpicatus ſum, aut poſitum quidem eſſe, ſed alio quodam nomine deſignatum, aut in eo loco deſcribendo librarios peccauiſſe.

cauiſſe. Reuera vtrumque accidit. Nam hi cum graecis litteris κεϱκίτις ſcribere debuiſſent, *circites* ſcripſere, quae vox apud latinae linguae idoneos autores M. Terentium Varronem [de lingua lat. lib. 5] et Sex. Pompeium Feſtum [de verbo. ver. ſignific. lib. 3] non eam formam ſignificat, quam Columella ſpectauerat. Scripſerat enim κεϱκίτις, vt τῆς κεϱκίδος, id eſt radii ſimilitudinem ſignificaret. Autore haec aio Fr. Sylburgio, qui in eo indice, quem in calce editionis Commelinianae habemus, hoc poſuit: *Circitis olea, rectius* κεϱκίτις, *radius.* Nec plura in hanc rem addo, quod nuper cum tecum Sermonem haberem de oleis, probe ſenſi, te coniectura in iſtam ipſam emendationem incurrere, quae a Sylburgio propoſita eſt. Illud potius ex te quaero, quid cenſeas ſuper illa repugnantia, quam inter locum, quo de agimus, atque alterum ex cap. 17 libri de Arboribus animaduerti. In primo; *bacca iucundiſſima eſt pauſiae, ſpecioſiſſima eſt regiae, quae* etc. In altero: *ſunt et regiae, vt radii, quae neque ſpecie, neque oleo ſunt tam gratae, quam quas ſupra diximus.* Mihi quidem vel mendum aliquod ſubeſſe, vel Columella nunc baccae, alias arboris magnitudinem attendiſſe videbatur. Num hic quoque ſaltem de mendo diuinauimus? Certe aliter vterque locus in tribus illis vetuſtioribus editionibus habetur: *bacca iucundiſſima eſt pauſia: ſpecioſiſſima eſt regia, etiam virga: quae* etc. et: *Sunt et regiae, et radii non ſine ſpecie neque oleo, neque ſunt tam gratae, quam quas ſupra diximus.* Rectene vndequaque? non affirmo. Aliter certe. §. 3. Col. 5, 11, 8. In eo autem loco, quem poſtremum expendimus in cap. 11 libri eiuſdem 5 equidem ſine vlla dubitatione affirmauero, illas ipſas editiones a vera ſcriptura aberrare; ſic enim habent: *Nos tertium genus inſitionis inuenimus: quod cum ſit ſubtiliſſimum* etc. Neque Columella hoc tertium inſitionis genus, quod fit per emplaſtrum, ſed quarti, quod fit per terebram, nouam tantummodo rationem inuenit: quae res perlegenti, vel iſtud ipſum caput, vel 26 et 8 libri de arboribus, itemque libri 4 caput 29 tam aperta eſt, quam quod apertiſſimum. Attamen et ipſa ſcripturae varietas non iniuria ſuſpectum mihi fuiſſe locum, oſtendit. §. 4. Ille autem inter haec loca Libri de arboribus, et quae modo ex Libris 4 et 5 indicauimus, conſenſus tantus vt gallicam terebram ab eodem appareat ad inſerendum eſſe translatam, qui omnia illa loca conſcripſit, non leuiter ſane confirmat, eundem quem librum 4 et 5 ſcripſiſſe liquet, Columellam librum quoque de Arboribus confeciſſe: qua de re nimirum doctiſſimi homines dubitauerant. De libris etiam quos ſe ſcripſiſſe Columella teſtatur, *de generibus ſurculorum*, an editi fuerint, an extent, et quinam ſint, ambigere adhuc nonnullos ſcio; etſi V. Cl. Io. Albertus Fabricius * recte monuerit, haud diuerſos eſſe videri a libro tertio, quarto, et quinto huius ipſius de agricultura operis. Itaque placet Eruditiſſimi Viri iudicium ex hoc ipſo quinto libro confirmare. Nam Columella qui lib. 2 cap. 11 pr. haec ſcripſerat: *caetera pabula neque enumerare, ac minus ſerere dignamur, excepta tamen cythiſo, de qua dicemus in iis libris, quos de generibus ſurculorum conſcripſimus;* ſatis ipſe, quinam hi ſint libri, oſtendit in extremo capite 11 libri quinti. *At prius,* inquit, *quam finem libri faciamus, quoniam fere ſpecies ſurculorum omnium perſecuti ſumus prioribus libris, de cythiſo dicere nunc tempeſtiuum eſt,* et continuo addit nouiſſimum caput de Cythiſo.

§. 4. In

* Supplem. ad Biblioth. Lat. l. 2. c. 7. p. 474.

§. 4. In hoc libro 5 plura eſſe, praeterea animaduerteram, quae haud inutiliter cum libro de arboribus conferrentur, et viciſſim. Idem animaduerteram in libro 6, ſi cum P. Vegetio compararemus: Verum illud ſtudiis grauioribus diſtentus, ipſe perficere non potui, quod quidem ſi quid forte otii tibi eſt, a te fieri, etiam atque etiam velim. Sed Vegetium ita contendi cum Columella, vt quaedam in hoc, plurima in illo emendanda eſſe, deprehenderim. Ea omnia (vsque adeo et multa et grauia ſunt) in altera, ſi voles, epiſtola ſeorſum perſequar.

§. 5. Col. 7, 1, 2 etc. Nunc ad 7 librum veniamus. In capite 1 et 6 mecum faciunt tres illae veteres editiones. In illo enim habent, *cum et facilem;* in hoc, *matres binae.* Quod autem ad octauum attinet extremum caput, illae quidem *malinis lignis*, Commeliniana autem habet, *malini ligni.*

Lib. 8 cap. 2 vix vna Commeliniana inter corrigenda admonet, non *foemina*, ſed *femina* eſſe legendum. Eadem pariter, ſed in Sylburgii indice, alteram animadverſionem confirmat meam in caput 5, vbi *de excubandis ouis.* Haec enim adnotat: *excubandis* rectius *excludendis* vet. ed. *vel incubandis.* Re tamen vera meae quoque veteres editiones *excludendis* habent, et *excludant:* quem ad modum etiam paulo antea eodem capite, item ſemel atque iterum 11 et 14 locutum eſſe Columellam inuenio.

§. 6. Libro etiam 9 Commelinus, vti Stephanus, et ego, verba diſtinguit, quae ex 3 capite propoſui. In 4 autem capite quo loco coeleſtis numinis *hyacinthus* in cunctis ſcribitur editionibus, legi nuper Salmaſium [Plinian. exercit. in Solin. ad huius pag. 62 E] reſcribentem *nominis*, nec tam graue fuit multis modis intelligere, minus feliciter veniſſe mihi in mentem, qui mederi poſſem, quam gratum, me tamen morbum, et medendi genus vidiſſe. Fuit quoque in cap. 8, cur ſuſpectus mihi eſſet locus iſte. *Praeparandumque in hanc rem liquida rubrica*, quando antiquae tres editiones habent, *praeparandaque*, quod etiam Commeliniana ex vetere alia editione inter emendationes proponit. Illa autem Palladii verba, quae his et proximis Columellae reſpondent, ad eundem omnino modum eae omnes quatuor editiones diſtinguunt, ad quem a nobis ſecundo loco diſtincta ſunt. §. 7. Col. 9, 9, 3 ſq. Cap. 9 tres priores editiones ſic habent: *in octauam fere diei: poſtquam horam.* Pariter cap. 13 noſtram emendationem confirmant; habent enim, *conſumatur.* Imo Commelinus, inter corrigenda, probat *conſumantur.*

§. 8. Col. 10, v. 101 Libro 10 in eo verſu. *Tu quae pallet humi, quae frondens purpurat auro*, Commeliniana id habet, quod in Iuntina, tres reliquae, quod in Stephani editione probauimus. Illum autem verſum [121]: *Rutaque Palladiae baccae victura ſaporem*, cum in omnibus ſummo conſenſu ad hunc ipſum modum proponi, animaduerterem; videndum aliquando putaui, an hac ipſa ſeruata ſcriptura, interpretari ita poſſemus, vt ruta eſſe vtilis diceretur in oliuarum conditione ad eum quem ante hanc habent, ſaporem demendum, minuendumue. Quae hoc minus diſplicebat interpretatio, quod Columellam hic quoque potuiſſe in animo habere Virgilium ſuum videbam, cuius illa ſunt, et quidem in eo Poëmate, quod hoc in libro noſter imitatur, perſequitur, et vt ipſe loquitur [in praefat. ad hunc librum 10] explet [Georgic. l. 4 v. 101]: *Dulcia mella premes: nec tantum dulcia,*

*quantum*

*quantum Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem.* Attamen cum ad eam ſcripturam quam in veteri codice Cl. Drakenborgium inueniſſe, commemoraueram, proxime accedere audiam codicem celeberrimae Bibliothecae Diui Marci, tuum, mi Iuli eruditiſſime, de vtraque cum lectione, tum interpretatione iudicium eſto.

§. 9. Col. 10, 125 Proximis verſibus: – *et lactis guſtum quae condiat herba Deiectura quidem fronti data ſigna fucarum Vimque ſuam idcirco profitetur nomine Graio.* eo libentius fateor, lepidium ſignificari, quod Ioannes Ruellius [de natura Stirp. lib. 2. c. 104] admonet, Columellam, vbi oxygalae faciendae rationem propoſuit, docuiſſe, *alios recentia folia lepidii cum dulci lacte in olla miſcere*, alios autem ſiccata, et quidem *ſine condimentis:* quae verba ſunt lib. 12 cap. 8. Sed cum ipſe quoque *fucarum* legit, me nihil hic fateor intelligere. Plinii quidem de lepidio verba agnoſco, quae inter ſua, vt ſolet, profert Ruellius: *ſic in facie cutim emendat exulcerando, vt tamen cera, et roſaceo facile ſanetur: ſic lepras et pſoras tollit ſemper facile, et cicatricum vlcera* (alii *vlcerum cicatrices*) videoque hac ratione ad delenda etiam ſtigmata in fronte impreſſa, adhiberi potuiſſe, praeſertim cum ſimiles tollendi haec modos apud Scribonium [compoſ. med. 231] Paulum [de re med. l. 4 c. 7] Aetium [Tetrab. 2 Serm. 4 c. 12] Actuarium [Meth. med. l. 6 c. 8] alioſque legam, ſic vt a vi deſquamandi cutem, ſiue maculoſam, ſiue a morbo, a vulnere, ab vſtione cicatricoſam, graeco nomine λεπίδιον appellari potuerit. Haec tamen omnia cum intelligam; *fucarum* quid iſtic ſit, non intelligo. Quod autem in quibuſdam editionibus *furcarum* eſt ſcriptum, nimirum id nimis aperte carminis legibus repugnat. Viderat hoc, qui in veteri codice, ab Ioſepho Scaligero inſpecto, ita ſcripſerat, vt refert Rhodius [not. ad Scribon. Compoſ. 174] *Deletura quidem furcae fronti data ſigna.* Iuſto autem Lipſio; quod Rhodius pariter memorat, placuit, vt pro *fucarum* reſcriberetur *focorum:* cuius ergo emendationis auctorem, et probante quidem Turnebo [Adverſar. lib. 13 cap. 22] Guilielmum Peliſſerium fuiſſe, video. Attamen vt caetera omittam, multo propius a magis communi ſcriptura emendatio abeſt reponentium, *fugarum:* quam quidem eiuſdem Rhodii, vt ab ipſo proponitur; eſſe credidi, donec et in Dalechampii commentariis in Plinium [l. c.] et inter ea inveni quae Iohannes Wowerius olim adnotauerat ad Petronium [Satyric.] *notum fugitiuorum epigramma* memorantem, indicia videlicet, vt Caius [Epitom. inſtit. t. 1] loquitur, *aut igne aut ferro (in facie) impreſſa*, per quae, ſi iterum fugerent, dignoſci, et deprehendi poſſent, exempli gratia haec quam Rhodius alibi [Not. cit. ad Compoſ. 231] commemorat, litterarum ſpecie F. H. E. L. T. quod eſt: *Fugitiuus hic eſt Lucii Titii.* Idem nominat, ac mecum refellit, qui legendum eſſe *fucorum*, cum Fortunato contendebant. Qui etſi in eo quoque interpretando, quem continuo poſt hunc expendimus, de alui colubris, id eſt, lumbricis eſt lapſus; noſtrae tamen fidei eſt, te admonere, ipſius verba in Regienſi editione anno 1499 ſic proponi; [v. 232] *aliis quas aluos educat*, vt intelligatur, nonnullam errorum quos ipſi adſcripſimus partem, inſcitiae, incuriaeque operarum eſſe aſſignandam. Caeterum ibi in Columella aluus legit Commelinus, et infra *bryonius:* quas nos lectiones probaueramus.

§. 10. Col. 11, 3, 37 et 39 ſqq. Sed in libro etiam 11, quae prima ex 3 capite duo loca propoſuimus, et ipſe, et qui tres antiquiores editiones curauerunt, ita diſtincta exhibuerant, vt nos indicauimus.

Nec in extremo capite 17 lib. 12 ſine ratione aliquid mutandum eſſe, putaui, quando hae omnes quatuor editiones non vt caeterae habent, *inferuefaciant*, ſed *inferuefaciunt;* aut in capite 55 [ſ. 2] pro *exanïueris*, legendum eſſe *exaniaueris*, quando hoc habet Commeliniana. In libro etiam, qui reliquus eſt, *de Arboribus*, illa ipſa editio, inter *corrigenda*, ita emendauerat 10 capitis inſcriptionem, vt nos emendauimus. In iis autem verbis, quae ex cap. 26 [ſ. 8] ſecundo loco protulimus, tres veteres editiones non modo vt nos, habent *nudaueris;* verum inſuper commonſtrant, non immerito illa nobis diſplicuiſſe: *ex qua arbore inſerere voles*, cum ſic habeant: *quam arborem inſerere voles.* Sane etiam paulo ſupra ad eundem modum, itemque libro 5 cap. 11 [ſ. 3] ſcriptum eſt: *Arborem quam inſerere voles.* Sed nimirum hic dum conſtantem caeterarum omnium editionum ſcripturam eſſe antiquam, putaui, in eiusque propterea veſtigiis ſcrupuloſius omnino inſiſtendum; ab antiquae non ſententia quidem, ſed locutionis genere aberrare coactus ſum.
§. 11. Col. Arb. 30, 2 Quod mihi vt aliis nonnullis in locis, ſic in poſtremo quoque accidit, quem ex Columella propoſui: *Roſam fruticibus, ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit.* Etſi enim non vnam indicaui rationem, cur *ſulculos* pro *ſurculos* ſcribendum putarem; vbi tamen animaduerti, non modo in Commeliniana, ſed et in duabus vetuſtioribus editionibus eſſe *ſulcos*, in tertia autem harum, quae videlicet ex ipſis recentior eſt, *ſurcos*, coepi ſuſpicari, ex hoc fortuito typographi errore natum fortaſſe eſſe *ſurculos* in poſterioribus editionibus. Quod qui in *ſulculos* mutandum eſſe ante me, cenſuerunt, illi quidem Columellae ſententiam procul dubio reſtituerunt, verbum autem an reſtituerint ita dubium eſt, vt vox *ſulculus*, quam huius vnius loci auctoritate in latina Lexica intulerunt, niſi productis aliis ſcriptorum exemplis confirmetur, ipſa quoque dubia et incerta eſſe videatur. Illud hoc in loco non eſt omittendum, Ienſonianum exemplar non habere *fruticibus*, ſed *fructibus:* quae ſcriptura ex iis quae Palladius huc, vt ſolebat, reſpiciens tradidit, fortaſſe poſſet confirmari. Nam roſaria conſerenda ac ponenda eſſe, docuit *vel virgultis vel etiam ſemine, quippe quae baccas nutriant in breuiſſimi piri ſimilitudinem, plenas ſeminibus.* Non negauerim: *fruticibus* in Columella reſpondere *virgultis* in Palladio. Attamen nihil in illo de *ſemine:* et quod de *ſurculis* dixit, fortaſſe etiam virgulta complectitur. Neque enim ſurculus, vt vulgo credunt, id tantummodo eſt, quod *in ramis oritur*, ſed interdum etiam eſt frutex, ac virgultum, auctore ipſo, ni fallor, Columella [lib. 3 c. 11 ſ. 5] vbi negat, *eſſe vllum tamdiu viduum ſolum virgultis, vt non aliquos ſurculos progeneret, tanquam piros ſylueſtres, et prunos, vel rubos certe.* Sed haec tu melius.

§. 12. Palladius ſequitur, cuius nos loca non cum illis tantum editionibus quatuor, quas ſaepius commemorauimus, ſed cum libris inſuper Petri Creſcentienſis tum Latina tum noſtra hac lingua editis, et Palladii interpretatione quadam vernacula, atque calamo exarata, ac perantiqua, nuper contulimus. Petrus enim Creſcentienſis, ſiue vt vulgo a noſtris appellatur, Creſcentius, qui ante annos trecentos ſcripſit de agricultura, non alius auctoris verbis ſaepius vtitur, quam Palladii,

ladii, vt cum, etiam vbi non nominat, ipſum haud raro deſcribat, manifeſta quae in Creſcentium menda irrepſerunt, Palladii ope tollenda ſint, et viciſſim; id quod te iam pridem et animaduertiſſe, et facere inſtituiſſe, non ignoro. Vernacula autem illa Palladii interpretatio ab homine Florentino; quod ex Ianuario cap. 4 et aliunde planum eſt, ſcripta, quam antiqua ſit, ex ipſis verbis intelligimus.

Hanc V. Clariſſ. Doctiſſimusque Saluinus Saluinius anno ſuperiore ad Caietanum Vulpium miſerat, qui eius mihi copiam fecit, ſingulari homo in iuuandis litteris ſtudio, ac diligentia. Quin etiam Apicii de arte coquinaria libros inſpexi: ſed vt nonnulla quae pariter in Palladio ſunt, in ipſis agnouerim, nihil tamen invenerim, quod magnopere ad eum pertineret. §. 13. Pall. 1, 24, 2 et 3 Iis igitur nouis ſubſidiis inſtructus, inprimis quae ex Palladio lib. 1 tit. 24 propoſueram, locis, in quibus agitur de columbis, coepi vehementer ſuſpicari, aliena eſſe verba illa: *frutex virgoſus ſine foliis aſper*, *vel*, et mox, *ſetoſi*. Nam primum verba haec omnia in Ienſoniana, ſuperiora vero etiam in duabus aliis vetuſtis editionibus deſiderantur, in Commeliniana autem, quae ad veteres membranas, quod ad Palladium attinet, exacta eſt, omnia haec vncis ſunt intercluſa. Sed ne in vernaculis quidem Palladii, et Creſcentii interpretationibus vllum eorum veſtigium eſt. In illa tamen *hirci alarum*, reddita ſunt *ſumma alarum* (*le ſommitadi dell' ale*) quae Palladii verba an ita eſſent reſcribenda, *cirri alarum* interdum quidem dubitaui, nunquam tamen quidquam certi conſtitui.

§. 14. Pall. Feb. 15, 1 etc. Libro 3 initium tit. 15, ita vt ego cenſueram, diſtinctum inueni, cum apud Creſcentium [lib. 4 c. 14] tum in vernacula interpretatione Palladii. Neque tit. 25 ſ. 4 editiones illae quatuor aliter habent atque ego in Iuntina probaueram.

Libro 4 tit. 9 [ſ. 3] cum Iuntina pariter mecumque eaedem faciunt editiones, et ea de qua ſaepius dixi, interpretatio. Verum tit. 10 [ſ. 20] vbi de Meſpilo, etſi hae omnes, et praeterea Creſcentius [l. 5 c. 16] in eo quod praecipuum eſt, a me non diſſentiunt, in reliquis tamen vernacula quidem interpretatio, et Commeliniana editio conſentiunt; caeterae autem ſic habent, vt legiſſe etiam ex parte videtur Creſcentius: *ſed putatur hinc arbor ſterilis fieri. Fimus* et caet.

§. 15. Pall. Mai. 1, 1 etc. Libri 6 initio in iis omnibus (ſi Creſcentium demas, in quo locum non inueni, qui huic admodum reſponderet) ſcriptum eſt *milium*.

Libro autem 7 tit. 7 [ſ. 2] fruſtra in his omnibus quaeſiui, quid pro *factis carbonibus* ſit reſcribendum. Editiones enim haec ipſa habent; Interpretatio ne carbones quidem memorat; Creſcentius [lib. 9 c. 103] denique hunc locum tam negligenter deſcribit, vt pro *in pultario factis carbonibus*, habeat, *in pulmentario ſiccis carbonibus*. Quod tamen ἐπίθετον, ſi modo veſtigia ſeruat ſcripturae Palladii, permouere aliquem poſſit, vt coniiciat, ſcripſiſſe hunc, *in pultario ſitis carbonibus*. §. 16. Pall. Iun. 7, 7 Neque diligentius exſcripſit, quae Palladius de Apum Regibus ſubiecit, ſic enim habet [lib 9 c. 102]. *Leues abſque pilo, niſi fronte pleniores, quaſi capillum gerunt in ventre;* itaque ex *forte*, quod a Columella Palladius deſcripſerat, factum eſt *fronte*: quos ſiue Creſcentii, ſiue operarum potius

 errores,

errores, vt eſſe veteres, intelligamus, is etiam ſeruauit, qui eius libros olim in vulgarem hanc linguam tranſtulit. Hic quaeres fortaſſe, quemadmodum verba haec Palladii Florentinus interpres reddiderit. Sic autem reddidit: *morbide ſenza pelo. et anno vn capello, quaſi nel ventre di ſuoui. come aguglione.* Nempe hic in vertendo quaedam omittit, qui alibi, plura intruſit de ſuo, et praeſertim libro 1, vbi agitur de aquae ſalubritate agnoſcenda, quae certe nec Palladii eſſe, nec eſſe potuiſſe, procliue eſt demonſtrare. Caeterum etſi hoc verum eſt, etſi praeterea haud paucis in locis Autoris ſententiam non eſt aſſecutus, eſt viciſſim vbi non inutile prorſus ſit hanc quoque interpretationem conſulere.

§. 17. Pall. Sept. 13, 2 etc. Quod in libro 10 ſuſpicatus eram, id velim etiam atque etiam conſideres. Nam ne mihi quidem ipſi vndiquaque nunc placet. Praeterea illa interpretatio, atque editiones vetuſtae aduerſantur. §. 18. Pall. Oct. 5, 1 Contra lib. 11 tit. 5 non dubito quin pro ipſa ſteterim Palladii ſententia, cum iis in verbis: *Sed hae radiculae* (*vitis*) *non ad ſiccum debent recidi*, malle me, oſtendi, *truncum* legere, quam *ſiccum.* Ecce etiam Creſcentius [lib. 4 c. 15] vbi haec ipſa verba exſcribit, eandem ſententiam confirmat, quanquam verbum aliud proponit: Sed *hae radiculae non ad ſtipitem recidi debent.* Vernacula autem Palladii interpretatio ſic idem docet, vt quo tamen verbo ſit ipſe vſus, *trunci* (quo ſaepius de vite loquens Columella) an vero *ſtipitis*, incertum relinquat; niſi forte *vitem* ſcripſiſſe indicet. Sic enim habet: *non tagliandole raſente la vite.* §. 19. Pall. Oct. 19, 1 Tit. 19 Minus placent quae conieceram ad illa verba: *Paſſum nunc fiet ante vindemiam, quod Africa ſueuit vniuerſa conficere pingue, atque iucundum, et quoad conditum, ſi vtaris ab inflatione te vindices.* Multo ſimplicius emendabimus, ſi nulla detracta, aut mutata littera legemus [vt in vna, ſi probe memini, editione eſt Gymnici.] *quo ad conditum ſi vtaris*, ſed media ſyllaba in *conditum* producta, non, vt mox in *conditum vaſculo*, correpta. Sic autem interpretabimur: quo paſſo ſi pro melle vtaris ad vinum condiendum, non ſic infleris, vt a melle. Mel enim, vt noſti, *aluum inflare*, cum Dioſcoride [de Med. Mat. l. 2 c. 75] Medici admonent. Quod autem cum Palladius ſcripſit, *ad conditum*, et proprio verbo, et id quod ego interpretor, ſignificante vſus ſit, te latere non poteſt. Nam latini cum dicebant *conditum*, Graeci autem iuniores, latinae huius vocis vſurpatione, *κονδῖτον*, vinum intelligebant, aromatum, imprimisque piperis, et praeterea mellis additamento confectum. Talia ſunt apud Apicium [de art. coquin. lib. 1 c. 1, 2.] *Conditum Paradoxum*, et *Conditum Melizomum:* et quanquam eo tempore iam multa addiderat aliorum et Heliogabali [vid. Lamprid. Heliogab.] praeſertim luxuria; talia certe, et hoc quidem ipſo *Conditi* nomine appellata, tam longo ante tempore in vſu fuerant, vt haec eius vocis ſignificatio, in vberrimis latinis lexicis praetermiſſa vix vni Gloſſario Caroli du Freſne relinqui non debuerit. Maior enim Plinius [Nat. Hiſt. l. 14 c. 16] poſtquam plurium vinorum aromatitum compoſitiones indicauit, *Qualia*, inquit, (vina) *nunc quoque fiunt, pipere, et melle addito, quae alii condita, alii piperata appellant.* Et de his fortaſſe verba etiam ſunt accipienda Corn. Celſi [de Medicina l. 1 c. 2] *condita omnia duabus de cauſis inutilia ſunt, quoniam, et plus propter dulcedinem aſſumitur, et quod modo par eſt, tamen aegrius concoquitur;* neque enim iſta *dulcedo* condimentis omnibus de quibus ſic vniuerſe interpretantur Pan-

tinus

tinus [Comment. in Celſ.] et Rubeus [Annot. in Celſ.] ita conueniebat, vt *Conditis*, quorum cum varias compoſitiones ad quinquaginta apud Apicium [lib. citat. 1 c. 1 et ſeqq.] Paulum [de Re med. l. 7 c. 11] Oribaſium [medicin. collect. l. 5 c. 33] Aetium [Tetrab. 1 ſerm. 3 c. 62 et ſeqq. et Tetrab. 4 ſerm. 4 cap. 117 et ſeqq.] Nicolaum Myrepſum [de compos. medicam. ſect. 1 c. 194 et ſect. 27 c. 33 et ſeqq.] aliosque legerim; nullam memini legiſſe, in qua non ſatis mellis admiſceatur. Scilicet conditum omnino erat mulſi quoddam genus, vt Caelius Aurelianus [Morb. Chron. l. 5 c. 1] ſcripſerit: *probat conditum bibendum, quod plerique latini mulſum vocant.* Ipſe etiam Palladius, qui libro 3 [t. 32] *Conditum vel abſinthiatum, vel roſatum vel violatum* memorauerat, vbi roſatum vel ſexto [t. 17] vel hoc ipſo libro [t. 15] conficere docuit, vtrobique mel adiecit. Non tamen ſemper inter conficiendum conditum, et nominatim roſatum, aut violatum, mel admiſcebant; ſed aliquando (id quod conſtat ex Apicio [lib. cit. c. 4]) eo tantum tempore, quo erant bibituri, videlicet vt liberum eſſet ſingulis conuiuis pro arbitrio plus minuſue addere. Quem ad morem hic Palladium reſpexiſſe crediderim, propterea quia paſſum iſtud, *quo ad conditum ſi vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices*, docuit, *conditum vaſculo, mellis more, ſeruari.* Porro vt Palladius pro melle paſſum, ita Nicolaus Myrepſus [ſect. 27 c. 40 et 43] ſaccharum aliquando poſſe adiici Conditis, monuit. Martialis [Xenior. 106] autem paſſi, et mellis magnam, vt ſic dicam, propinquitatem ſignificauit in diſticho de paſſo: *Gnoſſia Minoae genuit vindemia Cretae, Hoc tibi, quod mulſum pauperis eſſe ſolet.* neque reticuerat Plinius [nat. hiſt. lib. 14 c. 9] qui paſſum ait in adulterium mellis excogitatum. Sed eam ſaepius oſtenderat Celſus [de Medic. l. 2 c. 20, 22. 30. 32. 29, 18. 25. 28] qui etſi inter ea, quae boni ſucci ſunt, et quae lenia, et quae aluum adſtringunt, paſſum numerauit, cum mel inter ea, quae acria ſunt, numeret, idemque crudum, vt mulſum quoque mouere aluum, doceat, tamen pariter et valentiſſimae eſſe materiae, et aliena ſtomacho, et facile intus corrumpi paſſum, et mulſum pronuntiauit. Certe etiam Dioſcorides [de med. Mat. l. 5 c. 7] iſtud ipſum paſſum Creticum de quo Martialis, et cui Plinius [loc. citat.] primatum dedit, *inflare tamen, et ſtomacho aduerſari*, docuit. Africum vero de quo verba facit Palladius, an haec non faceret, aut minus quam mel faceret, meum non eſt in praeſentia decernere; neque enim Palladii hallucinationes, ſi quae forte eſſent, defendere, ſed verba tantum exponere inſtitui. §. 20. Veg. 1, 56 Quibus ita expoſitis haud difficile fuerit vnum, aut alterum non modo intelligere, verum etiam reſtituere P. Vegetii locum. Libro enim 1 Artis Veterin. cap. 56 [ſ. 22] *ſi hiems*, inquit, *fuerit; condita, cum ſemiuncia apii ſeminis triti, et olei tribus vnciis calefacta per os ipſius* (equi) *oportet infundi. Si aeſtas fuerit; abſinthium vel roſatum cum quatuor ſcrupulis croci, et duabus vnciis olei frigidum per os ſimiliter debet accipere. Quorum ſi non ſuppetit copia, vinum ſimpliciter conuenit praeberi cum caeteris.* Hic Sambucus ex ſuis codicibus pro *vinum* in libri ora reponit *vnum*, repugnante Vegetio, cuius haec ſententia eſt: cum apii ſemine, et oleo, vel cum croco et oleo vinum ſimplex ab eo eſſe dandum, cui condita nulla ſint hieme, aeſtate autem neque ſit abſinthiatum, neque roſatum: *abſinthiatum* enim eſſe legendum, indicant, quae commemorauimus, Palladii verba: *Conditum vel abſinthiatum, vel roſatum.* Quibus addi poſſunt et illa Lampridii [in Heliogab.] *condito piſcinas, et ſolia temperauit, et roſato atque abſinthiato vulgus ad bibendum inuitauit.* §. 21.

Veg. 4, 8 Pariter libro Vegetii vltimo cap. 8, vbi editum eſt: *poſt curſum, ſiue poſt laborem conditi bene piperati heminam adiicies, aeſtate roris vel abſinthii tantundem, et per os dabis ad cornu;* legendum crediderim, *aeſtate roſati vel abſinthiati tantundem;* non modo quia in illo priore loco ſine vlla controuerſia eſt: *ſi aeſtas fuerit, roſatum* conuenire, ſed etiam quia in hoc ipſo loco Sambuci codices pro *roris*, habent *olei roſati;* vt mihi aliquando hiſce ambobus locis collatis in mentem venerit, hic eſſe ſcribendum *olei et roſati.* Etſi vero iidem, aliique Codices pro *conditi bene piperati* habent, *conditi bene praeparati*, nihil tamen (quod ad hoc attinet) eſſe facile mutandum, oſtendunt, quae ſupra de pipere memorauimus vſque adeo conditis adiecto, vt haec etiam *piperata* vocitarentur, quod non inficiabimur a Celſo [de Medicin. l. 4 cap. 19] eſſe factum, vbi malum punicum *in piperatum coniici*, iuſſit. Caeterum an de pluribus Vegetii locis in quibus *vinum candidum* ſcriptum eſt, nonnulla ſaltem ſic oporteat emendare, vt alibi *vinum calidum* alibi *vinum conditum* legamus, ipſe conſtitues; ego iam tranſeo ad Varronem. §. 22. Varro 2, 4, 8 De Varrone, ad ea quae ſcripſeram, nihil hoc tempore eſt, quod addam, niſi quam ob rem in lib. 2 c. 4 Auſonium Popmam laudaueram eam rem fuiſſe ante ab Ioſepho Scaligero [coniectan. in Varron.] non animaduerſam modo, ſed etiam probatam. Quod autem ſupra in extremo capite 2 oſtenderam, non bene ſcriptum eſſe, *vt dixi*, cum ſcribendum videlicet fuiſſet, *vt dixiſti*, id vero ſic a te accipi, velim, vt ſiquis Varronem malit, quam librarios errauiſſe, ipſe acrius non repugnem. Illud enim mihi propoſitum fuit, vt errorem ab aliis non animaduerſum retegerem, eiuſque, ſi librariorum crederetur, emendationem proponerem. Equidem hos longe facilius, quam Varronem; hunc tamen falli ipſum quoque potuiſſe, confiteor, in re praeſertim eiusmodi, in qua ſi quis dicat, Marci etiam Tullii diligentiam aliquando deſiderari; illum ego refellere magis cupiam fortaſſe, quam poſſim. Haeſi nimirum, ne tecum quidquam, mi Iuli, diſſimulem; cum in libro 5 de finibus cap. 8 haec nuper relegerem: *quoniam igitur et de voluptate cum Torquato, et de honeſtate, in qua vna omne bonum poneretur, cum Catone eſt diſputatum* etc. Quae ſi ab ipſo Tullio dicerentur, aut certe ab aliquo, qui duabus illis ſuperioribus diſputationibus interfuiſſet; res plana eſſet atque expedita. Dicuntur autem a M. Piſone, qui non modo ipſe non interfuerat, ſed eas ne legiſſe quidem poterat, quippe quem epiſtolae ad Atticum [lib. 13. epiſt. 19] docent, antequam diſputationes illae conficerentur deceſſiſſe; ne ipſas dicam ſatis docere, nondum habitas confingi eo tempore, quo eas M. Piſo commemorabat. Neque minus haereo, cum aut in 2 libro de natura Deorum ſic loquens, cum Velleio inducitur Balbus: *velut a te ipſo heſterno die dictum eſt, anum fatidicam πρόνοιαν a Stoicis induci*; aut cum in tertio ſic Cotta cum Balbo: *omniaque quae a te nudius tertius dicta ſunt, cum docere velles, Deos eſſe etc.* quaſi vero non id Velleius in primo, neque haec in ſecundo libro Balbus dixiſſet, et hi tres libri (quod ſingulorum oſtendunt initia) non vnius diei ſermones complecterentur. Quid ergo eſt? Num cuique [id quod Tullius in Bruto fatetur] *difficile eſt in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, vbi ſibi ipſi non conueniat*, praeſertim aliud alio tempore ſuis in ſcriptis mutanti, quod Ciceronem maxime in Dialogis feciſſe conſtat. Nam certe [vid. Epiſt. ad Atticum lib. 13 epiſt. 13, 15, 19] Quaeſtiones Academicas a Catulo, Lucullo, Hortenſio, ad Varronem tranſtulit, et ex duobus libris in quatuor contulit. Num igitur offenſus prolixitudine diſputa-

diſputationis de Natura Deorum, cum quod in ea de Legibus [vid. fin. lib. 2 de Legib. et lib. 3] fecit, facere hic nequiret aut nollet, vt diei longitudinem inculcaret; habuit in animo aliquando in facere quod in libris de oratore, aliisque, vt eos ſermones in plures diſtribueret dies, neque tamen publicis occupationibus, et calamitatibus impeditus, perfecit. Num pariter libros de Finibus ſic primum informauerat, vt quemadmodum in iis de officiis, vnus ipſe doceret, tractaretque omnia, quae deinde cum in Dialogos conferret, illa obuenerint dicenda M. Piſoni, quae ipſum dixiſſe Ciceronem dicebat? Quae ſi ad hunc, aut alium aliquem non abſimilem modum contigiſſe arbitremur; videlicet Varro etiam poterat eam primum omnem orationem aut Scrofae aut Attico tribuiſſe, quam inter vtrumque diuiſerit poſtea. Certe nobiles quoque ex noſtris Poëtae, et in his Ludovicus Arioſtus et Torquatus Taſſus, cum hic certam quandam rem deleuiſſet, ille vero vnum aut alterum verbum mutaſſet, obliti reſpondentia etiam alia tollere, ac commutare, verſus praeſertim duos [G. Liberata Cant. 16 St. 35 v. 4. O. Furioſe Cant. 23. St. 107. v. 8] reliquere, quorum alterum non ſatis intelligi, alterius verba cum ſuperioris verbis minime cohaerere, vel ſtudioſiſſimi eorum homines confitentur. Quod ſi idem Tullio, aut Varroni accidiſſe, nullo pacto fateri quis audeat; Varronem quidem, vt tueri poſſit, docuimus; vt Tullium, ipſe viderit. Nobis enim non modo his diutius hic immorari non licet; haec epiſtola eſt concludenda. Summa ergo eſt, primum, vt inter legendum, quas ad Facciolatum ſcripſimus litteras, has quoque identidem inſpicias, neque propterea quod iis omnibus in locis, de quibus [ne fruſtra longi eſſemus] ſiluimus, cunctae nobis editiones aduerſantur, coniecturas noſtras continuo abiicias, immo, ſi neceſſariae videantur, hoc ipſas magis quantulaecunque ſunt, probes, quod labeculas indicent ſub tot exemplarium auctoritate facile deliteſcentes. Deinde fac, illud memineris: ſi haec noſtra erga tuos Auctores ſedulitas grata eſt, ſi ab hac porro alia atque alia expectas; vnam hanc in poſterum tibi fore et ſenſum tuum oſtendendi, et noſtra eliciendi facultatem, ſi tuas viciſſim ad illos annotationes perſcripſeris, et nobiſcum tandem aliquando communicaueris. Vale.

Patauii Poſtrid. Idus Mart. MDCCXXIII.

III. IOAN-

III.

# IOANNES BAPTISTA MORGAGNVS IVLIO PONTEDERAE

S. P. D.

Etsi ex meis ad Rei Ruſticae Auctores Adnotationibus nulla vnquam alia eorum Studioſis exiſtet vtilitas; hanc tamen, quod expreſſerint tuas, tantam eſſe, exiſtimabunt, vt non vulgarem ex meis cepiſſe ſe fructum, fateantur. Quo magis ea praeſtare me, decet, quae ſuperiore Epiſtola pollicitus ſum, vt neque tu, qua es modeſtia, ſuſpiceris, non ſatis mihi fortaſſe, quas adhuc miſeris, placuiſſe, et illi intelligant, quod alias atque alias addideris, id quoque huic noſtro, qualecunque eſt, exemplo, et adhortationibus ſe debere. Cum Pub. Vegetius in ſuos de Arte Veterinaria libros non pauca tranſtulit e ſexto libro Columellae, tum ex huius ſexto, et tredecim quae inſequuntur, capitibus, tertii ſui libri tertium, et quartum caput euidentiſſime confecit. In haec ego cum plurima paſſim menda Librariorum imperitia ſocordiaque irrepſiſſe, animaduerterem, ſic vt haud paucis in locis aut alieniſſima ab re legantur, aut quae nullo modo intelligi queant; vitia haec exiſtimabam propria eſſe principis Editionis, non alterius etiam communia, quam anno 1574 procurauit Ioannes Sambucus Vir Doctiſſimus, et peruetuſtis Codicibus ſane inſtructiſſimus. Superioribus tandem menſibus huius mihi Editionis copia facta eſt. Quid quaeris? Codicum, nonnunquam, vt verum fatear; haud inutilium ſaepius tamen in grauiſſimis apertiſſimisque mendis mirifice conſentientium, ratio habetur; Columella autem, vnde illa ipſa capita certe fuerant primum deſcripta, ne memoratur quidem. Non me fugit, quantum vetuſtorum Codicum auctoritati, atque conſenſui, quantum etiam Vegetii ipſius arbitrio, aetati, et in ſcribendo conſuetudini tribuendum ſit. Hic tamen ſaepe menda ſunt ita euidentia; emendationes autem occurrunt ita faciles, et neceſſariae, vt niſi Vegetii ipſius αὐτόγραφον producatur, nemo ſit, qui perſuadere poſſit, Codices non eſſe corruptos, neque ea quae a Columella praemonſtratur, ratione emendandos. Quid ergo eſt? Num in Vegetio relinquendum eſt nihil, niſi quod in Columella inueniatur? Imo plura ſunt fortaſſe etiam mendoſa, quae tamen in praeſentia quidem tentare non auſim. Nonnulla quoque eiusmodi ſunt, vt Columellae viciſſim emendando praeclare inſeruiant, de quo nunc potiſſimum laboramus. Quae cum ita ſint, operae pretium arbitror me eſſe facturum, ſi locos ſingulos, quorum alter alterius ope indiget, inter ſe conferam, atque ita ante oculos ſtatuam, vt Vegetii primum verba, tum Columellae, quemadmodum edita ſunt, deinde vtriuſque, quomodo alterum ex altero emendandum credam, vno obtutu conſpici poſſint. Vbi emendatio-

dationem confirmare deceat, ei rei argumenta ſubiiciam. Incipiemus autem ab iis duobus, de quibus eſt dictum, capitibus. Tum ſi praeterea alii erunt loci, quos comparare haud inutile ſit, eos quoque ad eundem modum ſubdemus.

§. 1.

*Vegetii* 3, 3, 1.

Cruditas plurimum nocet, cuius haec ſunt ſigna : crebri ructus, cibi faſtidium , ſonitus ventris. (1) intenſiones neruorum, oculi hebetes : propter quae nec bos ruminat, neque linguam detergit, vt ſolet. Prodeſt itaque (2) vt duos congios (3) vbi bibi poſſit digerere per fauces. Poſt quos ſtatim braſſicas triginta caules modicas decoques, et ex aceto dabis.

Sambucus ex Codicib. in marg.

(1) *Contractiones* (2) *calide.* (3) *vt* Idem *braſſicae* habet, non *braſſicas.*

*Columellae* 6, 6, 1.

Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus, ac ventris ſonitus, faſtidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Propter quae bos neque ruminat, neque lingua ſe deterget. Remedio erunt aquae calidae duo congii, et mox triginta braſſicae caules modice cocti, et ex aceto dati.

*Vegetius* emendatus.

nec bos ruminat, neque *lingua ſe* detergit, vt ſolet. *Proderit aquae calidae, vt* bibi poſſit, duos congios digerere per fauces. Poſt quos ſtatim *braſſicae* triginta caules *modice* decoques, et ex aceto dabis.

*Calidae vt bibi poſſit*, non aliter eſt accipiendum, quam ſi dixiſſet, ita calidae, vt tamen bibi poſſit, quemadmodum fere dixit altero huius libri capite 3 *calidum ita, vt manus pati poſſit.* Hanc emendationem, vt vides, Sambuci codicibus ex parte debemus; Columellae autem reliquas.

Caeterum velim propoſita cruditatis ſigna attendas, et ſi pleraque eiusmodi eſſe, videas, non vt inde effici, ſed vt iis adiici potius queant illa duo, quae continuo ſubiiciuntur, intermiſſa videlicet ruminatio, et ea quae fit per linguam, deterſio; tum vero cogites, oporteatne in vtroque Auctore reſcribere *praeter quae*, vbi legitur ab omnibus *propter quae.*

§. 2.

*Veget.* 3, 3, 2 et 3.

(1) Praeterea lentiſci et oleaſtri cacuminum pondera 4 deterunt, et cum lib. mellis atque aquae congio miſcent [et paulo infra] ab alio quoque cibo vel potione prohibentur. Nam ſi neglecta fuerit cruditas, ventris inflatio inteſtinorumque ſubſequitur, exprimit gemitus, cibosque capere non ſinit, nec in loco conſiſtere, decumbere, et volutare cogit, caudamque frequenter commouet.

(1) *quibus lentiſci* Samb. in marg. ex Cod. Idem non habet *aquae.*

*Colum.* 6, 6, 2 et 3.

Tum lentiſci, oleaſtrique cacuminum pondo IV, et libra mellis vna trita permiſcent aquae congio [et infra] aliaque potione prohibent. Hoc per triduum fieri, dum omnis cauſa languoris diſcutiatur. Nam ſi neglecta cruditas eſt, et inflatio ventris, et inteſtinorum maior dolor inſequitur, qui nec capere cibos ſinit, gemitus exprimit, locoque ſtare non patitur, ſaepe decumbere, et agitare caput, caudamque crebrius agere.

*Veget.* emend.

decumbere et *volutari* cogit, caudamque frequenter commouere.

*Colum.* emend.

Tum lentiſci, oleaſtrique cacuminum pondo IV et *libram* mellis, vna trita, permiſcent aquae congio [et infra] aliaque potione prohibent. Hoc per triduum fieri *debet*, dum omnis cauſa languoris diſcutiatur. Nam ſi neglecta cruditas eſt, et inflatio ventris, et inteſtinorum maior dolor inſequitur, qui nec capere cibos ſinit, gemitus exprimit, locoque ſtare non patitur, ſaepe decumbere, et agitare caput, caudamque crebrius agere *cogit.*

Hic noli mirari, quod omnia in Vegetio non correxerim. Equidem nonnulla facile deeſſe, et quaenam deſint, agnoſco; ſed quibus potiſſimum verbis reponenda ſint, pro certo non video. Quae emendaui, ea minus dubia erant.

Pariter in Columella minus dubitaui reſcribere *libram mellis*, reputans quam facile librarii de duabus proximis literis *m* vna omiſſa, *libra* ſcribere potuerint perperam. Poſt *fieri* addidimus *debet*; nam et verbum eiuſcemodi deſiderabatur, et Columella hoc vti ſolet, velut cap. 9. *Quae medicina ſub tecto fieri debet.* et lib. 7 c. 5 *quod in omnibus morbis, ac peſtibus fieri debere cenſemus* etc. ad extremum etiam addidimus *cogit*, verbum non minus ibi deſideratum, et a Vegetio facile ex Columella deſcriptum, et praeterea ab non recenti manu additum [ex ingenio an ex Codicibus?] in vno ex tuis Columellae exemplaribus, in quo etiam ante *gemitus* coniunctio *et* ſatis eleganter eſt interiecta.

§. 3.

| *Veget.* 3, 3, 4. | *Colum.* 6, 6, 4. | *Veget.* emend. | *Colum.* emend. |
|---|---|---|---|
| Si tardius proficit, tres partes lauri diu conteruntur, et cum duplici aquae calidae dantur. (1) Si iſta non valent, mirtae foliorum ſylueſtris duae lib. tunduntur in pila, et (1) duae ex calida aqua miſcentur, ac per vas ligneum faucibus infunduntur<br>(1) *ſi laurus non adeſt.* (2) *dico* ſextarii. Samb. in marg. ex Cod. | Si nec haec profuit res, caprifici aridae conteruntur, et cum dodrante aquae calidae dantur. Vbi nec medicina proceſſit, myrti ſylueſtris foliorum duae librae deligantur, totidemque ſextarii calidae aquae miſti per vas ligneum faucibus infunduntur. | Si iſta non valent, *myrtae ſylueſtris foliorum* duae librae tunduntur in pila etc. | Vbi nec *haec* medicina proceſſit, myrti ſylveſtris foliorum duae librae *laeuigantur*, totidemque etc. |

Hic quoque intelligo, alia inſuper in alterutro Auctore eſſe poſſe deprauata, praeſertim ſi quae Sambucus ex Codicibus adnotauit, ſic legenda cenſeas, *duo ſextarii*, eaque illuc pertinere, vt pro *duae ex calida aqua*, intelligamus Vegetium ſcripſiſſe, *duo ſextarii ex calida aqua:* quae cum Columella omnino conſentirent. Sed quoniam ſuo vti iudicio atque arbitrio Vegetius potuit; idcirco in ipſo ne *myrtae* quidem mutauimus, cum libro etiam 2 cap. 12 *mirtam aridam conterendam* ſcripſerit, aut veteres ſecutus, qui pro myrto *murta* dixere, aut ſuae vel tempeſtatis, vel regionis conſuetudine quadam abreptus, nam a ſuis quoque Gallis myrtum vocitari *murtam*, Ioannes Ruellius [de natura Stirp. lib. 1 c. 100] teſtatus eſt.

In Columella cur addiderimus voculam *haec* noſtra ad Cl. Facciolatum Epiſtola oſtendit. Certe etiam Lucano non vſque adeo ingratus viſus eſt harum vocularum concurſus, *nec haec*, vt non ſcripſerit [Pharſal. lib. 3] *nec haec alius committat praelia miles;* neque Varroni [de re ruſtica 1, 55, 3] qui *nec haec*, inquit, *non minima cauſa.*

Quod autem pro *deligantur* ſubſtituerimus *laeuigantur*, duae fuerunt cauſae, altera quod *deligantur* ab ſententia alienum eſt, altera quod *laeuigantur* a Vegetio indicatur; *tunduntur*, inquit, *in pila.* Sic alibi etiam loquitur Columella [lib. 6 cap. 17] *ſemina eius collecta, et laeuigata cum vino dantur potanda*, pro quibus haec habet Vegetius

Vegetius [lib. 3 cap. 4] *ſemina eius collecta, et trita dantur ad potandum cum vino.* item [lib. 7 c. 5] *galla cum auſtero vino laeuigata*: [lib. 9 c. 13] *omnia eadem aequis ponderibus in vnum laeuigata*: et [lib. 12 c. 41] *quae in collo ſubſiderunt, diligenter contrita laeuigantur.* Quae loca ſunt eo diligentius attendenda, quod in ampliſſimis Lexicis latinis hic verbi *laeuigo* ſignificatus omittitur, qui hodieque, vt noſti, apud Medicos in vſu eſt, cum aliquid imperant non modo conteri, ſed vt ipſorum verbis [Amalth. Caſtello - Brunon. in *Laeuis*] vtar, inſuper redigi *in puluerem impalpabilem exquiſitiſſimae laeuitatis, qui et Alcool a quibusdam dicitur, et fit quidem manu, vel tritura ſuper marmore cum porphyrite, vel in mortario cum piſtillo, ita vt quod contritum eſt, excutiatur per ſetaceum, vel linteum.* Ita verbum *laeuigo*, reſpondet graecis λειαίνω et λεαίνω, quibus non tantum complanare, et polire, verum etiam terere, molere, comminuere, et ex aſperis ac duris in laeuem puluerem redigere ſignificabant, vt Ariſtoteles lib. 2 anim.

§. 4.

*Veget.* 3, 3, 5.

Ante detractionem tamen ſanguinis adhibentur iſta remedia: tribus heminis vini, quatuor vnciae contriti (1) olei permiſcentur, poſtque potionem cogetur currere: duae quoque vnciae ſalis cum decem vnciis ceparum atteruntur: mel quoque decoctum admiſcetur, ex quo facta collyria longiora non parum valida immittunt in anum, vt ventrem reſoluant.

(1) *allii* Samb. in marg. ex Cod. qui non habet *iſta*.

*Colum.* 6, 6, 5.

Sunt et ante detractionem ſanguinis illa remedia, tribus heminis vini tres vnciae pinſiti allii permiſcentur, et poſt eam potionem currere cogitur. Vel ſalis ſextans cum cepis decem conteritur, et admiſto melle decocto collyria immittuntur aluo.

*Veget.* emend.

Ante detractionem tamen ſanguinis adhibentur iſta remedia: tribus heminis vini, quatuor vnciae contriti *allii* permiſcentur, poſtque potionem cogetur currere: duae quoque vnciae ſalis cum *decem cepis* atteruntur etc.

Vt ad Facciolatum noſtrum ſcripſi, ita hic Vegetium ex Columella duobus in locis emendo. Primam emendationem, et res ipſa, et Sambuci codices firmant. Alteram neceſſariam eſſe intelligent, quicunque iſta collyria et pro boue, et *longiora*, et *non parum valida* eſſe, attenderint; neque enim ſatis craſſa, et longa e dextante fient ceparum, ſaliſque ſextante, niſi multo inſuper melle adiecto; multo autem addito melle, qui eſſe poterunt *non parum valida*, cum acrem videlicet ceparum vim, ſaliſque ſtimulum nimia mellis copia obruet atque infringet. Quod ſiquis forte *valida* hic dictum accipiat, non vt lib. 4 c. 10 *confectio non minus valida*, ſed vt dura ſignificet, quando lib. 1 c. 42 haec ſcribuntur: *Sal bene tritum, et mel coques, paſtilloſque longos, et duros facies, et in anum iumenti interius immittes.* is libri huius tertii inſpiciat caput 57. haec nimirum, et in eiusdem modi quidem morbo propoſita, inueniet: *cepas decem veteres, ficus ſiccae* ℈ 8 [Samb. Cod. *vncias quatuor*] *nitri ſcrupulos quinque, ſtercoris columbini ſcrupulos quatuor, ex quibus addita vrina collyria facies, et bina vel terna in anum immittes.*

*Veget.* 3, 3, 7 et 8.

Sed interdum in (1) illa medicina conuenit, ſequiturq; (2) omnium vitium, quorum ſignum eſt, ſi exuentum † mutoſumque ventrem ediderit, ſingulare remedium eſt (3) cupreſſinae quindecim, verbenae quindecim gallae diligentiſſime tritae, quantum vtraeque ponderantur tanti ponderis vetuſtiſſimus caſeus, quibus pariter detritis admiſcentur vini auſteri ſextarii 4, et in potu dantur, ita vt lentiſco mixtaque oleaſtri cacumina praebeantur. Si venter coeperit fluere, (4) et videris egere corpus, et vires † capito plerumque inutilem reddit, quia ex cibariis ad medelam bouis nil peruenit, quod ſic videris per ventrem proiicit quam quod manducaverit. Quae cum acciderint, etc.

§. 5.

*Colum.* 6, 7, 1 et 2.

Sed interdum nulla prodeſt medicina. Sequitur torminum vitium, quorum ſignum eſt cruenta et mucoſa ventris proluuies. Remedia ſunt cupreſſini quindecim coni, totidemque gallae, et vtrorumque ponderum vetuſtiſſimus caſeus, quibus in vnum tunſis admiſcentur auſteri vini quatuor ſextarii, qui pari menſura per quatriduum diſpenſati dantur: nec deſint lentiſci, myrtique, et oleaſtri cacumina viridis. Aluus corpus, ac vires carpit, operique inutilem reddit: quae cum accident etc.

*Veget.* emend.

Sed interdum *nulla* medicina conuenit, ſequiturque *torminum* vitium, quorum ſignum eſt, ſi *cruentum mucoſumque* ventrem ediderit. Singulare remedium eſt cupreſſinae quindecim verbenae, *et* quindecim gallae diligentiſſime tritae, *et* quantum vtraeque ponderantur, tanti ponderis vetuſtiſſimus caſeus; quibus pariter detritis admiſcentur vini auſteri ſextarii 4 et in potu dantur. ita vt *lentiſci, myrtique* et oleaſtri cacumina praebeantur. Si venter coeperit fluere *viridis, et quale manducant egerere* corpus et vires *carpit, operique* inutilem reddit, quia ex cibariis ad *medullas* bouis nil peruenit.

*Colum.* emend.

Remedia ſunt cupreſſini quindecim coni, totidemque gallae, et vtrorumque *ponderis* vetuſtiſſimus caſeus, quibus etc.

(1) *nulla* (2) *torminum* (3) *cupreſſi baccas, et Gaubrae ana XV bene tritas, et tantundem vetuſtiſſimi caſei.* (4) *viride quale manducant.* Samb. in marg. ex Cod.

Etſi plura menda ex Vegetio ſuſtulimus, et in his duo illa obelo notata, quae pro deſperatis in prima Editione relicta erant, non tamen omnia ſublata eſſe, exiſtimamus. Fortaſſe vbi de torminibus ſermo incipit, ibi oratio prorſus eſt a ſuperiore disiungenda; nam in ipſo etiam Columella, inde hoc caput 7 videtur fuiſſe inchoandum, aut ille ex Vegetio emendandus, atque ita ambo intelligendi, vt dicant, aduerſus cruditatem, et inteſtinorum dolores nullam interdum medicinam proficere, indeque tormina conſequi. Fortaſſe Vegetius paulo poſt ſcripſit, *ventre reddiderit* non *ventrem ediderit.* Fortaſſe medicamentum in quatriduum eſſe partiendum, non omiſit. Fortaſſe vt alia praeteream, extrema verba, quae emendare, a Columella, et Codicibus deſtituti, auſi non ſumus, aut ad hunc fere modum ſcripſerat: *quod ſic videris; plus enim per ventrem proiicit, quam quod manducauerit,* aut ad hunc alterum: *quod ſic viride per ventrem proiicit, quam quod manducauerit;* neque enim, puto, in Vegetio te offenderit, *ſic viride – quam*, memoria tenentem, ſcriptum eſſe a Propertio [lib. 2 Eleg. 5 al. 4] *non ita – variant – quam.* Eorum autem quae emendando reſcripſimus, partim ita euidentia ſunt, nulla vt egeant probatione, partim confirmari poſſunt facillime, velut hoc : *Si venter coeperit fluere viridis, et quale manducant, egerere.* Nam ſimul Editionum, ſimul Codicum veſtigia obſeruauimus, ad eundemque modum locutum eſſe Celſum [de Medic. lib. 2 c. 8] meminimus: *ſi nigra aluus profluxit, et nigra aluus ſanguini atro ſimilis;* vt ſuſpicati interdum ſimus, legendum eſſe in Columella, non *viridis. Aluus;* ſed *Viridis aluus*, praeſertim cum in ſuperiore capite, lentiſci pariter, oleaſtrique cacumina imperans, *viridis* non adiece-

adiecerit. Vtcunque eſt; in Vegetio *venter viridis* ita intelligendus eſt, vt addita a nobis ex Sambuci Codicibus verba demonſtrant; et commentarii loco eſſe poterit initium eius Celſi capitis [lib. 4 cap. 16] quod tractationem laeuitatis inteſtinorum cum tractatione connectit torminum: *Ex torminibus interdum inteſtinorum laeuitas oritur, quae continere nihil poſſunt, et quidquid aſſumtum eſt, imperfectum protinus reddunt* etc. Quod vero non *ad medelam bouis* ſcripſerim, ſed *ad medullas bouis*, in cauſa fuit non modo ſic aptior ſententia, verum etiam Vegetii ipſius alter locus [lib. 3 c. 55] huic mirum in modum reſpondens: *Animalia*, inquit, *ſtomachico* morbo affecta, *multum manducantia fame moriuntur. Omnis enim eſca quam ſumſerint, ad ſtercus, et omnis potus conuertitur in vrinam, nullus ex his ſuccus, nullum alimentum peruenit ad medullas.* Hae emendationum cauſae. Contra: *quod cupreſſinae quindecim verbenae* non mutauerim, Celſi locus [lib. 2 c. 33] effecit de his, quae reprimunt: *verbenarum contuſa cum teneris caulibus folia, cuius generis ſunt olea, cupreſſus* etc. Potuit enim Vegetius verbenis vti malle, quam conis. Quod ſi tibi ſecus videatur; prompta eſt ex Codicibus emendatio, *cupreſſi baccae;* nam Scribonius [Compoſ. med. 53, 233] quoque, et Plinius [Nat. Hiſtor. lib. 16 c. 33] cupreſſi conos, *cupreſſi baccas* vocarunt.

In Columella, quod duo mutauimus, non modo fecimus frequentiore eius loquendi conſuetudine impulſi, ſed Ienſonianae etiam Editionis auctoritate permoti, quae hoc in loco et *Remedio* habet, et *ponderis.*

## §. 6.

*Veget.*

Pabulaque ſuperius praebent. Aliqui vero 2 lib. ex (1) vinaceis ad focum torrent et conterunt, et cum ſextario vini auſteris ad bibendum dant, et cum merata ſaepius cacumina obiiciunt

(1) *hinanceis*, Samb. in marg. ex Cod. qui pro *ſuperius* habet *ſaepius.*

*Colum.* 6, 7, 3 et 4.

Eademque pabula, vt ſupra diximus, obiiciant. Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt, et ita conterunt, et cum totidem ſextariis vini auſteri, potandum medicamentum praebent, omnique alio humore prohibent, nec minus cacumina praedictarum arborum obiiciunt.

*Veget.* emend.

Pabulaque, *quae* ſuperius, praebent. Aliqui vero duas libras ex vinaceis ad focum torrent, et conterunt, et cum 2 *ſextariis* vini *auſteri* ad bibendum dant, et *commemorata* ſaepius cacumina obiiciunt.

Hic, vt opinor, haud miraberis, vel quod ad ſententiam perficiendam *quae* addiderim; noſti enim quam facile Librariis fuerit de duabus proxime iteratis voculis vnam tranſilire; vel quod pro *ſextario* reſcripſerim 2 *ſextariis;* vides enim ex duabus vinaceorum libris, et vini vnciis non amplius viginti ſpiſſam nimis potionem confici. Sane et Columella hic duos addit vini ſextarios, et Vegetius modo ad lauri et abrotani libras duas, non minus totidem ſextariis addiderat.

## §. 7.

*Veget.*

Quod ſi neque proluuies ventris erit, neque inteſtinorum dolor, recuſat tamen cibos, et praegrauato capite erit: lacrymae quoque oculis et pituita naribus currit, vsque ad oſſa

*Colum.* 6, 7, 4.

Quod ſi neque ventris reſtiterit citata proluvies, neque inteſtinorum, ac ventris dolor, cibosque reſpuet, et praegrauato capite, ſi ſaepius quam conſuevit, lachrymae ab ocu-

*Veget.* emend.

Quod ſi neque proluvies ventris erit, neque inteſtinorum dolor, recuſat tamen cibos, et praegrauato capite *eſt*, lachrymae quoque oculis, et pituita naribus currit, vsque ad oſſa

*Colum.* emend.

Quod ſi neque ventris *erit* citata proluvies, neque etc.

| | | |
|---|---|---|
| frons media vratur, aureſque ferro diſcindantur, ſed vſturae igneae factae, vt ſaneſcant etc. | lis, et pituita a naribus profluent, vſque ad oſſa frons media vratur, aureſque ferro ſcindantur. Sed vulnera facta igne, dum ſaneſcunt etc. | frons media vratur, aureſque ferro diſcindantur. Sed vſturae *igne* factae, vt ſaneſcant etc. |

Vocat hic Vegetius *vſturas*, quas alibi *vſtiones*, vt Scribonius, aut *vſta*, vt Celſus, vocauerat [lib. 2 c. 14. 48. 49. 36] et Celſus quidem *aduſta*, ſaepius dixit; aliquando [l. 5 c. 9] tamen dixit *igne aduſta*, vt minus miremur, Vegetium ſcripſiſſe, *vſturae igne factae*. Sunt enim etiam medicamenta, quae adurant, et *cruſtas vlceribus tanquam igne aduſtis inducant*. Etiam Celſus etſi aduſta appellare *vlcera* conſueuit; nonnunquam tamen (id quod alii etiam fecerunt medici) *vulnera* appellauit, vt vbi [l. 5 c. 28 ſect. 1] carbunculum docuit adurere. *Finis*, inquit, *adurendi eſt*, *dum ex omni parte ſenſus doloris eſt*. *Tum deinde vulnus*, ſicut caetera aduſta, curandum eſt; vnde intelligitur, licuiſſe etiam Columellae ſcribere, *vulnera facta igne*. In Columella tamen illud praecipuum mihi fuit, vt verbum iſtud *reſtiterit*, quod non ſatis mihi vnquam placuit eo in loco, diligentius conſiderarem. Vidi nuper, Ienſonianam Editionem habere *creuerit* pro *reſtiterit*, id quod meam de hoc verbo ſuſpicionem adauxit. Tum animaduerti in proximo capite tranſitionem ſimilem: *Si neque ranae fuerint*, *neque aluus citata*, *et nihilominus cibos non appetet*. Itaque in eam opinionem adductus ſum, vt cenſerem, abſoluto ſermone de torminibus, tranſire hic Columellam ad alium morbum, aduerſus quem vſtionem videlicet frontis vſque ad oſſa imperet. auxilium certe in dyſenteria ab nemine, quod ſciam, propoſitum. His de cauſis verbum *erit*, quod facile ex Columella Vegetius deſcripſit, mihi placuit reſcribere; iure, an ſecus, ipſe arbitraberis. Haec quoque diſpicias velim in principio, et fine inſequentis capitis, quae non eſt, vt cum Vegetio ſatis conferre poſſimus: *Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguae*. Hic mihi videtur legendum *cibi* vel *ciborum*. Item: *ſed haec his ſolum faſtidium eſt*. Haec vero ſic fortaſſe ſunt reſcribenda: *Sed haec, ſi ſolum faſtidium eſt;* vt ſententia ſit quae ei loco maxime conuenit: Sed haec proderunt, ſi neque ranae, neque aluus citata, ſed ſolum cibi faſtidium fuerit. Eandem ſententiam videtur ſpectaſſe, qui in Iuntina Editione ſic emendauerat: *Sed haec his ſolum faſtidium tollunt*. Verum neque id verbi in vlla praeterea editione eſt, et *his* non cohaeret cum proximo verbo appetet.

§. 8.

| *Veget.* 3, 4, 1. | *Colum.* 6, 9, 1. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Interpoſita hora trigeſima (1) paruos aculeos decoques, et ex oleo ac liquamine per os digeres, eamque eſcam per dies quinque ieiuno dabis. Praeterea cacumina (2) lentium, vel oliuarum, vel tenerrimum quemque frondem, ac pampinos, ſi eodem tempore ſunt, praebebis in cibo. Labra quoque eius deterges ad (3) ſpongiam. | Interpoſita hora, modicae magnitudinis coctos braſſicae coliculos triginta ex oleo et garo ſaluiati more demitti [conuenit] eamque eſcam per quinque dies ieiuno dari. Praeterea cacumina lentiſci, aut oleae, vel tenerrimam quamque frondem, aut pampinos vitis obiici, tum etiam ſpongia labra detergeri. | Interpoſita hora, *triginta* paruos *coliculos* decoques, et ex oleo, ac liquamine per os digeres, eamq; eſcam per dies quinque ieiuno dabis. Praeterea cacumina *lentiſci*, vel oliuarum, vel *tenerrimam quamque* frondem, ac pampinos, ſi eodem tempore ſunt, praebebis in cibo. Labra quoque eius deterges ad ſpongiam. |

(1) *Strignum ex ol. ac liq. coquas*, *et per* (2) *lentiſci*, (3) *ſpongia*. Samb. in marg. ex Cod.

Hoc

Hoc in loco non cur caetera emendauerim (per ſe enim id liquet) ſed potius cur *ad ſpongiam* non emendauerim, dicendum eſt, praeſertim cum in Codicibus Sambuci eſſet *ſpongia*. Nimirum idem eſſe Vegetio *ad ſpongiam*, et *ſpongia*, plura eius commonſtrant loca. Sic in ſuperiore capite 3 etiam ſcripſit, *ad acutam cannam execes ranulam*, pro *acuta canna*, in ſecundo autem, *ad acum* vel acutum cuprinum pars auriculae ſignatur pro *acu*, vel acuto cuprino, et paulo poſt, *perforas ad acum* pro *perforas acu* etc.

§. 9.

*Veget.* 3, 4. 4.

Si recens fuerit [tuſſis] ſextarius farinae hordeaceae, cum vno ouo crudo, et hemina paſſi per os datur ieiuno: gramen quoque conciſum tunſumque admixta farina fabae frixae, et pollinis lentis (1) ſextario aquae calidae miſcetur.

*Colum.* 6, 10, 1.

Recens tuſſis optime ſaluiato farinae ordeaceae diſcutitur. Interdum magis proſunt gramina conciſa, et his admiſta freſa faba. Lentes quoque valuulis exemtae, et minutae molitae, miſcentur aquae calidae ſextarii duo.

(1) *ſine cortice ſextariis duobus aquae* Samb. in marg. ex Cod.

Fabae frixae apud Galenum [de Alim. Facult. l. 1 c. 19] quidem, Oribaſium [Euporiſt. lib. 1 c. 19] aliosque veteres mentionem inuenio. Sed qui fabam frixam aduerſus tuſſim laudauerit, aut in farinam redigi, ſcripſerit, non memini inueniſſe. Plinius [Nat. Hiſt. l. 22 c. 25] quoque, cum vtrumque memoret, freſſam ad tuſſim laudat; non frixam. *Faba,* inquit, *ſolida fricta feruensque in acre acetum coniecta, torminibus medetur. In cibo freſſa, et cum allio cocta, contra deploratas tuſſes, ſuppurationesque pectorum quotidiano cibo ſumitur.* Quoniam tamen non modo Columella mox proponit *hordeum torrefactum, molitum,* aduerſus tuſſim; ſed ad hanc ipſam capite 65 huius libri laudat Vegetius *farinam fabae frixae*, capite autem 69 *lentem* ac *foeni graeci, et lini ſemen frigere ſeparatim, et puluerem facere* profuturum tuſſientibus, iubet; idcirco, etſi in Sambuci Cod. erat *terere* pro *frigere*, in praeſentia tamen nihil in his verbis mutare volui. Inſequentia pariter conſulto non attigi, cum dubitarem, eſſentne omnia ſecundum Sambuci Codices reſtituenda, et ad Columellam exigenda, an vero contra in Columella etiam ſcribendum eſſet *ſextario* pro *ſextarii duo:* quod ni fiat; certe aliter verba ſunt diſtinguenda, vt ſcribamus *minute molitae. Miſcentur.* Fuit etiam cum ſuſpicarer, pro *ſaluiato farinae hordeaceae*, legendum eſſe ex Vegetio *ſextario farinae hordeaceae.* Sed de *Saluiato* paulo infra.

§. 10.

*Veget.* 3, 4, 5.

Veterem tuſſim ſanant duae librae hyſſopi maceratae ex aquae ſextariis tribus, quod infuſum teritur, et cum duabus partibus (1) farinae miſcetur, et per os datur, ſuper quod aqua hyſſopi, in (2) aqua decoctum, infuſum, decoctumque (3) etiam propinatur ad cornu.

*Colum.* 6, 10, 1.

Veterem tuſſim ſanant duae librae hyſſopi macerati ſextariis aquae tribus. Nam id medicamentum teritur, et cum lentis minutae, vt dixi, molitae ſextariis quatuor more ſaluiati datur, ac poſtea aqua hyſſopi per cornu infunditur.

*Veget.* emend.

Veterem tuſſim ſanant duae librae hyſſopi maceratae ex aquae ſextariis tribus, quod infuſum teritur, et cum duabus partibus farinae *lentis* miſcetur, et per os datur, ſuper quod aqua hyſſopi, in *qua videlicet* infuſum, decoctumque etiam *eſt* propinatur ad cornu.

(1) *lentis* (2) *qua* (3) *eſt* Samb. in marg. ex Cod.

Decla-

Declarat Vegetius, quid nomine *aquae hyſſopi* intelligendum ſit, eamque ipſam eſſe, dicit, ex qua hyſſopum iuſſit macerari, et ex qua, ſi placet, coqui etiam poteſt. Igitur cum perperam vox *decoctum* iteretur; videas velim, num primo loco delere ipſam deceat, an mutare, quod feci, in *videlicet* an forte in, *vt dictum*, quod vt ab ipſa ſcriptura propius abeſt, ita repoſuiſſem, ſi decoquendum eſſe, ſupra dixiſſet. Quod autem ſcribit infundendam eſſe non *per cornu*, vt infra, atque alibi etiam, ſed *ad cornu;* nimirum ita loqui ſaepius ſolet, vt lib. 2 c. 28. lib. 3 c. 12. 45. 54. 65. 67. 78 etc.

§. 11.

| *Veget.* 3, 4, 6. | *Colum.* 6,10,2. | *Veget.* emend. | *Colum.* emend. |
|---|---|---|---|
| Porri etiam ſuccus expreſſus cum oleo et ipſi febri cum hordeacea farina remedium praeſtant [et mox]. Idem praeſtat eruum, ſi in pabulis cum ptiſana hordei mollitum, et cum aqua tepida vel mulſa in fauces ſaliuanti ore dimiſſum. | Porri etiam ſuccum oleo, vel ipſa fibra cum ordeacea farina contrita remedio eſt [et mox]. Facit idem pari menſura eruum ſine valuulis cum torrefacto ordeo molitum, et ſaluiati more in fauces demiſſum. | Porri etiam ſuccus expreſſus cum oleo, et *ipſa fibra* cum hordeacea farina remedium praeſtant [et mox]. Idem praeſtat eruum *ſine valuulis* cum ptiſana hordei *molitum*, et cum aqua tepida, vel mulſa in fauces *ſaliuati more* demiſſum. | Porri etiam ſuccus cum oleo etc. |

Porrum ipſum quod et alii Auctores faciunt, capite huius libri 65 ad tuſſim commendat Vegetius, quod viciſſim ad febrem commendare non memini. Quo minus dubitandum eſt, quin iure *ipſi febri*, de qua ſermo eſt ſupra abſolutus, in *ipſa fibra* mutauerimus, non ignari etiam Catonem [de Re Ruſt. c. 70] ita eſſe locutum, *porri fibras III.* Quod autem et hic eruum, et paulo ante lens molenda eſſe dicuntur *ſine valuulis*, idcirco hoc fuit addendum, quia etiam cum valuulis molebant, teſte Scribonio [compoſ. med. 168] qui ad *podagram caldam* imperat *fabam molitam cum ſuis valuulis.* Propterea Vegetius *ptiſanam hordei* hic ſcripſit, id eſt, hordeum tunſum, et decorticatum; hoc enim proprie ſignificat πτισάνη. Caeterum *ſaliuati more* reſcripſi, non *ſaluiati,* vt minimum ab hac ſcriptura recederem, *ſaliuanti:* quae hic nimirum confirmat quod Victorius [annotat. ad c. 9 Columellae] docuit, in antiquis Columellae exemplaribus ſcriptum eſſe *ſaliuati*, vbi Editiones habent *ſaluiati.* Et quanquam capite etiam 24 libri huius habent *ſaluiatum;* relictum eſt tamen capite 5 *ſaliuandum* et 37 *ſaliuandus;* imo Commelinus aliis quoque in locis reſcripſit *ſaliuati*, quod Robertus etiam Stephanus faciendum monuerat.

Quorum vterque cum hoc loco pro *ſuccum oleo* ediderit, *ſuccus oleo*, eo facilius veterem meam ex Vegetio Columellae emendationem confirmaui, *ſuccus cum oleo.*

§. 12.

| *Veget.* 3, 7, 4 ſq. | *Colum.* 6,11,1. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Sinus ipſe, qui eam [ſuppurationem] continebat, vrina bubulina calida lauatur, ac linamentis, ac ſtuppis, ſiue linteolis pice liquida et oleo infuſis curatur. Quod ſi colligari ea pars, vbi eſt vlcus, non poteſt, lana candente ſepum caprinum, aut bu- bu- | Sinus ipſe, qui eam [ſuppurationem] continebat, calida bubula vrina eluitur, atque linamentis pice liquida, et oleo imbutis colligatur. Vel ſi collui ea pars non poteſt lamina candenti ſeuum caprinum, aut bubulum inſtillatur. Quidam cum vitioſam par- | Sinus ipſe, qui eam [ſuppurationem] continebat, vrina bubulina calida lauatur, ac linamentis, ac ſtuppis, ſiue linteolis pice liquida, et oleo infuſis curatur. Quod ſi *collui* ea pars, vbi eſt vlcus, non poteſt, *lamina* candente ſepum caprinum aut bubuli- num |

bulinum ſtillatur. (1) Aliquanti cum vitioſam partem inunxerint, tunc vrina veteri humana lauant, atque ita aequis ponderibus pice liquida cum vetere axungia incoquunt et liniunt.

partem inuſſerunt, vrina vetere eluunt, atque ita aequis ponderibus incocta pice liquida cum vetere axungia liniunt.

num ſtillatur. *Quidam vero* cum vitioſam partem *inuſſerint*, tunc vrina veteri humana lavant, atque ita aequis ponderibus, *picem liquidam* cum veteri axungia incoquunt, et liniunt.

1 *Quidam vero* Samb. in marg. ex Cod.

Vt minime dubito, quin, ita ſententia poſtulante, recte Vegetium ex Columella emendauerim, reponens *collui* pro *colligari;* ſic contra non liquet, ſitne ex Vegetio Columella emendandus, ſcribendo *curatur* pro *colligatur*. Hinc enim linamenta, id eſt, penicilli, minime idonea videntur ad colligandum, et Columella ipſe huc reſpiciens in proximo cap. 12, *cum*, inquit, *maturuerit ſuppuratio reſcinditur ferro, eaque emiſſa, vt ſupra docuimus, linamentis curatur.* In eodem tamen capite haec etiam ſunt: *linamentis pes inuolutus ſpartea munitur;* nec deſunt, qui linamenta interdum quoque pro linteolis, quamuis non complicatis, accipienda eſſe, opinentur; denique vox *colligari* in Vegetio pariter, quanquam perperam, et certe non ſuo loco; hic legitur. Itaque etſi ſuſpicabar, addendam fortaſſe aliam aliquam vocem, vt *applicitis*, *demiſſis*, *impoſitis;* ob has tamen cauſas nihil adhuc mutare auſus ſum. Sed in Vegetio, etiam reliqua viſa ſunt neceſſario emendanda, praeſertim vero *lana*, atque *inunxerint*. Quorum hoc neque ſententiae, neque Columellae, neque tandem reſpondet Vegetio (cap. 3) qui paulo ante, non poſt inunctiones, ſed poſt ipſas *vſturas* veterem vrinam adhiberi, imperauerat; Illud vero eiuſmodi eſt, vt quanquam capite etiam 55 ſuperioris libri ad eundem modum occurrat, nihilo tamen minus vtrobique omnino ſit mutandum in *lamina*, pro qua mox dicet Vegetius, *ferro candenti;* ſic videlicet: *axungia veteri*, *et ſepo hircino*, *pari pondere ferro candenti ſtillantibus.* Quod autem *vrina bubulina* et *ſepum bubulinum* reliquerim, ea fuit cauſa, quod pro *bubulum*, ſolet Vegetius ſaepius ſcribere *bubulinum*, vt infra hoc ipſo capite, et lib. 1 c. 13. lib. 2 c. 28. lib. 3 c. 8 et 47. lib. 4 c. 27.

## §. 13.

*Veget.*

Sed ſi ſanguis adhuc ſuper vngulas in cruribus eſt, ad triduum triti ſalis perfricatione diſcutitur. Quod ſi tantum in vngues deſcenderit, cultello leniter inter duas vngues aperies, et mundabis deintus, et poſtea ſtuppam ſale atque aceto infuſam applicabis ad ſolum, ſparta opere calceatur, maxime quae datur operantibus, et in aquam non mittat pedem, ſed vbi ſiccum eſt, ambulet.

*Colum.* 6, 12, 1 et 2.

Sed ſi ſanguis adhuc ſupra vngulas in cruribus eſt, fricatione aſſidua diſcutitur, vel cum ea nihil profuit, ſcarificatione demitur. At ſi iam in vngulis eſt, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Poſtea linamenta ſale, atque aceto imbuta applicantur, ac ſolea ſpartea pes induitur, maximeque datur opera, ne in aquam pedem mittat, et vt ſicce ſtabuletur.

*Veget.* emend.

Sed ſi ſanguis adhuc ſuper vngulas in cruribus eſt, ad triduum triti ſalis perfricatione diſcutitur. Quod ſi *iam* in vngues deſcenderit, cultello *leuiter* inter *duos* vngues aperies, et mundabis deintus, et poſtea ſtuppam ſale atque aceto, infuſam applicabis: *ac ſolea ſpartea pes* calceatur, *maximeque* datur *opera*, *bos*, *vt* in aquam *ne* mittat pedem, ſed *vt ſicce ſtabuletur.*

Plura quidem hoc loco in Vegetio emendaui, neque tamen pro certo affirmaverim, ſic menda omnia ſublata eſſe. Poteſt enim *ad triduum*, deprauatio eſſe vocis

*aſſidua* Columellae. Poſſunt et quaedam quae apud hunc ſequuntur, verba in Vegetii exemplaribus intercidiſſe, et viciſſim poſſunt apud Columellam nunc deeſſe duae illae voculae *triti ſalis;* ſolebat enim Columella frictiones ita imperare, vt medicamentum aliquod affricaretur. Sic iubet paulo poſt [ſ. 3], *oleo, et ſale genua confricari;* ſic capite inſequenti [ſ. 1] extenuari ſcabiem *trito allio defricto*, ſic 15, 2 ſuffragines *vetere axungia defricari*, imperat, ſic 31, 2 impetigines *aceto et alumine defricari;* ſic praeſertim 32, 1 intertriginem *trito ſale cum adipe defricari.* Quin etiam ea ipſa, quae in Vegetio emendaui, rectene omnia emendata eſſent, nonnunquam dubitaui, et potiſſimum *ad ſolum*, et *ambulet.* Neque enim ignorabam *ſolum* poſſe interdum ſoleam, alias infimam pedis partem ſignificare, imo ſciebam, Vegetium alibi [lib. 1 c. 26. lib. 2 c. 55, 56] *ſolum vngulae* et *ſolum calcis* ſcripſiſſe; vt hic ſi *ſolo ſparteo* legere nollem, et *applicabis ad ſolum*, poſſem. Neque me fugiebat, vt *ambulet*, improbarem, nimirum ſic laeſo pede; propius tamen ab hac ſcriptura abeſſe *ſtabulet*, quam *ſtabuletur,* certe autem Virgilium [Aeneid. l. 6 v. 286] dixiſſe: *Centauri in foribus ſtabulant.* Attamen ſuccurrebat, Vegetium ſaepe [lib. 1 c. 29, 56. l. 2 c. 58. lib. 3 c. 41, 43] *ſtabuletur* ſcripſiſſe; *ſtabulet*, quod meminiſſem, vix ſemel [lib. 1 c. 12] tum vero ſiue *ſolo ſparteo*, ſiue *applicabis ad ſolum*, legiſſem; alia relinquebantur vel in litterarum veſtigiis, vel in ſententia, quae minus placerent. Ob has cauſas Vegetium ad ea, quae deſcripſerat, Columellae verba exigere, hic multo denique tutius eſt viſum.

§. 14.

| *Veget.* 3, 4, 11 ſq. | *Colum.* 6, 12, 2 et 3. |
|---|---|
| Qui ſanguis niſi emiſſus fuerit (1) ſaniem creabit. Quo ſuppuratio etiam (2) curabitur. Nam primo ferro circumciſus expurgatur ad viuum. Deinde pannis aceto, et oleo, et ſale madefactis impletur, mox axungia veteri et ſepo hircino pari pondere ferro candenti ſtillantibus curatur, et perducitur ad ſanitatem. Si ſanguis in interiori parte vngulae eſt, nec aperturam facit, et tantum claudicat animal, extrema ipſius vngulae ad viuum reſecantur, et ita remittitur. | Hic idem ſanguis niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit, qui ſi ſuppurauerit, tarde procurabitur: ac primo ferro circumciſus, et expurgatus, deinde pannis aceto, et ſale, et oleo madentibus inculcatis, mox axungia vetere, et ſeuo hircino pari pondere decoctis, ad ſanitatem perducitur. Si ſanguis in inferiore parte vngulae eſt, extrema pars ipſius vnguis ad viuum reſecatur, et ita emittitur. |

(1) *ramicem.* (2) *tarde* Samb. in marg. ex Cod.

Si crederem, hic nihil aliud in Columella eſſe vitii, niſi forte *procurabitur* pro *percurabitur*, et *inferiore* pro *interiore.* Vegetium corrigere hic quoque conarer. At qui credam? cum de ſanguine certe haec dici non poſſint, *ferro circumciſus — ad ſanitatem perducitur*, vt neque illa, *expurgatur ad viuum*, et *pannis aceto, et oleo,* et *ſale madefactis impletur:* quae nimirum tumori potius cuidam, et ſinui videntur convenire. Sambuci Codices pro *ſaniem* habent *ramicem:* qua voce Nonius [de Propr. Serm.] pulmonem ſignificari, docuit in eo quidem Plauti [Mercator. Act. 1 Sc. 1] verſu: *Tua cauſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem;* vt notiorem ramicis ſigni-

ſignificatum, et huc minus pertinentem omittam. Quaſi vero, inquies, pulmo huc magis attineret. Fateor. Tu tamen vide Vegetii caput 56 lib. 2 quod eſt de *pulmunculo* ad vngulas *facto*. Haec inuenies: *Vngulam ſubradis, deinde – vbicunque pulmunculus fuerit, radis ad viuum, et adiicies lanamentum* [lege *linamentum*, vt infra quoque et cap. 57] *ex oleo, et aceto, et ſale* etc. Capite etiam eiuſdem libri 61 *pulmunculum natum in dorſo, ſi paruulus fuerit*, docet, *aperire, vt ſanies, quam collegerat, egeratur, vel decuſſatim ferro ſecare et eximere, et oleum, acetum, et ſalem continuo addere in plagam.* Huc adde lib. 4 c. 19 tradere compoſitionem medicamenti traumatici, quod *abſumta putredine, viuam carnem ad ſanitatem reducit, quo*, inquit, *ad cancromatas plagas, ad famicem, et cicatrices reducendas vteris;* quibus ex verbis, vt alia aliter emendanda, ſic *famicem* fortaſſe in *ramicem* eſſe mutandum, ſuſpicaberis, eo magis quod in pulmunculi etiam ad vngulam nati curationem traumaticum medicamentum fuerat a Vegetio laudatum. Legemusne igitur, inquies, pro *ſaniem*, *ramicem* et pro *Quo ſuppuratio*, *Quoius ſuppuratio*, id eſt, cuius ramicis ſuppuratio? Ego vero non vt quidquam affirmarem, ſed vt te ad quaerendum incitarem, haec ſcripſi.

§. 15.

*Veget.* 3, 4, 13.

Si claudicat ex dolore neruorum, oleo, et ſale, genua poplitesque, et crura confricanda ſunt, calido aceto, et lini ſemen aut milium detritum infuſumque aqua mulſa imponendum eſt.

*Colum.* 6, 12, 3 et 4.

Si dolore neruorum claudicat, oleo, et ſale genua, poplitesque, et cura confricanda ſunt, donec ſanetur. Si genua intumuerint, calido aceto fouenda ſunt, et lini ſemen, aut milium detritum, conſperſumque aqua mulſa imponendum.

Excidiſſe apud Vegetium verba, quae his reſpondebant: *Si genua intumuerint – fouenda ſunt.* tam certum videtur, quam quod certiſſimum.

§. 16.

*Veget.* 3, 4, 15.

Poteſt etiam radix lilii vel ſquilla cum ſale, vel herba ſanguinalis [quam palaganon graeci appellant] vel marrubium ferro aperta ſanare. Omnis autem corporis dolor, ſi ſine vulnere eſt, recens fomentis (1) mellinis diſcutitur. Vetus autem vritur. Et ſupra vulnus vel butyrum, vel caprina inſtillatur axungia.

(1) *melius* Samb. in marg. ex Cod.

*Colum.* 6, 12, 5.

Poſſunt etiam [vt Cornelius Celſus praecipit] lilii radix, aut ſcylla cum ſale, vel ſanguinalis herba, quam πολύγονον Graeci appellant, vel marrubium ferro recluſa ſanare. Fere autem omnis dolor corporis, ſi ſine vulnere eſt, recens melius fomentis diſcutitur: vetus vritur, et ſupra vſtum, butyrum, vel caprinus inſtillatur adeps.

*Veget.* emend.

Poteſt etiam radix lilii vel ſquilla cum ſale, vel herba ſanguinalis [quam *polygonon* graeci appellant] vel marrubium ferro aperta ſanare. Omnis autem corporis dolor, ſi ſine vulnere eſt, recens fomentis *melius* diſcutitur etc.

Hic vero quae deſunt, Vegetii ipſius arbitrio potuerunt omitti: quem pariter potuiſſe ſcribere *vulnus* pro *vſtum*, ex iis, quae ſupra ad Columellae caput 7 adnotata ſunt, intelligitur.

§. 17.

*Veget.* 3, 4, 16.
Scabies (1) anatis trita oleo defric..ta: Eodemque remedio rabioſi canis ſanatur morbus vel lupini vulnus illatum. Vetus quoque ſalſamentum vtramque perhibetur plagam curare. Ad ſcabiem quoque praeſentior medicina iſta eſt: ſi cumulam ✝ bubulam ſulphurque conteritur, admixtaque myrrha cum oleo atque aceto decoquitur, et cum tepeſcere coeperit, alumen ſciſſum tritum inſpergitur (2) quod medicamentum candentis olei illinitum prodeſt.

*Colum.* 6, 13, 1.
Scabies extenuatur trito allio defricto: eodemque remedio curatur rabioſae canis, vel lupi morſus qui tamen et ipſe impoſito vulneri vetere ſalſamento, aeque bene ſanatur, et ad ſcabiem praeſentior alia medicina eſt, cunila bubula, et ſulphur conteruntur, admiſtaque amurca cum oleo, aqua, aceto incoquuntur. Deinde tepefactis ſciſſum alumen tritum ſpargitur. Id medicamentum candente ſole illitum maxime prodeſt.

*Veget.* emend.
Scabies *ſanatur trito allio* defricata: eodemque remedio rabioſi canis ſanatur *morſus*, vel lupini vulnus illatum. Vetus quoque ſalſamentum vtramque perhibetur plagam curare. Ad ſcabiem quoque praeſentior medicina iſta eſt: ſi *cunila bubula*, ſulphurque conteritur, admixtaque myrrha cum oleo atque aceto decoquitur, et cum tepeſcere coeperit, alumen ſciſſum tritum inſpergitur, quod medicamentum *candente ſole* illinitum prodeſt.

(1) *Scabioſa trita cum.* Samb. in marg. ex Cod. qui haec ad (2) inter vncos interponit [*quo vngatur ad ſolem fortiter*].

Si forte videor timidius feciſſe, quod *morſus lupini vulnus illatum* non mutauerim; vide an libentius legas *lupi*, aut *lupinum vulnus illatum*, aut etiam *lupi vulnus. Tamen.* Nam quod ſeruauerim *oleo*, *atque aceto* pro *oleo*, *aqua*, *aceto*, non modo feci, quia Vegetius hic aquam potuit non probare; verum etiam quia librarii in his Columellae ipſius verbis deſcribendis labi facile potuerunt. *Myrrha* quoque pro *amurca* ſeruata eſt. nam quamuis amurca iterum a Columella [7, 5, 7] aduerſus ouium, a Cornelio autem Celſo [lib. 5 c. 28 ſect. 16] aduerſus et pecorum, et hominum ſcabiem proponatur; hic tamen etiam myrrham commendat, Dioſcorides [lib. 1 c. 67] autem, et Scribonius [Compoſ. 254] myrrham ex aceto ad impetigines, ſcabiemque, impoſitam laudant. Equidem fateor, longe parabilius praeſertim ad pecora medicamentum eſſe amurcam; Vegetius [lib. 4 c. 27] tamen vel ſynchriſmata pro his habet ex myrrha compoſita. Verum, vt in hiſce timidior fuerim; nihil certe in caeteris dubitaui, et praeſertim in *candentis olei*, et candente ſole mutandis. Non modo enim Columella hoc requirit capite etiam 31 et 32; Sed Vegetius ipſe [qui alibi lib. 3 c. 24 aëre candente dixit] vno in capite 71 huius libri, quod de ſcabie eſt, ſaepius diligenter inculcat. Quo in capite mendum eſt ex hoc loco corrigendum; vbi enim legitur *aluminis ſpiſſi*, legendum eſt *aluminis ſciſſi;* ſic enim etiam alibi tum Vegetius [lib. 1 c. 56. lib. 3 c. 7. lib. 4 c. 27] tum Columella [lib. 6 c. 31 ſ. 2] id alumen vocant, quod Celſus [lib. 5 c. 2. c. 18 ſect. 11. c. 19 ſect. 6, 15. c. 20 ſect. 1, 2, 3, 4. c. 22 ſect. 2, 3] *ſciſſile*, Scribonius [Compoſ. 4 aliisque paſſim] autem *fiſſum* appellat. Eodem in capite pro *faſciculus aricuſae*, legendum crediderim, *faſciculus anchuſae*, herbae videlicet, vt tu egregie noſti, a Dioſcoride [de Med. Mat. lib. 4 c. 23] et Plinio [Nat. Hiſt. lib. 22 c. 20] ad lepras, et vlcera commendatae: itemque *papulis* pro *pabulis* iis in verbis: *Cum ſpinam, vel lumbos, aut coxas pabulis aeſtuans contagio peruaſerit* etc. denique *cedriae* pro *cedrinae:* quas duas poſtremas emendationes Columella confirmat in iis ipſis duobus capitibus, quae paulo ante indicauimus.

§. 18.

§. 18.

*Veget.* 3, 4, 17.
(1) Infeſta peſtis eſt bubulum pecori [quam *maginium ruſtici vocant] cum pellis ita dorſo haeret, vt apprehenſa manibus deduci non poſſit a coſtis: quae res non aliter accidit, quam ſi bos ex languore aliquo ad maciem deductus eſt, aut ſudans in (2) corpore faciente refriguit, aut ſi lapſus ſub onere vehementer eſt infuſus in pluuia: quae (3) quandoque perniciofa ſunt: cuſtodire debemus, vt cum ab opere redierint boues adhuc aeſtuantes, anhelantesque vino aſpergantur, et offula panis vino infuſa faucibus eorum inſeratur.

*Colum.* 6, 13, 2.
Eſt et infeſta peſtis bubulo pecori, coriaginem ruſtici appellant, cum pellis ita tergori adhaeret, vt apprehenſa manibus deduci a coſtis non poſſit. Ea res non aliter accidit, quam ſi bos aut ex languore aliquo ad maciem productus eſt, aut ſudans in opere faciendo refrixit, aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt. Quae quoniam perniciofa ſunt, cuſtodiendum eſt, vt cum ab opere boues redierint, adhuc aeſtuantes, anhelantesque vino aſpergantur, et offae adipis faucibus eorum inſerantur.

*Veget.* emend.
Infeſta peſtis eſt *bubulo* pecori [quam *coriaginem* ruſtici vocant] cum pellis ita dorſo haeret, vt apprehenſa manibus deduci non poſſit a coſtis: quae res non aliter accidit, quam ſi bos ex languore aliquo ad maciem deductus eſt, aut ſudans in *opere faciendo* refriguit, aut ſi lapſus ſub onere vehementer eſt infuſus in pluuia. Quae *quoniam* perniciofa ſunt, cuſtodire debemus, vt cum ab opere redierint boues adhuc aeſtuantes, anhelantesque vino aſpergantur, et offula panis vino infuſa faucibus eorum *inſeratur*.

(1) *peſſima.* (2) *opere.* (3) *quoniam* Samb. in marg. ex Cod.

Monſtrum illud verbi *maginium*, quod, vt deſperatae emendationis, aſteriſco appoſito ediderant, Matthias autem Martinius nihilominus in ſuum lexicon receperat, Columellae ope emendauimus. Affecta hoc morbo animalia *coriaginoſa* alibi [lib. 1 c. 44. lib. 2 c. 6] appellat Vegetius, qui etiam caput huius libri 54. de *Coriagine* conſcribit. Secundum ipſum Columellam reſcripſimus *quoniam* pro *quandoque*, Sambuci codicibus aſſentientibus, quod niſi fuiſſet, reſcripturi eramus *quandoquidem*. Quod ſi iidem Codices conſenſiſſent; libenter quoque illam vocem *lapſus* induxiſſem, aut in *laſſus* mutauiſſem, et pro *offula panis* repoſuiſſem *offula adipis*, nam etſi adiectum eſt *vino infuſa;* ſunt tamen etiam capite 70 offae ex butyro et axungia confectae, quae dentur *in paſſo intinctae*.

§. 19.

*Veget.* 3, 4, 19.
(1) Aliquanti feces vini et axungiae commiſcent.

*Colum.* 6, 13 extr.
Quidam fraces vino et adipe commiſcent.

*Veget.* emend.
Aliquanti *fraces vino*, et axungia commiſcent.

(1) *M. S. non habet.* Ita Samb. in marg.

Non eſt dubium, quin ignorantes Librarii, quid eſſent *fraces*, et quam huc conuenirent, vbi oleum, adepsque laudantur, ex *fraces vino* fecerint ipſi *feces vini.* Haec autem verba non eſſe ſuppoſititia, cum princeps Editio oſtendit, quae ex *peruetuſto codice* eſt, tum Columella, cuius ductum Vegetius ſequitur, aperte confirmat.

§. 20.

*Veget.* 3, 4, 20.
(1) Et cum grauis pernicies, vt cum pulmones exulcerantur, vnde tuſſis et macies, ad vltimum vero phtiſis inuadit,

*Colum.* 6, 14, 1.
Eſt etiam illa grauis pernicies cum pulmones exulcerantur, inde tuſſis, et macies, et ad vltimum phthiſis inuadit.

*Veget.* emend.
Eſt *etiam* grauis pernicies cum pulmones exulcerantur, vnde tuſſis, et macies ad vltimum vero phthiſis inuadit.

*Colum.* emend.
Eſt etiam illa grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur; inde tuſſis et macies, et ad vltimum phthiſis inuadit.

 Quae

dit, quae mortem afferant, (2) radix conſiliginis, ſuccus porri, omnium hemina per menſuram olei miſcetur, et bibendi ſunt, cum vini ſextario per dies plurimos.

dit. Quae ne mortem afferant, radix coryli inuſta, ita vt ſupra docuimus, perforatae auriculae inſeritur, tum porri ſuccus inſtar heminae pari olei menſurae miſcetur, et cum vini ſextario potandus datur diebus compluribus.

vadit. Quae *ne* mortem afferant, radix conſiliginis — — — — — — — — ſuccus porri *inſtar heminae pari menſurae olei* miſcetur, et bibenda ſunt cum vini ſextario per dies plurimos.

Quae ne mortem affe rant, radix *conſiligini* ita vt ſupra docuimus perforatae auriculae in ſeritur etc.

(1) *Eſt etiam grauis pern.* Samb. in marg. ex Cod. qui ad (2) inter vncos interponit [*Cui*].

Hic quoque cum verba aliquot Vegetii, quorum ſententia ex Columella co gnoſcitur a vetuſtioribus Librariis oſcitanter omiſſa eſſent; ab recentioribus *radi conſiliginis*, et ſuccus porri coniuncta ſunt perinde quaſi illa quoque ex oleo biben da eſſet. Verum ita etiam lacer truncusque Vegetius nos admonet, grauiſſimun mendum in omnibus, quas ad hoc tempus vidimus, Columellae Editionibus in haeſiſſe; ſiquidem *radix conſiliginis*, in *radix coryli inuſta* eo turpius mutata eſt quod Columella, qui ſe ſupra id docuiſſe teſtatur, nusquam de coryli radice, ſed de radice conſiliginis, eaque minime inuſta, perforatae auriculae inſerenda prae cepit huius libri capite 5, ſ. 3 et 4 idque aduerſus peſtilentiam. Laudatque rurſus, vt hoc in loco, in proximi libri capitibus 5, 14 et 10, 7 et adſtipulante qui dem Plinio [Nat. Hiſt. l. 26 c. 7] in pulmonariis etiam ouibus et ſuibus: quam obrem nonnulli Vegetii temporibus [lib. 3 c. 2] hanc herbam *pulmonariam* [non *pulmonaceam*, vt lib. 1 c. 12] vocabant, quam Columellae lib. 6 c. 5 ſ. 3 et Plinii loc cit. et lib. 25 c. 8. aetate, qua inuenta eſt, *Paſtores* et *Veterinarii conſiliginem* dicebant. Noſtro autem hoc aeuo quod habeat nomen, niſi tu, mi Iuli, conſtituas non video inter rei herbariae ſcriptores, quorum alii aliam fuiſſe exiſtimant, facile conuenire.

§. 21.

*Veget.* 3, 4, 21.
Nonnunquam et tumor palati ciborum faſtidium facit, crebrumque ſuſpirium. Prodeſt palatum ferro aperire etc.

*Colum.* 6, 14, 2.
Interdum et tumore palati cibos reſpuit, crebrumque ſuſpirium facit, et hanc ſpeciem praebet, vt bos in latus pendere videatur, ferro palatum opus eſt ſauciare etc.

Vereor ne hic Columella minus integer Vegetio ſit. Neque id eo potiſſimum dico, quod Columellae Editiones inter ſe non conſentiant, cum Ienſoniana habeat *tumor palati*, et *bos laetus pendere;* ſed quod verba illa: *et hanc ſpeciem praebet, vt bos in latus pendere videatur*, neque intelligitur, de quo dicantur, et videntur ali quanto magis ad ea, quae paulo poſt conſequuntur, pertinere: *Si ceruix mota, et deiecta eſt, conſiderabimus quam in partem declinet*, vt fortaſſe eo reiicienda ſint legendumque: *Si ceruix mota, et deiecta eſt, et hanc ſpeciem praebet, vt bos in latus pendere videatur, conſiderabimus quam in partem declinet.* Nam illa etiam ſubſequuntur: *Quod ſi ceruix in neutram partem deiecta eſt.*

§. 22

§. 22.

*Veget.* 3, 4, 22.

(1) Si in operibus contuderit collum, praeſtantiſſimum remedium eſt, ſanguis ab aure emiſſus. At ſi id totum in tempore quae vocatur † amati amati cum ſale tantum et imponito.

*Colum.* 6, 14, 3.

Si in opere collum contuſum erit, praeſtantiſſimum eſt remedium ſanguis de aure emiſſus: aut ſi id factum non erit, herba quae vocatur auia, cum ſale trita et impoſita.

*Veget.* emend.

Si *in opere bos* contuderit collum, praeſtantiſſimum remedium eſt ſanguis ab aure emiſſus: *aut*, ſi id *factum non erit*, *herba* quae vocatur *auia cum* ſale *trita* et *impoſita*.

(1) *M. S. non habet*, Ita Samb. in marg.

Vegetius in hoc ipſo capite, *operis*, *in opere*, et *ab opere* ſcripſit; non *operum*, et in *operibus*, cum idem, quod hic, vellet ſignificare. Itaque hoc exegi ad Columellam, vt ea quoque *in tempore* quae facta videntur ex plerisque litteris earum vocum quas repoſui. Quod ſi has credideris penitus intercidiſſe, retinere poteris *in tempore*; potuit enim Vegetius hoc addere, atque ita ſcribere: *At ſi id factum in tempore non erit*, vt Celſus [de Medicina l. 7 c. 12 ſect. 1]: *Quod ſi factum ſtatim non eſt*. Sed haec leuiora, illud grauius, quod pro *amati amati*, verbis in prima Editione obelo confixis, *auia* repoſuerim ex Columella, qua tamen de herba nihil memini legiſſe. Sed de hac etiam infra erit dicendi locus.

§. 23.

*Veget.* 3, 4, 23 ſq.

Si ceruix mota, et deiecta eſt, conſiderabimus in quam declinet, et ex diuerſa parte ſanguinem detrahimus ex ea vena, quae in aure videtur ampliſſima, quae (1) ſarcocata prius verberanda eſt, et cum intumuerit, ferro aperiatur, effuſoque ſanguine poſtero die ex eo loco emittitur cruor, et biduo vacatio operis datur. Tertio vero die leuis iniungitur labor, et paulatim ad operis conſuetudinem reuocatur.

(1) *ſarmento* Samb. in marg. ex Cod.

*Colum.* 6, 14, 3 et 4.

Si ceruix mota, et deiecta eſt, conſiderabimus, quam in partem declinet, et ex diuerſa auricula ſanguinem detrahemus. Ea porro vena, quae in aure videtur eſſe ampliſſima, ſarmento prius verberatur: deinde cum ad ictum intumuit, cultello ſoluitur, et poſtero die iterum ex eodem loco ſanguis emittitur, ac biduo ab opere datur vacatio. Tertio deinde die leuius iniungitur labor, et paulatim ad iuſta perducitur.

*Vegetius* emend.

Si ceruix mota, et deiecta eſt, conſiderabimus, in quam *partem* declinet, et ex diuerſa ſanguinem *detrahemus* ex ea vena, quae in aure videtur ampliſſima, quae *ſarmento* prius verberanda eſt etc.

*Colum.* emend.

ac biduo ab opere datur vacatio. Tertio deinde die *leuis* iniungitur labor, et paulatim ad iuſta perducitur.

Vt in Columella pro *leuius* reſcriberem *leuis*, et ſententia poſtulabat, et impellebat Vegetius, cum Ienſonii denique permouit Editio, quae *leuis* habet non *leuius*.

§. 24.

*Veget.* 3, 4, 25.

Tali vitio comperimus aptum eſſe medicamentum ex pice liquida, et bubula medulla, hircino ſepo, et axungia veteri, oleo quoque veteri aequis ponderibus (1) impoſitum concoqui-

*Colum.* 6, 14, 5.

Tali vitio comperimus aureum eſſe medicamentum ex pice liquida, et bubula medulla, et hircino ſeuo, et veteri oleo aequis ponderibus compoſitum, atque incoctum. Hac com-

*Veget.* emend.

Tali vitio comperimus aptum eſſe medicamentum, *quod* ex pice liquida, et bubula medulla, hircino ſepo, et axungia veteri, oleo quoque veteri aequis ponderibus *compoſitum, incoquitur*:

| | | |
|---|---|---|
| quitur, quo vtendum eſt cum bos ab opere disiungitur, et in piſcina (2) in quolibet tumore ceruix lauatur, confricaturque diligenter praedicto medicamento, deterſaque diluitur. | compoſitione ſic vtendum eſt, cum disiungitur ab opere, in ea piſcina, ex qua bibit, tumor ceruicis aqua madefactus ſubſiccatur, praedictoque medicamento defricatur et illinitur. | *tur*: quo vtendum eſt, cum bos ab opere disiungitur; in piſcina *in qua bibit*, tumor ceruicis lauatur. |

(1) *compoſitum*, (2) *qua bibit* Samb. in marg. ex Cod.

Poſtrema Vegetii verba ſic ferè eſſe legenda, coniicio. *deterſusque confricatur diligenter praedicto medicamento, et illinitur.* Columellam quoque ſuſpicor ad hunc fere modum ſcripſiſſe: *hircino ſeuo, et vetere axungia atque oleo.* In primis etiam ipſius verbis, *aureum*, an *aptum* legendum ſit, dubitaui, praeſertim cum Ienſonii Editio non *aureum* habeat, ſed *autem*. *Aureum* tamen hic videtur idem eſſe, ac optimum, ſiue vt Celſus [de Med. l. 5 c. 27 ſect. 5] dixit, pulcherrimum medicamentum. *Scorpio ipſe ſibi pulcherrimum medicamentum eſt.*

§. 25.

| *Veget.* 3, 4, 26. | *Colum.* 6, 14, 6 et 7. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Celſus quidem (1) iumenti ceruici herbam quae vocatur (2) ama (vt ſupra dixi) contundi et imponi iubet. Quae (3) ceruicem infeſtant minor eſt cura. Nam facile ſanantur per ardentem lucernam oleo inſtillato. Melius tamen eſt cuſtodire ne naſcantur. Etiam colla caluescant, quae non aliter glabra fiunt, niſi cum ſudore aut pluuia ceruix madefacta eſt in opere. Quod ſi acciderit, puluere lateritio trito priusquam deiungatur, bouis colla conſpergi oportet. Et cum exſiccati fuerint, exinde oleo iterum infundi. | Celſus quidem tumenti ceruici herbam, quae vocatur auia, vt ſupra dixi, contundi, et imponi iubet. Clauorum, qui fere ceruicem infeſtant, minor moleſtia eſt: nam facile operanti lucerna inſtillatur. Potior tamen ratio eſt, cuſtodiendi, ne naſcantur, neue colla caluescant, quae non aliter glabra fiunt, niſi cum ſudore, aut pluuia ceruix in opere madefacta eſt: itaque cum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoque intrito priusquam disiungantur, colla conſpergi oportet: deinde cum id ſiccum erit, ſubinde oleo imbui. | Celſus quidem *tumenti* ceruici herbam, quae vocatur *auia*, (vt ſupra dixi) contundi, et imponi iubet. *Clauorum*, qui ceruicem infeſtant, minor eſt cura. Nam facile ſanantur per ardentem lucernam oleo inſtillato. Melius tamen eſt cuſtodire, ne naſcantur, *neue* etiam colla caluescant, quae non aliter glabra fiunt, niſi cum ſudore, aut pluuia ceruix in opere madefacta eſt. Quod ſi acciderit, puluere lateritio trito priusquam *disiungantur boues* colla conſpergi oportet. Et cum *ſiccati* fuerint, *ſubinde* oleo infundi. |

(1) *tumenti*. (2) *auena* Samb. in marg. ex Cod. qui ad (3) hoc adnotat: *M. S. non habet.*

Audacior fortaſſis hoc in loco tibi videar, niſi in memoriam redeas, communicaſſe te mecum litteras Humaniſſimi ac Solertiſſimi Viri Georgii noſtri, in quibus ex vetuſtiſſimo Codice Florentino haec Vegetii particula deſcripta erat. Eas ſi relegas, continuo agnoſces, quod verba alia in meliorem ſedem reſtituerim, alia mutauerim, vnum vero etiam deleuerim, eius codicis autoritate eſſe factum cum Columella, cum Vegetio, cum re ipſa conſentientis. Non diffiteor, habere, vt ſolent Codices, etiam quae diſcrepent, velut in extremis verbis, *cum ſiccati fuerint, vino et oleo infundi.* Et vero, quanquam ſuperius caput cum hoc comparantibus non diſplicere fortaſſe poſſit haec ipſa ſcriptura; tamen vt vides, nolui huic vni Codici tantum tribuere in eo, in quo a

caete-

caeteris, et a Columella diſſidebat, vt *vino* in Vegetio ſcriberem. Sed contra, quod hic Codex *iterum* omittit, voce caret, quae non modo in Columella non eſt, verum in ipſo, aut in Vegetio ne eſſe quidem poteſt, neuter enim ante dixerat, bobus ſudore, aut pluuia madentibus adhibendum eſſe oleum, vt hic *iterum* imperare liceat. Atque vtinam ex eo Codice intelligi poſſet verum eius herbae nomen, quae vt editum eſt in Vegetio, appellatur *ama*, vt eſt in Sambuci exemplaribus, *auena*; vt in Commeliniana Editione Columellae, *habia*; vt vulgatior eiusdem Auctoris ſcriptura fert, *auia*, quam ego, non quod haberem, cur hanc magis probarem, ſed ne in re incertiſſima a plerisque diſſentirem, in praeſentia ſecutus ſum. Sed tu pro tua in Re Herbaria doctrina atque eruditione id videris. Illud quoque me in Columella dubium facit, quod iis verbis, *nam facile operanti lucerna inſtillatur*, neque ſatis reſpondent illa, quibus eſt vſus Vegetius, neque ſatis video quae ſubſit ſententia, niſi forte apponi credam iis quae anteceſſerunt: *ſi ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuſet*, aut ex Vegetio ita reſcribi poſſe, cenſeam: *nam facile ſanantur lucerna inſtillata.*

§. 26.

*Veget.* 3, 4, 28 ſq.

Si talum vel vngulam vomer laeſerit, picem duram et axungiam cum ſulphure et lana ſuccida inuoluito, et candente ferro ſupra vulnus imponito (1) et vngito: quod remedium optimum facit, ſi clauum calcauerit, aut acuta vel teſta lapide vngula pertunditur: quae tamen ſi altius vulnerata eſt, latius ferro circumciditur, ita inuritur, vt ſupra praecepi. Deinde ex parte calceata, per triduum aceto ſuffuſo curatur. Quod ſi (2) vomer intraueit, lactuca marina, quam Graeci (3) cyniolam vocant, admixto ſale imponitur.

*Colum.* 6, 15, 1.

Si talum et vngulam vomer laeſerit, picem duram et axungiam cum ſulphure, et lana ſuccida inuolutam candente ferro ſupra vulnus inurito. Quod idem remedium optime facit exemta ſtirpe, ſi forte ſurculum calcauerit, aut acuta teſta, vel lapide vngulam pertuderit, quae tamen, ſi altius vulnerata eſt, latius ferro circumciditur, et ita inuritur, vt ſupra praecepi: deinde ſpartea calceata per triduum ſuffuſo aceto curatur. Item ſi vomer crus ſauciarit, marina lactuca, quam Graeci τιθύμαλλον vocant, admiſto ſale imponitur.

*Veget.* emend.

Si talum, vel vngulam, vomer laeſerit, picem duram, ex axungiam cum ſulphure, et lana ſuccida inuoluito, et candente ferro ſupra vulnus imponito, et *inurito*. Quod remedium *optime* facit, ſi clauum calcauerit, aut acuta teſta vel lapide vngula pertunditur: quae tamen ſi altius vulnerata eſt, latius ferro circumciditur, *et* ita inuritur, vt ſupra praecepi. Deinde *ſpartea* calceata, per triduum aceto ſuffuſo curatur. Quod ſi vomer *crus vulnerauerit*, lactuca marina, quam Graeci *tithymallum* vocant, admixto ſale imponitur.

(1) *et vre* (2) *crus vulnerauerit* (3) *tithimallum* Samb. in marg. ex Cod.

Hanc vltimam emendationem Celſi [lib. 5 c. 7] etiam locus confirmat: *lac caprifici, vel lactucae marinae*, quae τιθύμαλλος a Graecis nominatur.

§. 27.

*Veget.* 3, 4, 29.

Subtriti etiam pedes eluuntur calefacta bubulina vrina. Deinde fauilla ſarmentorum feruente calcare compellitur, et pice liquida cum oleo vel axungia (1) cornua eius vnguntur. Minus tamen claudicant, ſi ab opere disiun- ctis

*Colum.* 6, 15, 2.

Subtriti pedes eluuntur calefacta bubula vrina: deinde faſce ſarmentorum incenſo, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur inſiſtere, ac pice liquida cum oleo, vel axungia cornua eius linuntur. Minus ta-

*Veget.* emend.

Subtriti etiam pedes eluuntur calefacta bubulina vrina. Deinde *fauillam* ſarmentorum *feruentem* calcare compellitur etc.

*Colum.* emend.

Minus ta-

ctis frigida pedes lauentur.

(1) ſuperpone Samb. in marg. ex Cod.

tamen claudicabunt armenta, ſi opere disiunctis multa frigida lauentur pedes.

tamen claudicabunt armenta, ſi *ab* opere disiunctis multa frigida lauentur pedes.

Vegetius, an Librarii extremis in verbis, armenta omiſerint, dubium eſt. Columellam vero non *opere disiunctis*, vt omnes, quantum memini, habent Editiones, ſed *ab opere disiunctis*, vt aliis in locis, ita in hoc quoque ſcripſiſſe, non videtur dubitandum. Illud in vtroque auctore dubitationem affert legentibus; quod ſubtritis pedibus, eſſe *cornua* linenda dicuntur. Fuit cum ſuſpicarer, praeſertim Sambuci Codicibus hic variantibus, non *cornua* fortaſſe, ſed *coronae* eſſe legendum, de quibus videlicet continuo a Columella [et totidem fere verbis a Vegetio quoque] mentio fit: *et deinde ſuffragines, coronae, ac diſcrimen ipſum, quo diuiſa eſt bouis vngula, vetere axungia defricetur.* Mentio quoque de iisdem eſt in Columellae capite huius libri 29, vbi equum probat *duris vngulis, et altis, et concauis, rotundisque, quibus coronae mediocres ſuperpoſitae ſunt;* vt mirum ſit, in latinis, etiam ampliſſimis lexicis hanc coronarum ſignificationem prorſus deſiderari, niſi quod Martinius ſic attigit, quaſi in bobus dumtaxat, neque Columella, ſed Vegetio Auctore, dicerentur. Et Vegetius quidem multo pluribus in locis [lib. 1 c. 13. 25. 26. 38. 56. lib. 2 c. 55. 58. lib. 3 c. 22]. hoc ſignificatu *coronas*, et *coronam* memorat, et in iis lib. 2 cap. 54 quod in caput ſemel atque iterum mendum irrepſit perſimile eius, quod hic ſubeſſe ſuſpicabar. Nam iumentis, quae *contractionem neruorum patiuntur in pedibus*, ſic vt *planas vngulas in terram ponere non poſſint*, cataplaſma imponendum dicitur *in omnibus cruribus, ante acopo perunctis ab auriculis vſque ad genua*, eoque non proficiente, malagma *auriculis eſſe imponendum*, quod, inquit, *impones in alutam per dies plurimos omnibus pedibus.* Nimirum euidens eſt, Librarios oſcitantes a pedibus ad caput tranſcendiſſe, et pro *articulis* [quo nomine peculiariter Vegetius lib. 4 c. 1. 2 crurum partes deſignat, genua inter, et vngulas poſitas, et ab his vncias 4 diſtantes] *auriculis* ſcripſiſſe. Verum ne hic quoque a *coronis* ad *cornua* eoſdem temere tranſiiſſe, affirmarem, verba fecerunt Catonis [de re ruſt. c. 72]; quae tamen quemadmodum accipienda ſint, ipſe videris: *Boues ne pedes ſubterant, priuſquam in viam quoquam ages, pice liquida cornua infima vngito*; nam cornua, praeſertim infima, ipſae fortaſſe ſunt vngulae: quod Palladii, aliorumque locis illuſtrari poſſe non ignoras.

§. 28.

*Veget.* 3, 4, 30.
Frequenter etiam vel ab aſperitate itineris, vel in proſcindendo duritiam ſoli, aut obuiis radicibus, obuolutatus conuellit armos. Quod cum acciderit, ex prioribus cruribus ſanguis emittitur, ſi dextram ex ſiniſtro. Et ſi vehementius vtramque vitiauerit, etiam in anterioribus cruribus venae ſoluuntur.

*Colum.* 6, 16, 1.
Saepe etiam vel grauitate longioris, vel cum in proſcindendo, aut duriori ſolo, aut obuiae radici obluctatus, conuellit armos. Quod cum accidit, e prioribus cruribus ſanguis mittendus eſt: ſi dextrum armum laeſit, in ſiniſtro: ſi laeuum, in dextro: ſi vehementius vtrumque vitiauit, item in poſterioribus cruribus venae ſoluentur.

*Veget.* emend.
Frequenter etiam vel ab aſperitate itineris, vel in proſcindendo, *duritia* ſoli, aut obuiis radicibus *obluctatus*, conuellit armos. Quod cum acciderit, ex prioribus cruribus ſanguis emittitur: ſi *dextrum armum* . . . ex ſiniſtro: ſi . . . . . . . . Et ſi vehementius *vtrumque* vitiauerit, etiam in *poſterioribus* cruribus venae ſoluuntur.

*Colum.* emend.
Saepe etiam *bos* vel grauitate *longi laboris*, vel in proſcindendo, duriori ſolo, aut obuiae radici obluctatus, conuellit armos etc.

Etſi

Etſi ex Columella praeclare intelligitur quid deſit apud Vegetium; tamen quia eadem potuit non iisdem verbis dicere, idcirco lacunas malui conſulto relinquere, quam temere ſupplere, praeſertim cum Sambuci Codices nihil adiuuarent. ex quibus ad finem vſque huius Vegetii capitis ne vnum quidem verbum in ora adſcriptum eſt. Attamen pro *anterioribus* cruribus non dubitaui reponere *poſterioribus*, cum iam de *prioribus* dictum eſſet, ex tota autem hac ſententia liqueret, in neutro eorum crurum quae laeſis armis ſubiiciuntur, venae ſectionem permitti. Cum autem prima haec Columellae verba ita, vt priore loco propoſui, in caeteris, quas inſpexiſſe memini, Editionibus deprauata ſint, niſi quod in Ienſoniana *longiore* eſt pro *longioris;* vna autem Iuntina emendatior hic eſſe videatur; hanc potius in emendatione placuit repraeſentare, quam coniecturis meis indulgere. Hoc vnum ex caeteris retinui, *obluctatus*, pro quo in Iuntina eſt *obluctando*, cum apud Vegetium illius, non huius veſtigia in *obuolutatus* animaduerterem.

§. 29.

| *Veget.* 3, 4, 31. | *Colum.* 6, 16, 2. | *Veget.* emend. | *Colum.* emend. |
|---|---|---|---|
| Perfractis vero cornibus, linteola ſale, atque aceto et oleo imbuta ponuntur, ſuperligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarta die tantum axungia cum pice arida et cortice pini pari pondere imponitur, et ad vltimum cum iam cicatricem producunt, ſubito infricatur. | Praefractis cornibus linteola ſale, atque aceto, et oleo imbuta ſuperponuntur, ligatisque per triduum eadem infunduntur. Quarto demum axungia pari pondere cum pice liquida, et cortice pineo, leuigatoque imponitur. Et ad vltimum cum iam cicatricem ducunt, fuligo infricatur. | . . . . . et ad vltimum cum iam cicatricem producunt, *fuligo* infricatur. | Praefractis cornibus linteola ſale, atque aceto, et oleo imbuta ſuperponuntur, ligatisque per triduum eadem infunduntur. *Quarto* demum *die* axungia pari pondere cum pice liquida et cortice pineo *laevigato* imponitur, et etc. |

Quod in Columellae editionibus deerat, ex Vegetio addidimus, *die;* redundans autem *que* induximus, praeſertim cum in Iuntina legatur, et *cortici pineo leuigato lita.* Quae ſcriptura caeteroqui, ſi quid iudico, ab Auctoris mente aliena eſt, id quod Vegetius quoque monſtrat. Neque enim Columella hoc dicit, axungiam, et picem, exceptas ſolido pini cortice, eſſe imponendas, ſed axungiam, picem, eumque corticem pari pondere commixta. *Laeuigatum* enim hic non eſt *politum*, ſed, vt ſupra oſtenſum eſt, *diligentius contritum*, *et in tenuiſſimum puluerem redactum.* Tritum autem corticem pineum et in vſu fuiſſe, et prodeſſe ad cicatricem inducendam, auctor eſt Dioſcorides [de med. mat. l. 1 c. 74] et alibi [l. 2 c. 62] quoque confirmat Vegetius. Libenter praeterea mutaſſem *Praefractis* in *Perfractis* ex Vegetio, et in hoc viciſſim ex Columella *pice arida* in *pice liquida;* ſed nolui nimis fortaſſe audere.

§. 30.

| *Veget.* 3, 4, 33. | *Colum.* 6, 17, 1. | *Veget.* emend. | *Colum.* emend. |
|---|---|---|---|
| Serpentis quoque ictus mortiferus eſt bobus, ſed et minorum animalium noxium virus. Nam vipera et celicia cum in paſcuis bos improuide ſupercumbit, ſtimulo morſus imprimunt. Araneus, quo- | Eſt etiam mortifer iis ſerpentis ictus, eſt et magnorum animalium noxium virus: nam et vipera et caecilia cum in paſcua bos improuide ſupercubuit, laceſſita onere morſum imprimit. Musque arane- | Serpentis quoque ictus mortiferus eſt bobus, ſed et minorum animalium noxium virus. Nam vipera, et *caecilia*, cum in paſcuis bos improuide ſupercumbit, ſtimulo morſus imprimunt. *Mus* araneus quoque, quem Grae- | Eſt etiam *mortiferus* ſerpentis ictus, eſt et *minorum* animalium noxium virus: nam et vipera, et caecilia cum in paſcua bos improuide ſupercubuit, laceſſita onere morſum imprimit. Musque araneus, quem Grae- |

| | | | |
|---|---|---|---|
| quoque quem Graeci migaltem appellant, parvi quidem corporis non paruam ſolet inferre perniciem. | raneus, quem Graeci σκυτάλεν appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam peſtem molitur. | Graeci *mygalen* appellant, parui quidem corporis non paruam ſolet inferre perniciem. | Graeci μυγαλὴν appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam peſtem molitur. |

De hiſce emendationibus ſatis a me ſcriptum eſt ad Cl. Facciolatum, niſi quod neſcio quo pacto non addiderim, Rob. Stephano Petrum Victorium, [Annot. ad Colum.] qui ante ipſum, in veteribus Columellae exemplaribus ſcriptum eſſe μυγαλὴν, animaduertit, hancque eſſe veram ſcripturam, oſtendit. Commeliniana quoque editio, quam eo tempore nondum videramus, ſic habet. Caeterum in tribus illis, quas poſtea conſuluimus, vetuſtioribus editionibus pro *mortifer iis* eſt *mortiferus*, quod et Vegetius retinuit. Sic ſane magis placet, neque illud *iis* erat quo referres. His de cauſis repoſitum eſt a nobis *mortiferus*.

## §. 31.

| *Veget.* 3, 4, 33 ſq. | *Colum.* 6, 17, 1 et 2. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Verum viperae venenum depellit, ſupra tumorem, qui inflatur ex ictu, ſcarificatio ferro facta, ita vt herba quam perſonariam vocant, imponatur trita cum ſale. Creditur radix ſi contuſa conatur, vel ſiler montanum reperiatur, et trifolium ſimonianum, quod fragoſis locis efficaciſſimum naſcitur, odoris grauis, bitumini ſimilis, propter quod a Graecis aſphalton appellatur, noſtri autem propter figuram acutum trifolium vocant. | Venena viperae depellit ſuper ſcarificationem ferro factam herba, quam vocant perſonatam, trita et cum ſale impoſita. Plus etiam eiusdem radix contuſa prodeſt: vel ſymonianum trifolium, quod invenitur confragoſis locis efficaciſſimum traditur, odoris grauis, neque abſimilis bitumini, et idcirco Graeci eam ἀσφάλτιον appellant, noſtri autem propter figuram vocant acutum trifolium. | Verum viperae venenum depellit ſupra tumorem, qui inflatur ex ictu, ſcarificatio ferro facta, ita vt herba, quam *perſonatam* vocant, imponatur trita cum ſale. Creditur radix — — — ſi contuſa *ponatur*, vel ſiler montanum reperiatur, et trifolium *ſymonianum*, quod fragoſis locis efficaciſſimum naſcitur, odoris grauis, bitumini ſimilis, propter quod a Graecis *aſphaltion* appellatur, noſtri autem propter figuram acutum trifolium vocant. |

In Vegetio malui intelligi quid deeſſet, quam aliis fortaſſe ac ipſe ſcripſerat, verbis ſupplere. Non poſſum tamen animum inducere, vt credam, ita reliqua ſcripta eſſe a Vegetio, vt ego, exigens ad Columellam, reſcripſi. Nam ne ipſum quidem Columellam integrum hoc in loco eſſe, exiſtimo. Primum verba, vt nunc quidem diſtincta ſunt, inter ſe non cohaerent. Sed fac, ita nos diſtinguere, *prodeſt. Vel ſymonianum trifolium, quod,* aut etiam ſic, *prodeſt, vel ſymonianum trifolium. Quod.* Iam quaero, *ſymonianum* iſtud quid ſit? nomenne quo id trifolium a Latinis appellabatur? Hi vero, vt mox ſubiicitur, et Scribonius [Compoſ. med. 163. 165] ſuo ipſe exemplo confirmat, *acutum* vocabant, Graecos ſecuti, qui vt docet Dioſcorides [de med. mat. l. 3 c. 106] aut certe idem Scribonius, ὀξυτρίφυλλον etiam dicebant. At enim, vt apud Graecos, ſic quoque apud Latinos, plura potuit habere nomina, et fortaſſe [quae coniectura eſt Rhodii Not. ad Scribon. Compoſ. 163] a Syme inſula, Straboni [de ſitu orb. l. 14] et Plinio [Nat. Hiſtor. l. 5 c. 31] non ignota, Symonianum eſt nuncupatum. Quaſi vero conſtaret, in ea inſula plurimum prouenisse, aut eius facultates ibi primum eſſe animaduerſas. Quae duo quando penitus igno-

ignorabantur, et eius origo nominis ſic cuiusquemodi ratione quaerebatur: mirum eſt, non fuiſſe pariter repetitam, aut ab inuentore aliquo Simone, aut ab eo Galilaeae vico, quem Simoniada, vt auctor eſt Ioſephus, [in vita ſua] dicebant, praeſertim cum in Commeliniana editione ita ſit ſcriptum, *Simonianum*, aut denique a Simo illo Medico, quem cum ſaepe auctorem libro primo laudat Plinius, tum vero libro 21 cap. 21, de trifolio nominatim quaedam indicat tradidiſſe; niſi forte ibi pro *Simus quoque medicus*, legendum eſt, *Scimus quoque ex Medicis;* certe alios qui, *ex Medicis*, alios qui, *e Medicis* legerent, fuiſſe, video. Quodſi coniecturis eſt indulgendum; vide, quaeſo, an Columella ſcribere ad hunc modum potuerit: *Plus etiam eiuſdem radix contuſa prodeſt, vel ſiler montanum. Trifolium, quod inuenitur confragoſis locis, efficaciſſimum traditur*, etc. Certe hic verborum ordo lectorem non moratur; quod autem *ſimonianum* reſoluatur in *ſiler montanum*, hae ſunt cauſae. Primum ſic eſſe viſum accipio [vid. Martinii Lexic. Philol.] etiam Hadriano Iunio eruditiſſimo viro. Deinde apud Vegetium, hunc ipſum Columellae locum exſcribentem, eſt *ſiler montanum.* Denique *ſiler montanum*, auctore Dioſcoride [l. 3 c. 51] prodeſt *contra ſerpentium ictus*, ſi modo λιγυστικὸν Dioſcoridis idem eſt quod ſiler montanum. Sed quoniam cum plerisque Rei Herbariae Doctoribus hoc potes negare, imo cum Ioanne Ruellio [de nat. ſtirp. P. 2 c. 146. l. 3 c. 42] fortaſſis contendere, hoc nomen ipſum, *ſiler montanum* non ante natum, quam aliqui ſeſeli Maſſilienſe a *molli* Virgilii [Georg. l. 2 v. 12] *ſilere* diſtinguere voluerunt, quod *arboris genus* eſſe, tradidit Seruius [in locum cit.]; idcirco vide, praeſtetne *ſil*, aut *ſile montanum* reſcribere. Silis enim mentionem faciunt inter alias, quas *aromaticas* noſtri vocant, herbas tum Scribonius [comp. med. 126], tum Celſus [de medic. l. 5 c. 25. Sect. 3 c. 23. Sect. 1 et 3], et hic quidem ſemel, atque iterum in Antidotis, quanquam in Antidoto Mithridatis Almeloueenius ediderit *Sileris;* vt Plinium [Nat. Hiſt. l. 24 c. 19] reticeam, qui *ſemen ſilis* ſecundum vulgatam quidem lectionem, et Feſtum [de verb. vet. ſignif. l. 17] qui *vinum ſili conditum* memorauit. Sed praetermittere non poſſum Apicium [de arte coquin. l. 4 c. 4. l. 5 c. 5. l. 1 c. 34. l. 3 c. 5], in quo non modo *ſil frictum*, et *ſilis gallici*, ſed et diſerte *ſil montanum*, *ſilphium*, *mentham ſiccam* legunt Humelbergius, atque Liſterus. Huc adde Vegetium noſtrum hoc ipſo libro [c. 27 et 40] *radicem panacis*, *ſil gallicum*, in medicaminibus ponentem, vel pariter *daucii*, *ſilis gallici*, *abrotani*, *ſpicae nardi*, *ſinoantis* [fortaſſe *Schoenianthi*, vt ex cap. 59 lib. 1 vbi *ſcinoanthos*] mentionem facientem, alibi [lib. 4 in fin.] etiam *porri ſectiui*, *porcla*, [leg. ex l. 1 c. 57 *portulacae*] *ſil gallici*, *thus*, *apium;* vt eſt editum; ſcribentem. Illud coniecturae noſtrae huic videtur repugnare, quod in Vegetio ita ſcriptum eſt, *vel ſiler montanum reperiatur, vel trifolium ſimonianum;* vt ſi in Columella *ſil montanum* deeſſe, contendere velimus, aliquid fortaſſe agamus; ſi vero *ſimonianum* in *ſil montanum* eſſe mutandum, hunc laborem fruſtra ſumamus. Equidem librarios ſcio haud raro voces paulo ante ſcriptas perperam iteraſſe, quas deinde alii cum haud fruſtra poſitas crederent, eaſdem tamen eſſe non poſſe, intelligerent, mirandum in modum corruperunt. Id hic quoque accidere potuiſſe, dicerem, vel potius aliquem ex iam depravatis Columellae exemplaribus in ora adſcripſiſſe *ſimonianum*, quod deinde inter ipſa Vegetii verba receptum ſit; hoc, inquam, dicerem, niſi coniecturam nollem alia coniectura confirmare. Itaque haec omnia in eam partem accipias, qua ad veri ſimilitudinem magis accedere, exiſtimaueris. Vel potius vt ſcientiae herbariae es conſultiſſi-

 mus;

mus; ediſſere mihi quid iſtud ſit trifolium ſymonianum. Id vbi intellexero, continuo omnes coniecturas quam libenter abiiciam.

§. 32.

*Veget.* 3, 4, 35.
Huius herbae ſuccus cum vino faucibus infundatur, atque ipſa folia cum ſale trita imponantur in plagam. Quod ſi viridem minime reperiunt, ſemina eius collecta et trita dantur ad potandum cum vino. Radices quoque eius cum ſucco caulis tritae, addita hordeacea farina et ſale, cum aqua mulſa ſcarificationi ſuperponuntur.

*Colum.* 6, 17, 3.
Huius herbae ſuccus vino miſtus infunditur faucibus, atque ipſa folio, cum ſale trita malagmatis more, ſcarificationi intenditur: vel ſi hanc herbam viridem tempus anni negat, ſemina eius collecta et laeuigata cum viuo dantur potanda, radiceſque cum ſuo caule tritae, et farina, et ſale commiſtae ex aqua mulſa ſcarificationi ſuperponuntur.

*Colum.* emend.
Huius herbae ſuccus vino miſtus infunditur faucibus, atque ipſa *folia* cum ſale trita malagmatis more ſcarificationi *intenduntur*: vel ſi hanc herbam viridem tempus anni negat, ſemina eius collecta, et laeuigata cum *vino* dantur potanda.

Suſpicari licet, reſcribendum eſſe in Vegetio pro *ſucco caulis* id quod in Columella eſt, *ſuo caule*, praeſertim ſi recte apud hunc ſcriptum eſt *radiceſque*, vt haec videlicet omnia tunc imperari intelligamus, cum *hanc herbam viridem tempus anni negat.*

In Columella quoque an deſit *hordeacea*, dubium eſt. Sane Celſus [de Medic. l. 5 c. 27 ſect. 8] in Cherſydri et Ceraſtis ictu, hordeaceam farinam vulneri imponit, eandemque Paulus [de Re Med. l. 5 c. 12] in ipſo de quo ſermo hic eſt, viperae ictu, quod et Vegetius noſter iterum facit libri huius capite 79, vbi pro *ſphalangii* [vt etiam cap. 77] eſt legendum *phalangii*, quem errorem ex capite quidem 81 Sambuci Codices ſuſtulerunt. Caeterum quae emendauimus in noſtris ad Facciolatum literis memorantur. Pleraeque, et in his vetuſtiores Editiones, ac Commeliniana, *folia* habent; hae quoque, ſed cum paucioribus, *vino;* Ienſoniana, et vetuſtiores aliae, *incendunt*, vt vel ipſa literarum veſtigia confirment *intenduntur.*

§. 33.

*Veget.* 3, 4, 36.
Eſt etiam praeſens remedium ſi fraxini cacumina tenera conteras cum ſextariis vini quatuor vel olei, expreſſumque ſuccum faucibus infundas. Itemque cacumina eiuſdem arboris cum ſale trita laeſis naribus ſuperponas. Celiciae enim morſus tumorem, ſuppuratumque generat. Idemque facit muris aranei.

*Colum.* 6. 17, 4.
Eſt etiam praeſens remedium ſi conteras fraxini tenera cacumina quinque librarum cum totidem vini, et duobus ſextariis olei, expreſſumque ſuccum faucibus infundas. Itemque cacumina eiuſdem arboris cum ſale trita laeſae parti ſuperponas. Caeciliae morſus tumorem ſuppurationemque molitur. Idem facit etiam muris aranei.

*Veget.* emend.
Itemque cacumina eiuſdem arboris cum ſale trita laeſis *partibus* ſuperponas. *Caeciliae* morſus etc.

Et quae mutauimus, et quod deleuimus, verbum, ſententia ipſa Vegetii, et Columellae comparatio mutanda, delendumque oſtenderunt. Comparatio haec ipſa ſuſpi-

ſuſpicionem iniicit, alia eſſe in Vegetio partim mutanda, partim addenda. Fieri etiam poteſt, vt in Columella ſit legendum, *cacumina pond. quinque librarum.* Sed de his nihil in praeſenti conſtituimus.

§. 34.

| *Veget.* 3, 4, 36 ſq. | *Colum.* 6, 17, 4, 5 et 6. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Sed celiciae morſus ſanatur, ſi acu aerea locum laeſum compungas, et creta cimolea ex aceto oblinis: Muris vero pernicies, ſi animal ipſum oleo merſum neces, et plagam dentium ex eodem confrices. Quod ſi non fuerit, contritum ciminum cum picula et axungia, vt ſimilitudinem malagmae habeat, impoſitum plagae perniciem ſubmovet. Quod ſi antequam tumor diſcutiatur ſuppuratio fuerit generata, optimum eſt ignea lamina vel cauterio collectionem aperire, quidquid vitioſum eſt, inurere, atque ita cum liquida pice et oleo inlinere. Quidam viuum murem araneum creta figulari circumdant, et colla boum ſuſpendunt, morſusque ipſius beſtiae ſubmouent. | Sed illius ſanatur noxa ſubula aenea, ſi locum laeſum compungas, cretaque cimolia ex aceto linas. Mus perniciem, quam intulit, ſuo corpore luit: nam animal ipſum oleo merſum necatur, et cum imputruit, conteritur, eoque medicamine morſus muris aranei linitur. Vel ſi id non adeſt, humorque oſtendit iniuriam dentium, cuminum conteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidae, et axungiae, vt lentorem malagmatis habeat. Id impoſitum perniciem commouet. Vel ſi antequam tumor diſcutiatur, in ſuppurationem conuertitur, optimum eſt ignea lamina conuerſionem reſecare, et quidquid vitioſi eſt, inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire: ſolet etiam ipſum animal viuum creta figulari circumdari: quae cum ſiccata eſt, collo boum ſuſpenditur: ea res innoxium pecus a morſu muris aranei praebet. | Sed *caeciliae* morſus ſanatur, ſi acu aerea locum laeſum compungas, et creta *cimolia* ex aceto *oblinas*; Muris vero pernicies, ſi animal ipſum oleo merſum neces, et plagam dentium ex eodem confrices. Quod ſi non fuerit, contritum cyminum cum *pice liquida*, et axungia etc. |

Saepius malo, timidum me tibi, quam audacem videri, velut hic. Nihil enim adhuc mutare me vides in Columella, etſi ex mea ad Facciolatum epiſtola intelligis, me illuc ferri vt credam, pro *humorque oſtendit*, legendum eſſe, *tumorque oſtendit;* pro *perniciem commouet*, *perniciem ſubmouet;* pro *conuerſionem reſecare*, *collectionem reſecare.* Quid in Vegetio? Num cenſes, quae non attigi, ea mihi omnia probari? Ipſe non ſinit Vegetius. Nam capite huius libri 82, cum haec aduerſus murem araneum medicamenta ſic iterauerit, vt id, atque alia pariter iisdem de rebus eodem in libro capita me interdum ſubdubitare coëgerint, an haec priora, de quibus agimus, Vegetii ſint; cum igitur haec medicamenta iterauerit; primum docet, murem in eo oleo quo merſus eſt, *in putredinem verti* oportere; vt coniicere procliue ſit, neque id hoc in loco omiſiſſe, vbi apertius deſcribebat Columellam. Tum iubet, *cyminum tritum cum pice liquida axungiaque miſceri*, et *ad ſpiſſitudinem malagmatis coqui,* vt hic quoque ſuſpicari liceat, *ſimilitudinem malagmae* in *ſpiſſitudinem malagmatis,* quam Columella vocat *lentorem*, eſſe mutanda: attamen Vegetius cum aliis libris [l. 2 c. 50. 51. l. 3 c. 20. 21] tum quarto [c. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 27] ſaepe *malagmae,* item [l. 4 c. 27] *malagmam cocticam* ſcribit, vbi *coctam* videtur legendum; nam ſupra [l. 4 c. 17. 23] alias propoſuerat *crudas.* *Pice* autem *liquida* minus dubitaui reſcri-

ſcribere pro *picula*, et *cimolia* pro *cimolea*; ſaepius enim alibi [l. 1 c. 13. l. 2 c. 8. 29. 32. l. 3 c. 8] ſic recte ſcribit, vt emendaui; itaque etiam in ſuperiore capite, vbi editum eſt: *Aures vero ſciſſae picula oleoque curantur;* non modo *pice liquida* reponendum arbitror, verum etiam in reſpondentibus verbis Columellae [l. 6 c. 7]: *At ferro reſciſſa melius pice*, *et oleo curantur*, ſuſpicor, *liquida* eſſe addendum: eademque illa emendatione vtendum in quatuor praeterea aliis Vegetii locis [l. 2 c. 24. 46. l. 3 c. 70. 71] in quibus ſcriptum eſt *picula.* Deinde eodem illo capite 82 ſuppurationem *lamina ferrea candenti aperiendam eſſe*, ſcribit; vt hic videantur *ignea lamina*, *vel cauterio* non eſſe ſine *gloſſemate.* Denique cretam *ſuſpendendam in collum* dicit; vt niſi hic *collo boum* ad Columellae exemplum reſcribere placeat, legi minus vitioſe poſſit *in colla boum*, vbi *colla boum* vitioſiſſime legitur, neque res ſic plane, vt a Columella, traditur, cum ibi contra deſideres nihil.

## §. 35.

*Veget.* 3, 4, 39 ſq.

Oculorum vitia plurima in illis ſanantur. Nam ſiue intumuerunt, aqua mulſa triticea farina conſpergitur et imponitur, ſiue album in oculo eſt, ſalis foſſilis Hiſpani, vel armeniaci, vel cum melle permixti vitium extenuant. Idem praeſtat tritae ſepiae teſta, et per fiſtulam oculo ter in die inſufflata. Prodeſt etiam radix, quam Graeci ſilpion vocant, noſtri autem laſerpitium, huiusmodi quantum volueris ponderis cum decima parte ſalis armeniaci, et cum fiſtula oculo inſufflas. Quae radix tunſa et cum oleo lentiſci mixta vitium expurgat. Si genae humorem profundunt, lacrymisque viſus confunditur [quam epiphoram vocant] polenta ex hordeo mulſae aquae conſperſa ſuper genas ſuperciliaque impoſita reprimit humorem. Paſtinaca quoque agreſtis, quam armoneaceam vocant, cum melle trita oculorum ſedat dolorem.

*Colum.* 6, 17, 7 et 8.

Oculorum vitia plerumque melle ſanantur: Nam ſiue intumuerunt, aqua mulſa triticeae farinae conſpergitur, et imponitur, ſiue album in oculo eſt, montanus ſal Hiſpanus, vel Ammoniacus, vel etiam Cappadocus minute tritus, et immiſtus melli vitium extenuat: facit idem trita ſepiae teſta, et per fiſtulam ter die oculo inſpirata: facit et radix, quam Graeci σίλφιον vocant, vulgus autem noſtra conſuetudine laſerpitium appellat: huius quantocunque ponderi decem partes ſalis ammoniaci adiiciuntur, eaque pariter trita oculo ſimiliter infunduntur, vel eadem radix contuſa, et cum oleo lentiſci inuncta vitium expurgat: epiphoram ſupprimit polenta conſperſa mulſa aqua, et in ſupercilia, genasque impoſita, paſtinacaeque agreſtis ſemina, et ſuccus armoraceae, cum melle conlinita oculorum ſedat dolorem.

*Veget.* emend.

Oculorum vitia plurima in illis *melle* ſanantur. Nam ſiue intumuerunt, aqua mulſa triticea farina conſpergitur, et imponitur: ſiue album in oculo eſt, ſalis foſſilis Hiſpani, vel armeniaci, vel *Cappadocis* cum melle *permixti* . . . . . . . . vitium extenuant. Idem praeſtat *trita* ſepiae teſta, et per fiſtulam oculo ter in die inſufflata. Prodeſt etiam radix, quam Graeci *Silphion* vocant, noſtri autem laſerpitium: huiusmodi quantum volueris ponderis cum decima parte ſalis armeniaci . . . et . . cum fiſtula oculo inſufflas. Quae radix tunſa, et cum oleo lentiſci mixta; vitium expurgat. Si genae humorem profundunt, lachrymisque viſus confunditur [quam epiphoram vocant] polenta ex hordeo *mulſa aqua* conſperſa, ſuper genas, ſuperciliaque impoſita, reprimit humorem. Paſtinaca quoque agreſtis, . . . quam *armoraceam* vocant, cum melle trita, oculorum ſedat dolorem.

Hic quoque in Vegetio praeſtare credidi, quae deſiderentur, per lacunas indicare, quam audacter ſupplere. Quod *ſalis armeniaci* pro *ammoniaci* reliqui; conſulto feci, ne *ſalis armoniaci;* ſic enim ſaepius apud Vegetium eſt ſcriptum; reponerem, men-

mendum videlicet pro mendo ſubſtituens. Prima inter verba *melle* addidi, quod flagitabat ſententia, quanquam pertinaciter non negauerim, quod nunc *in illis* ſcriptum eſt, ſcriptum fortaſſe ſic fuiſſe *vi mellis*. In proximis adieci id quod manifeſto deſiderabatur, *Cappadocis*, ſcripturus *Cappadoci*, niſi Vegetius alibi [l. 1 c. 20] ſcripſiſſet *ſalis capadoces*, vel potius *cappadocis*, vt a Sambuco editum eſt. Poſtrema autem inter verba lacunam reliqui propterea quia vt pro ſuo arbitrio Vegetius non omnia quae Columella, tradere ad eundem modum voluerit; certe vſque adeo diſſentire in re manifeſta non potuit, vt paſtinacam agreſtem, quam ille vt ab *armoracea* diuerſam poſuerat, *armoraceam* vocari, diceret; quando ſylueſtrem, non paſtinacam, ſed raphanum, tum Dioſcorides [de Med. Mat. l. 2 c. 106] tum Plinius [Nat. Hiſt. l. 19 c. 5] ipſe, *armoraciam* ab Romanis appellari, teſtantur. Neque minus diſerte Palladius [de re ruſt. l. 11 c. 11 ſ. 4] *armoraceam*, inquit, *transferemus ad culta, vt melior fiat, nam haec agreſtis eſt raphanus.* Itaque ſi nolimus, Vegetium omnino ad Columellam exigere; at illud tamen coniicere, aequum eſt, ipſum, *Paſtinaca quoque agreſtis, vel quam armoraceam vocant,* aut alia huiuſmodi ratione ſcripſiſſe, qua videlicet paſtinacam ab armoracea ſe diſcernere, oſtenderet.

In Columella fortaſſis *plerumque* eſt mutandum in *pleraque*. Fortaſſe et *decem partes ſalis ammoniaci adiiciuntur* in *decima pars ſalis ammoniaci adiicitur.* Certe Aëtius [Tetrab. 2 Serm. 3 c. 38] cum aduerſus albugines plura commemoraſſet, ad extremum, ſal ammoniacum, tanquam *fortiſſimum pharmacum*, poſuit; Vegetius autem vtramque hanc emendationem praemonſtrat.

§. 36.

| *Veget.* 3, 4, 43. | *Colum.* 6, 18, 2. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Odor quoque cimini ſuper carbones impoſiti vbi ſanguiſugam afflaverit, euellet a vulnere. | Poteſt etiam per fiſtulam deuſti cimicis nidor immitti, qui vbi ſuperponitur igni, fumum emittit, et conceptum nidorem fiſtula vſque ad hirudinem perfert, isque nidor depellit haerentem. | Odor quoque *cimicis* ſuper carbones impoſiti, vbi ſanguiſugam afflauerit, euellet a vulnere. |

Vt de cymino nihil iſtiusmodi legiſſe memini, ſic viciſſim Dioſcoridem [l. 2 c. 33], Plinium [l. 29 c. 4], Galenum [de Simpl. med. Facult. l. 11], Auicennam [Canon. l. 2 tr. 2 c. 270. et l. 3. fen. 9 c. 7] ſcio vim cimicum contra deuoratas hirudines memorare, imo Auicennam, et Auctorem libri tertii de medicamentis quae ad manum ſunt, cap. 103. laudare cimicum fumum ad ſanguiſugam haerentem gutturi, vt hic Columella, et Vegetius ponunt, excutiendam.

§. 37.

| *Veget.* 3, 4. 44. | *Colum.* 6, 19. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Machina quoque deſcribenda eſt fabrica, qua concluſa cuiusuis generis iumenta bouesquae curantur, vt et tutus ad pecudem medendum acceſſus ſit, nec luctando quadrupes aut mem- | Sed et machina fabricanda eſt, qua clauſa iumenta bouesque curentur, vt et propior acceſſus ad pecudem medentibus ſit, nec in ipſa curatione quadrupes reluctando remedia reſpuat: | *Machinae* quoque deſcribenda eſt fabrica, qua concluſa cuiusuis generis iumenta, bouesque curantur, vt et tutus ad pecudem medendum acceſſus ſit, nec luctando quadrupes aut mem- |

membra conuxet, ac ſic remedia deſpuet. Roboreas aſſes conſtringis, ſolium, quod in longitudine nouem pedes debet habere, in altitudinem pars poſterior duos ſemipedem: Pars vero quae ad priora animalium pertinet quatuor pedes: texuntur ita vt velum in caudam ductum non poſſit exire. Sed a parte poſteriori paululum latiorem, a priore ſtrictiorem machinam compingi oportet. Cui transuerſum trigillum ad modum iugi confirmandum eſt, ad quod equorum capita vel boum cornua religantur. Nam reliquum corpus ad temones ſocios vel funibus alligetur, vt iuuamentum praeſtetur ad medentis arbitrium.

ſpuat: eſt autem talis machinae forma, roboreis axibus compingitur ſolum, quod habet in longitudinem pedes nouem, et in latitudinem pars prior dupondium ſemiſſem, pars poſterior quatuor pedes: huic ſolo ſeptenum pedum ſtipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur: ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt, omnesque transuerſis ſex temonibus quaſi vacerrae inter ſe ligantur, ita vt a poſteriore parte quae latior eſt, velut in caueam quadrupes poſſit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduerſis axiculis: primis autem duobus ſtatuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capiſtrantur, vel boum cornua religantur, vbi poſſunt etiam numelli fabricari, vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis ceruix teneatur: caeterum corpus laqueatum et diſtentum temonibus obligatur, ſicque immotum animal medentis arbitrio eſt expoſitum.

membra *conuexet*, *aut* remedia *reſpuat* *Roboreis aſſibus compingis ſolum*, quod in *longitudinem* nouem pedes debet habere, in *latitudinem* pars *prior* duos, ſemipedem, pars vero quae ad *poſteriora* animalium pertinet, quatuor pedes - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - - texuntur ita, vt *velut* in *caueam* ductum, non poſſit exire. Sed a parte poſteriori paululum *altiorem*, vt a priore ſtrictiorem machinam compingi oportet. Cui transuerſum *tigillum* ad modum iugi etc.

Sicubi in emendando Vegetio audax fui, hic certe fui. Quamobrem acrius haec omnia perpendas velim, antequam probes. Et primum quod *compingendum*, vel, ſi mauis ex alio Columellae loco in capite huius libri triceſimo, *conſternendum* aiebat *ſolum*, *quod in longitudinem nouem pedes debet habere*, *in altitudinem pars poſterior duos*, *ſemipedem*, *pars vero quae ad priora animalium pertinet*, *quatuor pedes*, conferas, quaeſo, cum Columella ſic definiente: *quod habet in longitudinem pedes nouem, et in latitudinem pars prior dupondium ſemiſſem*, *pars poſterior quatuor pedes*. Continuo intelliges, quae apud hunc de latitudine, apud illum de altitudine, et quae apud hunc de priore parte, apud illum de poſteriore conſcribi. Eaedem enim ſunt vtrobique menſurae; nam *dupondium* etiamſi cum Ienſoniana editione hic mutare nolis in *dipodium*, noſti a Columella pro duobus pedibus vſurpari non modo, libro 4 cap. 1 ſ. 3 et lib. 3 cap. 13 ſ. 5 vt a Beroaldo [Enarrat. in Columell.], et Turnebo [Aduerſ. l. 3 c. 18] adnotatum eſt, verum etiam alibi, et praeſertim haud ſemel lib. 11 cap. 2. nec mirum, quando libro 5 cap. 1 vtitur paſſim quibuslibet aſſis partibus in geometricis dimenſionibus. Quae cum ita ſint; aut Columella ad Vegetium, aut hic ad illum eſt exigendus. Sed Columellam, cuius ſcripta multo integriora quam Vegetii, ad nos peruenere, ad hunc exigere par non eſt, niſi vbi res ipſa, et apertiſſima menda flagitent: quod in hoc quidem loco minime accidit. Agitur enim de ſoli conſternendi menſuris, vt poſt longitudinem, latitudinem definire neceſſe ſit; non altitudinem, quae hic non ad ſolum, ſed ad totam pertinet machinam,

machinam, et paulo poſt a Columella definitur per ſtipites ſeptenum pedum: quae deſcriptionis pars ibi in Vegetio deſideratur, vbi nos lacunam reliquimus, in qua et de iis ſtipitibus, et de temonibus, qui infra commemorantur, opportunus fuit dicendi locus. Praeterea fac, quae Vegetii propoſuimus verba, ea emendationis non egere; quaero, ſatisne alta machina ſit quae a poſteriore parte ne ad tres quidem pedes extollatur? Certe Columella [7, 9, 10], non iam de bobus, ſed de ſuibus ſermonem habens, *haras conſtruendas eſſe*, docuit *in altitudinem pedum quatuor*, *ne ſus tranſilire ſepta queat.* At enim de latitudine verba infra facit Vegetius. Ea videlicet, quae [niſi vt a nobis, aut alia aliqua eiusmodi ratione emendentur] tolli praeſtet, quam relinqui. Neque enim ſatis menſuram definiunt; niſi forte ſic intelligas, vt machinam *paululum* quatuor pedibus vt a tergo *latiorem*, ſic a fronte *ſtrictiorem* ſignificent: quod num Columellae, atque adeo Vegetii ſententiae ſatisfaciat, tu videris. Caeterum poſtrema verba conſulto non attigi. Nam pro *ſocios vel funibus* reſcribere *loris*, *vel funibus* [vt eſt cap. 18 *lorum, vel funes*] non ita neceſſe eſt, vt eſt *ſocios* pro mendo agnoſcere. Fortaſſe etiam pro *iuuamentum* reponendum eſt *iumentum*, vel *immotum*, vel vtrumque.

In Columella crediderim pro *numelli* eſſe legendum *numellae;* nam neque aliter ſe legere hic oſtenderunt Adrianus Turnebus [Aduerſar. l. 23 c. 21], et Georgius Alexandrinus [Enarrat. priſcar. voc. Auctor. R. R.], neque alium praeterea locum proferri video, quo vox *numelli* confirmetur. Non ignoro, in Baſilii Fabri Theſauro caput quoque 8 libri 7 ſ. 6 Columellae ſic indicari, vt videri poſſit in eo pariter ſcriptum eſſe *numelli.* Verum ita ibi ſcriptum eſt: *Nonnulli antequam pecus numellis inducant*, *virides pineas nuces in mulctram demittunt* etc.

Hactenus Vegetii tertium et quartum caput libri tertii cum ſexto, et tredecim inſequentibus libri ſexti Columellae comparauimus. Nunc age, cum parte etiam triceſimi initium quadrageſimi quinti libri ſecundi comparemus.

§. 38.

| *Veget.* 2, 45, 1. | *Colum.* 6, 30, 6. | *Veget.* emend. | *Colum.* emend. |
|---|---|---|---|
| Si (1) armus laeſus erit, in medio crure (2) vtraeque ſoluentur venae, et puluerem thuris cum eo qui profluit ſanguine copioſiſſime immiſto armi lineantur. Quodſi plus profluet quam neceſſe ſit, ſtercus ipſius iumenti fluentibus imponitur venis et faſciis alligatur. | Si armos laeſerit, aut ſanguinem demiſerit, medio fere in vtroque crure venae ſoluantur, et thuris polline cum eo, qui profluit, ſanguine immiſto armi linantur, et ne plus iuſto exinaniatur, ſtercus ipſius iumenti fluentibus venis ad motum faſciis obligetur. | Si *armos laeſerit*, in medio crure *vtroque ſolvantur* venae, et *puluere* thuris cum eo qui profluit, ſanguine, copioſiſſime immiſto armi *liniantur* etc. | et ne plus iuſto exinaniatur, ſtercus ipſius iumenti fluentibus venis *admotum* faſciis obligetur. |

(1) *armos laeſerit* (2) *vtriusque* Samb. in marg. ex Cod.

Secundam Vegetii emendationem illud etiam comprobat quod, ipſum cum 16 capite Columellae conferentes, ſupra vidimus, ſecandas videlicet eſſe venas non in crure, ſed in cruribus, vbi non alter armus, ſed ambo laeſi ſunt; quanquam id ibi in poſterioribus cruribus imperatur.

Columellae autem, alias etiam indicata a nobis, emendatio vſque adeo neceſſaria, atque euidens eſt, vt minime opus ſit eius confirmandae gratia ad Rob. Stephani Editionem trium praeterea antiquarum, et Commelinianae quoque auctoritatem adiungere.

§. 39.

| *Veget.* 2, 45, 2. | *Colum.* 6, 30, 7. | *Vegetius* emend. |
|---|---|---|
| Poſtero quoque die quaſi apoſereſis fit, et ex eisdem locis ſanguis detrahitur (1) atque ſimilis in omnibus cura procedit. Ab hordeo abſtinebitur, foeno ſuſtentabitur exiguo per triduum. Deinde (2) porri tres cyathos olei heminam miſcebis, et per cornu faucibus infundes. Poſt (3) ſextum diem lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, mittatur in piſcinam vel flumen aut mare, vt natet, cum ſparcia et pannis vincto pede. | Poſtero quoque die ex iisdem ſanguis detrahatur, eodemque modo curetur, ordeoque abſtineatur exiguo foeno dato. Poſtridie deinde vsque in diem ſextum porri ſuccus inſtar trium cyathorum miſtus cum olei hemina faucibus per cornu infundatur. Poſt ſextum diem lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, in piſcinam demitti eum conueniet, ita vt natet. | Poſtero quoque die quaſi *apophaereſis* fit, et ex iisdem locis ſanguis detrahitur, atque ſimilis in omnibus cura procedit. Ab hordeo abſtinebitur, foeno ſuſtentabitur exiguo per triduum. Deinde *ſucci* porri tres cyathos, olei heminam miſcebis, et per cornu faucibus infundes. Poſt ſextum diem lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, mittatur in piſcinam, vel flumen, aut mare, vt natet, cum *ſpartea*, et pannis vincto pede. |

Vbi (2) ibi habet [*ſucci*] ſic inter vncos Editio Sambuci, qui notat in margine ad (1) et (3) *M. S. non habet.*

Vegetius libro etiam tertio capite 25 ſ. 4 ita vti hoc in loco eſt locutus. Nam vbi hydropico *periconium* [leg. peritonaeum] *ipſum pungere*, et per fiſtulam humoris partem extrahere iuſſit, tum haec ſubiicit: *Alia vel tertia die apoforeſim* [Samb. Cod. *apophaereſim*] *quaſi facturus, denuo fiſtulam appones, humorem eiicies, donec partes totas exiccet*, vel *per partes totum exiccetur*, vt Sambuci habent Codices. Caeterum dubitari licet, ſitne Vegetius ex Columella, an vero hic ex illo emendandus, vbi Vegetius habet: *foeno ſuſtentabitur exiguo per triduum. Deinde;* Columella autem ſic: *exiguo foeno dato. Poſtridie deinde;* Ienſoniana Editio, et Iuntina ad hunc modum: *dato. Poſt triduum deinde.* Quae Columella in hoc capite adiungit, ea Vegetius non perſequitur. Hoc ſi faceret, haud inutile fortaſſe eſſet haec verba comparare: *Manus vncta inſeritur aluo, et obſeſſi naturales exitus adaperiuntur, exemtoque ſtercore poſita cunila bubula, et herba pedicularis cum ſale trita, et decocta melli miſcentur, atque ita facta collyria ſubiiciuntur.* Hic ego pro *poſita* arbitror *poſtea* eſſe reſcribendum.

Cum autem Vegetius in ſecundo capite libri tertii etſi non omnia, haud pauca tamen ex Columella deſcripſerit; duo huius generis loca, quorum alterum Columella ex Catone [de Re Ruſt. c. 103], alterum ex Celſo aſſumſit, conferamus.

§. 40.

| *Veget.* 3, 2, 11. | *Colum.* 6, 4, 4. | *Veget.* emend. |
|---|---|---|
| Ad interna autem curanda praecipue amurca creditur ſalutaris, ſi tantundem aquae miſceas, | Maxime tamen habetur ſalutaris amurca, ſi tantundem aquae miſceas, et ea pecus infuſcas: | Ad interna autem curanda praecipue amurca creditur ſalutaris, ſi tantundem aquae miſceas, |

ſceas, et animal bibere conſueſcat. Sed quia licet ſitiat, potum faſtidiat ignotum, primo cibi aſperguntur, deinde aqua exigua potio medicatur, ad vltimum pro menſura miſcetur, et vſque ad ſaturitatem ſitientibus datur.

ſcas: quae protinus dari non poteſt: ſed primo cibi aſperguntur: deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari menſura miſta datur ad ſatietatem.

ſceas, et animal bibere conſueſcat. Sed quia licet ſitiat, potum *faſtidit* ignotum; primo cibi aſperguntur, deinde aqua exigua *portione* medicatur, ad vltimum *pari* menſura miſcetur, et vſque ad ſaturitatem ſitientibus datur.

§. 41.

*Veget.* 3, 2, 29.
Vſci folia cum vino trita defunduntur in nares.

*Colum.* 6, 5, 5.
Cornelius Celſus etiam viſci folia cum vino trita per nares infundere iubet.

*Veget.* emend.
*Viſci* folia cum vino trita defunduntur in nares.

§. 42.

Locum pariter quem Columella libro eodem ſexto capite 29 ſ. 4 ſq. ex Varrone [ de Re Ruſt. l. 2 c. 7 ſ. 2 et 3 ] Varro autem ex Ariſtotele [de Hiſt. Animal. l. 6 c. 22], Plinius [Nat. Hiſt. l. 11 c. 37 ] deinde fortaſſe ex his omnibus, Palladius [ de Re Ruſt. l. 4 tit. 13 ſ. 19 ] denique ex Columella ita ſumſit, vt haud inutile eſſet hos omnes ſcriptores inter ſe comparare; cum Vegetius quoque libro quarto capite 5 ex Columella deſcripſerit; hos ſaltem duos inter ſe conferamus.

*Veget.* lib. 4 cap. 5.
Manifeſtum eſt autem notas corporis cum aetate mutari. Pullis enim bimis et ſex menſium medii dentes ſuperiores cadunt, quos lactantes vocant. Cum autem quartum annum agere coeperint, decidentibus his qui canini appellantur, alios ſupponent. Deinde intra ſextum annum molares cadunt. Sexto anno quos primo mutavit, exaequat. Septimo omnes explentur aequaliter, et ex eo cavatos habere incipiunt dentes, etc.

*Colum.* 6, 29, 4.
Annorum notae cum corpore mutantur: nam dum bimus, et ſex menſium eſt, medii dentes ſuperiores, et inferiores cadunt: cum quartum agit annum, iis, qui canini appellantur, deiectis, alios affert: intra ſextum deinde annum molares ſuperiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit, exaequat. Septimo omnes explentur aequaliter, et ex eo cauatos gerit etc.

*Veget.* emend.
Manifeſtum eſt autem, notas *aetatis* cum *corpore* mutari. Pullis enim bimis et ſex menſium medii dentes ſuperiores cadunt, quos *lactentes* vocant. Cum autem quartum annum agere coeperint, decidentibus his qui canini appellantur, alios ſupponent. Deinde intra ſextum annum molares cadunt. Sexto anno quos primo *mutauerunt*, *exaequant*. Septimo omnes explentur aequaliter, et ex eo cauatos habere incipiunt dentes, etc.

Etſi minime ignorabam, in Vegetii libro 1 cap. 17 *catulum lactantem* legi; tamen vt ibi *lactentem* eſſe legendum, non dubito, ita hic quoque *lactentes* repoſui pro *lactantes;* nam in ipſo etiam Celſo [ de Medic. l. 2 c. 28, 29] memini *lactentia* pro *lactantia* Viros Doctiſſimos repoſuiſſe. Quod nihil addiderim, haec cauſa fuit. Sciebam, Varronem [loc. cit.] Ariſtotelem ſecutum, ſcripſiſſe: *equus triginta menſium primum dentes medios dicitur amittere, duos ſuperiores, et totidem inferiores.* Sed viciſſim non ignorabam, Palladium [ loc. cit. ] facere cum Vegetio: *Bimo,* inquit,

inquit, *et ſex menſium dentes medii ſuperiores cadunt.* Nimirum ita Palladius, et Vegetius Columellam deſcripſere, vt ſuo tamen interdum arbitrio vti potuerint, et quidpiam, ſi id licere videretur, omittere. In eo tamen Palladius Columellam prorſus ſequitur quod ait: *infra*, ſeu mauis, *intra ſextum annum molares ſuperiores cadunt;* Vegetius quod ad *ſuperiores* attinet, haud ſequitur, iudicio proprio, an Librariorum incuria, illi arbitrari melius poterunt qui haec callebunt; ſemper autem, quod ſupra etiam dicebam, reſpondentes hoſce diuerſorum Auctorum locos vtile erit comparare. Atque vtinam Magonis extarent octo et viginti illa volumina ex S.C. in latinum ſermonem conuerſa [vid. Columell. l. 1 c. 1 ſ. 13], vnde Columella, vt tot alios, ſic illum pariter accepit locum quem alias aliam ob cauſam expendi, aut ſaltem hunc quoque ex Columella vt Palladius, ita et Vegetius deſcripſiſſet; fortaſſe id ſubſidii quod conferendo cum Palladio, non poſſum, poſſem, conferendo cum Vegetio, nanciſci, vt nouam quandam ſuſpicionem meam aut prorſus abiicerem, aut ſatis firmarem. In Vitulorum caſtratione haec, de Magonis ſententia, ſexto hoc libro [c. 26 ſ. 2] Columella praecepit: *prius, quam ferrum admoveas, duabus anguſtis ligneis regulis [veluti forcipibus] apprehendere teſtium nervos –, quibus comprehenſis, ſtatim teſtes ferro reſecare, et expreſſos ita reſcindere, vt extrema pars eorum adhaerens praedictis neruis relinquatur.* Haec Palladius [lib. 6 tit. 7 ſ. 1 et 2] ita deſcribit: *duabus anguſtis regulis ſtagneis* [an *fagineis*, an *ligneis*, vt infra] *ſicut forcipibus ipſos neruos apprehendunt –. His comprehenſis, tentos teſticulos ferro reſecant*, et *ita recidunt, vt aliquid de his, capitibus neruorum ſuorum dimittatur haerere.* Mihi tamen cum vtriusque Auctoris verborum ſeriem, tum rem ipſam attendenti ſuſpicio incidit, in Columella pro *reſecare* legendum eſſe *reſerare*, in Palladio autem pro *reſecant* pariter *reſerant.* Sed quoniam me Vegetius noſter in hoc, atque aliis Columellae, vt viciſſim Columella in pluribus aliis Vegetii locis emendandis deſtituit, hic ego, niſi tu aliter cenſes, finem audendi, et ſcribendi faciam. Vale.

Pataui Pridie Kal. April. MDCCXXIII.

IV. IOAN-

IV.

# IOANNES BAPTISTA MORGAGNVS IVLIO PONTEDERAE

S. P. D.

NEgas, mi Iuli, videri aequum, in eos Auctores me finem facere ſcribendi, in quos te horter vt pergas ſcribere, neque dubitas, poſſe me iterum Columellam, et Vegetium in iis quoque locis emendare, in quibus alter alteri lucem non afferat. Ego vero vt alias fortaſſe poſſem, nunc certe vix poſſum, cum ſim, vt noſti, occupatiſſimus. Experiar tamen; ne hoc negare tibi videar; ſed ita experiar, vt in vno, eoque breuiſſimo, Columellae capite, in iis autem quae verbis fere quam pauciſſimis expediri queant, Vegetii locis omnis haec verſetur epiſtola.

Sed ne forte credas, haec me duntaxat polliceri eo conſilio, vt facillima quaeque perſequar, difficiliora declinem, id nimirum Columellae caput expendam, in quo, vt omnes quidem a me inſpectae habent Editiones, quaedam ſunt quae non ego modo, ſed Doctiſſimi etiam Viri intelligere ſe poſſe, negent. Eſt autem libri duodecimi caput 34. quod operae pretium eſt videre an reuera mendoſum ſit, et qua ratione emendari aptius poſſit. Primum autem id caput huc tranſcribamus.

§. 1. Col. 12, 34 *De aceto Scyllitico. Qui Scylliticum acetum facere volunt, decem bambatae in tres amphoras muſti mitis aceti acris congium, aut duplum, ſi non eſt acre, et in ollam, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id eſt, ad quartas, aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur: ſed muſtum deſubmaſſa, et limpidum ſit.*

Cum plura ſunt in his pauciſſimis verbis, quae negotium faceſſunt legentibus, tum duo potiſſimum ſunt intellectu difficillima, *bambatae*, et *deſubmaſſa:* itaque meminiſſe potes, Virum totius latinae linguae ſi quis alius, peritiſſimum Facciolatum noſtrum, cum forte vobiſcum in eum ſermonem veniſſem, vt duas eſſe in Columella obſcuriſſimas, et, niſi fallerer, deprauatiſſimas voces, dicerem, continuo ipſum quibus de loquerer, diuinaſſe, et iſtas ipſas pronunciaſſe. Nos tamen quae de iis ſcripta ſint, videamus. Ph. Beroaldus [Enarrat. in Columell.] *lego*, inquit, *bambatas, vel bammatas, hoc eſt ſcyllas decem liquefactas, redactasque ad intinctum, vel ſalſuram, quod Graeca voce dicitur βάμμα.* Adrianus Turnebus [Aduerſ. l. 17 c. 13] *Bambatarum nomine intelliguntur ſcyllae, quae aliquo intinctu conditae ſunt. Romani autem cum Syracuſanorum ſermone hac in re, vt et in multis aliis, vterentur, potius* bambatas *quam* bammatas *nominant: quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere ſolerent.* In huius ſententiam pedibus iuit Matthias Martinius [Lexic. Philol.], quem ii deſcripſere,

deſcripſere, a quibus poſt Paſſeratium, olim Calepini Lexicon auctum eſt; Heſychii tantummodo addidit teſtimonium, quo intelligeretur, βάμβα Syracuſis dictum eſſe, quod alibi ἔμβαμμα dicebatur. Ego vero neque ſic locutos eſſe Syracuſanos, negauerim, et libens conceſſerim, βάμματα idem quoque ſignificare quod ἐμβάμματα, id eſt, *liquamina multiformia*, *quibus intingimus buccellas eſcarum*, *gulae prorſus irritamenta*, *vulgo* ſapores *appellant*, *Plinius autem intinctus vocabat*, vt Beroaldus poſt Georgium Alexandrinum [ Enarration. priſcar. voc. Auct. de R. R. ] adnotauit ad verba illa capitis 55 huius libri Columellae: *Caeterum ſi velis* [ ſinapi ] *ad vſum conuiuiorum praeparare*, *cum exaniaueris ſinapi*, *nucleos pineos quam recentiſſimos*, *et amygdalum adiicito*, *diligenterque conterito*, *infuſo aceto*.

*Hoc ſinapi ad embammata non ſolum idoneo*, *ſed etiam ſpecioſo vteris*: *nam eſt candoris eximii*, *ſi ſit curioſe factum*. Verum haec omnia vbi conceſſero; non tamen intelligam, qui *bambatae* latine dici potuerint, et ſcyllas potius quam res quaſcunque alias intinctu conditas ſignificare. Huc adde, neque Dioſcoridem [de Med. Mat. l. 5 c. 21], neque Plinium [Nat. Hiſt. l. 20 c. 9], neque Paulum [de Re med. l. 7 c. 11], neque Aëtium [Tetrab. 3 ſerm. 1 c. 27], neque Actuarium [de Meth. med. l. 5 c. 7], neque Nicolaum Myrepſum [de Compoſ. Medicam. ſect. 37 c. 13, 14, 15] neque Marcellum [de Medicam. c. 20], neque Auctores alterius libri de Dynamidiis [ tit. de praecordior. paſſionib.], et tertii de medicamentis facile parandis [num. 205] neque vero ipſum qui ſequi Columellam ſolet, Palladium [l. 8 tit. 8] ad acetum ſcylliticum conficiendum ſcyllas requirere *aliquo intinctu conditas*, niſi quis forte Aëtii, et Nicolai, eo in loco Aëtium deſcribentis, verba illa: *Squillae repurgatae*, *et diſſolutae*, aliud ſignificare putet, atque aliorum: *Scyllae repurgatae et conciſae*, ſiue vt Columella noſter paulo ante eſt locutus, *ſectae quam tenuiſſime*. Has igitur omnes ob cauſas factum credo, vt Mercurialis [Var. Lect. l. 1 c. 14] negauerit, adſtipulari ſe poſſe Turnebo, *Bambatae vocem non mutandam leuibus quibusdam rationibus contendenti*; Salmaſius [Plinian. Exercit. in Solin. ad huius pag. 39 B. ] autem omnino *corrigendum in hac voce Columellam* cenſuerit. *Lege*, inquit, *qui ſcylliticum acetum facere volunt ad embammata. In tres amphoras muſti mittis aceti acris congium.* Tum haec ſubiicit: *Scyllino aceto ad embammata vtebantur. Sic loquitur* Columella *infra: vinum myrtiten ad tormina. Vinum ſcylliten ad coquendum, et corpus reficiendum.* Equidem fateor, ſic aliquid incipere me in hoc loco intelligere. Optandum tamen fuiſſet, vt tria a Viro Doctiſſimo omiſſa ne eſſent. Primum vt doceret, qui haec cohaereant: *Qui ſcylliticum acetum facere volunt ad embammata. In tres amphoras muſti mittis* etc. Alterum, vt qua erat eruditione, demonſtraret, vere antiquos *ſcyllino aceto ad embammata vſos fuiſſe*. Rhodius [Not. ad Scribon. compoſ. 76] enim, etſi locum hunc ingenioſe correctum a Salmaſio affirmat; non obſcure tamen indicat, haud ſatis probari ſibi, acetum Scylliticum *inter embammata reponi*, quod medicamenti loco Veteres quoque habere conſueuerint; niſi forte eiusmodi embammata iis parata eſſe, putemus, quibus valetudinis cauſa aceto ſcyllite opus eſſet. Nam vt ego animaduerti, et Paulus [loc. cit.], et Nicolaus [loc. cit.] quandam etiam aceti ſcyllitici compoſitionem [ab hac tamen longe diſcrepantem] proponunt, quo *auxilio* vti *ſolitos*, Paulus ſcribit, *et cum cibo ad intinctus;* Nicolaus autem docet, potuiſſe *vti pro arbitrio vt intincto, aut vt ſapa*. Tertium denique illud praeſtari ab Salmaſio oportuiſſet,

tuiſſet, vt oſtenderet, re ipſa Columellam, facere ſcyllinum acetum, in hoc capite docere, in quo Scyllas ne memorat quidem, aceti autem exiguam omnino portionem magna cum muſti copia admiſcet: certe in tot ſcyllitici aceti compoſitionibus quot ſupra me vidiſſe, indicaui, qui muſto vteretur, vidi neminem. Paulus modo ad acetum mel, et ſapam addidit in ea compoſitione de qua nouiſſime indicatum eſt, vſui *et cum cibo ad intinctus* fuiſſe, quam *acetum mulſum ſcylliticum* appellabat. Haecque eo magis praeſtare omnia Salmaſium decebat, quod ignorare haud poterat, fuiſſe qui crederent, in hoc capite non aceti ſcyllitici, ſed embammatis conficiendi modum a Columella eſſe propoſitum: idque non ſine magna, vt opinor, ratione. Nam illud praeterea animaduerto, extremam capitis ſuperioris particulam vel ſecundum vulgatam lectionem, vel etiam ſecundum Salmaſii emendationem, cum caeteris quae eodem capite traduntur, non congruere. Rationes enim primum traduntur duae vini ſcyllitis conficiendi [id quod eius capitis inſcriptio poſtulat: *Vinum ſcylliten*] ſcylla videlicet aut minore, aut maiore pondere in muſtum adiecta: qui ergo conuenit quaſi tertiam quandam rationem, eam extremo loco ſubiicere, quam ſi ſequaris, ſcylla non in muſtum, ſed in acetum coniecta, non vinum conficias, ſed acetum?

Igitur longe alia opus eſt emendatione, qua adhibita, omnia congruant, nihilque ſuperſit quod obiicias. Primum omnium, ſuperiori capiti non peculiare, vt nunc eſt, ſed commune hoc argumentum cenſeo praeſcribi oportere: quomodo condias *Vinum, et Acetum Scylliten.* Deinde, Latino Latinio, et Hieronymo Mercuriale [loc. cit.] auctoribus, extrema eiuſdem capitis verba, prima autem eius de quo agimus, hunc in modum diſtinguenda eſſe, atque emendanda: *Alii hoc ipſum ſcyllae pondus, quod ſupra dixi, in aceti duas vrnas adiiciunt, et per XL dies ineſſe patiuntur, qui ſcylliticum acetum facere volunt.*

De Embammate Cap. XXXIV. *In tres amphoras muſti mittis aceti acris congium, aut duplum, ſi non eſt acre, et in ollam quae* etc. Vides quam facili emendatione omnia explicata et plana ſinat, habitaque multo etiam maiore quam a Salmaſio, tum rerum, tum ſcripturae ipſius ratione, monſtrum illud verbi tollatur, quod ab non intellecto a Librariis, et cum verbis a ſuperiore capite diſtractis confuſo huius argumento ortum erat, *decem bambatae.* Illud a Salmaſio, quod ipſe facile a Turnebo, ſumimus, vt pro *mitis* ſcribamus *mittis*, ne verbum deſit ſententiae, ac proximae etiam locutioni congruens: et quanquam ea quae ſequuntur, *aut ſi non dulce muſtum*, videantur *mitis* poſtulare; re tamen vera non flagitant. Vnum video poſſe ex me quaeri: cenſeamne, ſatis huius capitis verba naturae embammatis conuenire, multiformis, vt ſupra dictum eſt, rei, et ad quam alibi Columella ipſe ſinapi adiungit. Ego vero vſitatius hic, et a Villica parabilius embamma proponi, credo; non omnia. Certe aceto ſolitos eſſe antiquos vti ad embammata, tum ex Nicandri Scholiaſte intelligitur tradente, βάμμα, ſi ſolum ſcribatur, ſignificare acetum, tum ex iis Lexicis Graecis in quibus *bammon* eſſe dicitur vaſculum aceti appoſitum ad intingendum in menſa, tum vero ex Apicio [de Arte Coquin. l. 8 c. 2], qui ius quoddam, cui acetum addit, vocat *embamma*, tum denique ex Vlpiano docente, *embamma fuiſſe loco aceti*, vt refert Mercurialis [loc. cit.]: quae res, inquit, *valde deſcriptioni Embammatis Columellae quadrat, cui magna aceti portio admiſcetur.* Verum ego, quanquam aceti id quod ſatis eſt, admiſceri, video; *magnam* tamen eius *portionem* ad-

 miſceri,

miſceri, non video; nam muſti quatuor et viginti partibus adiicitur vna aut altera aceti: *In tres amphoras muſti mittis aceti acris congium, aut duplum, ſi non eſt acre.*

§. 2. Col. 12, 34. Nunc verba reliqua conſideremus: *et in ollam, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id eſt, ad quartas, aut ſi non dulce muſtum, ad tertias diſpumetur.* Primum hoc verbum *diſpumetur* disiungi oportere ab reliquis, vt recte in Commeliniana Editione factum eſt, perſpicient omnes qui attenderint, illa *ad tertias* eſſe ad *decoquis* referenda. Cum autem *decoquere ad tertias;* qua locutione aliis quoque in locis vtitur Columella; decoquere interdum ad vnius, alias ad duarum de tribus partibus conſumtionem ſignificet, vt ab Rhodio [Lexic. Scribonian.] adnotatum eſt; hic certe priore modo eſt accipiendum propterea quia aliter accipere non ſinunt quae de dulci, ideoque minus coquendo muſto antecedunt, *et in ollam, quae fert amphoras tres, decoquis ad palmum, id eſt, ad quartas.* Quae ipſa verba cum diligentius attendo, illud praeterea intelligo, ſatis cauſae non eſſe, cur in amphorarum numero mendum aliquod ſubeſſe, credamus. Etſi enim *tres amphoras muſti, et aceti congium, aut duplum* decoquere in *olla* ſimul vno tempore non poſſimus, *quae fert amphoras tres*, non amplius; tamen; vt omittam, neque *non amplius*, neque *ſimul vno tempore* Columellam addidiſſe; certe minime neceſſe eſt verbis illis hoc dictum intelligi, vt in eiusmodi olla id omne quod dixit, decoquamus, ſed illud potius, vt ſciamus, ſatis id eſſe decoctum, ſi in olla, exempli cauſa, quae ferat amphoras tres, humor ad palmum decreuerit. Igitur vt exemplo, et ratione facili tum ad aeſtimandum, tum ad vaſis etiam aliquanto maioribus proportione accommodandum, verbo autem minime ambiguo Villicae ad intelligendum vteretur, ſcripſiſſe, credibile eſt, *in ollam, quae fert amphoras tres decoquis ad palmum.* Hic velim videas, ſcripſeritne *in ollam*, vt hoc ipſum quod ego exiſtimo, manifeſtius ſignificaret, non ita fortaſſis abſimili ratione ac Cato [de Re Ruſt. c. 114] *in vinum muſtum veratri atri manipulum coniicito in amphoram*, et Plinius [Nat. Hiſt. l. 14 c. 16], *manipulos binos tundunt in cadum muſti*, et [ibid.] *in XL ſextarios muſti abſinthii Pontici libra decocta ad tertias partes;* quanquam haec duo Plinii loca non omnes ad eundem modum legunt. Hoc, inquam, videas velim; an potius id Librariorum incuriae ſit tribuendum, qui *in olla* ſcribere debuiſſent; niſi forte reapſe Auctor ſcriptum reliquit *in ollam* pro *in olla*, vt Plautus [Amphitr. A. 1 S. 1] *mihi in mentem fuit*, et Cicero [Pro Lege Manil.] vt eſt apud Gellium [Noct. Attic. l. 1 c. 7], *in praedonum fuiſſe poteſtatem* pro *in mente* et *in poteſtate:* quod contra Ouidius [Metamorph. l. 2], *vtinamque oculos in pectore poſſes inſerere*, et [Faſt. lib. 4] *Venerem gradibus multis in gente receptam* pro *in pectus*, et *in gentem;* niſi tamen primo loco legendum *in pectora*, alter vero eſt aliter exponendus. Quae atque alia eiusmodi cum mecum reputo, et reuoco in memoriam *antiquam* illam *circa communes praepoſitiones licentiam*, de qua Seruius admonet ad illud Virgilii [Aeneid. l. 1], *rapuitque in fomite flammam*; neque in hoc Columellae loco aliquid pro certo audeo conſtituere, neque in ſimilibus aliis, quorum aliquot attigi in Epiſtola ad V. Cl. Facciolatum, vt [l. 6 c. 17] *in paſcua ſupercubuit*, vt [l. 12 c. 46] *in vaſis coniicito*, vt [ibid. c. 21] *coniicitur in vrceo fictili*, et ſi qua ſunt alia eiusmodi [qualia quoque ſunt apud Scribonium Compoſ. med. 157, 220, 271] multoque etiam minus vbi ſemel atque iterum ſcriptum eſt [l. 6 c. 12 et l. de Arb. c. 28]: *cythiſum in aquam macerari oportet*, fortaſſe ad imitandum

Catonem

Catonem [de Re Ruſt. c. 156], qui *braſſicam,* inquit, *in aquam macerari oportet.* Quibus in verbis vtriusque Autoris excipiendis etſi video quam facile Librarii *m* litteram geminare, et ex *aqua* facere *aquam* potuerint; tamen ob ea quae modo dicebam, ego quidem mutare nihil auſim.

§. 3. Col. 12, 34. Sed ab his leuioribus ad illud denique alterum veniamus quod initio dixi eſſe in hoc capite difficillimum, Turnebus [Aduerſ. l. 17 c. 13] autem *monſtrum eſſe in vltimas terras deportandum,* pronuntiauit. *Diſpumetur: ſed muſtum deſubmaſſa, et limpidum ſit.* Et ipſe quidem legendum credidit: *ſed muſtum deſpuma, vt limpidum ſit.* Non inconcinne; ſi id tamen addidiſſet, quid illo verbo *Diſpumetur* faciamus. Nam ſi retineas; bis idem ſcriptum fatearis, neceſſe eſt. Sin autem inducas; nimium fortaſſe a Codicum atque Editionum ſcriptura recedas. Quid ergo eſt? Nullo, ſi fieri poteſt, verbo ſublato, videndum eſt, liceatne aliter illud vnum emendare *deſubmaſſa,* vel, vt quaedam habent Editiones, *de ſubmaſſa.* Neque enim eſt, cur putemus, poſſe vllo modo retineri. Nam verbum *maſſo,* quod tanquam Lucretii [de Rer. Nat. l. 1 v. 667.] auctoritate in latina Lexica receptum erat, in Lucretio certe ab eruditiſſimis hominibus non agnoſcitur, qui in eo videlicet legunt, *mutareque corpus,* non *maſſareque corpus.* Quod vero Theodorus Priſcianus eodem verbo vſus dicitur; neque ſic accepit, vt pertinere huc poſſit, et nihil is ſcriptor ad Columellam. *Maſſas* autem *ferri* candentes, vt in vinum vapidum, quo acetum fieret, demitti, in quinto huius libri capite Columella docuerat; ita fortaſſe in muſtum quoque immiſſas fuiſſe, et de eiusmodi muſto hic verba fieri, Amico quidem noſtro doctiſſimo in mentem venerat, ſic tamen, vt mecum confiteretur, non eſſe Columellam eius generis Auctorem, vt, quemadmodum P. Vegetius [Art. Veterin. l. 2 c. 19, 45, 53], *de ſub oculo, de ſub cirro, de ſub ipſis dolorum locis* potuiſſe ſcribere videatur. Quamobrem etſi capite etiam 38 in vini myrtitis confectione in ipſum *muſtum demitti* imperauit *maſſulas* quasdam ex myrti baccis confectas, quinimo etſi Palladius [de Re Ruſt. l. 11 tit. 21], vbi de *fermento muſteorum ſeruando* verba fecit, haec ſua illa aetate ſcribere non dubitauit: *ex muſto de ſub pedibus rapto;* et, quod mirabilius eſt, Florus [lib. 2 c. 3]: *de ſub Alpibus, id eſt, de ſub ipſis Italiae faucibus;* non tamen haec memoro, vt aliud oſtendam quam illud, quaeſiuiſſe, et tentaſſe me omnia, ſi forte id verbum ab omni prorſus mendae ſuſpicione liberare poſſem, aut in ſententiam aliquam idoneam detorquere, neque tamen inueniſſe. Quae cum ita ſint, neque is ego ſim [quod tu prae caeteris noſti] qui in emendando multum audeam; facerem quod in deſperatis aegris Medici ſolemus, vt quod vitium tollere me poſſe diffiderem, huic manum ne admouerem; niſi in G. Ioſephi Georgii datis ad te litteris aliquid nuper inueniſſem, quod ſi tibi non diſpliceret, mihi quidem, vt in re eiusmodi, placere poſſet. Scribit enim Vir ille humanitate, diligentia, ingenioque ornatiſſimus, cum in duobus Columellae Codicibus Florentinis manu exaratis legatur *de ſubmaſſa,* tertium tamen eſſe in *Laurentiana* illa Bibliotheca, eumque membranaceum, ante annos circiter ducentos et ſeptuaginta ſcriptum, et qui [id quod in Columella minime omittendum eſt] Poggii fuit, quo in Codice legitur *de ſummo.* Igitur ſi huius Codicis auctoritatem ſecuti, ſcribamus: *Deſpumetur: ſed muſtum de ſummo, et limpidum ſit;* exiſtet, opinor, neque obſcura, neque ab re aliena ſententia, qua videlicet moneatur quidem Villica, vt in Embammate

 deco-

decoquendo, *omnem*, vt alibi Auctor loquitur, *ſpurcitiem* ſupernatantem ſubinde expurget; huius tamen ipſius multo minus fore, ſi muſtum ex quo Embamma factura eſt, et de ſumma parte hauſerit, et poſtquam faeces ita ſubſederint, vt limpidum ſit.

§. 4. Veg. 1, 10, 4. In vnum Columellae caput, ſicut opus fuit, plura ſcripſimus. Nunc in plurima Vegetii loca, quam pauciſſima ſcribamus, de induſtria praetermittentes non modo quae in ſingulis ſuperioribus epiſtolis emendare conati ſumus, verum etiam quae Viri eruditiſſimi Sambucus, et Rhodius iam ſatis emendauere.

Lib. 1 c. 10 *Radicem quoque laſeris tonſam.* Lego *tunſam*, vt alibi recte ſcriptum eſt: quod etiam comprobant quae continuo ſequuntur: *et per fiſtulam vento naribus inſitam, vt ſternutum prouocet.* Ad eundem modum emendanda, cap. 13 [ſ. 4] *tondes diligenter*, et l. 2 c. 57 [ſ. 3] *contonde*, et l. 3 c. 3 *contondes*, denique c. 65 [ſ. 12] *herba paretaria* [leg. *parietaria* ] *bene tonſa.*

§. 5. Veg. 1, 16, 5. Cap. 16 *Mirrae trigonitis*, vel ex Sambuci Codicibus *troglitae.* Scribendum, *Myrrhae troglodytis*, vt capite etiam 68. lib. 3 vbi *myrrhae trigloditis.*

Mox, *tenſedoni vncias 6.* Si conferas hanc compoſitionem cum ea quae lib. 4 cap. 11 proponitur; intelliges, eandem eſſe, et cum de aliis fortaſſe alterutro in loco mutandis dubitabis, tum praeclare videbis, pro monſtro illo vocis *tenſedoni* ſcribendum eſſe *peucedani:* id quod ea quoque non abſimilis potio confirmat quae huius libri c. 13 conſcripta eſt. Me non praeterit, Sambuci Codices hic habere *peucedeni.* Tamen cum hi ſaepe mendoſiſſimi ſint, Vir autem Doctiſſimus Matthias Martinius nihilominus dubitauerit, nec niſi vt coniecturam id propoſuerit; maius addere pondus volui ſimilium collatione locorum ex qua diu ante inſpectam Sambuci Editionem et Martinii Lexicon hoc didiceram. Sic in proximo quoque capite 19 non *Origanum, aſium*, ſed *Origanum, allium* ſcribi oportere, collato extremo capite ſecundo libri 3 cognoueram.

§. 6. Veg. 1, 17, 13 Cap. 17. *Yringii radices — (yringion autem herba-cardo ſylueſtri pene ſimilis.)* Legendum eſſe *eryngii, eryngion, carduo*, manifeſtius eſt, quam vt ex eodem 2 capite libri 3 confirmari oporteat, vbi haec eadem, et melius quidem, ſunt ſcripta.

§. 7. Veg. 1, 20. Cap. 20 Compoſitio habetur *ſuffimentorum* eadem quae lib. 4 cap. 12, niſi quod ſunt quaedam diſcrimina, quae vtile erit inter ſe comparare, haec praeſertim: Primum, *yreos crudi ana vncias 6.* Lib. 4 *ciceris* [vel vt ex Cod. eſt in ora, *aeris*] *crudi ſelibram.* Tum, *lapidis gagatis maſculi, lapidis gagatis foeminae ana vncias* 3. Libro 4 *gagatis foeminae vnc.* 3, *lapidis gagatis vnc.* 3, melius ex Cod. Samb. *lapidis gagatis foeminae et maris ana vnc.* 3.

Item, *caballiones marinos numero ſeptem, caudas marinas.* Lib. 4 *caballiones marinos* 7, *ſtellas marinas* 4, *pallas marinas* 7, *caudas marinas.* Videntur Librarii primo loco a *ſeptem* ad *ſeptem*, interiectis verbis omiſſis, tranſcurriſſe.

Denique, *medullae ceruinae, cedrei, picis liquidae ana pondera tria.* Libro 4 *medullae tedae pineae pondera* 3, *cedriae pond.* 3, *picis liquidae pondera* 3. Ex his videtur, primo loco *cedri*, vel potius *cedriae* [ſic enim a Scribonio compoſ. Med. 58, 267, Columella l. 6 c. 32, Plinio Nat. Hiſt. l. 24 c. 5, aliiſque Graecos ſecutis,

vocatur

vocatur *reſina cedri*] eſſe legendum. Attamen haec extant apud Vitruuium de Archit. l. 2 c. 9 *quemadmodum ex cupreſſu, et pinu reſina, ſic ex cedro oleum quod cedreum dicitur, naſcitur;* et Plinius [l. 16 c. 11] *primus*, inquit, taedae in furnis feruentis *ſudor aquae modo fluit in canali: hoc in Syria Cedrium vocatur.*

§. 8. Veg. 1, 22, 13. Cap. 22 *Vino quoque, et oleo in ſole perungendi ſunt diligenter, et confricandi, vt corpora eorum calefacta aut repellant, aut perferant perfricationis iniuriam.* Lego, non vt in Samb. Cod. *perſtrictionis*, ſed, vt ſententia poſtulat, *perfrictionis iniuriam*, qua nimirum voce [ne de Plinio hic quaeram] certe et ipſe Vegetius alibi [l. 1 c. 10, 42, 56 l. 3 c. 15, 28, 33, 63], et Caelius Aurelianus [Acut. Morb. l. 2 c. 13 l. 3 c. 4, 17. Chron. l. 1 c. 1 l. 2 c. 7 l. 5 c. 1], et Scribonius Largus [Compoſ. 57, 257, 268, 270, 271] nociuam refrigerationem ſignificant. Ad eundem modum neceſſe eſt emendare Vegetium cap. 35, 38 atque etiam 40, quo in capite legitur *praeſtrictione;* nam etſi Sambucus ex ſuis Codicibus plerumque, etiam vbi *perfrictione* recte legitur, reſcribat ad oram *perſocatione*, aut *praeſocatione;* repugnat tamen ſententia Auctoris, et flagitat *perfrictione.*

§. 9. Veg. 1, 26, 3. Cap. 26 *Sparciam calciare curabis.* Samb. Cod. *Spatio*, lego *Spartio.* Attamen quomodo hunc locum, atque item alterum libr. 2 cap. 57 ſ. 3, vbi ediderunt *ſparciam veterem*, corrigamus, oſtendit alibi Vegetius, vt libro 3 cap. 18 ſ. 2 quo in loco ſcripſit, *ſpartea calceabis.*

§. 10. Veg. 1, 27, 3. Cap. 27 *Venas medias ſagitta percuties, poſt decurſionem ſanguinis cretam impones, ſed caute, propter vicinam miſturam neruorum.* Reſcribo: *venas medias ſagitta percuties, ſed caute, propter vicinam miſturam neruorum: poſt decurſionem ſanguinis cretam impones.* Cum ipſa rerum natura hunc ordinem flagitat, tum ipſum mox obſeruat Vegetius: *quas*, inquit, venas *medias propter vicinam mixturam neruorum caute tranſuerſo phlebotomo percuties, et poſt decurſionem faſciola ligabis.*

§. 11. Veg. 1, 29, 1. Cap. 29 *Quaecunque paſſiones plus iumentis periculi inferre conſueuerunt, et difficilioribus obſcurioribusque indigent curis, has primo amplectimur libro, vt et facilius reperiantur quae in exordiis ipſis occurrent, et legentibus faſtidium non poſſint adferre. De curis quae prima ſunt. Febrientibus itaque animalibus quam primum conuenit ſubuenire.* Sic diſtinguo: *et legentibus faſtidium non poſſint adferre de curis quae prima ſunt. Febrientibus* etc.

Cap. 38 ſ. 5 *Ideo autem ſigna paſſionum cauſasque diuiſimus, ne ingratus error noceret, et facilius euidens doctrina curaret.* Non *ingratus* lego, [quid enim huc *ingratus?*] ſed *ignoratus error noceret*, cui reſpondet, *euidens doctrina curaret.*

§. 12. Veg. 1, 38, ext. In extremo hoc capite: *mollia de ſiccato ſtercore vel de paleis ſtrata praebere.* Samb. Cod. *et ſupponere ei mollia, vt paleam.* Verum capite etiam 56 ſ. 11 haec ſunt: *locum arido ſtercore, vel paleis mollibus adopertum, in quo ante potum animalia volutentur.* et lib. 2 c. 9 ſ. 4 *ſubſternes etiam ſtercora ſicca vel paleas, vt prouocet ipſa mollities ad cubandum.* et c. 12 ſ. 7 *obrui ſtercore, vt ſudent, et dormiant.* Fieri poteſt, vt fallar; ſed tamen libentius legerem *ſtramine*, et *ſtramina.* Sic Columella aegris iumentis *vetus foenum, vel molle ſtramentum ſubſterni, iubet.*

§. 13. Veg. 1, 42, 5. Cap. 42 *Clyſteriabis*, vel, vt Samb. Cod., *clyſterizabis etiam ex aqua calida, et oleo, quod cum ſale, et melle afro, et nitro, ouoque miſcebis.* De *melle afro* non memini alibi apud Vegetium legiſſe; ſed libro quidem 3 capite altero, 3 et 24 et 48 et lib. 4 cap. 27 vti ipſum memini *afro nitro;* imo proximo cap. 52 pariter vt hic in grauiſſimo ventris dolore, haec ſcribere: *clyſterizabis cum calida, et afronitro, et ſale.* Igitur hic quoque lego: *cum ſale, et melle, et aphronitro.*

§. 14. Veg. 1, 54. Cap. 54 *Succum itaque viridis coriandri, vel ſi defuerit, porri ſatiui.* Haec verba ſi in hoc capite ſeruanda ſunt; lego, *porri ſectiui.* Sic enim eadem in ſequenti ſunt ſcripta; et praeterea libro 3 cap. 4, et libro item extremo quarto *porri ſectiui* mentionem inuenio, non ſatiui.

§. 15. Veg. 2, 15, pr. Libro II, cap. 15 *Quodcunque iumentum in oculis tritiacem patietur, id eſt, vt pili aliam palpebram vrentes, lachrymas moueant.* Hic vero manifeſtius eſt quam vt egeat confirmatione, ſcribendum eſſe, non *tritiacem*, neque ex Samb. Cod. *tyriacem*, ſed *trichiaſim*. Vocat id vitii Scribonius [Compoſ. Med. 230] *palpebram piloſam*, vel potius ſic vocat alterum de duobus quae Celſus [de Medic. l. 7 c. 7 ſeu 8] propoſuit, eius generibus, quorum primi [φαλάγγωσιν Paulus de Re med. l. 6 c. 8, et Aëtius Tetrab. 2 ſerm. 3 c. 66 appellant] tres curationes tradit Vegetius, duas in hoc capite, tertiam, vt ego animaduerti, in ſequenti, quo videlicet temere Librariorum contruſit incuria. Cum enim de tribus in eo agat generibus Suffuſionis; nihil ad haec pertinent, quae inter primi, atque alterius tractationem leguntur: *Aduerſus infeſtantes pilos tertia cura eſt* etc.; quae contra ſi ad finem capitis 15 adiiciantur, tam ibi conueniunt quam quod maxime.

§. 16. Veg. 2, 22, 9 ſq. Cap. 22 *Sandaricae vnciae 2.* An hic, et cap. 67 ſ. 3 libri 3 vbi ſcriptum eſt *Sandarici vncias* 3, ſcribendum ſit *Sandarachae*, videndum eſt. Sed multo magis videndum eſt, an quae mox ſequitur, Collyrii nardini compoſitio ex altera ſit emendanda quae extat libro 4 cap. 27 ſ. 4. Prima ſic habet: *opopanacis ſcrupulos 2, violae vncias 2, ſpicae nardi, caſſiae, marrubii ana ſemiunciam, croci ſiculi vnciam ſemis, olei ſemiunciam, et ſcrupulos* 4, *piperis albi vncias* [Samb. Cod. *ſcrupulos*] *ſex, gummi ſcrupulos* 5. Altera autem ſic: *Violae vnc.* 1, *ſpicae nardi vncias ſemis, caſſiae, myrrhae vnc.* 3, *croci vnc.* 3, *olei cyprini vnc.* 6, *piperis albi vnc.* 2, *cymini vnc.* 3. Mihi quidem altera ex altera videtur inuicem corrigenda; vt alia omittam; in *oleo*, in *marrubio*, in *cymino*. *Oleo* Scribonius [Compoſ. 37] in collyrii compoſitione quadam vtitur, ſed *veteri:* quod ipſum Vegetius alibi [lib. 3 c. 47 ſ. 10] oleo *cyprino* ſubſtituit: *cum oleo*, inquit, *cyprino, vel communi, ſed veteri.* Credibile ergo eſt, in prima etiam compoſitione ſcribendum eſſe *olei cyprini.* De *marrubio* autem, et *cymino* equidem non ignoro, hoc aduerſus oculorum epiphoras, illius ſuccum ad ipſorum acuendam aciem laudari cum ab aliis, tum à Ruellio [de Nat. ſtirp. l. 3 c. 44, 58]. Attamen in collyrio nardino non memini poſita, etſi plures huius compoſitiones perlegerim, quarum alias ex aliis Auctoribus deſcripſit Aëtius [Tetrab. 2 ſerm. 4 c. 113]. Contra in his omnibus et myrrha, et gummi ponuntur, quae duo in Collyriis quoque caeteris frequentiſſima ſunt; et *gummi* praeſertim cur addi ſoleat, Cornelius Celſus [de Medic. l. 6 c. 6 ſect. 3] oſtendit. Quin etiam Scribonius [compoſ. 36] in eo collyrio quod huic conſimillimum habet ex croco, nardi ſpica, caſia, pipere albo, ne-

que *myrrhae* obliuiſcitur, neque *commis;* ſic enim Graecam ſcripturam ſecutus, ſcribere ſolet pro *cummis*, vel *gummis*, qua ex ſcriptura *cummis*, vt in Celſo Librarios perperam feciſſe *cumini*, arbitratur Rhodius [Lexic. Scribon. ad *Commis*] ita ego in Vegetio idem fere accidiſſe, ſuſpicor. In huius igitur prima compoſitione pro *marrubii* ſcribendum *myrrhae*, in altera pro *cymini* ſcribendum *gummis* eſſe, puto; puto tamen, non cenſeo.

§. 17. Veg. 2, 24, extr. et 2, 25, 2. Cap. 24. aut ego quidem plurimum fallor, aut Librarii idem commiſere quod capite 15, vt quae ad eius finem pertinebant, intruderent in caput proximum 25. In hoc enim cum de collectione agatur oris maturanda, ſcalpelloque aperienda; non video quem locum illa habeant: *Plerique etiam cum ferro exemtae fuerint glandulae, propter ſanguinis fluxum loca vri debere, praecipiunt*, etc. quae viciſſim vbi cum extremo hoc capite 24 coniungantur, ſuam in ſedem videntur eſſe reſtituta. Sic enim hoc caput nunc finitur: *Plerique vrenda* [loca videlicet glandularum, vel potius, vt quae continuo ſequuntur, verba flagitant, ipſas glandulas, vt malim legere *vrendas*] *Plerique vrendas dixerunt. Sed ſi paruae ſint prodeſt, caeterum maiores execandae ſunt ferro.*

§. 18. Veg. 2, 26, 3 Cap. 26 *Fiſtulare autem collyrium hac ratione conficies: aniſi vnciam* 1, *ferulae vnciam* 1, *aeruginis aeris vnciam* 1, *battiturae calcetis vnciam* 1, *cimini ſemis vnciam* 1, *teres cum aceto* etc. Hoc in loco et plura ſubeſſe vitia, et vnde pleriſque medicina quaeri poſſit, animaduertimus, nimirum ex cap. 16 lib. 4, vbi Collyrium fiſtulare iterum proponitur ad hunc modum. *Miſi libram, ferulae lib. aeruginis lib. calcitis libram, cymini vncias ſex, teres cum aceto* etc. Primum igitur pro vegetabili metallicum repono medicamentum, pro *aniſi* videlicet *myſi*, vel potius *myſis*, quod in alterum quoque collyrium fiſtulare recipitur, eodem cap. 16 ſubiunctum: *Miſi, aeruginis, calcitis* etc. Tum pro *ferulae* lego *feculae*, de qua erudite, vt ſolet, Rhodius loquitur in Lexico Scriboniano. Sequuntur illa: *aeruginis aeris vnciam* 1, *battiturae calcetis vnciam* 1. Si verbum *battiturae* a Vegetio eſſet; ſatis doceret Lexicon Medicum, quid ſignificaret: *Battitura i. e. ſquama v. g. Battitura aeris.* Tum legerem ad hunc modum: *aeruginis vnciam* 1, *aeris battiturae vnciam* 1, *chalcitis vnciam* 1. Sic neque ſuperuacuo hic ſcriberemus *aeruginis aeris* [quanquam ſic alibi lib. 2 c. 22 etiam apud hunc Auctorem inuenio] et propius tum ad alia duo propoſita eiusdem loca, tum ad totidem Celſi [l. 5 c. 28 ſect. 12 l. eod. c. 6 et 7] accederemus, in quorum altero, collyrio aduerſus fiſtulas addit *vel ſquamam aeris, vel aeruginem;* in altero autem *aerugo, chalcitis, miſy, ſquama aeris* inter rodentia, vt mox etiam inter exedentia reponuntur. Denique pro *cimini ſemis* [vt Sambucus edidit *ſeminis*] *vnciam* 1, lego, vt ratio ponderum compoſitionis ſecundae monſtrat, *cymini ſemiunciam;* ſi tamen hic magis cuminum retinendum eſt quam aniſum, pro cumino autem quid fortaſſe poſſet reſcribi, oſtendunt ea quae ad caput 22 adnotauimus. Ex hiſce omnibus mendis vnum Rhodius [Not. ad Scribon. compoſ. 82 vel potius in Auctorum Catalogo] animaduerterat, *ferulae*, quocum vt libens hic facio; ſic adſtipulari nequeo, vbi [Not. ad compoſ. 142] in extremo ſuperiore capite 23: *fiſtula ſi euenerit, vt ſupra demonſtratum eſt, papyro et collyrio poterit perſanari*, legendum coniicit, *collyrio ex papyro.* Nam primum papyrum, deinde exemta papyro, collyrium, quale hic deſcribitur, immitti in fiſtulas Vegetium iubere, non modo ex hoc, aliiſque indicatis ab Rhodio ipſo capitibus, verum ex eodem quoque capite 23 ſatis poterat intelligere, atque adeo ex verbis ipſis quae emen-

emendanda eſſe, coniiciebat. Haec enim, vt modo propoſuimus, ita ſe habent: *fiſtula ſi euenerit, vt ſupra demonſtratum eſt, papyro et collyrio poterit perſanari;* demonſtratum autem id fuerat capite 13, vbi papyro prius fiſtulam dilatandam, deinde papyri loco, collyrium indendum eſſe *ex fiſtulari medicamento,* traditum fuerat.

§. 19. Veg. 2, 17, 2 Cap. 27 *Alii enim ſcalpello* [fiſtulam] *reſecari et aperiri iubent, et ſtringotomio decarnari.* Niſi ex Sambuci Cod. legendum ſit *cum raſorio;* et vox *ſtringotomio* alicubi inter haec verba ſeruanda ſit, ex ipſis litteris apparet, reſcribendum eſſe *ſyringotomo;* ſic enim cum Galeno [Meth. Med. l. 6. c. 4] Graece vocant cultellum incidendis fiſtulis accommodatum, *συριγγοτόμον.*

§. 20. Veg. 28, 5. Cap. 28 *et fuſte transuerſum, vt apertum os habeat, debet accipere.* Ita manifeſtum eſt, legendum eſſe *fuſtem*, vt tanquam fortuitum errorem operarum fuiſſem praeteriturus, niſi in Sambuci Editione ad illum eundem modum legiſſem, in qua ne hi quidem errores emendati ſunt cap. 6 *polygreſto*, pro *polychreſto*, et libro ſuperiore cap. 59 *glicericae* pro *glycyrrhizae*, paſſim vero *ariſtologiae* pro *ariſtolochiae* etc.

§. 21. Veg. 30. Cap. 30 *Stechatoma eſt tuber quod in ſe adipem vel pinguedinem continet. – Aneutriſma eſt tuber in quo ſanguis etc. Acteroma etc.* Quanquam Sambuci Codices habent *Staphiloma*, et *Aneueſma;* nihil tamen eſt dubii, quin ſit reponendum, *Steatoma*, *Aneuryſma*, *Atheroma.*

§. 22. Veg. 2, 43, 3. Cap. 43 *quo* [medicamento] *vteris ad conſumtionem medelae.* Legendum crediderim, ad *conſummationem.* Sic enim videtur dici vt cap. 48 *donec ſanetur*, et lib. 3 c. 21 *vsque dum ſanetur*, et c. 8 *quousque ſanitas ſubſequatur*, et c. 9 *donec liberetur* etc.

§. 23. Veg. 2, 47, 3. Cap. 47 *Primo fracturam recompones, et faſcies, mundis ſciſſilibus infuſis ex vino et oleo conligatis.* Videtur legendum, *et faſciis mundis.*

§. 24. Veg. 2, 48, 3. Cap. 48 *Praeterea locum, quem curare volueris, inducto philotro decaluas.* Lego *pſilothro.* Mox: *et phlegmon effundi, licineo quoque intorto cum axungia, et aceto, et oleo loca, de quibus muſcus eiectus fuerit, ſatiare.* Vide an pro *muſcus* ſcribamus *mucus;* certe pro *licineo* ſcribendum *licinio.* ſic cap. 22 *aceto et oleo linteolis vel licinio addito, locum ipſum comples.*

Cap. 53. *atramenti ſutoricii.* Samb. Cod. *veteris.* Manifeſtum eſt, eſſe reſcribendum *ſutorii*, vt ſcriptum eſt cap. 49.

§. 25. Veg. 3, pr. 4. Lib. III. Prolog. *Quid de diuerſorum onerum comparatione referamus.* Videtur legendum *comportatione;* verba enim fiunt de boum vtilitatibus, et in his etiam de ea quam praeſtant vehiculis trahendis, et grauioribus oneribus ea ratione quocunque volumus, adducendis.

Paulo infra: *Poſtremo vt ad prouidentiſſimorum virorum ſcripta redeamus, quorum firmatur auctoritas, iuſticiam iumentorum caede violenta derelictis terris ad ſyderum remeaſſe conſortem. Quid poteſt laudabilius reperiri, quam vt nomen aequiſſimum, boum fugaretur interitu? quod dum homicidia fierent, permanebat in terris.* Num ita emendabimus: *horum firmatur auctoritate, Iuſtitiam – ad ſyderum remeaſſe conſortium.* Certe pro *nomen aequiſſimum* legendum eſt *numen aequiſſimum.*

§. 26. Veg. 3, 1, 10. Cap. 1 *Aquam quidem iſtius generis animal non requirit nitidiſſimam etc. Sed tamen bubulci diligentius eſt procurare, vt mundam ſemper et optimam*

*mam bibant.* Sambuci Codices pro *diligentius* habent *diligentiſſime.* Magis tamen mihi placeret *diligentis.*

§. 27. Veg. 3, 2, 4. Cap. 2 *tres ſemis vncias ſquillae minutatim conciſas, praeterea radices tenerae popinum effoſſas et diligenter lotas contondes in pila, et tria ex his pondera addito ſextario ſalis in vini ſeptem ſextarios mittes.* Haud inutile eſt conferre haec cum iis quae cap. 75 eiusdem rei gratia proponuntur: *Radix ſcyllae, radices populi, quae Graece appellatur rhamnos [nam eſt fuſcior et nubellula] et ſales communes quantum ſufficit mittes in aquam.* Non inficior, eſſe vtroque in loco alia quae emendationem deſiderent, tamen ex ſecundo intelligitur, recte in primo Sambuci Codices habere *populi* pro *popinum*, qui tamen Codices in ſecundo ſibi non conſtant. Viciſſim ex primo ſubit, in ſecundo eſſe pro *ſales communes* legendum *ſalis communis.* Caeterum *nubellula* facile videtur mutandum in *rubella.*

§. 28. Veg. 3, 2, 12 et c. 85. Eodem capite 2 quaedam ſunt cum poſtremo huius libri capite comparanda; vtroque enim in loco agitur de remediis aduerſus ſumtum inter pabula, gallinae fimum, et tormina hinc orta. Primo igitur in loco habemus haec: *Apii ſeminis vncias* 3, *cimini ſextarium ſemis, et duas libras mellis commiſces, et tepidum per os infundes.* In altero autem haec: *apii ſeminis deteris vncias* 2, *et cum vini veteris ſextario, et hemina mellis temperas, et per os defundis.* Me non praeterit, cuminum ad tormina a Dioſcoride [l. 3 c. 59] laudari; ne tamen hic quoque, vt alibi indicauimus, *cimini* ſcriptum ſit mendoſe, videndum eſt; *vini* enim *veteris* in altero eſt loco. Mox primo in loco haec ſequuntur: *Giſni quoque cum vino deterere, et per os dare creditur ſalutare remedium. Lixiuium quoque ex arbore vlmi, vel cuiuscunque generis ligni cinerem, dummodo bene coctum, cum oleo miſcebis*, etc. Quibus in altero illa reſpondent: *Tres pilulas gipſi cum vino veteri deterere, et tepidum per os dare, eadem optime ſanare firmatur. Lixiuium quoque de arbore vlmi, vel cuiuscunque generis ligni cinerem, dummodo bene cretum cum oleo miſcere.* Equidem *giſni* quid ſit, ignoro; ſed illud ſcio, gypſum ingeſtum vel interficere, vt ſuo confirmauit exemplo C. Proculeius [Plin. Nat. Hiſt. l. 36 c. 24], vel dolorem ventris, vt Scribonius [compoſ. 162] docet, aliaque etiam grauiora mala afferre, itemque Scribonium, et Dioſcoridem [l. 6 c. 24] aduerſus gypſum, eiusdem generis auxilium laudare, cuius generis poſt gypſum, quaſi idem poſſet, hic ſubdit Vegetius, videlicet lixiuium e cinere ſarmentorum. Itaque *gypſi* non facile quidem legerim, praeſertim cum pilulas [vt cupreſſi poſt Plinium Nat. Hiſt. l. 17 c. 10 l. 24 c. 5 ſolet] non videam qua ratione gypſi dicere Vegetius potuerit. Idem lib. 4 c. 8 ad *iumenta a morbis vindicanda, et cuſtodienda* inter caetera proponit *giſni reſoluti paſtillum vnum.* Aliquando fuit, cum ſuſpicarer, Librarios pro *gith* ſcripſiſſe *githi* vel *githni,* aut ipſum quoque Vegetium ſcriptum reliquiſſe *gicti* [nam *vulgo*, vt Soſipater Inſtit. Gramm. l. 1 auctor eſt, *hoc gicti dicebant*] et pro huius pilulis melanthii capitula ſeminibus foeta eſſe intelligenda. Sed tu melius, cui non modo loca omnia perſpecta ſunt Celſi, Scribonii, Columellae, Plinii, Palladii, Marcelli, et ſi qui alii Latinorum de ſuo Gith, ſiue Git mentionem fecere, verum etiam alia quae huc fortaſſe magis pertinent, pro tua Rei botanicae, et pharmaceuticae ſingulari ſcientia, ſunt longe notiſſima. Quod autem primo loco *cinerem, dummodo bene coctum*, ſecundo autem *dummodo bene cretum, cum oleo miſcendum* legimus; facile primo etiam loco *bene cretum* legere oportet, praeſertim

cum Sambuci Codices vtrobique habeant *bene cribratum*, et cap. 46 haec, conſentientibus Codicibus, edita ſint: *Lixiuium quoque cineris diligentiſſime cretum cum oleo optimo temperabis.*

§. 29. Veg. 3, 2, 21. Porro quae infra leguntur: *Panacem ſupplaſſariis comparas*, fortaſſe ita legenda ſunt: *Panacem de ſeplaſiariis comparas.* Denique in illis: *Sed et totum* [animal] *ſuffimentare percommodum eſt, vt ab eodem morbo pernicies expellatur;* videtur ſcribendum, *morbi pernicies expellatur.*

§. 30. Veg. 3, 8, 2. Cap. 8 *Alii Authores aqua calida teſtes cum dolent fovendos eſſe duxerunt, ſuffumigandos etiam viridibus foliis, cypreſſique arboris ſpecialiter mederi teſtibus creditur. Sed ſi defuerit teſtes ardentes nihilominus in aqua calida mitti, et inde ſuffumigari.* Hic vero, vt caetera nunc omittam; aut *taedas ardentes*, aut *teſtas candentes* reſcribendum eſſe, arbitror. Sic a Columella [l. 7 c. 5] *vetus hominis vrina teſtis candentibus inuſta* proponitur. Sic ipſe Vegetius *teſta candenti* ſcripſit libr. 2 cap. 55; capite autem 28 *candentes lapides*, vt et huius libri capite 49 adhibet haud abſimili ratione ad ſuffumigia; quin ipſo capite ſuperiore haec habet: *lotium vetus et putridum in vaſe ſupponitur, et lapides molares feruentes mittuntur, animal ſagis diligentiſſime vsque ad vngulas operiatur, vt vapore lotii venae teſtium ſudent.*

§. 31. Veg. 3, 9. Cap. 9 *Potiones dabis, ſtercus ſuillum quotidie ex vino, aut in aqua dulci, donec liberetur.* Si extrinſecus adhibendum iuberet ſtercus ſuillum; nihil mirarer; ſic enim imperat cap. 77. Per os autem dare qui poſſit, praeſertim *quotidie*, cum poſt Columellam [l. 6 c. 5] adeo perniciosum bobus eſſe docuerit capite 2, diſerteque dixerit [ſ. 14]: *ſi porcinum ſtercus bos deuorauerit, ſtatim peſtilentiam contagionis illius mallei ſuſtinere morbi.* Legemusne igitur *ſtercus ouillum?* Huius certe vel libram ingerit, capite 16.

§. 32. Veg. 3, 10, 1 Cap. 10 *Aphodilli herbae* in *Aſphodeli herbae* mutare facile eſt; at *taſcedeas* emendare, difficile. *Super renes,* inquit, *hoc anacollima oportet imponi; bulbos taſcedeas viuas contuſas, allia quinque, anagallici libram, quae omnia pariter bene trita commiſcis.* Sic enim Librarii capite etiam 15 perperam ſcripſerunt: *et commiſcis boni vini cotylas quatuor* pro *commiſces.* Simile anacollema proponitur cap. 18 quod iuuat inſpicere: *Bulbos rufos triginta, cochleas viuas triginta, anagallici libram* 1, *etc.* Non ignoro, hic Codices Sambuci pro *cochleas viuas* habere *cochlearia vini;* vitioſe tamen, vt puto. Nam anacollema quoque Abſyrti, de quo libr. 4. cap. 22 habet *cochleas contuſas X, bulbos XX.* Sed et potio libr. 1 cap. 56 tradita, libro autem 4 cap. 8 repetita, et ad Chironem Auctorem relata, primo quidem loco habet *hyſſopi faſces duas* [leg. *duos*] *cochleas germanas XV, bulbos XV;* ſecundo autem *hyſſopi faſces duos, cochleas germanas purgatas quindecim, bulbos quindecim.* Quae cum ita ſint; facile adducor vt credam, vbi *taſcedeas* legitur, *cochleas* eſſe reſcribendum. Fortaſſe etiam in tribus prioribus eius verbi litteris numerorum veſtigia relicta ſunt; vt legendum ſit, exempli cauſa, *bulbos triginta,* 5 *cochleas viuas contuſas* etc.

§. 33. Veg. 3, 12, 1. Cap. 12 *Animalibus otioſis et pigris contingit expletura ſanguinem mingere.* Reſcribendum eſt, *contingit ex plethora.* Soliti autem ſunt Vegetii Librarii ſcribere *pletura* pro *plethora*, vt lib. 1 c. 25, 26 lib. 2 c. 29 l. 3 c. 44 etc. vt contra *ſtoracis* pro *ſtyracis;* ſed hic magis etiam perperam ſcripſerunt *ſteracis.*

§. 34.

§. 34. Veg. 3, 15, 2 ſq. Cap. 15 *Et ſi difficulter mingit, dyſuria appellatur. Sed quando guttas per veretrum mittit cum labore, ſtranguria dicitur. Quum in totum non poteſt mingere, dyſuria appellatur.* Manifeſtum eſt, in poſtremis verbis mendum eſſe, et *iſchuria* pro *dyſuria* reponendum.

*Cui hac ratione ſuccurris: de pectore venas pungis, et ſanguinem quantum videbitur detrahis, et ſic accipitur lauamentum. Praeterea manum tepidam cum oleo in anum mittis, et ſi qua ſtercora inueneris intus, quia impedimentum praeſtant, attrahis.* Videtur ſcribendum *leuamentum*, et *extrahis.* Sic cap. 65 *ex qua compoſitione recens cauſa ſanabitur, vetus ſentiet leuamentum;* et cap. 59 *manum vnctam in anum mittes, et ſtercus extrahes*, et libr. 1 c. 35 *per anum iniecta manu ſtercus extrahatur.*

*Beſtiolae quae appellantur vulpeſtres, araniae ſimiles, cum deuoratae fuerint, animal praefocant.* Cum haec inter ea recenſeantur quae ſumta vrinam ſupprimunt; procliue eſt cum Matthia Martinio [Lexic. Philolog.] intelligere, ſcribendum eſſe *bupreſtes*, praeſertim cum Sambuci Codices habeant *bulpreſtrae.* Melius iidem Codices habent *bupreſtem* in capitis 78 inſcriptione, vbi editum fuerat; quemadmodum initio quoque eiusdem capitis inemendatum extat; *buſtrepem.* Quod autem bupreſtes ſcribuntur eſſe *araniae*, ſeu potius *araneae* ſimiles, reſcribendum alicui fortaſſe videatur *cantharidis.* Sed ego nimirum nolo nimis audere.

§. 35. Veg. 3, 16, 2. Cap. 16 *cerae vncias 2, lardi libram vnam, piperis vnciam ſemis, piculae ſemiunciam diligentiſſime tundes,* Hoc in loco pro *piculae* legere, vt in aliis fecimus, *picis liquidae* vel id videtur prohibere quod diligentiſſime tundenda dicitur. Quid ergo legemus? Animaduerti ad ſolutam aluum adſtringendam, cuius rei gratia haec imperantur, Vegetium lib. 2 c. 6 ſemel, atque iterum lenticulam commendare: quod ante fecerat Corn. Celſus [de Medic. l. 4 c. 19]. Itaque haud multum ab eo abſum, vt legam *lenticulae.*

§. 36. Veg. 3, 17. Cap. 17 *lino ſubtili conſtringuntur ipſae Verrucae, in cauſticum crudum imponitur et ſponte decidunt.* Videtur legendum, *hinc cauſticum.*

§. 37. Veg. 3, 18, 3 et 5. Cap. 18 *in criſma etiam perunges in ſole.* Reſcribo, *Synchriſma etiam,* Vid. libr. 4 c. 27 et 18 quod ita inſcribitur: *Compoſitio ſyncriſmae.*

*Tunc animal* [claudum] *capiſtro trahunt, et ſenſim currunt, alius lorum vel funes tenet, laſſus ſequitur, et ſubito dum animal currit, recta ad ſe coxas ipſe cum impetu trahit, ſi ſonuerit, ſcias loco ſuo rediſſe.* Coniicio, ſic eſſe emendandum: *alius lorum, vel funes tenens laxos, ſequitur.*

§. 38. Veg. 3, 23, 2. Cap. 23 *Malleus* [morbus vocatur] *quod peſtilentiae internocium contagium facit.* Etſi in Sambuci Cod. eſt *internae cauſa cibi;* tamen nihilominus videtur legendum *internecinum.*

*Potionem componis huiusmodi: Gallici lib. vnam, hyſſopi libram 1, abrotani libram ſemis, ariſtologiae rotundae lib. ſemis, mannae ſuccari vncias 3, trixaginis vncias 3.* Vix dubitandum videtur quin ante *Gallici* vox aliqua interciderit; quaenam autem ea fuerit, difficile eſt diuinare. *Silis Gallici*, vt alias ad te ſcripſimus, alibi inuenitur mentio apud Vegetium. *Nardi* autem *Gallici* [Scribonius Compoſ. Med. 177 nardum celticam vocat] apud Celſum [l. 5 c. 25 ſect. 6], Columellam [l. 12 c. 20], Plinium [Nat. Hiſt. l. 12 c. 12 l. 21 c. 20], aliosque eſt mentio. Ad hunc locum tamen videtur

tur id magis pertinere, quod proximo cap. 24 cum iisdem fere legitur medicaminibus quae hic leguntur: *agallici, caſtorei, abrotani vncias ſingulas, trixaginis vncias duas, mannae croci vnciam vnam, ſuccari vnciam, hyſſopi vnciam vnam.* Illud perincommode accidit, vt *agallici* ſcriptura non integra eſſe videatur. Quid enim, quaeſo, *Agallicum* eſt? Venit aliquando in mentem vt legerem *agarici*, vel potius *agallochi.* Verum; vt alia mittam; cum Sambuci codices in eo quo de quaerimus, loco capitis 23 habeant *Anagallici;* hic quoque procliue eſt credere ſcriptum fuiſſe *anagallici:* quae tamen vox, vt apud Vegetium frequentiſſima eſt, ita quid ſignificet, eſt vsque adeo obſcurum, vt credibile ſit, ipſam quoque mendo non vacare. Certe loca quaedam ſunt in quibus *anagallidis* legere maluiſſem, niſi in Rhodium [Not. in Scribon. Compoſ. 83] incidiſſem, qui docte, vt ſolet, *ali gallici* legendum oſtendit capite quidem 54 et 56 libri primi. Et ſane iis in locis conuenit radix ſymphiti, quam *alum gallicum* a quibusdam vocari, docet Scribonius [Comp. 83]: idque confirmare animaduerto Sambuci Codices qui in primo eorum locorum pro *anagallici* habent *conſolidi maioris*, capite autem 11 eiusdem libri *alligalici.* Equidem ad eundem modum emendari oportere, crediderim, libri 2 caput 6 et fortaſſe etiam 9; item libri 3, capita 10, 18, 65, 69, 70, et facile inſuper 68, neque minus libri 4 capita 9, 27 et 8 praeſertim cum in hoc, vt etiam in 69 libri 3 Sambuci Exemplaria habeant *ſymphiti.* In hiſce enim omnibus locis *ali gallici* idoneus eſſe vſus poteſt, quemadmodum etiam in libri 3 capite 67 in quo Editio princeps habet *argallico*, eodem nempe errore quo apud Caelium Aurelianum [Morb. Chron. l. 5 c. 2 et l. 2 c. 12] legitur *admixta radice argallici, quod Graeci σύμφυτον vocant*, itemque *argallici radicem, atque foliorum eius ſuccum*, videlicet pro *ali gallici*, vt Viri Doctiſſimi eſſe emendandum, admonuerunt.* Sed cum haec fatear; illud viciſſim a te peto, vt etiam atque etiam videas, num aliis nonnullis Vegetii locis, in quibus pariter *anagallicum* legitur, eadem conueniat emendatio. Atque vt omittam non modo libri 1 cap. 43, verum etiam ipſum caput 49 libri tertii, videas in primis velim loca duo, de quibus hic potiſſimum agimus, capitis videlicet 23, vbi Sambuci Codices habent, vt dictum eſt, *anagallici*, et capitis 24, vbi idem videri poteſt eſſe legendum. Num hic quoque probabimus *ali gallici* an aliud aliquid eorum quae venerant mihi in mentem, an vero legemus *allii gallici?* Nam, vt Rhodio aſſentiamur recte arbitranti, in Marcelli [de Medicam.] capite 17 non *allium gallicum* ſed *alum gallicum* eſſe ſcribendum, nimirum vbi Marcellus Scribonii verba deſcribit; non tamen video neceſſe eſſe, vt nuſquam *allium gallicum* ſcribi poſſe, credamus. Neque hoc tantum dico ob alium locum Marcelli capite 20; verum etiam, idque potiſſimum, ob Vegetii caput 18 lib. 1, cuius capitis hoc eſt initium: *Pro phyſico autem et anniuerſario remedio tradidit* [Chiron] *vlpicum beticum vel allium maius, quod quidam gallicum vocant, capitella ſingula* etc.

§. 39. Veg. 3, 27, 5. Cap. 27 quod eſt *de tympaniticis: Praeterea hyſſopi vncias 4, alei viridis manum plenam.* Videtur legendum *allii viridis;* quemadmodum cap. 43 pro *alei purgati grana viginti et vnum,* reſcribendum *allii;* nam Plinius quoque Valerianus [de Re Med. l. 1 c. 8] ita eſt locutus, *tria grana allii.* An vero capite etiam 50 pro *altei vncias 2*, legere oporteat *allii vncias 2*, diligentius videndum eſt.

§. 40. Veg. 3, 28, 4. Cap. 28 *medullae ceruinae libram vnam, mannae thuris vncias quatuor, depli vncias tres* etc. Hic *bdellii vncias tres* facile eſſe reſcribendum iis omni-

* Add. quod 3, 23, 4 in Corbeienſi fuit *ſal Gallicum.*

omnibus videbitur, qui cum hunc omnem locum inſpexerint, tum vero cum libri 4 capitibus 14, 15, 20, 23 atque aliis in quibus bdellium inter eiusdemmodi remedia proponitur, vel perfunctorie comparauerint.

§. 41. Veg. 3, 38. Cap. 38 *Quod ſi permanſerit bulimus, ſimilae heminas cum ſextario vini infundes, et per cornu digeres. Quod iter agerit* [Samb. Cod. egerit] *inciderit bulimus, vbi neceſſaria deſunt, terram faucibus infundes* etc. Vel deeſt ſimilae heminarum numerus, vel, vt Sambucus edidit, eſt reſcribendum heminam. Caetera ſic malim reſcribere: *Quod ſi iter agenti inciderit bulimus* etc. *vel ſi iter egerit, et inciderit bulimus.*

§. 42. Veg. 3, 48, 2. Cap. 48 *camomillam illyricam* [*idem nos trace*] *et herbam artemiſiam in aqua decoquis*, etc. Reſcriberem, *chamomillam illyricam, item noſtratem;* ſi chamaemelum illyricum a Medicis interdum laudari, meminiſſem, vt irim illyricam ſaepiſſime, memini. Quod ſi quaeras, cur igitur ita non emendem: *chamomillam, illyricam, iridem et noſtratem;* id nimirum obſtat quod haec potio lethargico iumento paratur; omnes autem irides ſomnum accerſunt, non auferunt: quod tute ſcis Dioſcoridem [de Med. Mat. l. 1 c. 1], aliosque docuiſſe. Verum vt alia ſunt in hoc capite quae emendationem deſiderant; ita mirum non eſſet, ſi quod alibi accidiſſe haud ſemel, oſtendimus, illud hic quoque contigiſſet, vt Librarii quidpiam ad ſuperiora pertinens capita, in hoc oſcitanter contruſiſſent.

§. 43. Veg. 3, 55, 8. Cap. 55 *cum ſucco ptiſanae in qua* [*atro*] *decoctum eſt.* In ora adſcriptum eſt: alias [acyo] Facile ſic emendandum crediderim: *in qua acron decoctus eſt.* Nam lib. 1 cap. 56 [ſ. 18] cum ptiſanae ſextario aliisque *acronem ſalſum porci pinguis, vel longanonem, vel ſi porcina defuerint, caput haedinum depilatum cum pedibus ſuis* etc. *decoqui* iubet *in aqua ciſternina, donec acron ille, vel certe caput haedi liqueſcat, et diſſoluatur ab oſſibus*: quod iterat lib. 4 cap. 8. Libro etiam hoc tertio cap. *66 pinguis*, inquit, *porcinus acro decoquitur, donec omnis caro ſoluatur, abiectisque oſſibus vniuerſis* etc. In Hippiatria, ἄκρων χοίρειος· Apud Celſum [de Medic. l. 2 c. 20 l. 4 c. 7], *trunculique ſuum, et ſumma trunculorum.*

§. 44. Veg. 3, 64. Cap. 64 *Poſt alumen, axungiam, ſalem in vino conteres, offas facies et ex melle deiicies, ita vt aqua calida* [*fomentetur*] *et ſi facultas ſuppetit, cum eius decocto aſſidue fomentare non deſinas.* Ita Sambuci codices. Ego vero malim quomodo primum editum fuerat, *ita vt aqua calida, et ſi facultas ſuppetit, cum euiſco decocta aſſidue fomentare non deſinas.* Quid enim hic eſt *eius decoctum?* Euiſcum autem [etſi ita frequens herba eſt, vt mirum ſit de hac dici, *ſi facultas ſuppetit*] certe aliis quoque locis, vt libr. 4 cap. 14 et 27; memoratur a Vegetio, qui videlicet maluit Galenum [de Simpl. Fac. l. 6] aliosue Graecos imitari ſcribentes ἐβίσκος, quam cum Latinis ſcribere *hibiſcum:* quanquam non modo Scribonius [Compoſ. Med. 80, 82] *ebiſcum* ſed et Plinius Valerianus, et qui Macri nomine circumfertur, Verſificator, *euiſcum* dixere, vt ab Rhodio [Not. in Scribon. comp. 80] quem miror haec verſatiſſimi ab ipſo Auctoris Vegetii loca omiſiſſe, adnotatum eſt. Non negauerim tamen, lib. 4 cap. 14 extr. pro *euiſci vncias* 3, legendum fortaſſe *viſci vncias* 3; cum illo ipſo capite *viſci italici vncias* 3; et *viſci pondera* 2 diſerte editum habeamus.

§. 45. Veg. 3, 66, 1. Cap. 66 *radicis tracontiae vnciam* 1, *gentianae vnciam* 1, *centaureae vnciam* 1. Sambuci Codices habent *radicis tragonteae:* Lego, *radicis dracontiae.* Cuius nomine *radicis draconteae, et dracontii* [Samb. Cod. *dragunteae*] pariter cum

cum gentiana, et centaurea mentionem facit Vegetius lib. 1 c. 59 et 60. Adderem etiam II; niſi ibi Sambuci Codices haberent *draganti* pro *dracontii*.

§. 46. Veg. 3, 84, 3. Cap. 84 *Hac enim ſola ratione nec hydrophobus fiet, et imminens crimen euadet.* Reſcribendum *imminens diſcrimen*, praeſertim cum ea antecedant: *Canis rabioſi morſus et iumentis, et hominibus exitium inferre conſuenit;* et alibi [l. 3 c. 15] ſcriptum ſit: *Veſicae indignatio vrinae difficultatem, immo praeſens diſcrimen importat.*

*Samſuci quoque grana, vel ſuccum de foliis, aut de cortice exprimes, et cum vino veteri dabis in potu. Sed tunc efficax eſt haec potio, ſi de eo ſamſuco dederis, quae non in terra, ſed in alia arbore fuerit innata.* Sambucos innatas ſalicibus vidiſſe te, ſcio; quo magis credo aſſenſurum mihi ſic emendanti, *Sambuci quoque grana, et de ea Sambuco.* Dioſcorides [l. 4 c. 168] quoque, et Plinius [Nat. Hiſt. l. 24 c. 8] aduerſus canum morſus commendant Sambucum: neque video qui poſſit de ſampſuchi cortice ſuccus exprimi, ſiue parthenium, ſiue marum, ſiue amaracum ſampſuchi nomine intelligamus, aut etiam; vt caetera omittam; qui *in alia* enaſci *arbore*, quaſi ipſae quoque arbuſculae eſſent, humiles iſtiusmodi herbae dicerentur.

§. 47. Veg. 4, 6, 7. Lib. IV, cap. 6 Perſici equi *ſolius ambulaturae quadam gratia diſcernuntur a caeteris, gradus eſt minutus et creber, et qui ſedentem delectet et erigat, nec arte doceatur, ſed naturae veluti iure praeſtetur. Inter colatorios enim, et eos quos totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt, et cum neutri ſint ſimiles, habere aliquid creduntur ab vtrisque.* Certum eſt, legendum hic eſſe, *cum neutris ſint ſimiles;* an autem *colatorios*, et *totonarios* emendare neceſſe ſit, et potiſſimum qua ratione emendare deceat, incertum eſt. Primam tamen harum vocum facile crederem mutandam eſſe in *tolutarios*, modo hi a totonariis ſic ſatis differrent. De hac altera videndum eſt caput 56 libri primi; ſi tamen is locus integer eſt: Parthi *ipſos equos, quos vulgo Trepidiarios, militari verbo Tottonarios vocant, ita edomant ad leuitatem, et quaedam blandimenta vecturae, vt Aſturconibus ſimiles videantur.* Hic Carolus du Freſne [Gloſſar.] *Trepidarios* legit, recte, vt opinor; deinde coniicit legendum eſſe *Trottonarios*, vel *Trotarios*, qua de re amplius videndum eſt.

§. 48. Veg. 4, 9, 6. Cap. 9 *Praeterea foeni graeci ſextarium bene purgatum feruere facies, primamque aquam inter initia feruores effundes, addesque aquae ſextarios V.* Apparet, ſcribendum omnino eſſe, *inter initia feruoris.* Eadem libro 3 cap. 70 ſic traduntur: *Praeterea foeni graeci ſextarium ſeparatim mittis in cacabum, et cum ferueve coeperit, primum aquam fundes, poſt addis aquae ſextar. V.*

§. 49. Veg. 4, 10, 2. Cap. 10 *vini tenetani vel alterius auſteri ſextarios 2.* Vinum eo nomine, quod meminerim, nunquam legi. Haec legi quidem apud Galenum [Meth. Med. l. 7 c. 6] *Nobile* [vinum] *voco, quod auſterum eſt, non Sabinum modo, verum etiam Adrianum, et Albanum, et Arſinium, et Titacazenum, omniaque id genus.* Sed Titacazenum hic reponendum non affirmauerim. Litteris quidem huc tria magis accedunt, quae a Martiale [Epigr. l. 1, 106 l. 10, 48 l. 13, 119 l. 1, 27 l. 7, 52 l. 2, 53 l. 3, 49], aliisque memorantur, Nomentanum, Laletanum, Veientanum; an vero horum aliquod vi etiam, atque natura, in praeſentia non decerno.

§. 50. Veg. 4, 11, 1. Cap. 11 *cathimiae butrotis ſelibram, reſinae vſtae ſelibram.* Videntur haec ad eam quae hic proponitur, *confectionem* non attinere. Certe lib. 1 c. 16 vbi eadem confectio tradita eſt, non reperiuntur. Verum quocunque ea perti-

pertineant; non *cathimiae butrotis*, neque, vt Sambuci Codices habent, *caſiniae*, *butyri*; ſed facile *cadmiae botryitidis* legendum eſt, vt nunc eſt apud Celſum [l. 6 c. 6 ſect. 6], vel *botryodis*, vt olim erat, vel *botryitidos*, vt alicubi apud Scribonium [Comp. Med. 24]. Haec illa eſt quae iudicio Dioſcoridis [l. 5 c. 46], Plinii [Nat. Hiſt. l. 34 c. 10], Aëtii [Tetrab. 1 Serm. 2 c. 57] optima exiſtimatur.

§. 51. Veg. 4, 13, 3. Cap. 13 *ſcieni*, *piperis nigri*, *piperis longi*, *mannae croci*, *betonicae*, *catiae nigrae*. Cum alia ſunt in hoc capite quae emendationem deſiderant; tum vero haec ſunt, in quibus pro *ſcieni* lego *ſchoeni*, quod cum aliis aromatibus quae ad hunc quoque pulverem requiruntur, memoratur a Columella [l. 12 c. 20]. Pro *catiae* autem *nigrae* lego *caſiae nigrae*, vel potius *acaciae nigrae* quae videlicet ex maturo conficitur ſemine, vt Dioſcorides [l. 1 c. 115] etiam adnotauit. Vegetius *acaciam nigram* libro quoque 2 memorat cap. 34; et nonnulla alia quae cum acacia ſatis congruunt, in aliis etiam huius Quadrigarii Pulueris deſcriptionibus reperiuntur.

§. 52. Veg. 4, 14, 1. Cap. 14 *humectata ſiccat*, *laxata conſtringit*, *luxata parat*, *laeſa confirmat*. Scribo, *luxata reparat*.

*In Cauſtico Pelagonii*, *bituminis libram*, *armonici vncias 6*, *coſti vncias 6*. Legendum *armoniaci* [id eſt ammoniaci] *vncias 6*. Haec enim continuo ſequuntur: *Verum caetera decoquis in cacabo fictili nouo*, *qui cum refrixerit*, *addis aſphaltum*, *et armoniacum*, *et coſtum pro menſura qua ſcriptum eſt*. Sic cap. 27, vbi Synchriſma primum deſcribitur, pro *armoniae pond.* 3, lego *armoniaci*, vel *guttae armoniacae*, ſiue *armeniacae* [rectius *ammoniacae*] pond. 3. Nam *guttae armoniacae* editum eſt apud Vegetium hoc ipſo cap. 14, et *guttae armeniacae* l. 3 c. 68 etc. *Guttam* autem *ammoniacam*, vel *ammoniaci* Scribonius Largus, Plinius Valerianus, Theodorus Priſcianus, aliique Medici Scriptores Latini ſaepenumero vocarunt id quod maior Plinius [l. 12 c. 23 l. 24 c. 6] *Hammoniaci lacrymam*, vulgo autem Ammoniacum, vel Gummi Ammoniacum appellitant.

Mox in Pelagonii eiusdem Malagmate [ſ. 4] *viſci pondera* 2, *glutis vncias* 3. Reſcribendum videtur *glutinis vncias* 3. Nam libro etiam 3 cap. 66 cum eſſet ſcriptum: *in cacabum mittis glutis taurini ſemiunciam*, *aceti acerrimi hemina dimidia coniungitur*, *et feruet vt quilon* [fortaſſe *chylos*] *fiat*; Ioannes Rhodius [Lexic. Scribon. ad *Gluten*] emendauit, *glutinis taurini*, vt eſt apud Scribonium: quanquam Celſus [lib. 5 c. 2 etc.] [id quod neque Rhodium fugit, et magis huc pertinet] *gluten* ſimpliciter ſcripſit. Non ſum neſcius, Matthiam Martinium, et qui olim in Calepini Lexico augendo Martinium exſcripſere, haec ex Soſipatro producere: *Haec glus glutis*, *alii gluten dixerunt*. Quae ſi certa ſunt, neque Rhodii neque noſtra emendatio neceſſaria eſt. Omnes tamen a nobis inſpectae Soſipatri Editiones, videlicet princeps Neapolitana, Baſileenſis, et Hanouienſis, *glus glutinis* habent, non *glus glutis*.

§. 53. Veg. 4, 17. Cap. 17 *Calcis viuae libras* 2, *ſinopidis Alexandrini libram*, *ficus ſiccae vncias 6*, *axungiae quantum ſufficit*. Lego *ſinapis Alexandrini* in hoc malagmate, quemadmodum in alio, quod ſemel atque iterum eſt apud Galenum [de Compoſ. Medic. Local. l. 9 c. 2] inuenio, *ſinapis Alexandrini*, *naſturtii*, *vtriusque ſextantem*. Plinius [l. 19 c. 8 l. 12 c. 7] quoque *ſinapis ſemen optimum Ægyptium* dicit, qui etiam diſerte de *Alexandrino ſinapi* loquitur. Sed et apud Vegetium noſtrum idem memorari video lib. 3 cap. 46 et praeſertim hoc libro 4 cap. 27 in Traumatico *ad flegmonas tollendas*, in quo ponit, *ſinapis Alexandrini vnc. 6*, *fici afrae vnc.* 3, *axungiae veteris vncias 6*, *aceti ſcrup.* 3; vt libro 2 cap. 49 ab ipſo adhibentur *ficus ſiccae cum ſinapi contuſae mixto aceto*, ſolemni

videlicet,

videlicet, atque antiqua Medicorum conſuetudine ab Dioſcoride [l. 2 c. 48] etiam, Plinioque [l. 20 c. 22] inculcata. Eſt viciſſim vbi pro *ſinapis* facile *ſinopidis* legendum ſit, vt libro 3 cap. 6 ſ. 2. Quod enim ibi legitur *ſinapis pontici*, videtur ſcriptum eſſe a Vegetio *ſinopidis ponticae*, de qua Plinius [l. 35 c. 5] *ſinopis inuenta eſt primum in Ponto: inde nomen a Sinope vrbe*, et de qua ipſe etiam Vegetius lib. 4 cap. 10 vbi *ſinopidis pontici paſtillos tres* addit potioni contra vermes, quod egregie conſentit cum iis quae ab Aëtio [Tetrab. 1 ſerm. 2 c. 5] traduntur: *Lumbricos etiam pota detrahit* [rubrica] *Primas omnium habet Sinopica appellata.* Praeterea libro quoque 1 cap. 44 duabus potionibus aduerſus lumbricos, alteri *ſinopidis pontici paſtillos* totidem, alteri vnciam Vegetius addiderat, quo in capite vt recte indicauit Rhodius [Not. ad Scribon. Compoſ. 42] *ſinopidis ponticae* eſſe legendum, ita in capite etiam 10 libri 4 faciendum eſt.

§. 54. Veg. 4, 22, 2. Cap. 22 *propulei vnc.* 3, *olei veteris vncias 6*, *axungiae veteris libram, olei ſauirenſis lib. Olei ſauirenſis* mentionem apud alios; quod meminerim; inueni nunquam; *ſabini* ſaepiſſime. Num Vegetius ſcripſit *ſauinenſis?* certe ſcribere ſolet *ſauinae*, vt lib. 1 c. 17 l. 3 c. 2 l. 4 c. 13 et 27. Caeterum non *propulei* legendum hic eſſe, ſed *propoleos*, indicio etiam ſunt Codices Sambuci, in quibus capite 14 non eſt, vt in Editionibus, *propulei*, ſed *propoleos*, quomodo legendum eſſe etiam capite 27 et ſemel atque iterum capite 23; quanquam in hoc Sambuci editio habet *populei;* non multum credo dubitaturos qui loca haec omnia inter ſe comparauerint.

§. 55. Veg. 4, 27, 9 Cap. 27 *Aliud iterum verumque commonentes, vt diligenti cura paſſionum occurratur exordiis. Nam etiam incurabiles aegritudines, ſi praeſentes fuerint vi, medentis arte vincuntur. Inueteratas cauſas etiam faciles, curari ſaepe non poſſe legi.* Videtur reſcribendum, *ſi recentes fuerint.* Facile etiam pro *Aliud iterum verumque commonentes*, legendum ſit, *Illud iterum iterumque commonentes.* Sic Quintilianus [Inſtit. Orat. l. 2 c. 13] *id maxime praecipiam, ac repetens iterum iterumque monebo*; imo ſic Virgilius [Aeneid. l. 3. v. 435]: *Vnum illud tibi, nate Dea, praeque omnibus vnum Praedicam et repetens iterumque iterumque monebo.*

§. 56. Veg. 4, 28, 19. *Cauſticum ad neruorum dolores* conficiunt etiam *picis britiae pond. 1 et ſemis, vini* [*inei*] *pond. 1 ſemis.* Legendum *picis brutiae*, et; niſi plurimum fallor; *vini amminei.* Sambuci Codices cap. 14 ſ. 1, 15, 23 ſ. 2, 25. quibus omnibus in locis *picis britiae* editum eſt, recte habent *picis brutiae* a Scribonio, Columella, Plinio, Dioſcoride, Galeno memoratae. Iidem Codices lib. 2 c. 22 vbi editum eſt, *vini amenii veteris ſextarii tres*, habent *vini aminaei*, qua ratione ſcriptum eſt apud Celſum lib. 6 c. 6 [ſect. 21], aliisque in locis a Rhodio [Not. in Scribon. Compoſ. 257] adnotatis, in quibus ipſe ſcribendum cenſet *aminei*, vt pariter in Scribonio, vbi editum erat *aminaei.* Contra Keuchenius [Not. ad Samonici caput de ſolut. ventris] ex graecis latinisque monumentis plura profert quibus, improbata a Rhodio, ſcriptura ſeruetur. Sed cum vtramque probari poſſe, Turnebus [Aduerſ. l. 29 c. 26] oſtenderit; videlicet *aminaei*, et *amminei*; nos qui huius veſtigia in propoſito loco inuenimus, eandem hic nobis ſeruandam exiſtimauimus.

*Malagma ad neruos claudos. Sepi hircini libram, mollicidenae ſelibram, reſinae libram, aeruginis ſelibram.* Lego *molibdaenae*, ſiue *molybdaenae.*

Erant alia plura verborum monſtra, nedum leuiora errata, quae in Vegetio emendari poſſent. Sed haec mihi ob occupationes properanti in praeſentia ſatis; vtinam ne tibi nimium multa. Vale.

Patauii XI. Kal. Maias MDCCXXIII.

I.

# IO. CONRADI SCHWARZ,

ELOQVENTIAE ET GRAEC. LINGV. PROF. PVBL. ORD.

## SCHEDIASMA

# DE ILLVSTRANDO POLIENDOQVE PALLADIO, REI RVSTICAE SCRIPTORE.

AD

VIRVM CLARISSIMVM,

DOMINVM

D. GOTHOFREDVM THOMASIVM,

PLVRIMORVM IMPERII PRINCIPVM AC CIVITATIS NORIBERGENSIS MEDICVM CELEBERRIMVM.

*Coburgi*, apud Io. Nic. Monachum, Typogr. Ducal. 4to plag. 1.

Res literaria, qua patet, veritatis virtutiſque ſtudium ſibi habet propoſitum, per quam vtramque animus et dignam diuina origine ſua percipit voluptatem, et iuſtum conſequitur decus. Vtraque, ſi a Deo, cui omnia bona ſunt accepta referenda, diſceſſeris, iudicio maxime debetur. Iudicium autem pauci cum habeant ſubactum ac politum; mirum non eſt, ſi res literaria non eam conſequitur maturitatem, ad quam perueniret, ſi in ſuis quiſque rebus iudicii vim declararet eximiam. Nos hic exemplis nouis, nec abs quoquam, quod conſtet, occupatis demonſtrabimus, quid in veteribus monumentis, deſiderari queat curae et correctionis. Sumemus Palladium, in quo explanando laborarunt praeſtantiſſimi viri, magna cum laude, quis enim negat? ſed vt nobis tamen ſpicilegium relictum ſit copioſiſſimum. Palladii libri tredecim carere putantur epiſtola, quae lectoribus oſtendat, ad quem illi primo ſint miſſi. Praefatio in fronte ponitur, epiſtola nulla. Ad extremum libri decimi tertii epiſtola quaedam ad Paſiphilum adiicitur, quae quaſi libri XIV commendatrix quaedam ſit. Et ſtatim tamen principium libri XIV nouam oſtentat allocutionem ad Paſiphilum. Ita vnus liber duplicem habet commendatricem, reliqui omnes ne vnam quidem. Quae tamen ineptiae Palladio ipſi non ſunt tribuendae. Primum enim epiſtola illa libro XIII ſubiecta tam late patet, vt reliquos etiam libros XIII complectatur: deinde librum, XIV vulgo dictum, tanquam ſuperpondium, venditat, ac vix duobus verſibus commemorat, cum reliqua epiſtolae pars ad fata reliquorum XIII librorum pertineat. Nam librarii opera quam multum temporis abſumſerit, curioſe demonſtrat. Quid igitur? ſuntne ineptiae hae tales, quae concoqui poſſint a ſapientiae ſtudioſo?

Ego quidem neutiquam putem. Teneat primum locum, quod primo in loco ipſa ratio poni iubet. Neque enim periculum eſt, ne tantilla commutatio Criticis et doctis viris ſtomachum moueat. Ne maior quidem illa offendit eos commutatio, cum tertius iſte opinatus liber Columellae, qui nunc liber de arboribus appellatur, e reliquorum choro tolleretur, nouum nomen ſortiturus. Mihi quidem, ſi manuſcripti codicis Breslauienſis ſequi ſtatuam exemplum, audere aliquid licet. Is enim epiſtolam illam vna cum libro de inſitione praemiſit, ob eam fortaſſe cauſam, ne ſolertiſſimo ſcriptori ineptiarum notam inureret. Omnino ſi veterum morem dedicandorum librorum (vt nunc loquimur) perpenderis; a Palladio omnem ineptiarum iſtarum abiudicabis culpam. Veteres enim ſi quos libros conſcriptos haberent, amicum quendam circumſpiciebant, aut hortatorem deligebant, cui ſuum amorem, ſuum iudicium prae caeteris declararent. (Fecit id Appius Pulcher, qui libros ſuos de iure augurali ad Ciceronem miſit. Fecit Scribonius Largus, Caii Iulii Calliſti deſiderio ſatisfacturus. Fecit Cicero meus, et caeteri tantum non omnes. Nam exemplum Antonii et paucorum aliorum nihil moramur.) Libro igitur confecto adiungebant epiſtolam, quae cauſam commemoraret, quamobrem liber primum ad eum mitteretur.[1] Eae literae deinde vna cum libro ſolebant deſcribi, propterea quod et autoris animum teſtificarentur, et pleraque libri recondita dicta, ſententias, rationes, conſilium aperirent. Palladii igitur literae cum libro de inſitione adiectae fuiſſent, et paruus ille faſciculus maiori alligatus: a Paſiphilo fortaſſis ita, vt libelli et literae ad ſe miſſa erant, amicis deſcribenda fuerunt data. Senſim deinceps a primis librariis error ille propagatus eſt ad proximos, vt noſtra quoque attigerit tempora. Sic igitur iam inde ab vltima libri origine error in codices irrepſiſſe videtur per omnes deinceps Bartholomaei Bruſchi, Franciſci Mazali, Aldorum, Philippi Iuntae,[2] reliquorumque praeſtantium typographorum libros diductus.

Quid faciemus autem de ipſa Palladii epiſtola, cui iam primum ſuum adſignauimus locum? Nihil in illa extrema eius ſanitatis, eius elegantiae, eius acuminis apparet, quod in prima elucet, quodque Palladii aetate tantopere expetebatur. Quis enim quamuis omnia contorta, hiulca, inepta ferat, concoquere poſſit verba illa: *Verum neſcio, ſi tuum ad has modo minutias inclinetur ingenium. Grande erit, et par deſiderio ſuo, quod ſtudii tui quaeret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter ſentias, ego meas opes aeſtimare non differo.* Reſcindemus (pace tetricorum Criticorum dixerim) vlcera quaedam: tam non erit vana ſpes ſanitatis colorisque ingenui ac natiui. Legemus poſthac, ſi licebit, vel in notula quadam, ita: *Verum neſcio, ſi tuum ad huiusmodi minutias inclinetur ingenium. Grande erit et par deſiderio ſuo, quod ſtudii tui quaerit affectio. Ilicet de his nugis fauorabiliter ſentias*, reliqua. Vel, ſi malis, ita: *Diu tamen apud te pudorem meum diſtuli, ſed hoc quaſi bonus famulus feci. Verum neſcio.*[3] *Si tuum ad has modo minutias inclinetur ingenium; grande erit et par deſiderio ſuo, quod ſtudii tui quaerit affectio. Ilicet*[4] *de his nugis fauorabiliter ſentias,*

1 Varro in libro IV. de lingua latina nullas quidem eius generis cauſas proponit, ſed epiſtola illa videtur eſſe mutila.

2 Editio Iuntae ignotior. Prodiit Florentiae Anno MDXV.

3 Id eſt, quid cuique tempori, loco, perſonae aptum ſit, ignoro, vt vel boni famuli ſolent. Saepe haec *veri* ſignificatio locum habet.

4 Scriptum fuerat more veterum EILICET, hinc ineptus librarius confinxit ET LICET.

*tias, ego meas opes aeſtimare non differo.* [5] *Non eſt magni loci aſſibus intuendis oculos duxiſſe per puluerem, quia neſcio quomodo notae ſunt quaedam maximarum perſonarum minuta compendia.*

Agmen claudat Palladii locus infra citandus, quem ex numo quodam illuſtrabimus. Ornauit is Ducis Arſchotani muſeum, et ab Hemelario publicae luci expoſitus ac breui annotatione explicatus eſt. Coniectus fuit a Byaeo in tabulam XXXIV. [6] Repraeſentat foeminam adoleſcentem maxima ex parte nudam, quae capite turrim gerit, vt fere Cybele ſolet: dextra, lacerto leniter inflexo, tenet caduceum duabus alis inſtructum, et duas ſpicas alis vtrinque ſubiectas. Siniſtra manu inclinat ad flexum brachii paulum ſupra cubiti commiſſuram inſtrumentum quoddam, quo velum, quod femora tegit et ſenſim lacerto ſiniſtro largius ſuperiniectum colligitur, quaſi obiter comprimitur, ne dilapſum adoleſcentis nudet femora. Circumiecta ſunt adoleſcenti verba: SECVLO FECVNDO COS. II. Hemelarius figuram hanc lectoribus explicat iſtum in modum. *Telluris* [7] *forte imago ſeu genii terrae praeſidis, capite turrito, ſpicas cum caduceo gerit, et ſiue anchoram ſiue tridentem inuerſum in formam literae T. Alii exprimunt hic Mercurium et radiatum ei verticem appingunt. Anchora ſtabilitatem terrae deſignat, ſuo pondere fixam ac ſolidam. Ouidius:* Stat vi terra ſua. *Caduceus concordiam et pacem, ſpicae vbertatem denotare videntur.* Nobis vero adoleſcens illa vel Gallia eſſe videtur, vel genius certe Galliae arcibus et oppidis frequentis. [8] Terras enim et earum genios foeminarum habitu exprimi, planum eſt et apertum omnibus. Si quis autem dubitet, dubium ſibi eximere poterit, ſi vel Hemelarii noſtri tabulae XXXV numum IV et tabulae XLII numos I et III, et tabulae LI numos XI et XII, et tabulae XIX numos II, IV, VIII, IX, X, XI perluſtrarit. Et terrarum porro et geniorum capitibus turres eminere, exploratum habent ii, qui Hemelarii tabulam XIX numo XII conſuluerint. Quid ſentiemus autem de ea figura, quam Hemelarius vel in anchorarum vel inuerſorum tridentium referre conatur numerum? Nos bidentem eſſe putabimus, qui in ruſticis inſtrumentis fere ſibi principem vindicat locum. Pallad. lib. I. tit. XLIII. *Inſtrumenta vero haec, quae ruri neceſſaria ſunt, putamus. Bidentes, dolabras, falces etc.* At enim quid ad Imperatorem Clodium Albinum bidens? bidens primum ad foecunditatem terrae multum conducit: deinde Caeſar Albinus agricolationis fuit ſtudioſiſſimus. A Capitolino quidem dicitur *agri colendi peritiſſimus, ita, vt etiam Georgica conſcripſerit.* Sed hae meditationes num ſatis ad veritatem limatae ſint, viri docti exiſtiment, et inprimis Noribergenſe illud ornamentum humanitatis ac doctrinae omnis. Ei ſi nos probauerimus, *Tunc nos vel rigidi legant Catones.*

5 *Aeſtimare* eſt hoc loco *tralatitia aeſtimatione metiri, per compendiariam quandam contemplationem iudicare, nec minutias omnes curioſe intueri et examinare.*

6 [In editione Antuerpiae 1654 vulgata T. LII, n. 19 hunc ipſiſſimum numum ita interpretatur Gevartius, vt raſtellum ſpicis vellendis dicat.]

7 Sed Tellus fere ſenior effingitur. Quamquam veteres ipſi inter ſe diſcrepent.

8 Nuditas adoleſcentis cum genio Gallorum bene conuenit.

# II.

# L. IO. CONRADI SCHWARZ,

IN ILLVST. CASIM. COBVRG. P. P.

DE

# NOVA EDITIONE SCRIPTORVM REI RVSTICAE

AD

POLYHISTOREM NORIBERGENSEM

## DN. GOTHOFREDVM THOMASIVM,

MVLTORVM IMPERII PRINCIPVM ET CIVITATIS NORIBERGENSIS MEDICVM.

VIR CELEBERRIME,

Fata ſchediasmatis mei, nuper editi, quod magna quaedam eliciendi iudicii Tui cupiditas elicuerat, neceſſitatem mihi impoſuerunt elucubrandi noui. Cum enim videam, in omnium eſſe conſpectu poſitum, quod a Te vno, cui totum conſilium meum ſaepius aperuiſſem, iudicatum volueram: vereor, ne in aliam longe partem accipiatur inſtitutum meum, ac ab aequis aeſtimatoribus, re omni cognita, accipi queat. Quid enim ſi paucae illae coniecturae in eam opinionem abducant lectorem, quaſi totius inſtituti rationem explicare debeant; cum, vt initio dixi, longe aliud ſpectarint. Equidem nihil dum video cauſae, cur eas condemnem; videntur enim a Palladii mente et oratione neutiquam diſcrepare: ſed, in tanta opinionum et optationum varietate, vereor, ne qui ſuſpicentur, nihil a me praeter coniecturas allatum iri. Quos vt ab ea opinione in aliam transducam, potiora proferam momenta, quibus fore ſpero, vt editione mea veteres praeponderentur. Quae quidem commemoratio etſi Tibi accidere debeat minus iucunda, propterea quod aures Tuas obtundere videbitur; tamen a Te obſeruantiſſime peto, vt quia, quae vni Tibi dixeram, cum omnibus communicata ſunt, iterum Tibi ac tertio dici patiaris, quae cum omnibus communicari facile patiar. Quanquam enim ne hoc quidem tempore ſatis circumſpicere queam omnia, quae laborem meum eruditis Viris, et praeſertim Tibi; commendare videantur: tamen ſatius eſt aliquid dixiſſe, quam tacuiſſe. Ante vero, quam ad rem aggrediar, velim memineris, me etiam de RELIQVIS REI RVSTICAE SCRIPTORIBVS EDENDIS conſilium agitare iam diu, non ſolum de Palladio. Quod autem ſpecimina quaedam Palladii illuſtrandi, non vniuerſorum, miſerim, ea cauſa fuit, quod iam antea varias reliquorum emendationes et explicationes vel diſputationibus meis adiunxeram, vel aliis ſcriptis diuulgaram.

Primvm igitur formam inſtrumentorum ruſticorum, aliarumque rerum, e numis aliisque vetuſtatis monumentis expromam, vt cum ſimilitudo diſcrimenue inſtrumen-

ſtrumentorum veterum, ac recentiorum eluceat, tum Scriptorum ſermoni plurimum luminis afferatur. [1] Exemplum praebebit bidens numi, ab Albino cuſi, cui nuper ab Hemelarii coniectura vindicias ſecundum oculorum fidem et hiſtoriae teſtimonium decreui. Sic igitur apparet ratio, quamobrem ibi ab Hemelario diſſidere coeperim.

Deinde in locis, quorum aperta eſt corruptio, coniecturas proponam de prima et antiquiſſima lectione, ſi nec Manuſcripti, quos conſului, nec vetuſtiſſimi probatiſſimique codices quicquam explicarint. Atque hic quidem literarum veſtigia ac reliqua Criticorum praecepta libenter ſequar. Quid eſt enim, quod nos, ſi hermae deſint, ab via probabili deterreat, cum coniectura ſaepius ad veritatem acceſſum ſit proxime? Quocirca quum ſententiae diſtortae aut coniunctione literarum ac vocabulorum, aut detractione, aut interpoſitione, aut commutatione ſanari queant: nos vniuerſis illis quidem, ſed circumſpecte vtemur medicinae generibus. Age videamus, an Catonis caput XXXVII, cuius maxima pars neminem adhuc nacta videtur medicum, noſtra ope priſtinam recuperare queat ſanitatem. Victorius id ita exprimendum curauit. *Si carioſam terram tractes, cicer quod vellitur, et quod ſalſum eſt, eo malum eſt. Hordeum, foenum graecum, eruum, haec omnia ſegetem exugunt, et omnia quae velluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris. Lupinum, faba, vicia. Stercus vnde facias. Stramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam, querneam. Exſegeti vellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam altam vluamque, eam ſubſternito ouibus, bubusque frondem putidam. Partem de nucleis ſuccernito et in lacum coniicito. - - - - De vinea et arboribus putatis ſarmenta degere, et fiſcinam facere, et vitis, et ligna in caminum ficulna, et codicillos domino in aceruum componito.* Quam multa, quaſi ſupercreſcentem carnem quandam, reſcidit Victorius, vt ſaltem aliqua ſanae carnis ſpecies appareret! Sed nec ad viuum ſunt adhuc reſecta omnia, nec detorta ſcienter in veterem locum repoſita. Quod equidem fieri putem, ſi ita correxerimus: *Si carioſa terra, ne tractes.* [2] *Cicer, quod vellitur, et quod ſalſum eſt, eo malum eſt. Hordeum, foenum graecum, eruum, haec omnia ſegetem exugunt, et omnia quae velluntur. Nucleos in ſegetem ne indideris.* [3] *Stercus, vide,* [4] *facias ſtramenta, lupinum, paleas, fabalia, acus, frondem iligneam, querneam. E ſegeti vellito ebulum, cicutam, et circum ſalicta herbam altam vluamque, eam ſubſternito ouibus, bubusque frondem.* [5] *Putidam partem de nucleis ſecernito, et in lacum*

 *coniicito.*

1 Ita qui aratri veteris ac recentioris diſcrimen ignorat, non ſatis intelliget verba Columellae I c. 9 de aratoris habitu.

2 Hic locus deſperatus, niſi ita legatur.

3 *Lupinum, faba, vicia* e margine irrepſerunt in Catonis ſermonem. Ea enim exempli cauſa adſcripſerat aliquis, vt intelligeretur, quaenam eſſent illa, quae vellerentur. Ipſe autem alieniſſimus locus, in quo repoſita ſunt, νοθείαν ſatis indicat. Quodſi mihi credere nolis, at ſaltem Plinio lib. XVII c. 9 credito, ſic ſcribenti: *nec non et ſatis quibusdam ipſis paſci terram dicit* Cato. *Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.* Ergo apparet, haec tria verba *lupinum, faba, vicia* eſſe referenda ad caput 36 Catonis. Vbi quidem a Catone ſcriptum fuiſſe ſuſpicor *ſegetem ſtercorant frugis lupinum, faba, vicia.* Aliter quidem ſcribere non potuit.

4 Huic correctioni nihil obeſt Plinius XVII. c. 9 *ſtercus,* inquiens, *vnde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, — ac frondes iligneas quernasque.* Haec enim Plinii corruptiora ſunt, quam illa Catonis ipſius.

5 Neque huic diſtinctioni noſtrae Plinius officit, ſcribens, *ea ſubſternito ouibus frondemque putridam. Vinea ſi macruerit etc.* Nam nemo ſanus putridam frondem ſubiicit pecori decubituro, ſed flaccidam et ſiccam. Cato autem erat homo ſanus, imo ſaniſſimus. Cur igitur de eo, propter Plinii indiligentiam, per ſummam iniuriam contemtim ſentirem? *Nuclei* ſunt hic, vt ſupra, *nuces,* quae ſignificatio rarior eſt. *Putida pars nucleorum* ſunt putamina et cortices exteriores nucum, quae putreſcere ſolent, nucibus ex arboribus in cumulum coniectis.

*coniicito. - - De vinea et arboribus putatis ſarmenta digere; et fiſcinam face e re vitili;* [6] *in caminum ficulna et codicillos domino in aceruum componito.* [7]

Tvm integris doctiſſimorum hominum notis interponam meas, quas quidem vel ex libris agricolarum Italorum, veteres explanantium, hauriam; vel ex libris veterum, conſimiles res diligentius et planius tractantium; vel ex ratione, ſenſuum teſtimonio ſuffulta. Singula ſingulis generibus ſubiiciam exempla, vt iudicandi locum demus intelligentibus. Primi generis notam deſiderat locus Columellae lib. II c. 9 de ſiligine, quem diligentiſſimus ille agricola Neapolitanus exquiſitiſſimis obſeruationibus declarauit. Alterius generis animaduerſionem poſtulat Columellae II cap. 9 ſ. 4. *Atque illa (ſiligo et far adoreum) vicibus annorum requietum agitatumque alternis et quam laetiſſimum volunt aruum: hoc* (hordeum) *nullam mediocritatem poſtulat: nam vel pinguiſſima vel macerrima humo iaciatur perit.* Etenim ex Catonis cap. 35, Palladii lib. X tit. 4, Plin. XVIII, c. 17 procliue eſt intellectu, hordeo mediocrem agrum accommodatiſſimum eſſe, ne ad experientiam prouocem et vſum agricolarum. Quid? quod ipſa haec Columellae verba ſibi conſentanea non ſint. Nam ſi perit hordeum pinguiſſimae vel macerrimae terrae commiſſum; mediocris ei terra haudquaquam eſt aliena. Quid igitur addubitamus in locum verbi *nullam* ſubdere *nudam?* Etenim *Nudum* pro *ſolo* ſaepe ponitur. Gratius Cyneget. verſ. 2 — *Prius omnis in armis Spes fuit, et nuda ſiluas virtute mouebant Inconſulti homines.* Sic alii alibi. Sed nos, vt ad rem redeamus, ea loca Scriptorum noſtrorum, quae collata inter ſe multam et mutuam lucem nanciſcuntur, oſtendemus potius, vt Berneggerus in Tacito fecit, quam vt proponamus. Semper enim fontis aqua melior, quam riuorum. Tertium genus annotationis facile reliquis praeripiet palmam, propterea quod, vt Cicero libr. II de nat. Deor. cap. 2 praeclare monet, *Opinionum commenta delet dies, naturae iudicia confirmat.* Itaque ad Columellae II cap. 9 lectorem iubebimus ἐπέχειν. Neque enim, in omni ſeminis genere, *iugerum agri pinguis plerumque modios tritici quatuor, mediocris quinque poſtulat: adorei modios nouem, ſi eſt laetum ſolum; ſi mediocre, decem.* Nam ſi pinguis ager tantum quatuor modios tritici alit bene ac commode; mediocris nequaquam poteſt quinque alere. Seminis igitur pars fruſtra ſpargitur, ager onere nimio exſugitur, fruges conualeſcere nequeunt. [8] Sed eſt quoddam ſeminis genus, quod quamuis parce ſpargatur, tamen per laetum aruum latiſſime ſe diffundat, in macro vero nihil tale valeat. [9] Hoc genus cum ſpectaſſe Columella videatur, ſatis quidem commodum ſuggeſſit conſilium, ſed diuerſa ſeminum genera diſcernere, et ad ea conſilium

6 Si quis me audaciorem exiſtimet, qui ex verbis *facere et vitis et ligna* conflem *face e re vitili*, nae is ignorat, quam ex paucis literis ſaepe multa procuderint vocabula negligentes librarii. Exempla ſuppeditat hoc ipſum caput. Sic enim editio Iuntae: *carioſam terram FACIET, ſi IACIES cicer, ET quia vellitur etc.* Viden', ex *tractes* procuſa eſſe *facies* et *iacies*, et illum ipſum locum, qui in manibus eſt, Iunta ſic exſcripſit: *De vinea et arboribus putatis ſarmenta deterge, fiſcinam face, et vites et ligna in caminum congere, ficulna etc.* Sed quid argumentor tanquam in re dubia? num ſarmenta *vites* poſſunt appellari ab agricola diligenti et exercitato? Ego quidem, quantum in me eſt, nunquam patiar Catoni innocenti ſtigma foedum inuri; ſi iniuriae veritas ipſa intercesserit.

7 Recte in caminum praetorii reſeruari iubet codicillos. Carebant enim caminis cellae ſeruorum. imo ne communis quidem familiae cella camino vtebatur, niſi forte raro.

8 Status controuerſiae hic recte noſcitari debet, quem pro breuitate noſtra ſatis indicauimus.

9 Omne quidem ſemen laetis in agris magis inualeſcit, quam in macris: ſed eſt quoddam genus, quod facultatem hanc praecipuam et prorſus admirabilem habet; ita vt reliqua genera prae illo nihil ſint.

conſilium accommodare debuerat. In poſteriore genere particulas fingere more Carteſianorum, quae molliculae facile diffindant terram molliorem, minus facile duriorem; non eſt beati valde ingenii. Simile iudicium de priori genere ferre, cuiuis licet.

Post ad notas aliorum, ſi quae aut nobis cum veritate minus conſentaneae videantur, aut ab aliis fuerint accuſatae, meam adſcribam ſententiam. Ad Catonis cap. 37 exempli gratia, addidit Victorius, *Vetus haec eſt lectio, quam probamus. Degere* *cum plures ſignificationes habeat, valet etiam detrahere, quemadmodum teſtimonio Nonii cognoſcimus, et auctoritate Plauti, qui ab eo adducitur.* Nos adiiciemus, vt ſignificatio haec verbi *degere* certa ſit et fortaſſis vnica, [10] eam tamen ad Catonis orationem non eſſe accommodatam. Illud enim apertum eſt, infinitiuo nullum hic eſſe locum relictum. Primum enim Latini Graecorum dicendi rationem non ſequuntur. Deinde arbores *putatae* dici non poſſunt, de quibus ſarmenta nondum detracta ſunt. Late enim patet huius verbi vis, nec ad ſolam ſarmentorum reſectionem adſtringitur. Denique in procliui eſt intelligere, e verbis *face e re* conflatum eſſe *facere*, quod mox etiam *digere* conuertit in *degere*, vt alterum cum altero congrueret. [11]

10 Nam *dego* eſt ex *deigo*, vt ex *coigo* factum *cogo*. *Agere* autem proprie eſt *forttreiben*, et hanc poteſtatem in compoſitis retinet. *Degere* igitur *laborem* eſt laborem depellere, *degere corium* eſt detractionem corii agendo et trudendo iuuare, vt a lanionibus quotidie fieri videmus. Haec vnica ſignificatio propria in translatione ſemper ſpectatur. Nam *degere vitam* reſpondet germanico *das Leben hinbringen*, quaſi dicas *das Leben forttreiben*; vti dicimus *er treibt ſein Weſen fort*. *Degere aetatem* pene eandem poteſtatem habet, ac *conſumere aetatem*.

11 Adde huc Popmae notam, qui *degere* pro *digere* poſitum eſſe, prior vidit.

# III.

# I. A. DE SEGNER

## DE

# ORNITHONE VARRONIS.

Quae olim, Varronem Geſnerianum perlegenti, de eius Ornithone in mentem venerunt, quaeque deinde ad ea acceſſerunt, maxime, poſtquam hortatu ERNESTII, viri multis modis venerabilis, ad eas cogitationes reductus ſum: me optime expoſiturum exiſtimo, ſi declarationi ipſius conſtructionis, deſcriptionem praemiſero horologii, atque menſae verſatilis, quibus inſtructum fuit. Subiungam deinde adnotationes aliquas, quibus perpenſis, an attigerim ſenſum ſcriptoris, prudens lector iudicare poſſit.

Horologiorum autem, quibus Romani caelo nubilo ac noctu vtebantur, ornatiora, inter quae ea fuere, quae Vitruuius Anaporica vocata eſſe dicit, motu indicis aequabili nitebantur, quemadmodum et noſtra; niſi quod eo motu non duodecim, verum viginti quatuor horis, circulus complebatur. Inaequales autem cum eſſent Romanorum horae, aequabili hoc indicis motu indicandae: peripheriam circuli, quouis anni die ab eius apice deſcribendi, in partes inaequales diuidebant, quarum ratio petenda fuit a motu ſolis, atque a latitudine loci, cui horologium prodeſſe debebat. Erat enim haec diuiſio pro partibus terrae, quarum diuerſa eſſet latitudo, non minus diuerſimode inſtituenda, quam ſolaria illa, quae in ſuperficiebus deſcribi ſolent ſolo adfixis, pro diuerſa altitudine poli diuerſa ſunt; neque horologia, in quibus ita mouebatur index, e loco transferri magis poterant, quam poteſt maxima pars eorum, in quibus horae per vmbram ſolis indicantur, Vtriusque rei modum ex Vitruuio ita exponam, vt ſimul ad Varronem reſpiciam.

Pro motu ergo indicis aequabili parandum fuit caſtellum A (Tab. I. Fig. I), atque curandum, vt id ab aqua adfluente ſemper ad eundem terminum repleretur, quod obtineri poterat apud eum terminum lumine B facto, per quod ſuperfluum elaberetur. Poterat id lumen tubum terminare idoneae longitudinis BC, cuius extremum alterum C per parietem caſtelli ita tranſiret, vt conuerti poſſet, lumine B in ambitu circuli incedente; quo lumen iſtud B, altitudini aquae limitem ponens, vtique vel eleuatur vel deprimitur. Deſcribit eius generis verticellum et Vitruuius, ſed quantum video, aliis quoque vſibus deſtinatum, de quibus agendi hic locus non eſt. Noſtrum in id ſolum comparatum eſt, vt per motum indicis celeriorem vel tardiorem, tempus, quo hic plane reuoluitur, contrahi vel extendi poſſit. Quo melius cognoſcatur, ſchemate ſecundo (Tab. I) aliter ſectus exhibetur verſatilis iſte, parieti caſtelli adhaerens tubus, iisdem ad eius partes litteris adſcriptis.

Sperabat Cteſibius, vel quisquis fuit huius generis horologiorum inuentor, fore vt aqua ex caſtello ita comparato per foraminulum D (Fig. I) aequabiliter efflueret, dummodo nihil in huius D amplitudine mutaretur, quod quo, tempore labente, minus contingeret, foraminulum illud in auro factum eſt, vel lapillo aliquo

duriore.

duriore. Huic ſpei ſi reſponderet euentus, poſſet ſane per aquam ex caſtello effluentem tempus accurate diuidi, et in partes quantumuis paruas. Eſt autem experientia compertum, licet ſummo ſtudio altitudo conſeruetur, maiorem tamen aquae calidae copiam eodem tempore per idem minutum foraminulum effluere, quam frigidae: cuius rei ratio non difficulter redditur. Eo ſolo eluſa ſunt alioquin ſapienter cogitata: neque enim veteribus, quos inaequalitas haec fluxus non latuit, eam penitus tollere conceſſum fuit. At nobis, qui in deſcribendis Romanorum horologiis verſamur, non in perficiendis, omnis hic error praetermittendus eſt, atque, ſub conditionibus dictis, fluxus aquae, qualis primo credebatur, plane aequabilis ſupponendus.

Aquam a foraminulo D defluentem vas E excepit, tres, quatuor aut plures pedes altum, cui optime conuenit figura cylindri recti, ad perpendiculum ſtatuti. Debuit enim eiusdem vbique amplitudinis eſſe, quo aquae exceptae ſuperficies aequalibus temporibus aequaliter eleuaretur. Diametrum autem baſis maiorem praeſtitiſſe minori, deinde videbimus: ſufficere tamen potuit pedis dodrans. Idem epiſtomium habere debuiſſe apud fundum, quo euacuari poſſet ſuo tempore, res ipſa loquitur. Debuit autem et aliud epiſtomium eſſe apud ſummum marginem vaſis, per quod idonea aquae copia, quando opus erat, in id celeriter poſſet immitti.

In vas iſtud E pondus F dependebat a catenula, quae ſi non caderet in eius axem, parum tamen ab hoc recederet. Ei ponderi F figura tympani conuenit, diametri, quam eſt amplitudo vaſis E, paullo minoris. Materiem praebere potuit res quaelibet nullam ab aqua mutationem paſſura, et inter has ipſum marmor, etſi veteres id cauum feciſſe videantur. Alteri autem catenulae extremo appendendum ſacoma G eius ponderis debuit eſſe, quod, ſi catenula directe ſurſum producta ambiret trochleam I, non pateretur tympanum F in aquam plane immergi, verum efficeret, vt, aliqua ſui parte prominens, in hac quaſi nataret. Id quod futurum eſſe, vbi pondus eius aquae, quae ſuccedere poteſt in locum partis ſubmerſae tympani F, aequale eſt exceſſui ponderis F ſupra pondus G, docet hydroſtatica: aliter contingere nequit. Eleuata ergo ſuperficie aquae vaſis E per affluxum nouae, quem aequabilem eſſe ponimus, tympanum quoque F eleuabitur, ſacoma autem G deſcendet, idque, niſi quod eo motu pars catenulae ab vna parte trochleae I tranſit in alteram, et ipſum fiet aequabiliter.

Facile fuit hunc catenulae motum etiam in cylindrum K transferre, circa axem ſuum volubilem, et in indicem ei adhaerentem; poteſtque eius rei ratio ex delineatione intelligi. Attamen non inutiliter addetur lamella tenuis, ad modum helicis cylindrum ter ambiens, quae partem catenae ad cylindrum accedentem, ab ea, quae recedit, quantum ad impediendum harum partium contactum ſatis eſt, remoueat.

Indices in horologio Varronis duo fuere, diurnus alter, alter nocturnus, puncta ſcilicet L, H, quae extrema ſunt regulae vtrinque cuſpidatae LH, atque per rectam connectuntur, longitudinis ſuo loco definiendae. Haec regula horologio ita nectenda erit, vt recta ea LH tranſeat per punctum M axis, circa quem conuertitur cylinder K, in hanc partem producti. Debet autem connexio eſſe ea, quae permittat regulae motum ſecundum ſuam longitudinem, quo alterutra partium ML, MH tantundem augetur, quantum altera fit breuior. Quae quidem partes ML, MH, vbi regula conuertitur, ſemidiametri fiunt circulorum, ab indicibus L, H deſcripto-

 rum,

rum, perfecto horologio, atque iam munus ſuum peragente, promota in hanc vel illam partem regula, niſi quotidie velis, quolibet triduo mutandae, vel certe nouendio. Eius mutationis legem notae dicent numerorum, partibus regulae, apud quas finitur retinaculum N O, ita inſcriptae, vt diſcerni poſſint ab oculo, iuxta cylindrum K poſito.

Regula HL ita ſecundum longitudinem ſuam in hanc vel illam partem promota, locum centri grauitatis eorum, quae firmiter cum axe cylindri K connexa ſunt, mutari neceſſe eſt; quod niſi in hunc axem cadat, ipſum quoque ab aequalitate motus aliquid detrahit. Eſt autem cum huius inaequalitatis, tum eius, quam vidimus pendere a translatione catenulae, facile remedium, quod adferrem, ſi eſſe putarem aliquem, qui huius generis horologia, viliſſimis noſtrorum inferiora, velit conſtruere. Multum etiam ad imminutionem cum harum a motu aequabili aberrationum, tum reliquarum omnium, quorum cauſſa eſt inaequalis reſiſtentia, collaturum eſſe, ſi pondus F, cuius figuram fecimus tympanum, latum potius, quam altum ſumatur, qui ad hydroſtaticam redire voluerit, poterit perſpicere. Hoc ad priora addito, omnes a motu aequabili aberrationes, praeter eam, quae ab influxu pendet, adeo imminui poſſe videntur, vt in ſenſum cadere vix poſſint: certe prae illa, cuius cauſſa eſt inaequalis ille influxus, contemnendae paruitatis euadant.

Aequabili autem hoc indicis motu, quemadmodum horae Romanae inaequales monſtrari potuerint, figura tertia (Tab. I) declarat; tabulam horologii, qualem fuiſſe puto Varronis, legitime delineatam exhibens pro gradibus XLII, quibus Romae polus eleuatus apparet. Relinqui circa centrum debuit feneſtella rotunda, per quam ab ea parte, qua ſitum eſt horologium, manus admoueri poſſet regulae LH, cui adfixi ſunt indices; per quam adeo et cylinder cernitur K, quem voluit catenula, et N O, retinaculum indicis. Terminis regulae effigies ſtellarum L et H affixae ſunt, ſpecie vel colore diuerſae, quarum centra cadunt in regulae apices; vt iam fictae hae ſtellae, e longinquo conſpicuae, fiant indices, L quidem, quam Varro appellat luciferum, diurnus, H autem, quam heſperum vocat, nocturnus.

Tabulam planam ſumſi, quamuis et pars eſſe poſſit ſuperficiei ſphaerae, et talis fuiſſe videatur in horologio Varronis, ipſe ſcilicet tholus, qua parte intus videbatur. Eſt enim ita curuatae tabulae eadem plane ratio, quae planae, neque difficilius illa, quam haec, intelligitur. Tabulae ergo lamina metallica opponatur vel aſſer, vbi opus eſt, apud marginem attenuatus, quae eius partem litteris P Q R S notatam oculo directe inſpicienti contegat, vt praeter notas numerorum, atque curuas ab his verſus interiora flexas, nihil videatur. Sit autem lamina tabulae vbique parallela, atque ab hac eo interuallo ſeiuncta, quod regulae L H indices gerenti liberum circumeundi ſpatium concedat. Ita fiet, vt angulari hoc regulae motu vna ſtellarum L oriatur quaſi apud marginis partem P Q, dum altera H apud R S occidit: reliquis autem circuitus partibus alterutra tantum appareat, quae ſi L fuerit, ad diurnas, ſi vero fuerit H, ad horas nocturnas per easdem lineas indicandas, poſſit adhiberi. Sequitur id ex natura linearum curuarum *acb*, quae horariarum extremae ſunt, atque ad horas duodecimas pertinent, quarum fine, quod idem initium eſt horarum primarum, ſol Romae vel oritur, vel occidit. Cum his enim lineis *acb* margines laminae ſuo loco poſitae inter puncta P Q et R S fere videbuntur congruere. Eſt autem curvarum *acb* delineatio ea, quae ſequitur.

Recta

Recta AB, deſtinata horae ſextae, in ſex partes aequales diuiſa eſt, ac per quodlibet huius diuiſionis punctum, centro M, quod cadit in AB productam, deſcripta peripheria circuli. Sumto deinde initio apud A, ab extima harum peripheriarum reſecta eſt pars *Aa*, graduum 113, minutorum 3, quot ſcilicet in latitudine Romae continet arcus ſemidiurnus diei ſolſtitialis aeſtiui, quem ſol ab horizonte aſcendens ad meridianum, vel ab hoc circulo ad horizontem deſcendens, vrbis habitatoribus deſcribere videtur. Ab intima autem peripheria, initio apud B in eadem AB ſumto, vtrinque pars *Bb* demta eſt graduum 66, minutorum 57, quos continet arcus ſemidiurnus ſolſtitii hyemalis: qui quidem numerus priori additus gradus 180 conficit, qui inſunt in dimidia quauis peripheria; quo fit, vt quodlibet punctum *a*, cum *b* adverſae partis, in rectam cadat, per centrum M tranſeuntem. Erit quoque *Bb* ſimilis arcui ſeminocturno diei ſolſtitialis aeſtiui, quem ſcilicet ſol Romae videtur deſcribere ab occaſu ad noctis medium, vel ab hoc medio ad ortum; atque *Aa* ſimilis arcui ſeminocturno ſolſtitii hyemalis.

Eodem modo in peripheria, quae proxima eſt extremae, ab eadem AB gradus ſumti ſunt 109, cum minutis 21, atque in ea, quae proxime adiacet intimae, horum ſupplementum, gradus ſcilicet 70, minuta 39, eoque pars illius inter rectam AB et curuam *acb* intercepta ſimilis reddita arcui ſemidiurno eorum dierum, quibus inter locum ſolis, atque punctum ſolſtitii aeſtiui, vnum ſignum interiacet; pars autem huius iisdem lineis interpoſita, ſimilis arcui ſemidiurno eorum dierum, quibus ſol tantundem diſtat a puncto ſolſtitii hiberni. Neque aliter partes peripheriarum reliquarum repertae ſunt, quae proxime adiacent mediae, quarum maior gradus habet 100, cum minutis 33, altera autem horum ſupplementum, gradus ſcilicet 79, minuta 27; ſuntque ordine ſuo ſimiles arcubus ſemidiurnis eorum dierum, quibus inter locum ſolis ac punctum ſolſtitii proximum duo eclipticae ſigna intercipiuntur. Denique a peripheria inter omnes media quadrans *Cc* reſecari debuit, vtpote ſimilis arcui diurno eorum anni dierum, quibus ſol in ecliptica tribus ſignis ab vtroque ſolſtitio diſtat. Hi enim dies aequinoctiales ſunt, quibus ſol motu diurno aequatorem deſcribere videtur, cuius dimidium ſupra omnem horizontem cadit, idemque arcui nocturno aequale eſt. Reperta hoc modo puncta *a*, *b*, *c* cum reliquis, per lineas curuas *acb* connecti potuere, quarum ea natura eſt, vt reliquorum etiam anni dierum, qui inter aſſumtos intercedunt, arcus diurnos atque nocturnos, ſi non plane accurate, attamen proxime terminent, centro M, interuallo quocunque, quod maius ſit quam MB, minus autem quam MA, deſcribendos. Datur id interuallum pro quolibet anni die per diſtantiam ſolis in ecliptica verſantis, ab alterutro punctorum ſolſtitialium vel aequinoctialium; vel per gradum ſigni, quem ſol eo die occupat, eo modo, qui ex dictis facile colligitur.

Interuallum inter indices, vel centra ſtellarum L, H aequale reddi debet diametro *cc* circuli aequinoctialis, idque perpetuo conſeruari: quo fiet vtique, vt altervtro indicum in hanc vel illam curuarum *acb* locato, index alter cadat in alteram, oriaturque adeo lucifer eo temporis articulo, quo occidit heſperus, et vice verſa. Regula autem, cui adhaerent indices, aequabiliter circa M conuerſa, poſtquam L deſcripſit arcum ſimilem diurno alicuius anni dierum, H arcum nocturno eiusdem diei ſimilem percurret. Nam hoc etiam ex conſtructione curuarum *acb* ſequitur, per quam, quod de extremis arcubus *Aa*, *Bb* obſeruatum eſt, ſi nempe alteruter ſit ſemi-

 diurnus,

diurnus, alterum ſeminocturno eiusdem nycthemeri ſimilem fore, verum ſit et de duobus quibuslibet aliis, qui eodem interuallo ab aequinoctiali *Cc* ſeiuncti ſunt; quod erit, ſi eorum radii eandem ſummam confecerint, diametro *cc*, atque interuallo LH, aequalem.

Reſtat vt lineae horarum reliquarum addantur, quod facile eſt. Fuerunt enim apud Romanos eiusdem diei vel noctis horae inter ſe aequales, quamuis aeſtiuae ab hibernis multum receſſerint. Diuidetur ergo arcuum *Aa*, *Cc*, *Bb* ac reliquorum quilibet in ſex partes aequales, atque diuiſionum puncta per lineas curuas connectentur, quibus horarum numeri adſcribendi erunt. Longitudinem autem indicis diurni LM, pro quolibet loco ſolis in ecliptica, recta AB in ſex ſuas partes diuiſa dabit, ſi earum partium quaelibet diuidatur in alias inter ſe itidem aequales, X vel XXX. Ita in partes LX diuiſa AB ſi regulae indices fulcienti loco commodo inſcripta fuerit, regula vna parte ſecundum longitudinem ſuam promouebitur, poſtquam ſol tribus gradibus eclipticae in hoc circulo proceſſit; ſin AB in CLXXX partes diuiſa in regulam translata ſit, poſtquam proceſſit vno gradu: opus dirigente ephemeride motus ſolaris, quae vt ſit accuratiſſima, non requiritur. Minuetur autem longitudo indicis diurni a ſolſtitio aeſtivo ad hibernum; ab hoc denuo augebitur. Caeterum, ſi in modum ſuperficiei ſphaericae curuata fuit tabula, regulam curuari debuiſſe iuxta arcum circuli, res ipſa docet. Hactenus de horologio.

Menſa verſatilis, ad quam vnus puer pluribus miniſtrare potuit conuiuis, eo modo conſtructa fuiſſe videtur, quem duae (Tab. I) figurae reliquae ſic declarant, vt in altera cernatur, quod deſcribi in altera non potuit. Columella fuit, in ſolo firmiter defixa A, quam figura quarta exhibet totam, quinta ſuperiorem tantum eius partem. Ei columellae, amplitudine duorum circiter pollicum ſecundum mediam longitudinem excauatae, immiſſus eſt axis ferreus, duos minimum pedes longus, infima parte in apicem deſinens rotundum, patellae metallinae in fundo caui haerenti inſertum. Superior axis pars, reliqua paullo craſſior et vere cylindrica, tubo continebatur aeneo B columellae intruſo, quo axis, ſitu ad perpendiculum erecto, conuerti poſſet, nullo modo vacillans. Quod ſupra hunc tubum B eminebat caput axis C, ſex radios ſuſtinebat, ad paria interualla ſub angulis rectis ab axe recedentes, ferreos et ipſos, firmos, duos fere pedes longos, quorum in menſa dimidiata duo tantum apparent integri D, cum duobus diſſectis E.

Extrema radiorum ſurſum flexa erant, quo rectius ſuſtinerent ſibi impoſitum orbem ligneum, ſemidiametri paullo maioris, quam radiorum longitudo eſt. Is orbis pro menſa fuit, vna cum radiis, et axe ferreo, circa centrum ſuum vi parua mobilis. Radii cauo continebantur, in quo circumire absque offenſa poterant: terminabatur autem id cauum, infra quidem alio orbe pleno, craſſo, columellae firmiter annexo G; in ambitu autem, maiori orbe H, intus ita pertuſo, vt latitudo eius, quod relinquebatur parte circa centrum demta, pedem vno tantum vel altero pollice excederet; et annulo ligneo I, vtrique orbi interpoſito, cuius, praeterquam quod orbem cauum H fulciebat, et alius vſus eſſe poterat, quem breui indicabimus. Impoſitus radiis orbis cauum tegebat, vt nulla eius pars appareret, vna cum margine orbis H, radios ambientis. Ita ad menſam illam verſatilem, quam orbis radiis impoſitus, atque vbi opus erat, facile demendus, conficiebat, margo acceſſit ſtabilis, ſuper quem orbis ille, praeter id interuallum, quod relinqui debuit ad contactum prohibendum,

tota

tota ſua craſſitie eminebat. Id mihi quidem concinnius eſſe videtur, quam ſuperficiem vtriusque orbis in idem planum ponere velle, quamuis et hoc effici potuerit. Poterat et orbis G, quo fulciebatur cauus H cum eo firmiter connexus, circa columnam A mobilis reddi, dummodo is motus eſſet paullo difficilior, adderenturque ad eum ſufflaminandum repagula. Omnino enim neceſſe fuit exteriorem menſae partem ſtabilem fieri, quo locus eſſet ea apponendi, quibus conuiuarum quilibet priuatim vtebatur; vel quae depromſiſſet ex iis, quae collocata erant in interiore orbe communia omnibus, huius orbis conuerſione ſibi admotis.

Supereſt aqua, quae et calida et frigida conuiuis ſubminiſtranda fuit. Illius vas plenum in medio menſae verſatilis poni potuit, loco alioquin inutili; vtpote ad quem accumbentium manus non pertingebant. Ab eo vaſe, cui et carbonem ardentem ſupponere licuit, ſi fiſtula procederet vsque ad marginem menſae verſatilis, eoque loco epiſtomio clauderetur: huius ſibi admoti conuerſione, quilibet, vt in poculum calida efflueret, potuit efficere. Suffecit vna fiſtula; poterant autem et plures eſſe, quae inter patinas procedentes in ambitu menſae poſitas, tanto minus caloris detrimentum vel patiebantur, vel adferebant. Quo autem et frigida ad conuiuas affluerет, annulus ligneus I, quem inter orbes G et H interpoſui, toto ſuo ambitu eo modo excauabitur, quem figurae apud I fere nigrae indicant. Hoc enim cauo per orbem H tecto, canalis naſcetur, latus potius quam profundus, ipſius menſae cauum, in quo ſunt radii ferrei D et E, cingens; qui canalis, vt aquam contineat, haud difficulter efficietur. Omnibus perfectis, in ea parte menſae immobilis, cui adſtabit miniſter, vas ſtatuetur idoneae capacitatis, cuius fundo annexus ſit tubus breuis, lumini K in canalem patenti ita inſertus, vt nihil aquae, ex vaſe in eum defluentis, poſſit elabi. Ita fiet, vt infuſa in vas aqua, poſtquam pars eius per lumen K canalem hactenus vndique clauſum repleuit, haec pondere eius, quae in vaſe remanſit, preſſa, per quamlibet viam proſilire conetur. Vnde ſi, praeter K, et alia lumina L in canalem aperta ſint, quorum cuiuis inſertus ſit tubulus erectus, ligneus vel metallinus, clauſus epiſtomio ſuo; horum epiſtomiorum aliquo conuerſo, aqua per eius tubulum vtique exprimetur, quae vt defluat in poculum appoſitum, reliqua tubuli forma efficiet. Caeterum tubuli, a ſuperficie menſae ſurgentes, offendiculo vix erant, ſtatuti prope marginem orbis verſatilis; poteratque cuilibet conuiuae ſuus tribui. Vas autem aquam frigidam ſuffundens in canalem, ſi vnum non ſuffecerit, locari potuit et alterum, ad alteram ſerui miniſtrantis manum.

Magnitudinem menſae ſuae Varro non expreſſit. Reliquus autem eius ſermo ad duplicem diametrum deducit, quarum hic maiorem ſumſi, quae eſt ſeptem pedum, quia in ſpatio ita diſtributo vt locus ſit maiori menſae, etiam minorem poni poſſe, dubium nullum eſt: atque conſtructio minoris eius modi menſae multo minus difficultatis habet, quam ineſt in conſtructione maioris. Demtis autem a ſeptem pedibus vno vel altero, menſam rotundam diametri quinque vel ſex pedum coenae frugali ſufficere, atque idoneo conuiuarum numero locum ſat laxum praeſtare, facile videbit, qui rem vel obiter ad numeros reuocare voluerit. Sed haec per adnotationes demum ſub finem ſubiungendas, plane declarabuntur.

Quae fuerit reliquae compoſitionis atque ipſius ſtructurae ratio, iam non admodum difficulter intelligetur. Digrediemur ab eadem menſa, quam figura quarta exhibet cum reliquis, quae apud ſolum poſita, in ornithona ingredienti directe obuerſa

 erant,

erant, quaſi per medium ſecta eſſent, id eſt, per axem menſae. Columella lignea A defixa eſt in lapidem M, quem aqua ſtagni ſex pedes lati in orbem circumdat tanquam inſulam. In ſtagnum aditus patet per riuos ſubterraneos, ex piſcinis extrinſecus poſitis: ſuperficies autem eius margine terminatur pedem vnum lato. Reliqua pars ſoli N plana eſt, quam in circulum ambit murus O, ea ſola parte deficiens, quae pro porta erit, quam iis, quae hic delineata ſunt, directe oppoſitam concipi debere, ex modo dictis planum eſt. Murus inter O P craſſus eſt ſupra ſex pedes, altus a ſolo, iuxta P Q, pedes tres cum dodrante pedis, quo circulus terminatur, diametri PP vel QQ, X et VII pedum. In eo muro cauata ſunt pro anatibus ſtabula R, iuſtae capacitatis. Non autem opus fuit vt totum muri ambitum occuparent, poteratque maxima muri pars vel ſolida relinqui, vel in alios vſus excauari. Supra hunc murum ſtabant columnae, tectum ferentes, quae mox deſcribentur. Reliqua eius ſuperficies plana erat, niſi quod lapidi inciſae eſſent paruae quaedam foſſae, quibus contineretur aqua huc affluens in vſum auicularum ſupra id planum concluſarum. Stagnum circumdabat pegma ligneum STV altum a Q ad S duos pedes, latum ab S ad T pedes quinque, quod ſternebatur culcitis, in quibus conuiuae accumberent, modico inter culcitas et murum ſpatio relicto, quo ſuum quisque locum adiret.

Interiori parte locus N, ita ſuperne tectus, itidem ſeptus fuit aſſeribus, ad ambitum exteriorem marginis ſtagni erectis. Erant autem in eo ſepto portae, per quas anates prodibant in ſtagnum, ex ſtabulis, in hanc partem itidem patentibus. Totum hoc ligneum pegma QSTV id eſſe, quod Varro dicit Falere, cum aliis exiſtimo: locum autem N ab eo Naualia dici puto, in quem anates, per marginem decliuem ab aqua ſtagni aſcendentes, tanquam naues in ſiccum, ſubducebantur.

Alterius dimidii, illi, quod adhuc vidimus, aduerſi, ichnographia exhibetur, figura ſexta (Tab. II). Introitus A a principio lato, in anguſtiorem deſinit ſemitam, ad menſam ducentem et locum B, in quo puer miniſtraturus adſtabit. Conuiuae per gradus C aſcendent in falere D, et accumbent. E menſae orbis exterior eſt, iam non mouendus, in quo quilibet apponet quod ſibi priuum eſt; vbi et lumina ſunt F, per quae ex vaſis ſuper ea ſtatutis, per canalem ſub menſa factum, ad quemlibet conuiuam aqua affluet, vna cum iis G, quibus tubuli inſerentur epiſtomiis clauſi, quorum conuerſione ei aquae via dabitur, qua debeat effluere. In medio H orbis interioris verſatilis I crater ſtabit calida plenus, a quo fiſtula ad eius orbis marginem protenſa, hoc loco et ipſa habebit epiſtomium, conuertendum ab eo, qui calida vti velit. Apud ambitum orbis I patinae ponentur, et reliqua, cum quolibet diſcumbentium communicanda.

Pars ichnographiae reliqua ſuperficie muri abſoluitur, lapide ſtrati, qui habitaculo auium pro ſolo eſt. Apparent hic veſtigia columnarum, omiſſis aquae riuulis, quorum Varro non meminit. Earum columnarum axes in peripherias duorum circulorum cadunt, ad commune centrum deſcriptos, circa quod et menſa vertitur. In exteriorem harum peripheriarum, cuius diameter continet XXVII pedes, nouem columnas poſui, craſſas, lapideas; in interiorem ſtylobatas totidem lignearum collocaui. Neceſſe enim fuit numerum columnarum cuiusque generis imparem ſumere, quo vna lignearum, quae ingredienti directe erat obuerſa, ſeruire poſſet horologio. Eo factum eſt, vt in id dimidium, ad quod ichnographia pertinet, octo tantum columnae caderent, quatuor lapideae, cum totidem ligneis, neque columnarum vlla

per

per planum ſecaretur, ſupra diametrum K L ad perpendiculum erectum. Inter duas quasuis columnarum exteriorum, praeter eas, inter quas patere debebat aditus, rete contextum eſt e neruis, quod id ſpatium auibus imperuium reddebat. Eorum nervorum ſi alii craſſiores ſumerentur, ac fortius tenderentur aliis, fieri vtique poterat vt rete, arcubus M N in modum ſuperficiei cylindri recti inſiſtens, ab axe cuiuſuis columnae curuaretur ad proximum, ad muri inſtar inter columnas erecti, qui in opere rotundo planus fieri non debuit. Poterant et nerui hi, vbi opus erat, ferro vel ligno fulciri.

Si et inter eas columnas, quae vtrinque adſtabant ad introitum M et N, rete hoc tenſum fuit ſuperiore parte; parte inferiore, qua deficit murus, ianua exſtrui debuit, atque valuis muniri. Verum cum nihil de ianua ſcribat Varro, totam hanc aedis partem intactam relinquere ſum coactus. Id patet, quodcunque horum fuerit, rete auiarium, exteriori illi adnexum, ab eo protendi debuiſſe ad vtrumque latus introitus, atque hinc porro in ambitum interiorem, apud columnas ligneas. Id ita factum fuiſſe exiſtimo, vt rete hoc, parte infima margini muri O P Q firmiter adhaerens, ſuprema ſua parte cum epiſtylio columnarum lignearum connecteretur. Ita locus auibus deſtinatus ab omni parte ſeptus fuit, praeter ſupremam, columnis ligneis eidem cum auibus ſepto incluſis, intra quod hae, ſi non integrum circulum, maximam tamen eius partem volando abſoluebant, in ſpatio, niſi qua columnis impeditum erat, V pedes lato, quo interuallo rete interius ab exteriori diſtabat. Ad vtrumque latus introitus gradus feci in muro R, quibus aſcenderet ad aues, ſi cui hoc loco aliquid procurandum eſſet, alioquin valuis claudendos.

Quae porro explicanda ſunt, in eo praecipue dimidio, quod ad menſam ingredientibus directe aduerſum fuit, orthographice expreſſa exhibet ſeptima figura (Tab. II), vbi interiora ſepoſita ſunt, quo locus eſſet iis quoque deſignandis, quae per ea in figura quarta tegebantur, inter quae ſunt portae A, per quas anates ex ſtabulis prodeunt. Columnae in hac parte decem ſunt, quarum tria tantum exhibentur paria, inter quae ponendae erunt reliquae aequalibus interuallis, propterea omiſſae, quia ſi adderentur, claritati obfuturae videbantur. Columnae, eadem altitudine omnes, trabeationem fulciunt intus cauatam in modum fornicis B. Ea fornix B, ſupra duos pedes lata, locum praebet auibus, in quem ſe noctu recipient, vel ſaeuiente procella; quam ob rem hic mutuli crebri vtriusque ordinis columnis impoſiti erant, virgas ſuſtinentes, in quibus aues ſederent. Ab epiſtylii interioris ambitu C rete dependebat auiarium, ea tantum parte, qua patebat introitus, ad vtrumque huius latus reflexum, illud, quod parte infima margini muri adhaeſiſſe dictum eſt, vt iam ſpatium, in quo aues caeteroquin libere vagabantur, ab omni parte clauſum eſſet.

Praeter trabeationem, quae maximam partem lignea fuit, columnae exteriores tectum ferebant, interiores tholum D, ipſum quoque ex aſſeribus compactum. Neque enim columnis ligneis concameratio lapidea imponi recte potuit. Quod inter tectum atque tholum intercedit ſpatium E, hominem facile admittit. Neceſſe autem erat huc accedere horologio praefectum, atque tempori conuenientem eius indici longitudinem inducere. Erat enim horologium in hoc ſpatio poſitum, ſupra columnarum lignearum mediam, quo eius index oculis ingredientis occurreret. Aſcenſus parari potuit ſupra introitum, per podium, hac parte ſola valua conſtans, quae facile

poſſet

poſſet eleuari. Opus fuit ſcala, ſed non alia, quam quae facile transfertur: niſi forte ea fuit introitus ſtructura, quae ſtabilem ſcalam admitteret.

Lineae horarum in ipſo tholo pictae ſunt, addito ad quamuis ſuo numero, ea altitudine ſupra coronidem trabeationis C, qua nulla curuatae huius tabulae pars, oculo a menſa in eam inſpicienti, per eam coronidem tegeretur. Id vt commode fieri poſſet axe horologii ad libellam poſito, interiorem tholum omnem feci ſuperficiem ſphaerae dimidia maiorem, centro in eadem, ad quam ponendus erat axis, altitudine ſumto, qua re tholi orthographice proiecti centrum F idem euaſit cum centro tabulae horologii. Id quanquam ſit inſolitum, offendere tamen neminem poterit, qui cogitare velit, quam difficulter ſuperficies curuas viſu diſcernamus, quamque magna pars tholi iſtius, oculo apud menſam poſito, penitus tecta fuerit. Tabulae oppoſita eſt lamina G, ipſa quoque ſecundum ſuperficiem globi curuata, quae vnum tantum indicem ſinet apparere.

Catenula, cui alligatum eſt pondus horologii in aqua mergendum, deorſum pendet in canali H I, quo columna perforata eſt, cum omnibus, quae ei vel impoſita ſunt vel ſuppoſita, ad murum vſque; cuius adeo canalis medium ab axe ſemidiametro cylindri diſtabit a catenula conuertendi, cuius axi adhaerent indices. Ea diſtantia ſi nimia videatur, et columnam vitiatura, poteſt catenula ad axem columnae flecti, trochlea apud locum H, quo in canalem ingreditur, oppoſita, quae ſi maiuſcula ſumatur, bonitati horologii nihil omnino detrahet. Eo facto canalem circa ipſum hunc axem excauare licebit, latiorem etiam, quam opus eſt. Is autem cylinder I, qui aquam excipit, in quam pondus immergetur catenulae annexum, in ſpecu ponetur K eam in rem ſub columna in muro facto, qui deinde tabula occludetur lignea vel lapidea. Raro enim neceſſe erit hunc ſpecum aperire, dummodo epiſtomia, in id facta vt imminui poſſit cylindri aqua vel celeriter augeri, ita ponantur, vt extrinſecus poſſint conuerti. Aqua cylindro detracta in ſtagnum fluet, ſub menſa poſitum.

Caſtellum pone ſtylobatam ſtatuetur eiuſdem columnae, intra lapideam; quo loco et fiſtula erit, auibus aquam ſubminiſtrans, in quarum vſum ea quoque cedet, qua caſtellum abundat. Facile erit caſtellum tegere aduerſus quisquilias, atque tubum eius verſatilem bacillo inſtruere, quo attracto vel repulſo is tubus deorſum inclinari poſſit, vel ſurſum erigi, a manu extra reticulum poſita, dummodo caſtellum firmiter ſolo alligatum ſit.

In indice ventorum, quo praeterea ornithon Varronis inſtructus fuit, nulla difficultas eſt. Vexillum metallinum, iis ſimile, quae videmus in tectis noſtris, ita bacillo ferreo, recto atque tereti, adnexum fuit, vt nonniſi cum hoc vna poſſet conuerti. Conuertebatur autem bacillus intra duo foramina rotunda, in laminis metallicis facta, quorum vnum M in faſtigio tecti, alterum N intra tholum ad huius verticem ita fuit poſitum, vt vtriuſque centrum caderet in filum tenue eiuſdem perpendiculi. Poſterior lamella N etiam bacillum ſtatuebat, ne deorſum caderet, quod qua ratione efficiatur, nemini ignotum eſt. Tenuior bacilli pars infra foramen indicem R habuit annexum, quo vna cum vexillo et eius bacillo vi venti conuerſo, huius venti nomen vtique indicabatur; dummodo ventorum plagae in ſummo tholo legitime poſitae eſſent, et index bacillo recte alligatus. Quia ſcilicet venti denominantur ab ea parte, a qua veniunt, non ad quam proficiſcuntur: plaga meridiei et ſeptentrionis,

trionis, vt et ortus ac occaſus veri aequinoctialis, cum tot intermediis, quot lubebit addere, per arcus a vertice tholi, circa quem mouetur index, deorſum tendentes, accurate deſignatis: index hic vexillo directe opponendus erat.

Haec ergo eſt imago, quam de ornithonis Varroniani ea parte, in qua praecipue difficultas eſt, apud me formaui. Reliqua enim, quae ante eam aedem rotundam poſita fuere, vel quae eam ambiebant, recte a GESNERO delineata eſſe exiſtimo. Illa quantum ad verum accedet, vt iudicari poſſit, repetendus iam erit locus ſcriptoris, paucis quibusdam adnotationibus additis, poſtquam reliquas ipſis deſcriptionibus inſerui. Quod ergo Varro libri III, capitis V articulo 11 dicit, ornithona ſuum, qua parte rotundus erat, pedes XXVII patuiſſe, de diametro interpretatus ſum circuli, in cuius peripheria ſtabant axes columnarum lapidearum, et rete e neruis textum. Is enim terminus fuit muri, ſiquis inter columnas exſtruendus eſſet, vltra quem quod excurrebat, ad aedem proprie non pertinuit. Hic XXVII pedum numerus ita diſtributus eſt initio apud centrum ſumto. Semidiameter orbis interioris maioris illius menſae, quam delineaui, paullo minor erat duobus pedibus et dimidio pedis; ſtabilis autem orbis latitudo pede tantundem fere maior, vt totius menſae ſemidiameter pedum trium et dimidii pedis eſſet. Ab hoc termino falere latum erat quinque pedes, ad cuius ambitum ſuſpenſum rete interius ab exteriori totidem pedibus diſtabat. His enim in ſummam collectis diameter XXVII vtique elicitur. Reliqua autem Varronis deſcriptio, ab articulo capitis 13, eſt huiusmodi.

> Intra tholi columnas exteriores lapideas, et totidem interiores ex abiete tenues, locus eſt P. V latus [a]). Inter columnas exteriores pro pariete [b]) reticuli e neruis ſunt, vt perſpici in ſilua poſſit, et quae ibi ſunt, neque auis eas tranſire. Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium eſt obiectum [c]). Inter has, et exteriores [d]) gradatim ſubſtructum vt θεατρίδιον auium [e]), mutuli crebri omnibus columnis impoſiti [f]), ſedilia auium. Intra retem aues ſunt omne genus, maxime cantrices, vt luſciniolae ac merulae, quibus aqua miniſtratur per canaliculam

a) Haec ſi ita intelligantur inter columnam interiorem et exteriorem illi adſtantem quamuis, interuallum quinque pedum fuiſſe: diameter aedis XXVII pedibus maior conficitur. Addita enim columnarum craſſitie, latitudo mari ab eius margine interiore ad rete exterius, octo pedibus vix minor prodit, quorum duplo ab XXVII pedibus demto, XI tantum pedes relinquuntur pro diametro circuli interioris, in quo noſtro quidem more ſedere, non autem menſae accumbere, conuiuae poterant. Puto, Varronem id potius indicare voluiſſe, qui fuerit locus auium, et quam latus fuerit, quam terminos ponere, intra quos ea latitudo comprehendebatur.

b) Atqui paries, ſi inter has columnas exſtrueretur, ad modum ſuperficiei cylindri recti ab axe cuiusuis columnae ad axim proximae, curuari debebat.

c) Rete auiarium, obiectum intra interiores columnas, quod eſſet pro ſimplici pariete per columnas non interrupto, aliter quam ſcripſi, ſuſpenſum eſſe vix poterat.

d) Intelligo quaſi ſcriptum eſſet: inter vtrumque rete.

e) Hoc paruum quaſi theatrum non deſcripſi, quia non credo reliquis adfixum fuiſſe, ſed ex cuneis conſtitiſſe ligneis, mobilibus, quorum quiuis in ſuo intercolumnio locari poterat, vt ex omnibus in circulum poſitis ſpecies quaedam theatri naſceretur, quod et ipſum ſuos habuit graduum cuneos in quibus ſpectatores ſedebant. Subſtructum dicitur fuiſſe theatrum, id eſt, in ſolo poſitum, a quo remoueri debuit ab ancillis, quae vel munditiae cauſſa, vel vt colligerent aues forte mortuas, in hunc locum ingrediebantur.

f) Dixi quo loco fuerint mutuli iſti, nec alio ſi fuiſſent, columnis impoſiti eſſe poterant. Quia autem in mutulis latis aues incommode ſediſſent, virgae imponi debuerunt, quae proprie eſſent ſedilia auium. Eae iuxta vtrumque fornicis latus protenſae, partem mediam vacuam relinquebant.

canaliculam g), cibus obiicitur ſub retem. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a falere pedem et dodrantem alta, ipſum falere ad duo pedes altum a ſtagno, latum ad quinque, vt in culcitas et columellas conuiuae pedibus circumire poſſint h). Infimo intra falere eſt ſtagnum, cum margine pedali i), et inſula in medio parua. Circum falere et naualia ſunt excauata anatium ſtabula k). In inſula eſt columella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit, vt tympanum, in latitudinem duo pedes, et ſemipedem, in altitudinem palmum l). Haec ab vno puero, qui miniſtrat, ita vertitur, vt omnia vna ponantur et ad bibendum et ad edendum, et admoueantur ad omnes conuiuas. Ex ſuggeſtu faleris, vbi ſolent eſſe περιπετάσματα, prodeunt anates in ſtagnum, ac nant, e quo riuus

g) Credo fluxum perpetuum fuiſſe, qui facile efficiebatur in loco ad flumen liquidum et altum poſito.

h) Haec clare exhibentur figurarum noſtrarum quarta, vt explicatione, praeter eam quam dedimus, opus non ſit; et ne probatione quidem, ſi concedatur ſignificatus vocabuli Falere, hic aſſumtus. Verum falere quinque pedes latum quidquid fuit, lectulis tamen diſcubitoriis locum nullum reliquit. Debebant ergo culcitae, in quibus conuiuae accumberent, in ipſum falere deponi, quo circumeundi via nulla relinquebatur, praeter aliquam anguſtam inter culcitas et columellas. Ita enim ſi legendum non ſit, hanc tamen verborum Varronis ſententiam eſſe exiſtimo.

i) Huius ſtagni diametrum feci ſex pedes, aſſeribus, qui ſepiunt eius marginem, retractis; quos quidem aſſeres id efficere credo, quod Varro dicit ſuggeſtum faleris.

k) Circa falere nihil eſt, quod cauari potuerit, praeter murum tres pedes cum dodrante altum, cui columnae inſiſtunt. Excauata autem haec anatum ſtabula, cum et circa naualia fuiſſe dicantur, hinc quoque ad ea, quae de his naualibus dixi, aliquid probabilitatis accedit.

l) Hunc locum corruptum eſſe, fatentur omnes; alii aliter emendant. Mihi non tantum vox, acutum, male poſita eſſe videtur, verum etiam omiſſa pars deſcriptionis radiorum, cum principio deſcriptionis caui, in quo ii radii, menſa inſtructa, latebant. Eius rei fidem facit ipſe ſcriptor, qui paullo poſt de menſa ſe dixiſſe ait, quae in primis radiis erat; quae cum hoc loco poni potuerint optime, tamen nuſpiam leguntur. Quidquid horum ſit, radios eos feci, quibus ſi abſides adderentur, orbile confecturae, rota plena prodibat: cauum autem, figura tympani vel diſci craſſi, in quo ii radii conuertebantur, altum quidem ſumſi pollices tres, vt praeſcribit Varro, baſi autem eius ſemidiametrum attribui duorum et dimidii pedis, latitudinis vocabulum, quod ſemidiametrum aeque denotare poſſe viſum eſt, ac diametrum, quo maior potius quam minor foret menſa, de ſemidiametro interpretatus. In quo ſi erraui, ſique latitudo non ſemidiametrum denotat, verum totam diametrum, menſam tamen vſui, in quem parabatur, aptam, conſtrui nihilominus potuiſſe, ſupra oſtenſum eſt. Poterat enim radiis, hac ſemidiametro non multo breuioribus, pro menſa verſatili orbis imponi, cuius diameter eſſet trium pedum, ſtabilis autem orbis cauum circumdans, cuius partem interior ille tegebat, latus fieri potuit ſeſquipedem vel duos pedes. Ita menſa oriebatur diametri quinque vel ſex pedum, pauciores fortaſſe exceptura conuiuas, verum laxius et commodius. Debebant enim culcitae, in quibus accubituri erant, anteriori parte eleuatae eſſe, quo latus molliter fulcirent, cui rei, manente latitudine faleris, minor menſa plus ſpatii concedebat, quam maior. Quo magis hanc rem expedirem (Tab. II.) figuram octauam addidi, qua menſa, quam per verba ſcriptoris poteſt, maxime imminuta exhibetur. Orbem interiorem verſatilem tres tantum pedes latum feci; totius autem menſae diametrum feci quinque pedes, quae eadem et diameter ſtagni eſt, circumdati a margine pedem lato. Hunc marginem, dimidio pedis ſolo altiorem, exteriori parte contingit ſuggeſtum faleris, vt circuli circa menſam caui diameter nunc quoque ſeptem fieret pedum, neque in reliqua conſtructione quicquam mutandum eſſet. Marginem autem circa ſtagnum, quem pro maiori menſa depreſſeram, hic propterea ſupra ſolum eleuaui, quia neceſſe fuit aliquid comminiſci, quo anates ab egreſſu ex ſtagno, ea parte arcerentur, qua erat ad menſam aditus. Id cum in maiori menſa abſque vllo incommodo effici potuerit per aſſeres, hac quoque parte ad extremum marginis ſtatutos; in hac minori per ipſum marginem intus ad perpendiculum eleuatum praeſtare ſum conatus, quem anas in profundo natans, ſuperare non poſſe videtur; relictis viis, per quas ex ſtabulis ad aquam deſcenſus pateret. In eodem margine miniſtro menſae locum deſtinaui; in quo et, culcitis remotis, circa menſam circumire, et in faleri, tanquam in ſcamno, aſſidere, qui volebant poterant. Altitudinem menſae, de qua nihil certi habeo, illi definient, quibus frequentior eſt cum veteribus conuerſatio.

m) Riuus

riuus m) peruenit in duas, quas dixi, piſcinas, ac piſciculi vltro ac citro commeant: cum, et aqua calida et frigida ex orbe ligneo menſaque, quam dixi in primis radiis eſſe, epitoniis verſis, ad vnumquemque, factum ſit, vt fluat in conuiuam n). Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu, noctu heſperus, ita circumeunt ad infimum haemiſphaerium ac mouentur, vt indicent quot ſint horae o). In eodem hemiſphaerio medio circum cardinem, eſt orbis ventorum octo p), vt Athenis in horologio, quod fecit Cereſtes, ibique eminens radius a cardine ad orbem ita mouetur, vt eum tangat ventum, qui flet, vt intus ſcire poſſis.

m) Riuus videtur ſub terra abditus fuiſſe.

n) Hic locus eſt, quo Varro ſe dixiſſe ait, quae nos nuſpiam reperimus, clare autem orbem ligneum exteriorem illum, qui conuerti non poterat, vel difficulter vertebatur, a menſa diſtinguit, quae fuit in primis radiis, fulciebaturque horum partibus ſurſum flexis. Ab vtroque horum conuiuis affluxit aqua, frigida ab orbe, calida a menſa verſatili. Expoſui modum, quem reperire potui, rei maxime conuenientem, quique non tantum electionem aquae permittebat, verum etiam vſum glaciei.

o) Tabulam horologii cum ita poſuerim, vt centrum, circa quod indices conuertuntur, in circulum caderet, hemiſphaerium, quod proprie eſt tholus, infra terminantem; recte dici poſſe exiſtimo ſtellas fictas ſub tholo, ad infimam hemiſphaerii partem, circumiuiſſe. Putaui aliquando fictas has ſtellas, vel alias quasdam luciferi atque heſperi imagines, circumiuiſſe in ipſa trabeationis interioris coronide, linea, quae a vertice tholi directe deorſum cadit, pro axe eius motus ſumta. Sed ingenti ad efficiendum motum, cuius ſpatium toto coronidis ambitu conſtaret, opus fuiſſet machina; quam lubens ſepoſui, poſtquam animaduerti, non ex verbis ſcriptoris hauſtam, ſed in eius librum illatam, ac reliquae deſcriptioni a me quaſi aſſutam eius axis notionem fuiſſe.

p) Hic orbis in ipſo tholo pictus fuit. Reliqua vel ex ſola delineatione poſſunt cognoſci.

# IVL. PONTEDERAE EMENDATIONES ET EXPLICATIONES IN CATONEM.

Ep. 3. p. 24.

1, 2. *Solo bono, virt. ſ. v. Solum virtute ſua valeat*, ex edd. pr. *ſolum* abiecto *bonum* per coniecturam e Plinio, qui ſic habet, haud dubie ex h. l.

1, 6. *inſtrumenti ne magni ſiet, loco bono ſiet.* Eſt ab interpolatore e margine. nam illud ſtatim poſt, hoc ante dictum.

– *ſcito idem agrum – relinqui.* Praefert lectionem antiquiorem *relinquere*, vt Geſn.

1, 7. *Praedium quod primum ſiet, ſi me rogabis, ſic dicam de omnibus agris. Optimo loco eruito iugera agri centum. Vinea eſt prima, ſi vino multo eſt.* Sic legi et diſtingui vult ex edd. pr. ſed in fine e Varrone *ſi vino bono et multo ſiet* et ante *ſic dicem*, quia Quintilianus tradit, Catonem dixiſſe *dicem, faciem*, non *dicam, faciam.*

2, 2. *Vbi ea cognouit, rationem inire oportet, operarum dierum, ſi ei opus non apparet. Dicit villicus.* Sic interpungit iſta; vt et exſcripſit Creſcentius.

– *ſedulo ſe feciſſe*) E lect. ant. *ſedolo*, et *doloſe feciſſe* facit *ſe dolo cauiſſe – ſeruos aufugiſſe* corr. *ferias ſe feciſſe:* quia in ſequentibus huic excuſationi de ſeruorum fuga nil reſpondet: et contra aliquid de feriis reſpondetur, vt ab iis excuſatio petita videatur.

2, 4. *per ferias foſſas v. tergeri*, omiſſo *potuiſſe*, vt Creſcentius habet, edd. vett.

2, 7. *auctionem vti facias*, nunc agnoſcit, repertum in Mſſ. duobus: mox corrigit: *ſi pretium tunc habeat*, quia in edd. pr. eſt *ſ. p. non habeat.*

3, 1. *conſerere ſtudere oportet. ſtudere* eſt idem, quod *ſtudioſe*, nempe, accurate diligenterque. tum et *patrem familias* ſcribi oportet, non patrem familiae.

4, 1. *Bubilia – clatratas* Addendum *vti bene aedificata habeas*, quod in argumentum amputatum eſt.

5, 1. *Familiae male ne ſit.* Edd. pr. addunt *prouideat;* recte. eodem modo Plinius: *inter prima idem* (Cato) *cauet, ne familiae malae ſint*, quod Pintianus ad Catonis formam redigit, *ne fam. male ſit.*– Poſt *familiam exerceat* ſpuria ſunt, ex ſuperioribus huc tracta, vbi id iam praeceptum eſt.

5, 4. *operarium, mercenarium politorem*, Sic ſine interpunctione poſt *mercenarium.* nam non omnes politores mercenarii.

5, 5. *Si fecerit, ſcribit*, ſic e Vict. ed. pro *ſcibit*, quod eſt a Meurſio.

5, 6. *Boues etc.* haec iam ad filium, non ad villicum pertinent. *Partem* eſt praecipue.

7, 1. *Fundo ſuburbano*, vt eſt in edd. pr. non *fundum ſuburbanum* vt Aldus dedit, pro *in fundo ſ.* vt mox *in eodem fundo.* et titulus antiquus: *Quo in loco arb. et virgae ſerantur.*

*Ibid. arbuſtoque vitem copulari, Amineum minuſculum, et maius, et Apicium. Haec in ollis: ollae in vinaciis conduntur. Eadem in ſapa, in muſto, in lora recte conduntur.* Sic haec diſtinguenda: et *maius* leg. pro *maiuſculum,*

*lum*, e veſtigiis ed. Ienſ. in qua eſt *malum.* Nec aliter ſunt apud Plinium.

7, 2. Sic a Catone ſcriptum putat: *quae ſuſpendas duratura, aminea maiora vtilia ad fabrum ferrarium pro paſſis ea recte ſeruantur:* nam Cato vuas ſemper neutro genere dicit.

7, 3. Primo poſt *Poma* colon ſcribendum: eſt genus. quod ad poma attinet. In parentheſi ſunt *eo – fiant*, item poſt *haec cond. – erunt.* pro *vti ſtabilia mala fiant* legendum *fabulum malorum*, pro *pabulum* antique, e Mſſ. veterum lectione *fabulim malorum.* in fine ſcribendum, *eae optime conduntur*, vt Varro et Plinius e Catone habent: et ſic corrigebat Victorius.

7, 5. *Sorba — arida facias*, legendum *viridia*, i. e. recentia: nam arida ineptum eſt. (v. not. ad h. l.)

Ep. 4. p. 36.

10, 1. In principio addendum, quod in argumento eſt: *Quomodo oletum agri iugerum CCXL inſtruere oportet.* ita et Varro citat L. I. tum legendum mox *boues VI.* vnde et poſt *ploſtra maiora tria*, et *iuga tria*, et *aratra ſex.*

10, 4. *dolia olearia X.* pro C. vt in edd. pr. nam et *amurcaria dolia* tantum X. habet, et amurcae ſemper plus fluit quam olei. item *dolia quo vinaceos condias — qui nucleos ſecernas:* nam ſunt praecepta ad filium. mox *opercula priua plura*, delendum *plura*, nota non intelligentis *priua* (*v. var. Lect.*)

11, 1. *Quomodo viniam iugerum C. inſtruere oportet: villicum etc.* ex titulo antiquo, vt cap. ſuper.

– *dolia V. vbi vindemiae eſſe poſſint:* pro V. ſcribendum XX. quia c. 10. ſunt *decem* vinaria, et decem, quibus vinacei condantur: et hic vinaceis viginti deſtinantur, ergo et vino totidem.

11, 4. *Ornamenta bubus.* Videtur numerus II excidiſſe, quot ſc. ſunt boues in pr. Sic aſinis tribuuntur ſtatim III. quia aſini ter ſupra.

*Ibid.* pro *falces vineaticae VI.* videtur ſcrib. XI. quia in Mſ. Victorius reperit *CXI* qui numerus conuenit numero operariorum: ſunt enim decem cum vno ſalictario. In *arborariis* falcibus, pariter numerus III. ſuſpectus: quia numerus falcium reſpondet numero operarum, vt c. 10. ergo corrigi debet XI. Porro *vineaticae* ſunt XL nimis multae. *L* factum ex *I. Faculae ruſcariae* ſunt vitioſae, ſcr. *ruſtariae*, vt Victorius dedit. *Vomeres ferreos X* ſtultum eſt, ſcr. *vomeres II.* nam ſunt aratra duo: *ferreos X* vt c. X. Et ſunt alii tales numeri h. l. qui cum c. X. comparati corrigi poſſunt, ſimiliterque in c. ſequente XII. corrigi debent ex hac lege *trochleae* X. pro V. nam c. 3 eſt, in ſingulis medipontis binas eſſe trochleas: et hic ſunt quinque mediponti. porro pro *fibulis* XL. ſunt ſcribendae LX. ex eod. cap. vbi in ſingulis medipontis ſunt XII. fibulae: denique *vectes* XL pro XXX, quia in medipontis omnibus ſunt vectes VI. Hae igitur correctiones ſunt certae.

13, 1. pro *tertius ſeruus vna cum f. vbi cubet;* quia tot homines vno in lecto eſſe non poſſunt, ſcr. *et III.* ſc. lectos, *ſeruus* etc.

*Ibid. fiſcinas nouas veteres, epidromum* etc. *Fiſcinae* alienae a rebus ad hominum vſum. An *culcitras nouas priuas*, i. e. pro ſingulis lectis? *veteres* autem adiectum, ne nouae inquinarentur? *epidromum* verbum Graecum non conuenit Catoni.

14, 1. *orbem ahena duo:* videtur legendum *catenas* pro *aheno*: e c. 18. nam ſermo eſt de fabro cui parietes et opera lignaria locantur, ad quem vaſa aenea non pertinent.

14, 3. Haec ſic diſtinguenda: *Hae rei materiem – lineam I.* (*materiem duntaxat ſiccabit facietque conductor*) *lapidem.* nam omnia a domino praebenda ſunt.

14, 4. *Villa lapide, calce.* num *Villa ex*

 *lapide,*

*lapide, calce:* vt infra c. 15 *macerias ex calce, caementis, ſilice.*

17. Titulus capitis verus eſt: *Materia quid anni tempeſtiua ſiet.* In hoc ipſo capite eſt *quiduis anni.*

17, 1. *ibi dum ſunt nuces binae etc.* Diſcrepant a vulgatis edd. vett. et ab vtrisque libri Vict. ſ. Politiani et alii: e quibus comparatis ſic legendum videtur: *ibidem ſunt nuces binae: vnde ſemen excidet, eae aniculae* ſiue *anuclae. Hae vbi primum incipiunt hiaſcere, tum legi oportet.* Senſus eſt, his arboribus binas nuces adhaerere, alteram anniculam, alteram hornotinam. illam, cum hiaſcere incipiat, hac viridi manente, intelligi, arborem tempeſtiuam eſſe ad caedendum.

18, 2. Pro *ſtipites p. II. alti cum cardinibus p. X. ſucula praeter cardines* legendum *ſtipites craſſos, altos, ſuculam.* nam Mſ. Caeſenas habet et ed. pr. *ſuculam:* ea verbum *componito* regit, et ſequentia ſic ſunt, *lingulam* etc.

18, 7. *caementis et calce arenato,* et poſt, *de glarea et calce arenato:* ſcribe: *calce, arenato.* nam aliud *calx*, aliud *arenatum.* exempla ſunt apud Plinium, Vitruuium et alios. in calce iam intelligitur arena, qua ſubacta eſt, vt cum ſcribit: *macerias e calce, caementis, ſilice.* et Cato calcem feminino genere vſurpat, v. c. c. 16.

18, 8. *vbi ſtructum erit, pauito, fricatoque, vti* etc. In edd. pr. eſt *fricatoque oleo:* recte. Sic Plinius 36, 24 *quod malthatur, oleo perfricatur ante.*

18, 9. *orbem ex vlmo aut ex corylo facito ped. VI.* Orbis talis e *corylo* fieri non poteſt. Scribendum *carpino*, aut *corno*, optime *opulo.*

20, 1. *eo plumbum effundere caueat.* Scr. *caueas*, vel ex ed. Ienſ *caueto*, quod melius: nam et poſt haec forma frequens eſt: vnde extrema etiam ſunt: *habeas, facias, figas.*

20, 2. *Si autem labent* etc. Scr. *in cupam eo indito, tunicas ſolidas et latas digitum pollicem, facito labeam bifariam, et* (vel *vti*) *habeas, quas figas clauis duplicibus, ne cadant.* Plautus et Naeuius etiam *labia* vel *labea* feminino genere vſi ſunt.

21, 2. *ſub cupam tabulam ferream lata cupa media erit.* vitioſe. Scribe *t. ferream tam latam, quam cupa media erit.*

21, 2. extr. *foramina vtrinque ſecus laminas.* Scr. vt Voſſius voluit *vtrinqueſecus*, coniuncte, vt Lucretius facit. et ſic etiam poſt.

23, 1. *quae opus ſunt picentur. cum pluet, quala parentur.* Cato c. 2. iubet *dolia lauari et picari* cum pluuia tempeſtas ſit. Ergo haec iungenda: *quae opus ſunt picentur, cum pluit* etc.

23, 2. *bennae emantur.* Sequenda antiqua lectio *menae*, non *bennae*, quam Aldus induxit: et ſermo de cibo operarum. *bennae* nusquam apud Catonem in inſtrumentis vindemiae.

*Ibid. vuas miſcellas ad vinum praeliganeum*, aut *ad*, aut *vuas miſcellas* delendum: nam non differt a vino praeliganeo, quod ex vuis miſcellis fit. ita ſequentia bene conueniunt.

*Ibid. Si opus erit etc.* Haec ſic ordinanda ſunt: *Si opus erit, defrutum indito in muſtum, de muſto lixiuio coctum partem quadrageſimam addito defruti, vel ſalis ſeſquilibram in culeum. Marmor ſi indes, in culeum libram indito.* Nam haec ſic repetit Plinius L. 14. c. 20. *Cato iubet* etc.

25, 1. *vinaceos quotidie recentes ſuccernito etc.* Primum e libro Polit. corrig. *regentes*, tanquam *regerentes*, h. e. in ſummum *regeſtos;* ſedulus vinitor quotidie de vino ſecernit, et vimineis vaſis iniicit, vt vinum deſtillet. *Pro lecto retibus ſubtento*, ſcrib. *lectos ceſtibus* (vel *caeſtibus*) *ſubtento.* Mſ. Caeſen. et ed. Ienſ. *aeſtibus. Ceſtus* qui fuerit v. apud Varr. 1, 8, 6. *Subtento* eſt pro *ſubteneto*, pro quo in Mſ. Caeſenate *ſubtencto.* Poſt interpunge ſic: *indidem ſi voles*

*ſi voles, lauito paullatim: erit lorea familiae, quod bibat.*

26. *deacinata.* Scr. e libro Politiani *deamata*, ſ. *dehamata*, i. e. ſcopis purgata ab innatante faece, quibus ea tanquam hamis haeret. v. c. 152.

29. *idque tum maxime opus erit:* Videtur legendum: *idque ſicco maxime o. e.* nam pratis ſiccaneis maxime opus ſtercore. v. c. 5.

30. *et frondem vſque ad pabula matura.* Edd. pr. addunt *dato*, recte.

31, 1. *vimina matura, ſalix per tempus legatur.* Haec *ſ. p. t.* gloſſam ſapiunt.

*Ibid. aridae ilignae etc.* Videtur *taleae* deeſſe, vnde fibulae fiant.

31, 2. *cauetoque per rorem trahas, aut doles.* Ed. Ienſ. *cauetoque ne.* Plinius exſcripſit *caueto ne:* idque Catonianum eſt.

32. *Vites propages ſulcos, ſuſum vorſum, quoad eius facere poteris.* Edd. pr. *in ſulcos.* Mſſ. Flor. *quod eius ſ. p.* vtrumque recte.

*Ibid.* 2. *Vites bene nodentur per omnes ramos. Diligenter caueto, ne vitem praecipites et ne nimium perſtringas.* Primum interpungendum poſt *diligenter*, vt in edd. pr. in altero vel *nimium* excidit, vel in *vitem* degenerauit.

33, 3. *In vinea vetere ſerito ocinum: ſi macra erit, quod granum capiat ne ſerito.* Sic et diſtinguitur apud Plinium. ſed ita pugnantia iunguntur. *ocinum* et quod granum non capit, nil differunt. Itaque ſic diſtinguendum: *in vinea — ocinum, ſi macra erit, quod granum etc.*

33, 4. *et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leuiter, corrigitoque, vti recte ſpectent.* Plinius hinc habet: *porrigitoque, quae vbi recte ſteterint.* In cunctis Codd. eſt *corrigitoque*, in optimo etiam *ſteterint.* de hoc igitur non eſt dubium. *Corrigito* autem res poſtulat. *corrigere* eſt purgare luxuria pampinorum coërcenda. id faciendum demum eſt, cum ſunt alligati, ne inter corrigendum rumpantur.

*Ibid. vuasque expellito.* Scr. *expedito* ſc. e foliis ad ſolem, vt facilius coquantur.

35, 1. *lentem in rudecto et rubricoſo loco, qui herboſus non ſit, ſerito.* Plinius: *lentem in frutectoſo, et rubricoſo, qui non ſit herbidus.* in edd. tamen antiquis eſt *fruteto*, quod propius accedit ad *rudecto* vel *rudeto.* mox pro *trimeſtrem* Plinius *trimeſtre*, (nempe triticum, quod e Columella ſemen trimeſtre vocatur) *vbi ſementem maturam facere non poſſit.* Ergo Catoni *trimeſtre* reddendum e Plinio, huic e Catone *poſſis.*

37, 1. *Si carioſam terram tractes, cicer, quod vellitur, et quod ſalſum eſt, eo malum eſt.* v. notam ad h. l.

37, 2. *Lupinum, faba etc.* v. notam. mox: *Ex ſegete vellito ebulum, cicutam.* Plinius (in edd. ant.) diſtinguit poſt *vellito.* poſt *ea* habet pro *eam*, melius, et *frondemque.* pro *vellito* legendum *euehito* vel *vehito*, nempe in villam. Pro *herbam altam*, Plinius *auctam;* vt optimus liber Catonis *mactam*, quod praetulerim.

*Ibid. partem de nucleis ſecernito.* puto legendum *fraces.* nam expreſſo oleo remanent fraces et nuclei. his ſecretis reſtant fraces, e quibus lutum fit aptum ad oleas ſtercorandas.

37, 3. *Per hiemem — facito*, haec immiſta rei ſtercorariae, Catonis ſunt, an interpolatoris?

*Ibid. ſtercus egerito etc.* Haec repetit Plinius (16, 39) ſed confuſa et interpolata: quae tamen habent vtilitatem ad Catonem, cuius verba ſic ſunt digerenda: *Stercus egerito niſi intermeſtri lunaque dimidiata. Tum ne tangas materiam, quam effodies, aut praecides abs terra. Diebus IV proximis, quibus luna plena fuerit, optime eximetur.* ita etiam ſenſus efficitur conueniens iis, quae periti de lunae temporibus in ea re praecepere, Cato c. 29. 50 et alii.

37, 5. *de vinea et arboribus etc.* haec appendicula capitis commodius inſereretur abſolutae putationi.

Ep. 5.

Ep. 5. p. 51.

38, 1. *Facito fortax etc.* Puto *fortax* idem eſſe quod *fornix*, a Graeco φόϱτος, vnde latini *porto*, *porticus*, *porta* fecere. Φόϱταξ quidem Graecis eſt *baiulus*. Ita *fortax* erit fornix in ima fornace, qui totus lapidibus conſtipatur.

38. extr. *virgas et ſarmenta — ſerito.* Haec repetit hinc Plinius (L. 18, 25) ſed addit: *ibi papauer ſerito ſilueſtre, quod in miro vſu eſt melle decoctum ad faucium remedia, visque ſomnifera etiam ſatiuo.* Haec nec Catonis nec Plinii ſunt, ſed interpolatoris. Ceterum in Catone et Plinio *papauerem* ſcribendum, non *papauer:* nam antiquitas illo modo dicebat, et ſic vidi in Mſ. Plinii apud Recanatum, patricium Venetum.

39, 1. *viri ſicca alligato*] *Viri ſicca* nihili eſt. alii *viti ſicca.* Sed quis viti ſicca alliget dolia. Immo ſcribe, *vel ridica.* nam ridicis dolia reuinciri nemo ignorat.

40, 4. *digitos craſſos III.* quorſum *craſſos* addatur, nemo dicat. pertinere videtur ad *ceſpitem*, qui a Plinio (17, 14) ad muniendas inſitiones memoratur; ſed mutandum eſt in *craſſum*, vt eſt in edd. Ienſ. Iunt. et in Mſſ. Florentinis.

41, 4. *medias vitis vinclis in terram defigito.* (Var. lectiones v. in notis) non tam vitio, quam obſcuritate laborant. Intelligendae ſunt duae vites, altera quae, altera cui inſeritur. vtraque media firmanda eſt, vt capita ad inſitum conſtent, et immobilia ſint. Ergo illa *medias vites* optima eſt. Eſt tamen et altera ratio, cum flagellum inſerendum, propter interualli magnitudinem non contingere poteſt vitem cui inſeratur, eamque ob cauſam reciditur: ad quam quis trahere poſſit lectionem *mediam vitem.* ſed *ſurculi inſecti* id non ſinunt: qui non ſunt reciſi.

42, 1. *Ficos et oleas etc.* in principio addendum eſt *inſerito* ex edd. pr. deinde primum *eſſe voles* non habet ſenſum, niſi negatio accedat. male etiam locus totus interpungitur. Itaque ſic conſtituatur. *Ficos et oleas altero modo inſerito. Quod genus aut ficum aut oleam eſſe noles, inde librum ſcalpro eximito, alterum librum cum gemma, de eo fico, quod genus eſſe voles, eximito.*

43, 1. *Sulcos — ſarmentis colligatis* Diſſidet Cato a Plinio. In Catone eſt *infimum latum pedem*, in Plinio *imas* ſc. ſcrobes. In extremo Cato *controuerſis collatis.* in libro optimo ſcribitur *controuerſriS.* Vltima ſeiuncta erit *ſemis*, et pro *collatis*, cuius vis eſt in *controuerſis* ſcribe *P. elatis.* erit ſemipedem. ita inter ſe conſentient et clariores erunt.

44. *qua locus ferax n. erit, id plus concidito, aratoque.* Quorſum *arare* inter putandum. Immo *artatoque*, aut ex ed. Ienſ. *aratroque* i. e. falce cohibeto, ne rami latius expandantur, ſed paucioribus in ramis melius fructus alantur.

45, 1. Locus hic ſic interpungendus: *Taleas — laboret, cum dolabis aut ſicabis. Quas in ſeminario* etc. ita conſentiet Cato cum Plinio (ſed ſic iam editum eſt.)

*Ibid. beneque glutus ſiet.* In libro Polit. eſt *glittus* et *glictus*: itaque lego *glitus*, pinguis a *gliſco*, Gr. γλίσχϱος *glutus* eſt tener, mollis: at id iam dictum. Vult ergo terram eſſe bene ſubactam, teneram ac pinguem.

45, 2. *Si ita ſeueris, vti ſiet talea etc.* Ita Vict. edidit e libris, qui habebant *vtis* vel *vtus ſiet talea.* Puto legendum *vti prius ſiet talea.* nam omnes praecipiunt, in filia ſitum matris ſeruandum eſſe (immo *ſteterit*, vel *ſteterat*, vt eſt ap. Col. 5, 9. ita *prius* inutile fit.)

45. extr. *vel oculos ſerito.* Corrige *occultos.* nempe alii ita ſeruntur, ſupra terram vt paullum emineant, alii vt terra obruantur, vt et Columella tradit.

47, 1. *Arundinem ſic ſerito, ternos pedes oculos diſponito* Hoc eſt loco alieno inter ſemina-

ſeminarium olearium et vitium. et eſt c. *6.* de arundine praeceptum itaque id ſine dubio eſt ab interpolatore, non a Catone. Tum mox ſic oratio interpungenda: *vbi trima erit, eximito. Si pecus paſcetur, vbi vitem ſerere voles, ter prius reſecato, quam ad arborem ponas.*

48, 1. *porcas quinos pedes latas facito.* e c. 151, vbi de eadem re eſt, corrigendum *quaternos:* e IV. factum V.

48, 2. *crates imponito, quae frigus defendant et ſolem* — E Plinio, hoc e Catone repetente 17, 10 patet legendum eſſe *frigus defendant, et ſolem recipiant.*

49, 2. *ita vti fuerit, ponito in ſcrobe etc.* apud Plinium in edd. pr. eſt *fuerint.* recte. (ſic et libri quidam Catonis. v. Var. lect.)

50. vide ad c. 131.

51, 1. *vti radicem capiat.* An *capiant?* nam pulli radicem capere debent, non pars. v. c. 133. vbi eadem cultura traditur.

*Ibid. Ficum – platanum.* haec repetuntur c. 133. inde a Plinio. Sed Plinius addit *prunum,* quae Catonis aetate nondum in Italia erat. ſed *platanus* eſt ab h. l. aliena, quia non eſt in numero arborum fructus ferentium: nec Catoni nota fuiſſe videtur.

56, 1. *Familiae cibaria. Qui opus facient per h.* Sic interpungendum. nam in primis duobus verbis eſt argumentum capitis. ſic et initio c. 57. 58. 59. *60.* mox *vilico, vilicae* additur *epiſtatae,* quod e marginis nota in textum venit: eſt enim idem quod vilicus.

60. *praeterea granatui videto, vt ſatis viciae feras.* quoniam *ocinum,* de quo ante, e faba et vicia miſta conſtat, ex ea miſtura orta eſt barbara declaratio *granatui,* quae quid eſſet ocinum, noſtro verbo interpretaretur. nam *granata* vulgo dicitur farrago atque ocinum ab immiſtis et confuſis granis. Catonis ergo non eſt *granatui.*

61, 1. *qui oletum ſaepiſſime et altiſſime miſcebit, is tenuiſſimas radices exarabit.* haec interpolata ſunt ab Aldo. Itaque ſic e libris antiquis legendum: *qui oletum ſaepiſſime, et tenuiſſimas radices exarabit.* Eadem illa habet Plinius, ſed e deprauato Catone Plinius deprauatus eſt.

*Ibid. cum ares bene et tempeſtiue ares:* E Politiani libro repone *tempeſtiuo* – quale eſt illud, *verno arare incipito.*

70, 1. *Si morbum metues, ſanis dabis.* Suſpectum eſt *ſanis.* mox *vlpici ſpicas III.* alii *ſpicas tres.* Salmaſius corrigit *ſticas* i. e. tunicas. male v. not.

*Ibid vitis albae caules III. fabulos albos III. fabuli* ſunt *valuulae* vt Colum. *6.* in hac ipſa re dicit. ſed Columella habet *valuulas erui*: et inde verbum *erui* Catoni reddi debet.

Ep. *6.* p. *65.*

75. *Caſii P. II. bene diſterat: in mortario; ſi bene diſtriuerit.* Quia praecedit *facito,* et ſequitur *indito,* male *diſteras* et *diſtriueris.* (Et hac forma ſemper in ſeqq. vtitur.)

76, 2. *vngitoque vbi tracta erunt. Focum vbi coquas calfacito bene, et teſtum.* Haec ſic interpungenda: *vngitoque vbi tracta erunt, focum vbi coquas; calfacito bene: et textum.* Sic vterque Cod. Flor. nam prius textum calfaciendum, *focus* nequaquam, ſed vngine tangitur, vt bene combibat. *Focus* eſt vas coquinarium, in quo cibi aſſantur: quod et ſequentia et multa alia exempla docent.

76, 4. *ornatoque focum, deinde premito temperatoque:* Certa emendandi ratio, ita corruptis libris, non eſt: e veſtigiis tamen lectionum vitioſarum corrigendum videtur: *ornatoque focum adepe verino temperatoque primo,* vt praecipuo ſc. qui citius liqueſcat, ſ. butyro, qui inter adipes praeſtat.

77. *Ita tanquam reſtim tractes facito. Ita imponito in ſolo, ſimplicibus completo bene arcte.* Nullo modo verum eſt *ſimplicibus* vel vt eſt in ed. Ienſ. *de ſimplicibus.* Coniicio *reſtim plexibus,* ſc. ſic comprime, ne plicae appareant, vt de ſphaerita loquitur.

81. *Erneum tanquam placentam.* Adde *facito:* quod in argumentum ſubductum eſt.

82. *Sphaeras pugnum a. ſ.* Arbitror fuiſſe *ſpaera*, vnde mox *ſpira.*

86. Verba *indat*, *lauet* etc. corrigenda *indas*, *laues* etc. vt principio *facito* conſentiant, et conſuetudini Catonis. v. ad c. 76. eadem forma reſtituenda c. ſeq. et 89.

89. extr. *ne plus aqua ſita ſiet horam vnam.* i. e. vt horae tantum ſpatio auibus bibendi poteſtas ſit.

90. init. *Palumbum recentem* adde: *ſic farcito.* Subductum eſt in argumentum. firmat ed. Ienſ.

*Ibid. Poſtea fabam — coquito bene.* Haec ſic ordinanda ſunt: *Poſtea fabam freſam puram, et far purum facito. Et fabae tertia pars vbi inferueſcat, tum far inſipias. Puriter facito, et coquito bene.* Vbi faba inferueſcit, tum far iniicito.

*Ibid. id ubi excoxeris.* Sic Aldus. edd. pr. *excuſſeris.* Politianus *exluſeris l* pro *c* poſito. vtrumque melius niſi malimus *exlueris* antique.

*Ibid.* pro *depſito dum poteris* malim more Catonis, *vſque dum.*

91. v. ad c. 129.

94. *cum ver appetet, terram adaggerato bene.* edd. pr. *cum ver apparet, terram adaggerato terram.* Aldus dedit *bene.* E Plinio corrige *veterem.*

95, 3. *conuoluulus non naſcetur*, in Mſ. Victorii non *naſcebit*, pro quo in magine: *non nocebit.* quod verum puto. nam ſic et alibi eſt de curculione et tineis.

100. *Oleum ſi in* etc. Edd. pr. *ſic.* melius. nam haec Catonis forma. tum apud Creſcentium L. V inter *colluito et agitato* interponitur; *oppilato*: quod non contemno.

105, 2. *Biennium in ſole finito p. e.*) Scrib. *biduum.* Sic in vini Coi confectione: *ne plus quatriduum in ſole ſiueris*, vbi in libris vett. etiam male *quadriennium.*

106. in principio detractum eſt, quod in indice eſt: *Aquae marinae concinnatio*: aquae marinae vſus in confectione vini multus erat.

106, 2. *Si quis plus voles.* Sic libri ſcr. at edd. pr. *Si quidem p. v.* an, *ſi quid p. v.*

112. extr. *dolia lauta et pura et ſicca.* Edd. pr. *puta*, vt antiqui maluere; quod non diſplicet.

114. 115. eadem docent: nec credibile eſt, vtrumque eſſe ab eodem. in illo deeſſe puto *atri* poſt *veratri*, quod c. 115 additur, et Plinius narrat Catonem tradidiſſe quo modo ex elleboro nigro fieret vinum elleborites.

117. *mutet. exprimat* etc. Corrige *mutes*, *exprimas* et ſic cetera, vt ſupra. (in hoc genere ſaepe et poſt c. 144 ſqq. peccatum eſt, vt quisque attentus ſentiet.)

124. Aliena inter vini condimenta eſt Canum commemoratio. Idque argumentum eſt, cum aliis, multa eſſe in hoc libro perturbata.

127. extr. *Dato ieiuno et puero pro aetate triobolum et vini heminam.* Puero hemina vini non conuenit, quae operario in diem datur. Itaque pro *vini* ſcribam *viro*, vt c. 126. contra tormina et verbum *vini* ſuperuacuum eſt.

129. Si hoc caput eſt Catonis, auctore Plinio, c. 91 alienum erit, quod eadem tradit.

131. Eadem traduntur c. 50 extr. et Plinius a c. 50. ſtatim ad hoc tranſſilit L. XVIII. vnde illa in cap. 52. dubia fiunt. nec aliter ſentiendum de c. 51. 52. 133. in quibus rurſus Plinius hoc ſecutus eſt non illa

*Auellanas* e Polit. ſcribam *Abellanas* ab Abella, item *biemum* pro *bimum;* nam a *biennis* fit *biemus*, poſt *bimus.* niſi forte *biennium* legendum, qui in ed. Ienſ. eſt *biennium.*

134, 1. *Priusquam — praefato.* In his pro *haſce fruges* ſcribam *haece*, et *faba* pro *fabam*, vt cum verbo *condantur* cohaereant. Totus locus ſic ordinandus: *Priusquam meſſim facias, porcam praecidaneam h. m. f. oportet. Porca femina* (*priusquam haece fruges condantur, far, triticum, ordeum, faba, ſemen*

*ſemen rapicium*) *ture, vino, Iano, Ioui, Iunoni praefato.* Eieci *Cereri porca praecidanea.* nam tres libationes fiunt, ergo et tribus diis modo ſacrificatur, non quatuor. e margine in textum venit.

135. pr. ſubtracta hinc ſunt: *Quemadmodum tunicas ceterasque res et vbi emas.* nam alias ſeqq. non intelliguntur, quae hinc pendent. Ex emas pendent cetera vſque ad *treblae:* qui nominatiui pendent ex *optima erunt:* vnde et pro *fiſcinas Romanicas* ſcr. *fiſcinae Romanicae*, vel *fiſcinai Romanicai* antique. denique *trapetes latos* etc. refer ad *faber* et *faciet.*

*Ibid.* 2. *vomis indutilis optimus erit.* Dividam *inde vtilis*, a Campania ſcil. nam Calibus et Minturnis optima ferramenta declarat Cato. *optimus erit* eſt gloſſa interpretantis *inde vtilis*, vel poſt corruptionem verbi ſententiam explentis. Sin hoc non placet, coniungatur cum ſeqq. ſic: *Optimus erit trapetus Pompeiis* etc. vid. c. 22. Scribam etiam *vomeris* et *Pompeis* e Mſ. antiquo. illud eſt et in ed. Ienſoni.

*Ibid* 3. *hae hamae vtiles ſunt* Sic Aldus dedit e vitioſo exemplo. e veſtigiis librorum veterum ſcribam: *Nolae fiſcinae Campanicae oleariae vtiles ſunt.* Sic c. 153 habet *fiſcinas olearias Campanicas.*

*Ibid.* 6. *Subiuga in luſtrum lora p. XIX.* Corrige e c. 63. *ſubiuga in ploſtrum lora XIIX.* (ſic iam Schefferus v. not.)

136. In princ. adde: *Politionem quo pacto dari oporteat* (ſic iam fecit Geſnerus, item vt c. ſeq. initium expleuit.)

138. *quod non daturus erat* e Mſ. S. Reparatae, in quo eſt *crait* coniicio legendum, *quod non datur vſurai.* ſc. fenerari nefas diebus feſtis.

140. *cum opus quotidie per partes facito.* Corrige *dum*, pro *dummodo*, e Mſ. Polit. et Caeſenate.

141, 1. *mando tibi Mani*, leg. *Manli* e c. 144. 145.

141, 2. *bene euenire ſinas.* In Mſ. Vict. erat *ſiris*, quae forma eſt et apud alios. Mox eſſe debet: *illoce porco* et *hoce porco.*

*Ibid.* 4. *Nominare vetat Martem. Martem* eſt ab Aldo. Edd. ſuperiores *matrem:* quod intelligo de parte muliebri, quae porca dicitur. eam in ſacrificiis *porcum feminam* honeſtatis cauſa nominabant. *Vetas* int. illi, cui ſacrificium peragendum mandas. Mox pro *dubitauerit* e Polit. legendum *dubitauit.*

142. *quae dominus praecepit.* Victorii exemplar *quae domino praeceps.* Adde *it.* vt ſit *praecepſit.* (v. Var. Lect.) Senſus erit: quae prouiderit, in rem domini fore.

144. 2. *Legulos — praebeto et ſtrictores. Strictores* ſunt in *legulis.* nam qui ſtringunt oleas, iidem dicuntur legere. In Victorii Cod. fuit *fictores.* Puto legendum *fictores*, pro ſectores, qui ligna caedunt et ad cogendum oleum in torcularium ferunt. Ad eos pertinet, quod ſequitur: *de fundo oleum et ligna ne deportato*, item c. 67 *in torculario ligna ne caedant.*

146, 1. *modio oleario menſum dato — vnguinis pondo X.: ponderibus modiisque dato iri primae cotulas duas.* Haec partim obſcura, partim aperte vitiata. Clareſcent ſi ſcribamus: *m. o. m. dato — Vnguinis — dato.* illud ſpectat ad menſuram oliuarum, quas dominus ſibi recipit: hoc ad vaſa torcularia, ne atterantur, reliqua ſunt vitiata. Senſus Catonis eſſe videtur, quid domino pro vaſis et inſtrumento dandum ſit, quibus redemtor vtitur, ne gratis praebeantur. propterea coniicio, aliquid excidiſſe, et e ſcriptura Cod. S. Recanatae *iri pri primae cotulas duas* legendum *i. r. i. preſſurae priuae primae cotulas duas*, ſc. pro trapetis et cetero inſtrumento dato cotulas duas in ſingulas preſſuras primas, quantum dominus ſuo ſumtu oleum exprimens factoribus dat, vt c. 67 indicatur. *primae* non eſt ſuperuacuum, nam ternae minimum preſſurae fiunt v. Columel. XII, 50.

147. *Locus vinis – pendenti.* Haec repetuntur cap. ſeq. in fine vitio librariorum. in repetitione vitioſe eſt *deportauerit.*

148, 2. *quod admenſum erit, pro eo dominus reſoluito.* Scr. *domino* vel *dominum.* ſed illud melius, quod in libro Politiani fuit. (v. not. ad h. l.)

149, 1. *Qua vendas, finis dicito.* Scr. *qua vendas fini, dicito,* vt c. 154 *qua fini culeum capiet.* mox *pabulum frui occipito*, edd. ant. *fini.* Mſ. Polit. *fieri.* quod interpretor, pratum poſſe fieri pabulum. pro *permittet* olim conieci *permutet.* nec *permittet* ſperno, ſi intelligas recte, pro *promitti*, vt eſt in libro Politiani.

150. *porcos ſerarios.* dicuntur a *ſero,* h. e. quos cum ouibus, etiam vaccis paſtores abigunt in montes, ſeroque et herba paſcunt, donec eos vendant.

151, 1. *materiem, vbi hordeum flaueſcit. Materia* ab loco hoc, de ſemine, aliena. Olim legebatur *maturum.* hordeum mature flaueſcit, vt ſaepe extremo vere iam meſſorem inuitet.

154. *id* (labrum) *in ſuggeſtu, inter dolia poſitum habeto, vt in culeum de eo vinum ſalire poſſit.* Pro *de eo* legendum *de dolo.*

156. Argumentum huius capitis: *Braſſica quot medicamenta in ſe habeat*, textus initium fecerim. nam quod editur: *de braſſica quod concoquat*, ineptum et e prima braſſicae vi ductum, quae a Catone commemoratur.

*Ibid.* 1. *quaſi nihil ederis biberisque, bibesque quantum voles.* A libro Politiani abeſt *biberisque*, habetque et *ederes.* illud verum eſt.

*Ibid.* 4. *poſtea vbi deorſum verſum ibit.* Liber Polit. *p. v. deoritum* h. e. *dehauritum.* quae eſt ſincera lectio. Edd. pr. *decoritum* quod inde ductum eſt vitioſe.

*Ibid.* 5. *vſque donec ea.* *ea* in libro Polit. non eſt. an ſcripſit Cato *donicum.*

Ep. 7. p. 82.

157. *Braſſica Pythagorea – omnia haec habet braſſica.* Haec mihi a Pythagoreo de plebe vel Galenico profecta videntur, nempe inde ab *ad ſalutem temperat.* Nam Cato primum genera deinde vires ſe dicit traditurum: et hic fit initium ab viribus; idque inſulſe. Pro *ſeptembona* Mſſ. duo antiqui *ſeptembrina*, quod vernaculum morem redolet et barbari auctoris indicium habet.

*Ibid.* 2. *altera eſt criſpa, apiacon vocatur.* Polit. *Apia* conuocatur *Apia* et ed. Ienſ. Plinii libri modo *apianam,* modo *apiacam.* Itaque aut *Apia conuocatur*, aut *apiana* ſcribendum.

*Ibid. medicamentoſior.* Vict. Ienſ. Bruſch. *medicamento.* melius.

*Ibid.* 4. *Si bis die apponitur, dolores auferet et ſi quid contuſum eſt erumpet.* Edd. pr. ſcriptura melior: *bis die id apponito: ſi quid concluſum.* nam haec magis Catoniana, et paullo ante dicta, nec diſſimilia tradit e Catone Plinius.

*Ibid.* 5. *et ſi voles eam confectam, lautam, ſiccam, ſale, aceto ſparſam eſſe, ſalubrius nihil erit.* Scribendum *confectam* et *ſictam* i. e. *ſectam.* nam ſiccam alienum eſt, quam non pro cibo ſumi vult Cato. mox etiam pro *ſectam* ſcrib. *ſictam.*

*Ibid.* 7. *Si iecur.* hoc eſt ab Aldo. edd. pr. *iecora*, quod reſtituendum eſt – mox edd. pr. *ac ſi vteris*, *omnes articularios poteris expellere* melius eſt *articularios,* quam Aldinum *articulares morbos*, et Victorianum *articulos experiri.* nam *articularius* eſt qui articulis laborat, etiam apud Plautum. recepto tamen *articularios* malim *experiri*, pro expedire, liberare.

*Ibid.* 8. *tamen valetudinis cauſa experirer.* Mſ. Vict. *experirus*, forte contractum pro *experiturus*, et omiſſum ante *tamen*, *eſſem*: niſi malis, *et ſi ſumtus, eſſet tamen v. c. experitus.* nam ſic veteres dixere pro *expertus*, vt Feſtus tradit.

*Ibid.*

*Ibid.* 8. *omnis qui inſomnioſus eſt.* Vetus lectio eſt *ſenioſus*, i. e. qui, vt ſenes, aſſiduis vigiliis maceratur: vulgatum fucatum eſt.

*Ibid.* 9. *dato edat, ſi poterit, ſine pane: ſi non, panis parum ibidem madefaciat.* Sic Aldus, alii aliter. optime liber Polit. et Caeſenas: *dato edit: ſi poterit ſine pane: ſi non dato pane, purum ibidem madefaciat. edit* pro *edat*, quod ſaepe habet Cato in hoc capite. ita enim priſci, vt Nonius tradit: ſicque et mox corrigendum *edat.*

*Ibid.* 11. *et ſi mulier eo lotio locos fouebit, nunquam ii viroſi fient.* Haec vitioſa ſunt. Mſ. Vict. *nunquamum ſeri fient.* Mſ. Caeſenas, *vmſeri, vm* vel *vn* factum ex *ii* vel priſco *eiei.* ita fit: *nunquam ei ſeri fient*, i. e. nunquam ſeri erunt ad ea, quae a partu ſequi ſolent, emittenda. mox ante *ſub* edd. pr. addunt *foetae* et poſt omittunt *operito.* illud non neceſſarium eſt, hoc redundare nemo negauerit. nam *circum veſtimenta dare* eſt *operire.*

*Ibid.* 13. *vbi eſſe volet, carnem aſſam dato. Si eſſe non volet, dato braſſicam tritam et panem.* Libri antiqui, vt Victorius tradit, habent *carnem aſinam.* quod debebat recipi. nam caro aſinina, lenit aluum et facile deſcendit, vt tradit Hippocrates de diaeta. Id voluiſſe Catonem locus ipſe et res declarat.

*Ibid. et ſi quis vlcus tetrum vel recens habebit.* de *tetrum* dubito, quia ſequitur, *vel recens.* melius *vetus*, vt mox Cato idem repetens, *vetera vlcera et noua* habet.

*Ibid.* 16. *deinde petigini parce braſſicam opponito.* miſſis aliorum opinionibus e libris optimis corrigendum, qui habent: *de petiginis porcae braſſicam opponito.* Fuit *deipetiginis*, vt priſci ſcribebant. iam vltimam literam refer ad ſequens; fiet *deipetigini ſporcae* (pro *ſpurcae*) *br. opponito.*

160, 1. *Luxum ſi quod eſt incipe cantare in alio – In alio* eſt, opinor, *inuicem.* – Mox *diſſunapiter* nihili eſt. edd. pr. melius: *dic vna pariter.* Victorii tamen liber pro *pariter* habet *petes* ſc. pro *pedes* more priſco, nempe, arundinis ſciſſae extremitates.

161. *de Aſparagis.* Plinius ait, Catonem vltimo loco de aſparagorum cultu dixiſſe. itaque hic a ſua ſede receſſere aſparagi.

*Ibid.* 2. *deinde etc.* Haec ſic digerenda: *Deinde ſupra areas ſtercus ſpargito bene. Serito ſecundum aequinoctium vernum. vbi erit natum, herbas crebro purgato.* – Mox pro *ſubſtramentis* liber Politiani *ſum ſtramentis*, pro *cum ſtramentis*, quae eſt vera lectio.

162. Index huius capitis eſt vetus: *Salſura pernarum et offellae Puteolanae.* Sed in capite nullae *offellae ſunt*: Videri poteſt haec pars capitis periſſe: ſed tamen Varro e Catone ſolas pernas memorat, nihil de offellis.

# EMENDATIONES VARRONIS

## EX EPP. VIII SEQQ.

### IN L. I.

Ep. 8. p. 90.

I, 1, 7. *a quibus ſcriptoribus reperias.* Victorius in libris antiquis inuenit *reperitas*, ſed praeferebat *repetas*, quod et eſt in ed. Io. Parui. eſtque bonum: ſed ego *reperitas* praeferam, aut *repetitas.* (v. not.)

I, 2, 5. *aeſtiuo die, ſi non diffinderem meo inſititio ſomno meridie.* Scribendum puto *diem.* ſic L. III. *diffindere aeſtate diem meridie; aeſtiuo* dicitur vt alibi *verno*, pro aeſtate. Praefero etiam *ſumnu* pro *ſomno* e libro Vict. ſiue Florentino.

*Ibid.* 10. *contra auream imaginem*, Eſt ab Aldo. libri antiqui *contra aurum imago.* neutrum intelligo. an legendum *contra aurum in Argo*, vt ſermo ſit de tabula picta aut ſignum, referens Argum cum vellere aureo, quae ante tabernas poneretur.

*Ibid.* 21. *ſed error hinc, quod pecus in agro eſſe poteſt, et fructus non in agro ferre* Vel *non* delendum cum Politiano, vel ſecundum *in.* nempe non adiuuant pecora culturam, ſed fructus ferunt.

*Ibid.* 26. Scribe: *ſcripſerit in agricultura?*

I, 3, 1. *de iis rebus dicendum, quae ſcientia ſit* Hoc eſt Aldinum. Scribe: *quae in ſcientia ſint.*

I, 5, 2. *neque eo dico, quod non habeant e. v. e. c.* Vrſinus malebat *quos* non. ego ex edd. pr. *quin habeant.*

I, 6, 5. *contra aeſtiua montanis locis commodiora.* Optime liber Politiani: *contra aeſtiua montana iis locis* (vbi prata et vineae) *commodiora.*

I, 7, 10. *vt ego quoque: a quo antiqui prata parata appellarunt.* non cohaerent haec cum antecedd. nam non inde prata parata dixere, quia iis primatus datur. Legam e Cod. Caeſenate: *vt ego: antiqui quoque prata parata appellarunt.*

I, 8, 1. *quarum nomina duo etc.* Hic ſi quid mutandum ſit, legam *quarum nomine*: nam Vrſini correctio non recta eſt.

*Ibid* 3. *Canuſini in harundulatione in ficis.* Non placet harundulatio: vellem *in harum iugatione.* Cum directo iugo vtantur Canuſini, traduces per ficorum tabulata ſuſpendunt.

*Ibid.* 6. *alterum genus vineti etc.* In quibus genus vitis deſcribitur, quod ſine iugo dat vuas, de quo et Colum. V, vnde apud Varronem legerim: *vbi arbuſculae modo remouetur e terra vitis;* et deleuerim punctum poſt *vuam modo* addam e libro Polit. et Ienſonii.

— *vinctu, quod antiqui vocabant ceſtum* i. e. circulum vimine aut ſcirpo, textum, in quo vuas per palmam hinc et hinc racemorum tenus amputatam ſuſpendebant. mox *Reatini* in libro Politiani *Vriatini*, ab *Vria* Apuliae oppido.

I, 9, 1. *Terram, inquam*, *Inquam* a perſona loquente interſeritur, aliquid ex narratis repetente, vt Varro multis locis facit, quod non animaduertentes decepti ſunt.

*Ibid.* 5. *Itaque in iis, vt in Pupinia etc. in iis* refero ad diſcrimina terrae, quae tria commemorata ſunt, vt in Pupinia, ceu in macra, cuius generis eſt Pupinia. hoc non intelligentes fecere, vt Ienſ. *in nux* Aldus *in Veiis*, libri Florent. *in nus.*

I, 10, 1. *Iugum vocant.* Haec exſcribens Plinius L. XVIII. habet *iugerum* in edd. vulgatis. res eſt eadem. Sed tamen edd. Plinii antiquiores habent *iugum*, quod Vrſinus reponi volebat.

*Ibid.* 2. *Is modus acnua latine appellatur.* Nullo modo credo, Varronem dixiſſe, actum quadratum a Latinis dici *acnuam:* quam vocem Baeticam eſſe dicit Columella, pro *agnam*, cui ſuccinit Iſidorus. Varro ſolet dicere, *noſtri* dicunt etc. Colum. V, 1,5. dicit eosdem Baeticos aliud terrae ſpatium vocare *porcam.* Vtriusque menſurae nomen ſumtum videtur ab ouillo et ſuillo pecore, more ruſticorum et paſtorum, qui et aſtra nominibus ruſticis ſignauere.

*Ibid. dicitur ſcrupulum.* Scr. *ſcriptulum* vel *ſcripulum* (de quo late diſputatur, et ſic a Geſnero editum eſt.)

I, 11, 2. *villam aedificandam.* Puto *aedificandum*, qua forma ſaepe vtitur Varro. mox et *dandum operam* edd. pr. (ſic eſt in textu G.)

I, 12, 1. *ne aduerſum eum ponas.* quae hic dixit Ponted. iam ſunt inter notas G.

*Ibid.* 2. *Aduertendum etiam etc.* item et quae hic dicta, ſunt fere in notis G. item vt notata ad I, 13, 1. *in villa facienda* etc. et *fructus vt eſt vinum* etc.

I, 13, 2. *inprimis culina videnda, vt ſit admota.* Hic et alibi ſi forte occurrit in libris *colina*, non eſt mutandum in *culina*, quaſi nil interſit. *Culina*, auctore Feſto, eſt *locus in quo epulae in funere comburuntur.* Sed *colina* eſt vbi cibi coquuntur.

*Ibid.* 4. *quod enim infertur recens, minus bonum; id cum conflacuit, melius.* Verum eſt,

eſt, quod Victorius in libris reperit, nec tamen edidit. *Conſacuit* vel eſt ab eodem vnde *faex*, vel legendum *confracuit*, a *fraceo*, vnde *fraces*, i. e. computruit, ſicut Varro idem dicit *oleam fraceſcere*, quod Nonius ait eſſe, *tanquam friari et putrefieri vetuſtate.* (ſic et Scaliger. v. not.)

*Ibid. 6. cellam vinariam aut oleariam — in Italia.* Ed. Ienſonii addit: *ne vinum prolueret*, quod ſic expono: quo vinum proluerent dolia in lacum, dum rumpuntur.

*Ibid.* extr. *item videre oportet — ponatur villa.* Hoc mihi non a Varrone videtur eſſe? (hoc iam eſt in not. G.)

Ep. 9. p. 105.

I, 14, 1. *aut viuae ſepis.* maneo in ſententia ſcr. eſſe *viuas ſepis* (pro ſepes. v. not.) et e Mſſ. Florent. recipio *ac.*

*Ibid. 2. foſſa ita idonea.* Sententia perfectior erit, ſi ſcribatur: *foſſa ea idonea*, vt ante *ager is bonus*, vel e Ienſ. *ea foſſa ita idonea.* mox ſcr. *ac ita arduus*, aut ex ed. Ienſ. *Sed ita arduus.* nam aut foſſam excludit, de quo genere poſt dicitur.

I, 16, 2. *quae vicinitatis inuectos habet idoneos.* In libris mediae aetatis additur *ſecundum*, *quae* etc. nam et poſt eſt *tertium;* et de iis quae ſequuntur non ſecundo loco dixerat Varro. itaque aut delendum *tertium* et legendum: *item ſi ea*, vel *tertium* mutandum in *ſecundum* et *quartum* in *tertium.* nam quartum, cum vltra progredi non liceret, extra numerum habuit.

I, 17, 2. *iique, quos obaeratos noſtri vocitarunt.* Scriptura vetuſta eſt *obaerarios*, h. e. *qui ob aes* aliena curant, laborant. *obaerarius* eſt *operarius.*

*Ibid.* 3. *et more incolarum et nouitiis requiſito ad pr. quid factitarent.* Haec male ficta ſunt et imperite. libri antiqui: *et in eorum e nouitiis reliquiſitio ad priorem dominum quid factitarent. relinqu.* puto eſſe pro *redinquiſitio.*

*Ibid.* 4. *facilius e. his quamuis minores natu dicto ſ. a.* Hoc eſt ab Aldo Mſſ. Caeſen. et Venet. *ii* vel *hi*, *quam minores natu:* quod verum eſt.

*Ibid. 6. ad iniiciendam voluptatem.* Victorius bene *voluntatem* corrigit: quo recepto, ſic cetera corrigam: *ad inliciendum voluntatem praefectorum, honore aliquo habendo, et de operariis, qui praeſtabunt alios, communicandum.*

I, 18, 1. *Dicit e. etc.* Haec ſic ex edd. pr. diſtinguenda: *dicit in eo modo haec mancipia XIII. habenda: vilicum, vilicam;* tum numeros hos ex iisdem ponam *bubulcum* I. *aſinarium* I. *ſubulcum* I. vt et Cato habet, vnde haec ſumta ſunt.

*Ibid.* 3. Ex edd. ant. et Mſ. Caeſenate vulgatum ſic corrigam: *Quod Cato ſi voluit, (vt debuit) vti proportione, ad maiorem fundum vt minorem adderemus vel demeremus. Praeterea extra familiam dicere debuit vilicum et vilicam.* mox lege: *e quo cum ſexta pars abſit ea XL. quae de CCXL. demuntur.* neque enim XL. eſt ſexta pars numeri CC.

I, 19, 2. *Terram boues etc.* Nil hic deeſt, vt quidam ignari agriculturae putarunt: in fine *relinquunt vomerem aruo* e Varrone laudat Nonius, omiſſo *in.*

*Ibid.* 3. *aſinum molarium* ad ſuperiora referam, et interpungam: *In vinea iugerum C.* nam illa ad modum olиueti iugerum CCXL. ſpectant, reliqua ad alterum modum. tum optima Varronis exempla habent *molendarium.* In Caeſenate eſt primum *molarium*, deinde *molendinarium.* Varro certe non duplici forma eodem loco vſus eſt: itaque *molendarium* vel *molendinarium* praetulerim.

*Ibid. quo facilius mancipia, quae ſolent ſe tueri et aſſidua eſſe poſſunt.* Haec ſunt Aldina, eaque vitioſa, a quibus diſſentiunt Mſſ. et edd. vett. etiam Iuntina. corrige: *quo facilius mancipia, quae ſolent, ſe tuerier, aſſidua eſſe poſſint.*

I, 20, 2. *nec non ita ſi incidit.* Probo lectionem Victorii *nec contra*, quam et Bruſchius confirmat, et res poſtulat. (ſic et G.)

*Ibid.*

*Ibid. et primum in aequo loco – molliorem terram.* Edd. primae habent plus: *et primum eos aequo in loco, et ſine aratro, aut eo leui ſimul gradifacias, et principio per arenam, aut molliorem terram leniter procedant.* Haec conſentiunt Virgilianis G. III, 166 – 171. qui multa e Varrone ſumſit, vbi v. 169. facile agnoſcas *gradifacias*, in verbis *coge gradum conferre iuvencos.*

*Ibid.* 3. *quos ad vecturas, item inſtituendum.* Videndum an e Creſcentio addendum *paras.* Sic in princ. capitis, *qui arandi cauſa emuntur.*

*Ibid. per vicum aut oppidum. creber crepitus etc.* Edd. primae addunt *vbi* ante *creber*, quod non reprobem.

*Ibid.* 5. *in confragoſo enim et difficili haec valentiora parandum.* Pro *haec* debet eſſe *nec* aut alia negatio. nam ex ceteris praeceptis Varronis de pecore habendo et re ipſa patet, locis montanis et ſiccis non apta eſſe maiora pecora; nam nec ſatis fructus ferunt, et difficilius aluntur.

I, 21. Hoc breue caput e duobus conflatum eſt. teſtes tituli antiqui. Non Varronis eſt: *de indomitis quadrupedibus de pecore inſtructo et canibus hoc faciendum*, quod Ienſonius protulit, nec *de indomitis quadrupedibus et pecore faciendum*, quod Victorius habet: nam vbi eſt de quadrupedibus ac pecore? niſi ſi ſunt narrationis peractae clauſulae, cuiusmodi multae ſunt in hoc opere eaeque germanae: – Bene Stephanus e Mſ. vet. retulit *de ind. quadr. de pecore inſtructo ac canibus hoc faciundum quod dixi.*

*Ibid. ſi prata ſunt in fundo, nec pecus habet.* Ed. Ienſ. addit *dominus.* recte. nam et alibi in talibus *domini* mentio eſt apud Varronem, et ſine eo vltima vacillant.

I, 23, 3. *Itaque lupinum cum necdum ſiliculam cepit.* Edd. pr. *cum dominus ſiliculam cepit.* ſic et Mſſ. Venet. Caeſenasque. Coniicio *donicum* fuiſſe. Et Victorius obſeruauit, ſaepe a librariis in eo verbo peccatum eſſe: apud Catonem mutatum eſſe in *domino cum.*

*Ibid.* 4. *propter voluptatem.* Varronem ſcripſiſſe puto *praeter voluptatem.* ſimilis ſententia eſt c. 7. nempe non modo voluptatem, ſed etiam fructum ſpectat.

*Ibid.* 5. *vnde vtendo quid facias.* Probo Victorii lectionem *vnde viendo quid facias:* edd. pr. habent *aliquid* ex quo reliquum puto fuiſſe L quod Victorius ante *quid* in libro ſuo reperit.

*Ibid.* 6. *vnde nectas bubus paleas, lineas etc.* *Paleas* corrigo *palmas* aut *palmam* e c. 22. vbi narrat, quae fiunt de *cannabi lino, iunco, palma, vt funes, reſtes etc.* Sed debet etiam eo loco ſtare, vbi c. 22. nempe ante, poſt *iuncum* aut *ſpartum:* ei adiungitur etiam apud Columellam.

*Ibid. quaedam loca eadem, alia ad ſer. idonea non ſunt.* Interpunctio tollenda: mox: *in pomariis recentibus deſitis ſeminibus alii hortos conſerunt, alii quid aliud.* In his *deſitis* vitioſum eſt, natum e priſca ſcriptura *deſſitis* pro *diſſitis*, a *diſſero*, de ſtirpibus per interualla poſitis. nec dubitem recipere *deſſitis.*

*Ibid.* 7. Haec pertinent ad c. 24. (Vidit et Geſnerus.)

Ep. 10. p. 121.

I, 24, 2. *Sed hoc neque i. o. etc.* Primo interpungendum poſt *maxime.* *Sine detrimento* etc. mox *plaga* ab Aldo eſt. Edd. pr. et ſcr. *parte.*

*Ibid. frons.* Debet eſſe *fros* auctore Chariſio L. I. qui hinc laudat *fros.*

I, 26. *neque propter eas adſerunt vites, quod haec inter ſe inimica) propter eas* referunt ad *cupreſſos:* ſed inter vitem et cupreſſum nulla inimicitia, cum viti illa pro ridica apponatur. Legendum *propter olus*, e quo facta vetus lectio *propter eos vt adſ.* nam *olus*, in quo braſſica intelligitur viti inimicum eſt. vid. ſupra in c. 16. vbi clare haec inimicitia traditur.

I, 27, 2.

I, 27, 2. *Vere ſtationes quaedam fiunt.* Vrſinus *ſationes* e V. C. recte idque recipiendum v. c. 29 (ſic et G.)

*Ibid. glebis a. ſ. percaleſactis.* Hoc vel ad *aptiores, fac. relaxatas* referendum eſt, vel *ſegetes* interponendum, quod aut excidit, aut in *ſimul* mutatum eſt. Hoc recepto *neque ea* corr. *eas.* In Mſ. Polit. fuit *claeuis* pro *glebis.* np. a κλάω verbum natum eſt.

*Ibid.* 3. *excoli commodiſſime: tunc p. a.* Interpungendum eſt poſt *excoli.* ſic edd. pr.

I, 28, 1. *quae redacta – praecidi arbores.* Interpunge poſt *qui nunc ſunt.* Sic edd. pr. poſt pro autumnales leg. *autumnalis*, ſc. temporis, vt eſt in ed. Ienſ. item mox poſt *temporibus*, et ſcribe *quidem* pro *quaedam.*

*Ibid.* 2. *aequinoctium autumnale.* Chariſius habet *autumnal*, vt c. 34. 35. recte.

I, 29, 1. *putari inprimis.* neque hoc probandum, neque quod in libris antiquis eſt *in pratis*, quae falce vineatica non indigent, ſed foenaria. an fuit *putari imputata?* vel *putari in pratis* eſt idem quod infra *prata purgari.*

*Ibid. ſeges dicitur etc.* de h. l. dixerat iam in nota, inter Geſn. quae hic rurſus latius explicantur. ad vltimum inclinat ſic legere: *ſeges dicitur, quod aratum ſatui eſt:* verba *aruum – ſatum eſt.* e margine in textum veniſſe, quia nil aliud habent, quam *noualis* explicationem.

*Ibid.* 2. *cum iterum, offringere dicunt.* Recte Vrſinus pro interpolatione delet. (v. not.)

*Ibid.* 3. *lacunam ſtriam facit.* apud Nonium eſt *iſtriam*, quod *inſtriam* fuiſſe credo, i. e. ſtriis priuatam, quales eſſe debent in aruo lacunae ſ. ſulci; Cato *ſulcos perpetuos* dicit.

Ep 11. p. 134.

I, 30. *quod ſi quae folia – non ſunt.* Hoc eſt a Victorio. Mihi vetera magis placent, in quibus eſt *mittere* non *amittere:* item *idonea.*

I, 31, 1. *quod ita occidunt.* Legam *occaedunt*, antiqua ſcriptura.

*Ibid.* 3. Sic legam atque ordinem: *minorem flagellum; maiorem enim*, (pro *etiam*) *vnde vuae naſcuntur, palmam: prior, litera vna mutata, declinata a venti flatu flabellum ſimiliter ac flagellum: poſterior etc.* Puto Varronem docere, qua parte flagellum vuas parit, *palmam* a pariendo dici, qua capreolum mittit *capream.* male a Popma et Victorio *caprea* eligitur.

*Ibid.* 4. *ocinum dictum a Gr. v.* ὠκέως, *quod valet cito.* Nonius haec referens habet *venit cito.* melius, i. e. naſcitur, prouenit, vt habet Plinius: *a celeritate proueniendi.* nam ὠκέως quid ſit, ſtultum fuerit dicere.

*Ibid. id ex pabuli ſegete etc.* Varie hic locus editur. optime a Bruſchio: *id ex fabuli ſegete viride ſectum, antequam genat ſiliquas:* quod cum codd. ſcr. conſentit, et Popma recepit.

*Ibid.* 5. *contra ex ſegete — ſeri coeptum.* primum *ex ſegete* e margine in textum venit, quod farrago *ex ſegete farracea* appellaretur. poſt *Far* quoque inutile eſt. nam vbi ordeum, ibi et far intelligitur. In Mſ. Caeſenate eſt etiam *ferrago*, a ferro, nam a farre ſaltem *faracia*, vno *r*, more antiquo. Totum ſic erit: *contra, vbi ſata admixta ordeum, et vicia, et legumina pabuli cauſa, viridia quod ferro caeſa, ferrago dicta; aut niſi quod primum in faracia ſegete ſeri coeptum.*

*Ibid.* 6. *in poma quae inſita erunt, ſiccitatibus aquam addi quotidie.* Nonius addit *veſperi*, quod et in edd. quibusdam eſt. recte. (v. et notas.)

I, 32, 1. *Quarto interuallo – arationes abſolui.* Cur nulla mentio meſſis? quam non praetermiſit Varro. et eius mentio ex Varrone apud Plinium. Non dubito a Varrone ſcriptum eſſe: *cum ſit maturum*

*nono menſe.* In edd. priſcis quibusdam inter *maturum* et *arationes* interponitur *collige. Inde.* quo voluere explere, quod aberat.

*Ibid. Frumentum dicant XV. diebus eſſe in vaginis, XV. florere XV. exareſcere.* Plinius 18, 7 Varronem dicere ait *quater nouenis diebus fruges abſolui.* Vtrum melius? Decernat Theophraſtus a quo multa in Varronem venere, VIII, 3. Hiſt. Plant. qui dicit *florere poſt quatuor aut quinque dies, aeque diu florere, diebus ſeptem defloreſcere.* quae cum Plinio l. c. conſentiunt, ſed illa his addita apud Plinium non ſunt a Plinio, ſed a mala manu addita.

I, 33. *aratro offringi.* Leg. *arata* ex edd. ant.

I, 34, 1. *ad diem XCI.* Scribendum *XXCVIII.* Neque enim plures ab aequinoctio autumnali in brumam dies numerantur.

I, 35, 1. *Serere Lilium etc.* Haec ſic ſunt ſcribenda: *ſerere lilium, crocum, quod iam egit radicem, roſam: ea* (vel *etiam,* aut *et*, vt habent quidam libri) *conciditur* etc.

*Ibid. Violaria – macriorem.* Edd. pr. demunt *e* ante *terra*, et *ea*, poſt *ad.* Itaque Victorianis proxima *terra adruenda puluinos fieri.* quae admittere ſuadet Leucoi natura, quod in ſumma terra ponitur. puluini autem fiunt, quo melius hibernum ſolem accipiant et citius florem fundant. *macriorem* minus probo, quam vetuſtius *minorem.*

*Ibid.* 2. *Ab Fauonio etc.* Hoc ad primum interuallum inter Fauonium et vernum aequinoctium ſpectat. Etiam Columella ſerpyllum docet circa primum aequinoctium eſſe plantandum.

I, 37, 1. *quaedam facienda etc.* vltimum *et caeduam ſiluam. et caedas vt ſiluam* vel *ſilvas.* nam eas decreſcente luna et ſica caedi debere perennitatis cauſa, omnes ſciunt: at ſiluam caeduam creſcente luna, quo citius reſurgat.

*Ibid.* 3. *nunquam rure audiſti etc.* Primum *Ianam lunam* puto eſſe plenilunium, cum pulcerrimam ſpeciem luna habet. vel ita dici *Ianam*, vt ſol *Ianus:* ideoque *VIII. Ianam lunam* eſſe diem octauum ante plenilunium, i. e. diem lunae ſeptimum, item *poſt VIII. Ianam lunam*, diem a plenilunio octauum, i. e. lunae circiter viceſimum primum, quae tempora, vt olim, ita et nunc a plerisque religioſe ſeruantur.

Ep. 12. p. 147.

I, 39, 1. *cum ſemina quatuor ſint generum.* Sed tria tantum memorantur: deeſt quartum, vt videre iam Popma et Victorius. In ed. pr. Ienſ. poſt *in terram* additur *per ſe a natura, alia ex induſtria, vt faciunt viuir.* in quo eſt quarti veſtigium, ſed alieno loco. Theophraſtus in H. Plant. 11, primo loco ponit γένεσιν αὐτόματον et ἀπὸ σπέρματος. haec ſunt in illis, *per ſe a natura*, et *ex induſtria.* Hoc igitur fuit primum genus Varronis: atque id poſt ab eo latius explicatur. atque eodem modo genera haec tradit Virgilius, ſiue e Varrone, ſiue e Theophraſto, in Georg. II, 10. tum legendum e Mſ. Caeſ. et ed. Ienſ. *viuas radices.*

I, 40, 5. *Quartum genus ſeminis — obligetur.* Interpunctio *in aliam. Videndum etc.* eſt vitioſa. Fac ſic: *in aliam, videndum qua etc.*

*Ibid. non enim pirum recipit quercus etc.* Haec ſic interpungenda ſunt: *N. e. p. r. quercus; neque etiam ſi malus pirum, hoc ſequuntur multi, qui aruſpices audiunt multum, a quibus proditum.* Senſus eſt, etſi malus piro inſeri poteſt, tamen ſuperſtitione deterriti, multi non faciunt.

*Ibid.* 6. *Ex arbore, e qua quis — curat.* Haec quatuor diuerſis modis reperiuntur in libris ſcr. et edd. Ienſoniana lectio eſt optima. Ea omittit e vulgata: *quod intro eſt*, ante *falce.* habet poſt *detectum ad coelum*, quod eſt vitioſum pro *derectum*, i. e. directum.

I, 41, 1.

I, 41, 1. *ſequitur caldorem*. Praetulerim lectionem *calidiorem* ſc. menſem, vel locum. nam ſequitur, ficeta in locis frigidis fieri non poſſe.

*Ibid.* 3. *in aliis transl. videndum, vt quod transferat.* Legendum aut *transferas*, aut ex ed. Ienſ. *transferatur.*

*Ibid.* 5. *In creſcendo tarda. In hoc enim humidiora quam aridiora.* Credo Varronem dixiſſe, in creſcendo minutiora eſſe tardiora aridioribus, idque e ſequentibus patet. Varro omnia haec ſumſit e Theophraſto, qui poſtea, quae hic habet Varro, dicit, imbecillia eſſe tardiora. Itaque Varro ſcripſit: *in hoc etiam imbecilliora quam aridiora.*

I, 42. *id ſeritur ita, vt ſemen iactatur.* Vrſinus e V. C. *differtur*, quod commode in *diſſeritur* vel Varronis more, *deſſeritur* mutetur. At cur *ſemen* et *iactatur* retinetur. Credo fuiſſe *ita vt ſemel iaciatur* (de *iaciatur* vidit et Geſn.) nempe ita iactandum eſt ſemen, vt interſerere non ſit neceſſe.

I, 44, 2. *item ex modio naſci centum.* Magnus numerus, ſed tamen eſſe debet CL e Plin. 17, 5.

Ep. 13. p. 160.

I, 45, 3. *Quod tectae terrae tepore propagantur, ſupra aëre frigidiore tinguntur.* Scr. *tectae terra*, Theophraſtus *ϛεγαζόμενα τῇ γῇ*. Pro *tinguntur*, quod eſt a Victorio, cum ante eſſet *ringuntur*, malim *ſtringuntur.* Gelu *ſtringi* dicuntur res, cum coeunt, denſantur. Theophr. *κωλύεται.*

I, 49, 1. *et ille primum. ille* inane eſt, nec reperitur in edd. pr. adeoque delendum.

I, 54, 2. *Sed eligitur ad edendum.* Nonius interponit *etiam*. mox *lectius* e Mſ. Vrſin. corrigam *lecta.* nam lectior vua ad cibum ſeponitur. melius tamen e *lectius* feceris *ſecius*. nempe, quod ſecius eſt in vuis et deterius ad vaſa torcula defertur.

*Ibid. quae in aram vt in carnarium adſcendat.* Olim credidi *aram* eſſe oportere *arcam*, quod et in editis repereram. nunc aliter cenſeo. nam puto Varronem loqui de vuis paſſis, quia recens vua vt ſeruaretur vel in ollis inter vinacea reconditis, vel in amphoris in piſcinas demiſſis, ante dixerat. Vrſinus e vetere et optimo libro notauit *aera* pro *ara*, ex quo vna litera mutata, fit *aena*, pro *ahena*, quia Varro adſpirationem non amabat. Itaque alia vua in *aena* immergitur, *vt in carnarium eſcedat.* firmat Columella 12, 16.

*Ibid.* 4. ad notam de verbo *eligitur*, pro quo malebat *laedatur* vel *caedatur*, addit, non contemnendum Morgagni *laudatur.*

*Ibid.* 7. *cum is humor modicus.* Immo *medicus.* vtebantur enim amurca ad curationes pecudum, olearum.

I, 58. *Faba legumina.* Interponendum eſt *et.* nam et *faba* legumen eſt et Creſcentius habet e Varrone *faba et cetera legumina.* Sed Plinius tantum et, item ed. Ienſ.

I, 59, 4. *Punica mala – pependerint.* Primum *obteris circum ramum* puto eſſe: circa ramum terram eſſe comprimendam ad includendum ſpiritum internum, e terra emiſſum, e quo creſcere poma Theophraſtus tradit, vnde et ollam ſine fundo eſſe vult Varro, et ex retento humore, quem aër et ſol detrahunt, dum in arbore pendent, ſed cortice tantum augentur. Deinde *ſi extrinſecus ſpiritus adflet*, ſi Theophraſtum ſequimur, *intrinſecus:* ſi Plinium, *ni* pro *ſi* legendum cum Creſcentio. ſed Theophraſtum malo.

I, 61. *in doliis.* Sic Victorius. in libris aliis eſt *ollis*, et *oleis*, hoc praetulerim, antique pro *ollis.*

I, 62. *Promunt condita.* omnes libri veteres *primum.* Inde fecerim *promundum.* Poſt eſt *vtendum, vendendum.*

I, 65, 1. *Si vetus — prodit.* E libro Vict. pro prodit lego *promito*: *tum quod non ſit, anni cum acceſſerint* et in parentheſi accipio.

I, 66. *Oleas albas, quas condideris novas etc.* diſtracta haec ſunt et languida. Interpunge poſt *condideris*, et *amaritudinem.*

## IN LIB. II. VARRONIS.

Ep. 49. p. 416 ſ.

II. *praef.* 3. *quarum quoniam ſocietas inter ſe magna.* Edd. pr. *quarum inter ſe conſocietas magna.* Hinc corrige: *quarum inter ſe cum ſocietas magna.*

*Ibid.* 6. *tibi, Niger Turrani.* Addendum *hunc* ſc. librum, *tibi* etc. ita omnia clara.

II, 2, 2. *Itaque quae id non habent, maiores noſtri apicas app.* Edd. pr. *itaque quo id non habent.* i. e. quoniam id non habent, vt in illo Ciceronis, *non quo quicquam metueret.* Videndum porro, an *apicas* per corruptionem venerit ex *ἀτϱικας*, an ſcribendum *atricas.*

II, 2, 4. *lana opertis auribus, amplis pectore et ſcapulis.* Vrſinus corrigit *amplo pectore:* bene. ſed e libro Politiani malim *ampli.* quid enim prohibet credere *amplis* et hoc *ample* veteribus in vſu fuiſſe. Certe maxima eſt Codicis auctoritas.

II, 2, 6. *quod recte ſanum eſt extra luſcam, ſurdam, minam, id eſt, ventre glabro.* Oues ventre glabro, ſupra *apicas* dixit, ſed aliam tamen *apicam*, aliam *minam* credo. nempe *apicae* ſtatim in oculos incurrunt: ideo in emtione non excipiuntur. *mina* de qua ſtipulando cauetur, fortaſſe eſt ſterilis, eoque inutilis, quam Columella reiiciendam eſſe dicit. Feſtus quidem *minam* dicit eſſe mammam ſiccam et exilem, quae eſt ſterilitatis ſignum. Id ſi eſt, delendum erit *id eſt ventre glabro.*

*Ibid.* 7. *Primum prouidendum.* Creſcentius praeponit: *de paſtione,* quod non contemno. nam et in ceteris partibus, de quibus ſe dicturum dixerat, eiusmodi quid praepoſuit Varro, vt *quod ad foeturam* etc. atque in aliis ſic locis ſimilibus.

*Ibid. non enim ſolum ea vligo lanam corrumpit etc.* quo ſpectat *ea vligo?* E Creſcentio puto addendum ante, *ac fieri ab vrina purum.* Varro in ſequentibus dicit *ſtabula eſſe facienda* lapide ſtrato, *necubi in ſtabulo vrina conſiſtat,* quod monitum eſt etiam bis apud Columellam.

*Ibid.* 8. *Cum aliquot dies ſteterunt, ſubiicere oportet virgulta alia. Virgulta alia* indicant, iam ante aliquid fuiſſe ſtratum. itaque quidam correxere *virgulta et alia.* Creſcentius propius ad Varronis ſententiam accedit: *ſubiicere oportet alia virgulta et paleas.* Solent autem per ſingulos menſes ter quaterue ſubſternere ouibus paleas, vel ſtramenta, vel virgulta, non ſolum ob cauſas a Varrone memoratas, ſed etiam, vt maior ſtercoris copia fiat, inprimis verno tempore. In Mſ. Politiani eſt *virculta* vel a *vi* cum *r* finali et *colo*, vel ab *hir*, caua manu, adſpiratione in *u* verſa: quippe virgulta putantur et flectuntur, vnde manu culta.

*Ibid.* 9. *Contra illae in ſaltibus quae paſcuntur.* Ex vetere ſcribendi ratione vitiata et perturbata omnia puto. Scribebatur *illei – quei*, qualia multa adhuc ſunt in libris de L. L.

*Ibid.* 20. *in pellitas binos.* Ed. Ienſ. *caprae binos.* Liber Politiani: *captae binos*, h. e. *captas binos.* nam oues pellitae, impeditae ſunt et captis ſimiles, ideoque diligentiorem curam poſcunt.

II, 4, 1. *Sed quis e portu poſt Italico prodit, ac de ſuillo pecore expedit?* ſc. quis poſt nos, quos Epiroticos vocatis, e portu Italico prodit (Italia enim porcorum cultura inſignis) et de ſuillo genere narrat? Quibus a capris ad ſues ſermonem convertit, vnde cap. 4. initium.

*Ibid.* 4. *Boni ſeminis ſues animaduertuntur a – et regione coeli.* quid *e regione coeli?* in qua coeli plaga formoſae ſues naſcuntur? cur igitur additur *coeli.* Varro intelligit, *potius*

*tius ex iis locis, vbi naſcuntur, amplas quam exiles* eſſe parandas.

*Ibid.* 11. *De magnitudine Gallicarum ſuccidiarum – in ploſtrum imponit.* Omnia hic ita ſunt perturbata et vitiata, vt de emendatione deſperandum ſit. Cato de Gallicis ſuccidiis ſcripſit earumque magnitudine, et hic de Italicis traditur et de numero. Mihi non inutilis videtur lectio haec: *In Gallia Inſubres terna aut quaterna millia lautia ſuccidia habere. ſus vſque adeo.* Nam *vere* ex habere relictum videtur. magnitudinem ſuccidiarum declarat numerus.

*Ibid.* 13. *Scrofa in ſua quaeque hara alat oportet porcos, quo alienos aſpernantur.* Scriptura vetus eſt: *quo alienei ſpernantur.* hoc ipſum praecipit Columella.

*Ibid.* 17. *in eorum foetu.* Corrigam *fotu*, vel *fetu* e *petu* in Mſ. Polit.

Ep. 50. p. 428.

II, 5, 7. *compreſſis malis, ſubſimiſue, gibberi ſpina leniter remiſſa, opertis naribus, labris ſubnigris, ceruicibus craſſis ac longis.* alieno vtique loco eſt *ſpina* inter partes circa os. Ego hoc ordine ſcripta haec a Varrone puto: *compreſſis m. ſ. apertis naribus, labris ſubnigris, gibberi ſpina leniter remiſſa, ceruicibus craſſis.*

*Ibid.* 8. *ne cuius vngulae diuaricent.* Mſ. Polit. *diuarent*, quod eſt a *varo*, vnde *varus.*

*Ibid. caudam profuſam. Codam* libri antiqui. Hac forma vſum Varronem, teſtis eſt Nonius.

*Ibid. colore potiſſimum etc.* quare *heluum* et *rubeum* colorem nigro anteponat, non apparet. Puto excidiſſe *ad laborem: vtrique ad labores pluris, quam nigri et albi.* Conſentit Plinius: *nigri coloris candidiue,* inquit, *ad laborem damnantur.*

*Ibid.* 9. *iugatorii Liguſtici.* nempe boves omnes ad opus ſunt iugatorii. itaque vetus ſcriptura reuocanda *nugatorii.*

*Ibid.* 15. *ad aquam appellendum bis.* Receperim lectionem libri Politiani *appellandum,* quia bubulci boues in omnibus voce moderantur.

*Ibid. quod egredientes deguſtare poſſint.* Exemplar antiquum *regredientes.* Primum enim e ſtabulo egreſſas ad aquas vocant, dein paſcere ſinunt circa ſtabulum, vt redintegrentur.

*Ibid.* 17. *et reiiculae reiciundae.* Mſ. Flor. vterque *reiculae.* Pol. *reicolae.* pro eo ſcr. *toricolae* vel *toreicolae,* quod vaccae ſteriles tauros conſectantur. Columella praecipit: tauras, quae locum foecundarum occupant, ablegandas aut aratro domandas.

*Ibid.* 18. *Numerus de tauris — facit alium.* His profecto aliquid vitii ineſt. Primum in numero LXX. qui primo loco debet eſſe LX. nam vtrique tauro XXX aſſignantur; altero nullus. Itaque iſta: *quidam habent aut minorem — matribus ſuis,* ſpuria iudico. nam explicant illa: *numerum gregum alius facit alium.*

*Ibid. Atticus* 120 *habet.* Mſ. Vict. *centaurium viginti:* Vrſini *centum vicenum.* an centenarium vicenum.

II, 7, 3. *eum equum habere annos XVI.* E Columella 6, 29. corrigunt X. ſed cur non Columella e Varrone corrigitur? nam et Plinius L. XI habet XVI.

*Ibid.* 5. *cruribus rectis et aequ. genibus rotundis, nec magnis, nec intro ſpectantibus.* Haec Aldus vitioſa fecit e Columella. In Mſ. Caeſenate et edd. pr. poſt *aequalibus* additur *introuerſis, potius figurata,* et in fine abeſt *intro ſpect.* corrigam: *non introverſis, potius figura alta.* genu pertinet ad crus. ſi crus non intro vergit, nec genu. Tum quia Columella probat *crura alta,* id non omiſſum videtur a Varrone.

*Ibid.* extr. *corpore multo.* Videtur eſſe ab interpretibus aut librariis, cum ante iam dixerit equos legendos eſſe *amplo corpore* et *formoſos.*

*Ibid.* 6. *in Graecia Theſſ. equi a terra Appuli, ab Roſea Roſeani.* Puto legendum: *a terra Appulia Appuli.*

*Ibid. cum flumen tranſuehendum.* An *traviundum* ab antiquo *trauio*, quo bis vſus eſt Lucretius.

*Ibid. emtis equina ſimilis f. ac boum.* Mſ. Politiani *ſimulis* a quo Plautinum *ſimulter*, et verbum *ſimulo*.

*Ibid. 7. Horum foeturae initium admiſſionis facere o. Admiſſio et foetura* eadem eſt. titulus fuit Varronianus: *de horum foetura. Initium adm.* vt in loco de canibus: *de foetura. Principium admiſſionis etc.*

*Ibid. 8. demtis enim teſticulis fiunt quietiores, et ideo, quod ſemine carent canterii appellati.* Haec male interpuncta ſunt. Scribe ſic: *demtis – quietiores; ideo, quod ſemine carent. Ii canterii appellati*, ſiue vt Ienſ. habet, *appellantur*.

II, 8, 2 *vterque eorum ad vſum vtilis, partu fructus neuter.* alii aliter. mallem *partu, fructu neuter.* nam quaedam pecora partu tantum proſunt domino, vt equi, aſini, ſues, quaedam partu et fructu, vt oues, boues etc. muli atque hinni neutro.

*Ibid. quo equa ad miniſterium lactis etc. equa* inelegantem orationem facit, aptius eſſet *aequa*, h. e. parem ad lactis miniſterium.

*Ibid. 3. de aſinis quam ampliſſimum form. p.* Edd. pr. *de aſinis quemque ampliſſimum, et formoſiſſimum quem poſſunt, eligunt.* Haec meliora vulgatis, ſed pro *quem* ſcribam *quam*.

*Ibid. Quem emimus – in equis. que in emendo* ex margine irrepſit, in quo erat: *quae in emendo eſſent attendenda.* quo ſublato omnia clara fiunt.

*Ibid. 6. Hinnus qui appellatur, eſt ex equo et aſina, minor quam mulus corpore.* Delendum eſt, *eſt ex equo et aſina:* nam id paullo ante iam dictum, temere hic repetitum eſt.

*Ibid. 14. quidam nucibus Graecis – ea exulcerare.* Eadem Fronto graece e Varrone habet, et Columella. e quibus pro *graecis* ſcribendum *amaris*.

II, 10, 1. *Qui paſcunt, eos cogere oportet in paſtione diem totum eſſe, paſcere communiter.* Malim, *qui paſcunt, eo cogere etc.* ſc. eo loco in ſaltibus etc. vbi totum diem paſcunt.

*Ibid 4. aut ſi in iure ceſſit, cui potuit cedere.* Edd. pr. *aut ſi in iure cui ceſſit, potuit cedere.* Mſ. Vict. *aut ſi in iure ceſſit, cui potius cedere.* Hinc corrigam: *aut ſi in iure ceſſit, cui pote (potis) ius cedere*, vel, *aut ſi in iure cui ceſſit, pote ius cedere.*

*Ibid. 5. Cibus eorum debet eſſe interdiu ſeparatim vniuscuiusque gregis.* in Mſ. Vict. et Ven. *giſue*, vel *giſues gregis.* id interpretor *cis vlſue gregis.* nam ſaepe interdiu paſtores ſunt citra et vltra gregem excubantes. Politiani liber habet etiam *interdius*, quod et apud Plautum inuenitur.

*Ibid. 8. de nutricatu – veniſſes.* In Mſ. Vict. non erat *Tremellius*, ſed pro eo, *ſemel ſimul adſpicit.* perturbata haec ſunt, et alterum verbum vitiatum. Lego: *eaſdem fere et nutrices et matres ſimul. Tremellius adſpicit ad me.*

*Ibid. 9. nec non etiam hoc – et filios habere.* Haec vitioſa puto. nam ſententia ita ſuſpenſa eſt, vt, cum ad finem venias, aliquid amplius exſpectes. Leui tamen mutatione perficitur oratio: *et incomitatas vt vagari* (vel *vagari vt*) *liberet et filios habere.*

II, 11, 2. *Sed horum ſunt diſcrimina — alibiles.* Duo facit diſcrimina a paſtionibus, primum, cuius natura ignoratur, ſi *id alibile*, ſuſtuleris, quod in nullo codice reperitur. Sed id primum magis ad alendum pertinet, quam ad purgandum *propterea illud* vel *primum* aut I. poteſt deſiderari.

*Ibid. a mulgendo – ſumtum. Emunctum* eſt ab Aldo inſertum. nam abeſt ab edd. pr. et eius loco eſt *enim*, quod tamen inutile eſt.

*Ibid. 4. a Vergiliis vernis exortis ad aeſtiuas Vergilias.* Scribi debet *a Vergiliis vernis ad exortas Vergilias aeſtiuas.* nam

nam verno tempore occidunt Vergiliae: et Caeſare auctore, quem ſequi ſolet Varro nonis aprilibus, latentque per dies 34. Boeotiis per dies 40, quos aſſignat caſeo faciendo Varro.

*Ibid.* 1. *mammae enim rumis ſiue rumae — a lacte.* Locus obſcurus et perturbatus. Ed. Ienſ. *rumis ſiue ruminare.* ſic Mſſ. Polit. Vict. at in Mſſ. Venet. Flor. S. Reparatae pro *rumis*, *rumus.* Puto ſcribendum: *mammae enim rumeis ſiue rumina, et vt ante dicebant, a rumi etiam dicuntur ſubrumi agni lactentes.* De *rumeis* e quo *rumus* in Codd. antiqua ſcriptura patet. de *rumina* patet e Plinio 15, 18 vbi eſt: *lupa infantibus praebens rumen, ita vocabant mammam.* itaque *ruminare* ex *et* et *rumina* coaluit. *et* eſt in Mſ. Ven. in Caeſenate *ruminatae vt ante.* Denique *lacte* cum Scaligero abiiciendum. nam eſt inepta agni lactentis interpretatio. Ceterum a *rumen* eſt Dea *Rumna* non *Rumia.* nam et ſupra vbi vulgo eſt *diuae Rumiae ſacellum*, Politianus invenit vetuſtum *Rumina* inuerſis literis pro *Rumnai*, quod e *Rumina* contractum eſt, de quo Nonius e Varrone: *hiſce manibus lacte ſit, non vino. Cuninae propter cunas, Ruminae propter rumas.*

*Ibid.* 6. *quin adſpergi ſolent ſales, melior foſſilis quam marinus.* Codex Politiani, *qua ſpargi ſolent ſales, meliorem foſſilis.* nempe *qua* terrarum parte in caſei conditura ſpargi ſolent ſales. ſed *meliore* puto factum e *melior erit.*

*Ibid.* 11. *e Sicilia veniſſe dicuntur.* Mſ. Polit. ed. Ienſ. *dicunt.* id ea, quae ſequuntur, comprobant, *eosque adduxiſſe* etc.

*Ibid.* 12. *illi hoc. Neque ab hoc, quod mutaret Coſſinius. illi hoc* eſt fortaſſe hoc ſatis: idcirco conticuit Coſſinius.

## IN LIBRVM III. VARRONIS.

Ep. 51. p. 446.

III, 1, 3. *quo agri ſunt coli coepti.* Polit. liber et ed. Ienſ. *agricolae*, qui in c. et t. habitabant.

*Ibid.* 4. *et in bello ab his tuebantur.* Edd. pr. addunt *et alebantur.* vtrumque neceſſarium puto.

*Ibid.* 7. *qui poſtea creuerunt, peculia diviſerunt.* Ed. Ien. *quae*, bene refertur ad *peculia.*

III, 2, 1. *malum conſilium conſ. eſt peſſi-* Edd. pr. habet *eſſe* pro *eſt.*

*Ibid.* 5. *in tuum ornithona, vbi ſedes inter aues.* vltima, *vbi ſ. i. a.* abiicienda. nam vbi ornithon, ibi aues. Ornithon graece ſcripſit Varro. nam ipſe reprehendit morem graeca potius quam patria nomina vſurpandi.

*Ibid.* 5. *Tua, inquit, haec — et paſtoris.* Scribendum eſt *tam et oblita.* deinde *ornata: an mea — Liſyppu aut Antiphyllu, ſed crebra ſartoris et paſtoris? ſartoris* ſcripſit Varro, auctore Cod. Polit. *ſatoris* interpretis et operae ignauae. Ad vnum fundum ſatis eſt ſator vnus aut alter: nec magnus ille Axii: cur villam *ſatoris* faciunt falſo.

*Ibid.* 18. *ego vero etc.* opinor ſic eſſe interpungendum: *ego vero non recuſo vel hodie, atque ex iſta pactione crebro.*

*Ibid.* extr. *ac vim — earum rerum.* aptius haec ita ordinanda puto: *ac vim ſ. eius expone. Merula non grauate primum, inquit etc.* Non aliter Varro alio loco: *ille non grauatus primum inquit.* Varro Merulae perſona ingreditur ad exponendam paſtionis villaticae diſciplinam, et tria genera conſtituit, ornithonas, leporaria et piſcinas. in altero *non vbi ea etc.* pro *vbi ſoliti* puto legendum *vbi ſoli*, vt mox *vbi ſolum lepores includuntur ſilua*, niſi *paſci* intelligas.

III, 3, 4. *nutricare ſaginareque.* Edd. pr. *nutricere ſaginesque.* at Mſſ. vett. *nutricare ſaginisque.* illud melius, ſi pro *perueniant* e Mſſ. Flor. legas *peruient* pro *peruiant*, vnde *peruius.* atque ſimilia ſunt *deuio, obuio.*

*Ibid.* 7. *quae palatum ſuaue domini parauit.* In Mſ. Polit. eſt *donum* non *domini*; quod

quod puto fuiſſe *domnum* pro *dominorum*, quod ſequentia *habeant*, *habebunt* poſtulant.

III, 5, 2. *ex eis caduca*, *quae abundat.* Vrſinus delet *quae abundat*, pro gloſſa verbi *caduca.* mihi *caduca* ſuſpectum eſt, quo ſublato congrua eſt ſententia. at illis ſublatis, non perſpicuum eſt, quo *caduca* referatur.

*Ibid.* 4. *largius dat cibum*, *quod plus ponit etc.* *Largius dat cibum* et *plus ponit* idem eſt. nec habet *plus ponit* Creſcentius, vt in eius Codice non fuiſſe videatur. itaque additamentum videtur.

*Ibid. in hoc tecto etc.* ad notam a Geſn. editam adde: pro *cauea* ſcripſerim *cauia*, vt alibi *nauſia*, *tinia* etc. ex *auiarium* feci *auiarius*, eiecique *curator*, quo Mſſ. et ed. pr. carent. denique deleui *eſt aliud minus*, quod abeſt Mſſ. Caeſen. Ven. Florr.

*Ibid.* 16. *piſciculi* — *commeant.* Polit. liber *commetant:* id a veteribus vſurpatum Nonius e Naeuio docet.

III, 6, 1. *ſupra ſexagena millia numum i. a. d. c.* In edd. pr. pro *ſupra* eſt *S.* ſc. *ſeſtertium.* vnde Aldus H. S. quem alii ſecuti ſunt. id firmat Plinus et ipſa ratio: nempe ſinguli pauones venibant 50. denariis, i. e. 200 ſeſtertiis numis. itaque e 100 pauonibus redibant 20000 at Lurco e ſingulis pauonibus ternos pullos exigebat: ergo ſeſtertium ſexagena millia. in Cod. Caeſen. pro *numum* eſt *minimum.*

*Ibid.* 6. *Primus hos Q. Hortenſius – laudabant.* Haec obſcuriora, ita ſunt accipienda: *quod factum tam luxurioſi potius quam ſeueri boni viri laudabant.* non minor obſcuritas in Macrobio: qui habet *quod potius factum tam luxurioſe quam ſeuere boni v. l.*

III, 8, 3. *Ad ſaginandum – meliores.* In his multum eſt difficultatis: quod omne tollitur vna particula mutata: *tunc pulli plurimi gignuntur, qui ad farcturam meliores.* Legitur tempus circa meſſem, quo matres effoetae cito gliſcunt, et pulli adulti inueniuntur ad farcturam aptiores.

III, 9, 4. *magnis capitibus, criſta erecta, ampla.* Corrigam *amplas* e libro Politiani, et ad gallinarum magnitudinem referam, de qua nil dixerat Varro, vt ſolet. Columella dixit in hanc ſententiam: *rectis rutulisque criſtis, albis auribus, et ſub hac ſpecie quam ampliſſimae.*

*Ibid.* 7. *in pariete exſculpta ſint cubilia earum.* Cod. Polit. *excluſa*, nempe loca vacua, non repleta, extra parietis corpus non tamen extra parietem eminentia: quod tamen Columella non probat, qui in hac re habet *exciſa.*

*Ibid.* 8. *quod pulices et c.* Pedum genus gallinas infeſtat maxime, non pulices. Itaque ſcr. *pedes*, de quibus iterum eſt: *ab collo earum crebro eligendi pedes*, i. e. pediculi. idem vitium irrepſit in Columellam.

*Ibid.* 13. *Obiiciendum pullis — prohibendum.* nunc mihi probatur legere: *et aqua aliquanto ante tactam et vino*, *ne tum denique.* Igitur *tactam* pertinet ad *polentam*; cuius interpretatio *intrita* deformata eſt *et vino.* Eodem verbo vtitur Varro de anſeribus et de cocleis.

III, 10, 4. *in queis non includunt plus vicenos pullos.* Lectio vetus elegantior eſt *in quae non inducant: quae* intellige cellas aut ſpeluncas, in quibus ſtabulantur.

III, 11, 3. *Pabulum iis datur triticum, hordeum, vinacei, vuae.* Vltimum puto delendum. nemo enim *vuis* anates nutrit. Vinacea commendantur in pabulo anatum, non vuae, a Columella, Palladio etc. ſi tamen quis ſeruari malit, ſcribat vinacei ex vuis.

Ep. 52. p. 454.

III, 12, 5. *hos quoque nuper inſtitutum vt ſaginarent pleraque.* Haec excerpſit Macrobius ſic, vt habeat *ſaginarentur* plane abſit *pleraque.* recte vtrumque. illud et edd. quaedam Varr. antiquae habent. Paullo ante *intromiſit* corr. *intromiſſis* edd. pr. *intromiſis*, quod eſt idem.

III, 16, 3.

III, 16, 3. *ἱςορικῶς, quae — ſoleant, demonſtrabit.* eſt ab Aldo. ante erat *hyliſcus,* quod in Vrſini libro erat *ὑλικῶς.* recte. Appius hiſtoriam tradidit, Merula artem. eodem ordine traditur aliud L. II. *ego dicam duntaxat quod eſt ἱςορικὸν - de tertia parte, vbi eſt de arte, Scrofa ſuſcipiet.*

*Ibid.* 12. *vbi non reſonent imagines — eſſe oportet.* Mſſ. Florr. et Ven. edd. pr. non habent *cauſa*, ſaluo ſenſu. iidem libri ſcr. habent *procerum* tantum, at Caeſenas *praeterea* pro *procerum.* vtrum deligendum, ambiguum eſt.

*Ibid.* 13. *ab aequinoctio verno — ad alterum aequinoctium autumni.* aut *alterum* abundat, aut *autumni.*

*Ibid.* 16. *vitiles fimo bubulo etc.* Ex edd. pr. repono *fictiles.* nam hi, propter aſperitatem fimo bubulo oblinuntur intus: at *vitiles* extrinſecus, ad aërem prohibendum: intus nullo modo.

*Ibid.* 24. *ex iiſdem omnibus r. carpere dicuntur.* malo ex edd. pr. *dicunt*, quam vulgatum Aldinum.

*Ibid.* 26. *aliud diſcrimen ſequantur — aut eas ſequatur etc.* Immo *aliud eas ſequatur,* aut *ſequitur.*

*Ibid.* 27. *et ea iis aqua liquida — eſſe oportet.* Scribo *aquam liquidam.* tum *et ea* eſt pro ideo, ſicut etiam *et eo* dicitur.

*Ibid.* 32. *Eximendorum fauorum ſignum - ex apibus.* Sic Aldus et Pius. Veteres Codices aliter, ſed valde inter ſe diſcrepant et vitioſi ſunt. *viris* vel *curis* cum Popma lego *furis* vel *fureis,* quippe ex fucis, quos *fures* appellat Varro, maturae mellationis ſignum capi, et Columella et Palladius docent. Hinc reliqua ſic conſtituimus: *fureis ſi aluos habeat;* vel *habeatne. nam cum germinarit, ex apibus coniecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum.*

*Ibid.* Nota: ſupra in nota Pontederae ad h. l. *remoueis* corrige *remoreis* deinde: *remoreis* pro *remoueris.* deinde in fine notae adde: pro *mellis* vero *membranis* exſcripſit Creſcentius. non abſimili verbo vtitur Columella: *operculis.*

*Ibid.* 34. *exemtio cum eſt maior, neque vniuerſam, neque palam facere oportet.* Suſpicor *maior* plurium eſſe ſc. cum eximendum eſt. pro *vniuerſam* edd. pr. *numeroſam,* quod ad partes decem refertur, de quibus dixerat.

*Ibid.* 36. *et prope apponendum - thymum.* redintegrantur haec e Creſcentio: *et prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apiaſtrum et thymum.*

*Ibid.* 37. *deinde concutiendum leuiter, vt manu non tangas, et ponendae in ſole.* Edd. vett. *leuiter ipſo vaſe,* vt Mſ. Caeſen. Politianus autem ex optimo libro *l. ipſo vaſo,* ab antiquo *vaſum,* ex altero, *ipſum vas,* vt in libro S. Recanatae. Puto Politiani lectionem ſequendam, aut *leuiter ipſas vaſo.* Creſcentius: *concutiendum leuiter vas, et apes manu ne tangas, et ponendum in ſole.* Ex his *ponendum* probem, quia ſic ſaepe Varro. Vatic. *ponendo,* forte pro vetere *ponendom.*

III, 17, 2. *et ſine fructu.* arbitror, *et ſine ſumtu,* quoniam maritimae ſumtuoſae, aedificando, implendo, alendo.

*Ibid.* 3. *duo millia.* edd. pr. *ſex millia,* vt Plinius et Macrobius habent, quod non poſthabendum erat.

*Ibid.* 4. *Nam vt Pauſias — piſcinas.* Vrſinus recte delet *magnas.* nam non conuenit *arculis.* ſed videtur loco motum et ad *loculatas piſcinas* pertinere. Tum vide, an pro *arculas* vetus *areolas* vel *areulas* ſit reſtituendum. pictores vtuntur arculis, ad reponendos colores, at areolis, tabellis, ad pingendum.

*Ibid.* 6. *non paſci piſcinis.* an *non paſci piſcibus?*

*Ibid.* 9. *vt architecto permiſerit, vt ſuam p. c.* Vetus lectio, *vel vt ſuam.* vbi *vel* eſt pro *etiam,* vt et alii vſi ſunt.

# EMENDATIONES COLVMELLAE

## LIB. I.

Ep. 54. p. 471.

I. *praef. humi naturam — neque prudentis cr. tellurem etc.* Nil differt *humi natura a tellure:* atque adeo idem bis dicitur. Sed *humi naturam* eſt ab Aldo. Mſſ. Politiani et Goeſii et edd. pr. habent *rerum naturam:* quod reſtituendum eſt.

*Ibid. intemperantia coeli.* Eſt ab Aldo. Edd. pr. et iidem Mſſ. *violentia coeli:* quod verum eſt. *violentia* eſt *vis maior*, vt Plinius dicit XVIII. vnde et *iniuriam coeli*, et noſter ipſe infra c. 7. non multo poſt ante *optime* male omiſſum *et*. denique pro *tractauerit* e Mſ. Goeſii legendum *tractauerat.*

*Ibid.* 3. *placitae diſciplinae conſectentur magiſtrum.* hoc otioſum eſt, et e nota in textum veniſſe videtur; nec ſatis cohaeret ceteris.

*Ibid. 6. Nam ſine ludicris etc.* Edd. pr. non habent *nam*, rectius. et ante *olim* addendum *vt.* Ergo ſic ſcr. *florere poſſet reſp. ſine ludicris artibus, atque etiam ſine cauſidicis, vt olim ſatis felices fuere, futuraeque ſunt vrbes.*

*Ibid. ſine agricultoribus.* rectius diſtingues, vt c. 1. *agri cultoribus.*

*Ibid. vitaeque vtilitati maxime conueniens, minimam – conſummationem haberet.* Aldus *minimam* induxit pro vetere *minime.* male. nam Columella clare dicit, nullam eſſe agriculturae perfectionem.

*Ibid.* 7. *quae nobis nihil ſine ſanguine et cladibus alienis affert.* Mſ. Lipſ. recte delet *alienis.* nam praeda non contingit ſine alienis et noſtris cladibus.

*Ibid.* 28. *ſi quem deſideramus agricolam, quemque deſcribimus.* Corr. *deſcribemus.* non enim hic deſcribit, ſed c. 2. deſcribere incipiet (v. Var. Lect. )

*Ibid.* 30. *Nec Brutum aut Coelium Pollionemue cum Meſſalla et Catulo deterruere ab eloquentia fulmina illa Ciceronis.* Edd. pr. Aldus hic ex vetere *non* fecit *nec*, quod *num* fuiſſe credo, deinde *Catulo* ex *Caluo*, quem et Mſſ. veteres habent. recte. Etiam infra L. XII. eſt in Catalogo oratorum iunctus Meſſallae.

I, 1, 6. *Poeni ex Africa ſcriptores.* Spurium additamentum eſt *ex Africa.*

I, 2, 5. *viuae aquae ſalientes demittant. viuae* obeſt perſpicuitati et veritati. In Mſſ. Goeſ. Lipſ. *villaeque* eſt. quia ad villam vel maxime perducenda eſt aqua, videtur fuiſſe, *villasque* a. ſ. *demittant*, vel potius *emittant* vt habet ed. Ienſ. clara res eſt e cap. 5.

I, 3, 10. *veteretum* mihi omnia perpendenti vetus et legitimum verbum viſum eſt et aliud ac *veruactum.* Nempe quod per aliquod tempus aratum non eſt veteretum eſt, vt aliis locis Columellae intelligitur, cui opponitur *nouale*, quod aratum et cultum eſt. *Veruactum* autem eſt, eodem auctore, quod vere aratum eſt: id ergo veteretum eſſe non poteſt. *Fabam dicit optime ſeri in vetereto*, at L. XI praecipit: *ante idus Nou. occatam habeas quam pinguiſſimo et nouo loco.* ita poſt culturam vocant *nouum locum*, i. e. *nouale.* Varro porro L. I. dicit, multum intereſſe, vtrum *in rudi terra, an in ea ſeras, quae quotannis obſita ſit, quae vocatur reſtibilis, an in veruacto, quae interdum requieuit;* hic *rudis terra* nihil aliud eſt quam *veteretum.*

*Ibid. quinquaginta ſoli iugera.* Aſſentior iis, qui *quingenta* corrigunt: nam per legem Liciniam D. iugera poſſidere licebat. idem vitium in ſequentibus animadverſum eſt: *criminoſum eſſe ſenatori ſupra quinquaginta iugera poſſediſſe.*

*Ibid. putauit eſſe.* addendum eſt *ſatis* ante eſt e Mſ. Goeſii. mox pro *hac* legendum

dum *ac*, ex quo *hac* fecit Manutius: *populari ac plebeia* menſura.

*Ibid.* 12. *quos ne circuire equis quidem valent.* ſententia ſtulta eſt. itaque vetus lectio reuocanda, *quos ne circuire quoque valent*, nempe pedibus. Vulgatum eſt ab Aldo, vt mox *ac populandos*, quod commode abfuerit.

I, 4, 4. *Ventos et varium coeli p. morem.* Vetus lectio eſt *proprium*, quam veram puto. quod varium et inconſtans eſt, diſci non poteſt et praedici. (ſic et Mſ. San Germ.)

*Ibid.* 5. *quod maxime praeſtare poſſit.* refertur ad agri reditum, ſed ab hoc proxima diſſentiunt: *ea res etiam feraciſſimos agros vtiliores reddit.* Conſentient optime, ſi ex Mſ. Goeſiano ſcribatur *praeſtari*, nempe, quod maxime fieri poſſit.

*Ibid.* 8. *atque areae idem tantum complectatur etc.* Edd. pr. *aedem*, vnde Aldus *idem.* ſed Mſſ. Polit. Goeſ. habent *pedem*, quod libenter amplector. Quid ſit in architectura *pes*, et quid *pedem ponere*, cum fundamenta inſtituimus, docet Varro de L. L. Seneca de animi tranquill. etc.

*Ibid.* 10. *quem fere medius obtinet collis, quod neque depreſſus hieme pruinis torpet, aut torret aeſtate vaporibus.* Mſſ. Flor. Goeſ. edd. pr. habent *qui fere medios — aut torretur aeſtate vaporibus*, quae mutavit Aldus. *torretur* certe verum eſt.

I, 5, 4. *ceterum ad aeſtuum temp. calores.* rectius edd. pr. *aeſtiuos* et Mſſ. Polit. Goeſ. *aeſtatum.*

*Ibid.* 7. *villamque nec in via, nec peſtilenti loco, ſed procul et editiore ſitu condere, vt frons* — male egit hic Aldus, et nimis licenter. Mſſ. et edd. pr. habent: *nec in via, ſed alio procul editiore ſitu condere, ſic vt:* illud, vt militaris viae incommoda vitet: hoc, vt noxios paludum halitus. recte.

*Ibid.* 9. *ad ſuperiorem partem applicabuntur.* Iubentur aedificaturi, infra pedem ponere aedificii, vt firmius ſit. Ergo debet eſſe, vt in Mſ. Goeſ. *de ſuperiori parte* ſc. ad inferiorem.

*Ibid. nam nouum cum veteri adſtruitur, rimoſoque recens aedificium quaſi ſurgenti reluctans oneri cedit.* Apparet facile, *nouum* redundare, ſed id eſt ab Aldo. *rimoſoque* autem eſt ab ineptiſſimo ſcriba. nam quis tam ſtultus, vt rimoſo aedificio nouum applicet? Recte abeſt Mſ. Lipſ. Ergo: *nam, cum veteri adſtruitur recens aedificium, quaſi ſurgenti reluctans oneri cedit.* nil amplius deſideres.

I, 6, 4. *domitis armentis duplicia bubilia ſint, hiberna atque aeſtiua: ceteris autem pecoribus etc.* Patet, tam bubus quam ceteris pecoribus duplicia ſtabula paranda. non quadrat itaque *bubilia.* eſt autem ab Aldo: edd. pr. habent *bubulo: domitis a. duplicia: bubulo ſint hibernacula atque aeſtiva. hibernacula* e Cod. Goeſ. nam ſic appellatur pars domus, vbi hieme habitatur, vt docet Vitruuius.

*Ibid.* 6. *lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minime nouem.* pro *bubilia* ſcribendum eſſe *cubilia*, vel puer videat, et ſic Mſ. Lipſ. nam tam parua bubilia nemo faciat.

*Ibid.* 20. *quae fumi quodam tenore praecocem maturitatem trahunt.* Sic Aldus dedit. Mſſ. et edd. pr. *quae fumo quodam genere praecocem etc. quodam genere* int. quodam modo.

*Ibid.* 21. *et extructum pauitumque ſolum habeat.* Sic edd. recentiores: at antiquiores edd. *et extructum pauimentumque ſolo ne habeat.* Melius Codex Goeſ. *pauimentumque ſola habeat:* ex quo ſi facias *habeant* omnia bene ſe habent. *pauimentum* dicitur et de materia, ex qua fit, vt ex hoc ipſo capite intelligitur, et e Palladio L. I.

*Ibid.* 22. *periti — ſuperpoſitis virgeis cratibus tegunt, nec areſcere ventis ſinunt, aut ſolis incurſu patiuntur inuri.* Haec ſunt interpolata, vt e Mſ. Lipſ. et edd. pr. patet: *periti — ſuperpoſitis virgis tegunt, nec*

 *areſcere*

*areſcere ſolis incurſu patiuntur.* haec ſimplicia ſunt, et Varronianis de hac re ſimillima.

*Ibid.* 24. *omnis ſtercorata colluuies, cohortis, balineorum, et oleis expreſſa amurcae ſanies influere.* Primum pro *oleis* ſcribamus *ollis*, quia praecipiunt amurcam tam diligenter *ollis* ſeruari, quam oleum: et Columella habet, *amurcae recrementum – quod in ollis ſubſedit.*

I, 9, 1. *quam corporis ſtatura roburque.* Libri vett. habent *ſtatus*: e quo cur Aldus faceret *ſtatura*, non erat.

*Ibid.* 2. *bubulco quamuis neceſſaria.* Mſ. Polit. *bubulco quoquamuis.* Videlicet *bubulcoque quamuis etc.*

*Ibid.* 6. *ideoque labori multum ſe ſubtrahit. ideoque* Aldus fecit ex antiquo *liberque*, quod eſt, opinor, *libenterque.*

*Ibid. aratores a vinitoribus, et vinitores ab aratoribus.* alterum ſuperuacuum abeſtque Mſ. Politiani.

IN LIB. II.

Ep. 55. p. 484.

II, 1, 3. *magno foenore ceſſationis* Sic Aldus pro vetere *ceſſatorum*, quod certe non conuenit. Sed excidit *temporum. Ceſſata tempora* dixit Ouid. Met. (X, *669.*)

II, 2, 8. *cuius demonſtranda eſt duplex ratio, culti et inculti.* Mſſ. et edd. vett. *tractatio*, quod male Aldus mutauit. duplex modus ſoli tractandi traditur.

*Ibid.* 9. *aliquae fiunt patentes etc.* Lectio edd. vett. eſt huic Aldinae praeferenda (quae eſt in Var. Lectt.) item n. 11. *ne praecludatur humoris illapſu atque exitu.*

*Ibid.* 13. *ſaepius conuulſa moriuntur.* Immo *moritur*; quod vicina poſtulant, referturque ad *filix.*

*Ibid.* 15. *de ceteris ambigo.* E Goeſ. adde *Nil.* Nempe de duobus non dubitat, de colore autem dubitat. Poſt Mſ. Polit. habet *tum etiam Celſum.* ſed id leue eſt.

*Ibid.* 18. *non perexigua — et pinguedinem.* Primum pro *ac* edd. pr. *at*, quod mutem in *ea:* deinde *quouis* in Goeſianum *quamuis*, vt poſt *quamuis leuiſſimo dente etc.* denique Aldinum *ea res* vel Ienſ. *quae res* deleam, quod e nota marginis ortum eſt.

*Ibid.* 21. *quare antiquiſſimi fere omnes etc.* Eſt Aldinum. Ienſonius: *quare antiquiſſimum eſt formam huius operis conſcribere.* recte. nam antiquiſſimi iſti nuſpiam ſunt.

*Ibid.* 22. *boues arcte iunctos habere conuenit.* Hoc non eſt prouidi bubulci, *arcte* iunctos habere boues, vt Aldus edidit, ſed *apte* vel *arte*, vt eſt in antiquioribus. Deceptus eſt vitioſa lectione Plinii XVIII, 19 *aratores boues quam arctiſſime iungi oportere* pro *aptiſſime.*

*Ibid.* 23. *minoribus aratris moliuntur qui – plurimum confert.* Goeſ. *quia.* recte. eodem modo L. IV. peccatum eſt, *quod quidem non fit in traduce, qui a materno ſuſtinetur vbere*, pro *quia.* Tum pro *hoc – confert* legendum *ab hoc confertur* ex edd. pr. vt et latinitas ſuadet.

*Ibid.* 26. *aut extremo iugo truncum delibet.* Non credo bene dici *truncum delibare*, ſed corrigendum *delibret.* (Fauet ed. Ienſ. *deliberet.*)

*Ibid.* 28. *vt colla eorum refrigeſcant.* Edd. pr. *ſtringantur.* Mſ. Goeſ. *reſtringantur*, i. e. relaxentur, reſoluantur, quo ſenſu eo verbo et alii veterum vſi ſunt, Plautus, Lucretius, Ouidius etc. Eam lectionem veram puto.

II, 4, 4. *Quo tempore – oportebit.* Solſtitium oſtenſum eſt a nobis eſſe VI. Kal. Iul. Itaque ſcribendum hic *circa ſolſtitium, quod eſt VI. Kal. Iul.* Dies circa ſolſtitium non determinati ſunt. Sed liber Goeſ. habet numerum, *viginti.* Ergo legendum: *viginti diebus interpoſitis circa ſolſtitium.*

*Ibid.* 6. *at quae ſiccitatibus aruerunt.* Goeſ. recte *at qui* ſc. agri. nam agri proximi nominantur.

*Ibid. non minute diffindit humum.* Goeſ. et edd. pr. recte *diffundit*, nempe terra aratro

tro ſublata in partem vtramque reiicit: quod eſt *diffundere*.

*Ibid. boues iniquitate operis maxime multantur.* Columella L. I. dixit *agrum peſſime multari.* et hic liber Goeſii habet *peſſime.* recte.

*Ibid.* 7. *tum etiam ratio ruſtici aggrauatur. ruſtici* eſt ab Aldo. ante eum erat *ruſtica* recte.

*Ibid.* 9. 10. *excolitur iugerum talis agri. Sed in arando.* magis placet lectio libri Goeſ. *iugerum. Sed tali agro in arando.*

*Ibid.* 11. *expeditior autem labor eiusmodi ſolo eſt, eo quod pauciores impenduntur operae.* Male ſic Aldus. ſtultus fuerit Columella ſi hoc dixerit, immo *eoque p. o. i.* vt recte habet Ienſ. nempe quia exilis et ſoluta terra facile colitur, propterea pauciores operae impenduntur: non quia pauciores adhibentur, propterea expeditius colitur.

II, 6, 3. *Cluſinum candoris nitidi.* Edd. ante Aldum et Mſ. Goeſ. Lipſ. *candidioris* bene. ſed excidit *grani.*

II, 8, 2. *Nos enim non ambigimus.* Mſſ. Polit. Goeſ. edd. pr. *non abnuimus.* quod verum eſt. non ambigimus de certis: at non abnuimus, cum dubitamus.

II, 9, extr. *pultem quauis inopia, maxime cum lacte, non faſtidiendam praebet.* Non intelligi poteſt, quae inopia faciat, vt puls talis non faſtidiatur. Immo *quamuis in copia*, ſc. frugum, vt habent edd. pr.

II, 10, 3. *ſimulatque oſcilla lupinorum ederunt.* Ienſ. *ediderunt.* Mſſ. Goeſ. S. Germ. *edederunt.* forte *adederunt.* Virg. *ſaepe fauos ignotus adedit ſtellio.*

II, 11, 9. *Similis ſatio auenae.* Malim cum Mſ. Goeſ. *ratio.* nam non eſt ſermo de ſatione, ſed de vſu. Contra, vbi de foeno graeco dicitur n. 10. *ſed hac ratione iugerum ſex modiis, illa ſeptem occupamus,* corigendum *ſatione:* nam haec ad duo diuerſa ſationum tempora, autumnale et vernum referuntur. et ſit habet Mſ. Goeſ. Patet verba *ratione* et *ſatione* loca permutaſſe. Denique n. 11. in *poteſt et autumno ſeri,* redundat *et*, quod et Mſ. Polit. non habet, idque delendum, aut cum edd. pr. *etiam* ſcribendum.

II, 12, 7. Columella referens ſententiam eorum, qui fabam negarent ſarriendam, ſibi videri ait, *peſſimi agricolae committere, vt ſatis herba proueniat: frugibus enim plurimum detrahitur, ſi relinquitur runcatio.* Liber Politiani *in* habet ante *ſatis*, deinde *peſſime agricola* (*agricolas* fuiſſe puto). Pro *proueniat* malim *praeueniat*, excellere ſupra ſata. Denique pro *runcatio* Polit. Goeſ. habent *runca.* herbam puto eſſe, quae tollitur runcando.

*Ibid. inter ceteras dotes leguminis, vt exiſtimem debere ter ſarriri*, quia ea, quae Celſus de *leguminis* dotibus dicit ad omne legumen referri poſſint, cum ad fabam pertineant, ſcribendum e Mſſ. Goeſ. Lipſ. *inter caeteras dotes eius leguminis, vt exiſtimem debere etiam ter ſarriri.*

Ep. 56. p. 495.

II, 13, 1. *In totum ſumma operarum decem et dimidia.* rectius edd. ante Aldum haec ſuperioribus adnectunt et ad *occupant* referunt: *ſummam operarum decem et dimidiam.* item ſic corrigendum poſt in loco de hordeo, vbi ab verbo *exigunt* pendent.

*Ibid. Seſami modii nouem vel decem etc. Seſami* quia eſt alienum putaram (v. not.) ſcribendum eſſe *adorei*, quia de ſeſamo infra agitur, et far adoreum hac menſura tantum operarum expoſcebat ſecundum capita IX. L. II. et II. L. XI. nunc e Mſſ. Polit. et Lipſ. qui habent *ſiſſeminis, ſiſeminis,* quod in *adorei ſeminis* expanditur, cum a Catone, Palladio, ipſo Columella alibi (v. Gloſſ.) ſic dicatur. Breuius ex Plinio, qui *adoreum ſemen* ſimpliciter *ſemen* dicit, ob praeſtantiam. Quare: *ſiſſeminis, ſic ſeminis modii nouem etc.*

*Ibid.* 5. *ſumma ſit decem operarum.* vnam

 detraxit

detraxit Aldus, ſunt enim vndecim, nec id ſenſere editores. vndecim habent edd. pr. et Mſſ. Polit. Goeſ.

*Ibid.* 8. *Semina — et conſeritur XL.* Numeri fere ſunt vitioſi. Pro CXV. debet eſſe C. nam in iugero ſeruntur modii quinque et quinque modii poſtulant operas quatuor. Itaque in iugeribus XXV. ſeruntur modii CXXV, operae adeo debent eſſe centum. Deinde pro XL debent eſſe XXV. nam iugerum tertiatur et ſeminatur vna opera.

*Ibid. Caetera legumina – et dies X.* His dies XV. quos ſuperioribus ſubduximus, addere debemus, vt menſes octo diesque decem habeamus. Brumale quidem interuallum dies XL requirit, quia circa brumam otiari totidem diebus bubulcos, dictum eſt. Superſunt dies quinque, quos diebus pluuialibus et feriatis aſſignabimus, vt cuncti L. notentur. Primum enim ſpatium, quod colendis leguminibus attributum, operas LX i. e. menſes duos occupat, nequit produci. – Ante *legumina* delendum eſt *cetera.* nam legumen neque nomine neque re et cultu cum frumentis conuenit, et a Politiano in Mſſ. non repertum eſt, denique etiam *quibus non aratur* eſt gloſſa pluuialium dierum et feriarum, nec eſt in Mſſ. Polit. Goeſii.

II, 15, 1. *exceptis tamen paluſtribus aut nantibus.* Immo *ac n.* nam ſic Varro e Caſſio. Et illud *aut* peperit aliud vitium. nam cum Iocundus vel Aldus inde crederent, alias eſſe paluſtres alias nantes mutarunt vetus *quod* in *quoque.* Ergo legamus: nam *inde noxium quod eſt.*

*Ibid.* 6. *licet e vepribus compitisque congeſta colligere.* Nic. Heinſius e libro vetere protulit: *l. e. v. et e viis compitisque* Etiam Goeſ. *et e viis,* pro *compitisque.* Colligere *e viis,* latius patet, quam *e compitis.*

*Ibid. namque ea res ſerpentum noxam latere in ſtercore prohibet.* Edd. ante Aldum *ſerpentem noxiam.* Politianus non reperit *latere* in Mſ. Flor. eo ſublato, alio verbo opus eſt, quod Varro et Plinius dabunt, qui dicunt, depacta robuſta materia non gigni in ſtercore ſerpentes. Itaque *noxiam* factum videtur e *naſci.* Vulgatum non habet ſenſum commodum. nam quid nocet latens ſerpens. Nempe ſerpentes oua ſua ſolent deponere in fimo, vt eius calore excludantur, cum ipſi incubare non poſſint.

*Ibid.* 7. *culina et caſeale.* Varie *caſeale* interpretantur, Lectio Mſ. Goeſ. mihi verbum ipſum ſuſpectum fecit, in quo eſt *caerile:* quod factum e *caprile*, idque eſt in Mſ. Lipſ. et Columella L. VII. praecipit, vt caprile quotidie euerratur.

II, 16, 1. *ita vt plani loci — quam erit ſaturus.* Primum, numerus *duodecim* vitioſus eſt, pro eoque ſcribendum *duodeviginti* CCV. vbi iugero, quod rariorem ſtercorationem deſiderat, tot vehes attribuit. Alludit huc Lipſ. *duo et viginti.* Pro *ſaturus* Polit. liber *arcturus*, quod factum eſt ex *araturus:* nam ex eod. capite patet, mox poſt ſtercorationem arandum eſſe.

II, 18, 1. *quoniam demergunt vngulas.* vbi? nempe in *vdo* ſolo. et hoc *quia in vdo* et in libro Polit. et Goeſ. firmat ipſe Columella, repetens, *nam pecudes, vt ante dixi, molli ſolo infigunt vngulas.*

*Ibid.* 2. *et ſi qua obiacent falcibus obnoxia.* In Goeſ. et Lipſ. eſt *aſperiora,* quod probandum. (alii libri noxia v. not. Videntur eſſe merae gloſſae.)

*Ibid.* 4. *grumosque – diſſipabimus ita etc.* Edd. pr. ante Aldum *deſpiciemus.* in Mſ. Lipſ. *addeſpiciemus*, in Polit. *aſſicamus.* Credo eſſe debere *diſiiciemus.*

*Ibid.* 5. *tum foeniſecam meſſorem oportet inducere.* Quorſum in prata *meſſorem.* Politianus hoc verbum in Mſ. non reperit, ſed *foeniſeceas*, modo, pro *foeniſecas.*

II, 19, 1. *neque rurſus viride colligatur.* E Lipſ. reponendum *condatur.*

Ibid.

*Ibid.* 2. *vt aut in villam foenum portetur, aut in manipulos colligatur, certe quicquid etc.* hic duobus vſitatis ſeruandi foeni modis tertius additur. et omnino haec non apta ſunt. Corrige e Mſ. Goeſiano: *vel ſi non competit, vt in villam foenum portetur, at in manipulos colligatum certe, quicquid ad eum modum, quo debet, exſiccatum erit, in metas exſtrui conuenit.*

II, 20, 1. *extergatur.* Olim putabam *exteratur.* (v. not.) Mſſ. Polit. et Goeſii: *et rigetur.* edd. pr. *extringetur*, vel *extringatur.* quod erit diſtringendo reſoluatur exteraturque.

II, 21. *repurgari debent – – a curculionibus exeduntur. repurgari* ſenſu bene. Sed Mſ. Politiani *reperiri* habet. quod in *repoliri* mutatum apte ſequentibus concurrat: *quanto grana expolitiora.*

## IN LIB. III.

Ep. 57. p. 501.

III, 1, 2. *Vel frutex vt palma campeſtris. Palma* vitioſa viſa Guillandino (v. notas). In libro de arboribus commemorantur in hac re duae arbores, olea et ficus, totidemque frutices, canna et roſa. Itaque hic, vbi vna tantum arbor, olea eſt, etiam vnus frutex eſſe debet: poteſtque eſſe vel canna, vel roſa. hanc tamen praetulerim, vel *roſas campeſtres* quia in Mſſ. et edd. pr. pluralis eſt. campeſtris eſt, quae in campis naſcitur.

III, 2, 9. *non eſt vineis apta, vix etiam arbuſto, niſi praepingui et vuida terra. Vuida terra* non placet. nam alibi docet vitem amplioris acini, qualis eſt ea, quae germana dicitur, vuido loco non recte mandari. Itaque e Mſ. Goeſii legam *viuida.* Similiter c. XI. hoc verbum in *humida* mutatum eſt in edd. poſterioribus, et L. V. rurſus in *vuida.* Mutationes ſunt ab Aldo.

*Ibid. foliorumque et vuarum et acinorum magnitudine etc. et acinorum* deleuerim. non eſt in edd. pr. Tum interpungendum eſt *rarior. Largis fr. a minore ſuperatur.* Item mox n. 11. punctum ſcribe poſt *ſuſtineat. Materiam fructumque (niſi quod duplicem) non abſimilem germanae gerit:* hoc pro *egerit* e libro Vrſini.

*Ibid.* 12. *vini boni, ſed leuioris.* Sic Aldus. ſuperiores melius *lenioris.* nam ſuperiores, quas dicit, erant *auſterioris vini.*

*Ibid.* 13. *maiori geminae non diſſ.* Ante Aldum editum eſt *germanae*, vt eſt et in Mſſ. id eſſe verum, ſequentia clare docent.

*Ibid. non ita rubet, vt Amineis, a quo colore Rubellianae dicuntur.* Si minus Nomentanae rubent, quam Amineae, cur illae potius, quam hae Rubellianae dicuntur. ſed vitium eſt in *Amineis.* Corr. e Goeſ. *vt maioris.* quo alludunt et Polit. Lipſ. *a maioris.* ſc. rubella maior magis rubet materia, quam minor, cum vtraque rubeat.

*Ibid.* 18. de Apiana *vini dulcis, ſed capiti, neruis, venisque non apta.* de capite et neruis, certum eſt: venas autem inflare hoc vinum (muſcatum) et laedere, falſum eſt. Itaque *venisque* non videtur eſſe a Columella; nec habent Mſſ. Polit. Lipſ.

*Ibid.* 19. *de Biturica et Baſilica.* Pro *Baſilica* in Mſſ. et edd. pr. hic et alibi poſt, eſt *Baliſca*, vel *Valiſca.* Vites hae ſunt e Gallia. In Aquitania fuere populi *Bituriges* et *Vibiſci.* An ergo *Vibiſca?*

*Ibid.* 22. de Viſula: *breuem materiam et latum folium exigit.* Goeſianus Codex plenius: *durum et latum folium exigit.* Firmat Plinius L. XIV, 2 qui multa e Columella ſumſit, et Viſulae tribuit *foliorum amplitudinem et duritiem.*

*Ibid.* 27. *at Spionia etc.* Leg. *vt Spionia*, ſequentia docent. Nomen in Mſſ. tribus *Scipionia* ſcribitur: vel a gente Scipionum, vel ab vuarum longitudine.

III, 7, 1. *ac ne de iis aliqua.* Scr. e Codd. Goeſ. Lipſ. *at ne:* poſt ex huius veſtigiis, pro *quae vulgo non habentur, quae v. nunc habentur.*

III, 9, 4.

III, 9, 4. *Nihil enim dubium eſt – noram. Vnde.* Velim hunc locum ſic eſſe: *Nihil – voluerit* (*vt etiam paſtor ille in Bucolicis ait*) *ſic canibus catulos ſimiles, ſic matribus haedos. Vnde.* nempe ſublato *noram*, quod e Virg. additum, non habent Codd. optimi et edd. pr. *vnde* prius ex altero natum eſt.

III, 10, 3. *ſtirpes, quae e duro citantur, duplici ex cauſa probatae ſunt.* Immo non ſunt probatae, vt res docet. nam has ſtirpes vitant: itaque negandi particula neceſſaria eſt, quae forte excidit. ſed *probatae ſunt* mihi inſititium videtur, poſt *vitantur* deprauatum et factum *citantur*. Totus locus ſic conſtituatur: *ſed et hae ſtirpes, quae e duro, vitantur duplici ex cauſa.*

*Ibid.* 4. *ſed id ſarmentum, quod media vite ſitum non importuna quidem parte deficit.* Pro *non*, Mſ. Goeſ. bene *ne*. Polit. *nec*.

*Ibid.* 17. *qui futuram foecunditatem iam toto fructu promittunt.* Leg. *dato fructu* e Mſ. Goeſ.

*Ibid. videlicet quaſi ſemper ſit parentum foecunditati proles reſponſura.* Mſſ. optimi: *v. quia ſ. ſperet par. foecunditati prolem reſponſuram* cum praecedentibus compara. Patebit rectum eſſe.

*Ibid.* 18. *ſed in totam agr. r. dictum eſſe, intelligendum eſt.* Mſ. Goeſ. *ſed de tota agricolatione ſpatioue d. e. i. e.* vbi *ſpatium* amplitudinem artis indicat, vt apud alios.

III, 12, 1. *ad quam poſita eſt limitatio terrae vinealis.* Pro *limitatio* Goeſ. edd. pr. *imitatio*. Nempe in infinitis generibus, ex Graecini formula exemplum et ſimilitudo capienda eſt. Lipſ. habet *aeſtimatio*, vt et liber Politiani.

III, 14, 1. *ab Id. Oct. in Kal. Dec.* Puto Columellam ſcripſiſſe: *in a. d. VII. Kal. Dec.* nam eo die Brumalia acta et ſurculis deponendis finis factus. Ita XL dies conficiuntur, quod hac etiam aetate agricolae ſequuntur.

*Ibid.* 3. de malleolo et viuiradice: *non minus in erit – et facti terra.* pro *ſaepius* in his *ſemen* ſcribendum: ita omnia clara et integra fiunt.

III, 15, 5. *per hiemem – et humidam ſcrobibus inferre calorem tempeſtiuum.* Multa hic mutauit Aldus non bene. Libri vett. habent, per *h. ſ. vt humum ſcrobibus inferre calorem, tempeſtate ac per aeſtatem.* quae ſane ſunt et ipſa vitioſa. Corr. vel *per h. frigentemque humum* vel *per h. frigente humo.* Tum *tempeſtate* eſt tempore tranquillo et temperato, quale eſt vernum et autumnale. ſic *tempeſtas* et Ciceroni et aliis dicitur.

III, 16, 2. *In eadem linea — diſtent.* Haec diſſipata et diſtorta ſic reſtituenda e Mſ. Goeſ. et edd. ſunt: *In eadem linea*, in qua viuiradix obtinet ordinem ſuum, praeſidii cauſa quorum ex numero propagare poſſit (ſc. agricola, ſator, vel tu, ſi legas *poſſis*) in locum demortuae vitis, quinque malleoli pangendi ſunt per ſpatium pedale, isque pes ita a medio interordinio ſumitur, vt ab vtraque vite paribus *interuallis diſtent.*

III, 18, 4. *ita euenit — longiorem.* Edd. pr. habent *ſalicta* pro *ſalicto*, quod totam ſententiam peruertit, quia de ſalice ſerenda demum L. IV. praecipitur, tum quia ſalix hanc culturae diligentiam non requirit. Legendum puto: *in ſagitta non ſerenda vitaueramus.* Nam ſagitta a ſatione reiicitur. Cur, inquit Columella, contra Graecinum diſputans, ſagitta a ſatione repudiatur, ſi, detorto malleolo, pars ex ſagitta nunquam fructuaria ſumenda eſt.

III, 19, 5. Proponitur quaeſtio de vitium deponendarum generibus: *ſed illud etiam – cateruatim.* ſed quaeſtionis caput deſideratur. id ex Mſ. Goeſiano reſtituendum eſt: *Dicendum eſt, vnius ne an plurium generum vites habendae ſint:* cuius etiam reliquiae ſunt in libro Politiani.

III, 21, 4. *quod in deſcriptis etiam vitibus contingere poteſt.* Dixerat delectationem habere,

habere, ſi vites eiusdem generis ſeparatim ponantur: non negat tamen, eam etiam dari, ſi permixtim ponantur; nam et varietatem colorum gratam eſſe. Itaque videtur ſcripſiſſe *indiſcretis* vel *indeſcriptis*. nam ante dixerat *diſcreta ſemina*.

*Ibid. 6. atque adeo neceſſitas cogit agricolam muſti annonam expedire.* e Mſſ. Goeſ. Lipſ. et edd. pr. legendum *experiri*, i. e. commune pretium tentare, dum paterfamilias vinum, quia recens eſt, vili pretio vendere cogitur, *cum plurimum pretio accedat, ſi venditio vel in annum, vel certe in aeſtatem differri poſſit.*

*Ibid.* 8. Dicit, quasdam vites meridiano axe conualeſcere, *quia rigore vitiantur.* ſic Aldus dedit: at edd. ſuperiores habent, *quia ſunt calidiores*, nec diſſentiunt Codd. niſi quod in Politiani eſt *mox* pro ſunt, in Lipſ. *niſi*. Si Aldinum *vitiantur* antiquum eſſet, ſcriberem *quia, niſi calidiore, vitiantur.*

## IN LIB. IV.

Ep. 58 p. 512.

IV, 1, 1. *Cum permiſerint i. a. minore ſumtu gemmis diductis duo continua per ordinem veſtire pedamenta.* Vitioſum eſſe *gemmis diductis* credo cum aliis, ſed emendantibus *geminis diductis* non accedo. nam ita Columella idem praecepiſſet, quod alii, nec potuiſſet reprehendi hoc nomine, vt factum eſſe dicit. Puto legendum e Goeſiano libro, *geminis materiis ductis*, i. e. bina flagella vnius ſeminis ſ. viuiradicis, duobus palis alligare.

*Ibid. 7. repaſtinata humus, dum eſt recens ſoluta laxaque, velut fermento quodam intumeſcit.* In Cod. Goeſ. et edd. pr. eſt *laxataque.* recte.

IV, 3. extr. *Quo quid coniicit?* Non habet commodum ſenſum: ad vtrum enim refertur, Graecinum an Columellam? Immo lege e Mſſ. Goeſ. Lipſ. *quod quid convincit?* i. e. docet, perſpicue demonſtrat.

IV, 4, 1. *ab imo vſque recta materia erigatur.* Frigidum eſt *rectam erigere.* Corr. e Mſſ. Polit. Goeſ. *exigatur.*

*Ibid. 2. dum exaltare fortius o. a. ſtudet. Fortius* abeſt recte Mſſ. iisdem. aut ex eo fiat *altius.*

*Ibid.* 3. *malleoli et viuiradices.* Tollendum *malleoli*, qui inſunt in *reliquis ſeminibus* et e Goeſ. reponendum, *optime*, pro quo edd. pr. *optimi.* Tum mox *ſi mollis et tenera humus* melius Mſſ. Goeſ. et Lipſ. *ſi mollis ſimul ac tenera h.*

IV, 8, 1. *quos in re ruſtica.* Eſt ab Aldo. Edd. priores, *quos iure maxime etc.* ſic corrigendum.

IV, 15, 3. *id quod a matre abſciſſum recens erit. recens erit* debetur Aldo. Edd. pr. *receſſit.*

IV, 12. *ſi modo ſoli bonitas ſuadebit. At ſi cum eius vitio conſenuit, nullo modo relinquendum eſt.* Multo elegantius hoc eſt in edd. pr. et Mſſ. *ſuadebit. Cuius cum vitio conſenuit, nullo modo.*

IV, 24, 5. *ſi vero trunci pars ſecta ſolis afflatu peraruit etc.* Pro ſecta in libro Politiani fuit *ſenecta:* in Lipſ. eſt *euecta.* Hinc legendum: *Si vero trunci pars ſenecta vel ſolis afflatu peraruit.*

*Ibid.* 7. *nam citius* (plagae) *conualeſcunt.* Scribendum eſt *coaleſcunt* quod verbum eſt in hac re proprium et Columellae etiam alibi vſurpatum, et alibi quoque cum *conualeſcere* confuſum.

*Ibid.* 17. *furunculus, qui quamuis — praeciſus*, Furunculus, i. e. gemma non praeciditur. In Mſ. Polit. fuit *perciſus*: vnde fecerim *percitus* i. e. protruſus. nam ſaepe Columella *palmitem citari, excitari* dicit, i. e. emitti.

IV, 27, 1. *antequam gemment.* ante Aldum *germinent* edebatur. nempe veteres *gemmare* ſaepe pro *germinare* dicunt, vnde verba ſaepe confuſa.

*Ibid. ſi palmis incipientibus progemmantibusque etc.* non placet *incipientibus.* Mſ. Politiani

Politiani *inicientibus*, pro quo *incientibus* legendum.

*Ibid.* extr. *Nam cacumina flagellorum – eſt officium.* Primum *oportebit* delendum, quod non eſt in edd. pr. nec Mſſ. Polit. Lipſ. Deinde *vel e dura parte — niſi*, ad pauciora redigenda: *vel dura parte trunci ſitos pampinos ſubmouere*, *niſi.* nam dura pars eſt truncus et brachia, de quibus ſigillatim dicit Columella. nam in edd. pr. non eſt *e.* deinde in Polit. libro *trunci ſi poſt pampinos ſummouerent:* Lipſ. *vel dum parte trunci ſitos pampinos ſubmouerent*, *niſi.* Denique in fine *occupant* eſt ab Aldo. Ienſonus habet *optant:* Mſſ. Polit. Goeſ. Lipſ. *opacant*, quod bonum ſenſum facit. nam inutiles pampini palmitesque detrahuntur, ne opacitate fructus laedatur.

IV, 29, 2. *Etenim ſi exiguo numero periclitandum ſit, in quo maior cura temeritati medetur.* Scr. *minor cura*, quoniam ad exiguum numerum refertur.

*Ibid.* 4. *cum et gemmas et corticem naturaliter mouent.* Lege et libro Goeſ. *cum et gemma ſe et cortex naturaliter mouet.* Etiam edd. pr. *cortex* et *mouet* habent.

*Ibid.* 9. *aequabiliter ex ea parte, q. r. – aequabiliter* ab omnibus libris ante Aldum abeſt. Polit. *atque is ex ea parte.* ſic et alii ſcr. Columella dedit: *atque is ab vtraque parte, qua raditur, vt ſit leuis.* cui conſentiunt, quae de eadem inſitione in libro de arboribus traduntur pluribus locis.

*Ibid.* 11. *ſubmittitur in propagines autumnus.* Putaui legendum *alumnus* (v. not. Geſn.) Quibusdam placuit: *ſubm. in propagines. Autumnus deinde*, ſed qui inſitorum naturam ignorabant. non poteſt autumnus maturis palmitibus falcem admouere, quando inſita maturitatem in hiemem differunt, et ver expectare iubent: et c. 23. circa Idus Octobres iubet Columella putationem incipi, ſi ſarmenta iuſtam maturitatem ceperint.

*Ibid.* 16. lanugine, *quam excitabat antiqua terebra – neceſſitas.* Haec vel ex libro de arboribus huc translata ſunt, ad explendam lacunam, vel hic eadem de cauſa ſunt conficta. nam barbara ſunt et falſa, quae de diſcrimine vuarum dicuntur: neque quisquam hoc diſcrimen ſeruat pro diſcrimine terrarum. nam in vliginoſis locis melius nigrae vuae ſeruntur, quam albae: in ſiccis locis vtraeque. Ergo locum his ſepoſitis ex eodem libro reſtituamus ſic: *excitabat antiqua terebra. Itaque cauatum foramen cum purgauimus, vndique adraſos ſurculos inſerimus, atque ita circumlinimus. Talis inſitio facillime coaleſcit, neque eſt vlla eius propagandi neceſſitas.*

IV, 31, 2. *vt in longitudinem ramorum potius quam in latitudinem euocetur.* Abundat *ramorum*, quod et liber Politiani non habet. ramus enim eſt arboris latitudo, quae pampinando prohibetur.

IV, 32, 1. *Arundo minus alte paſtinatur, melius tamen bipalio ſeritur.* Libri veteres et edd. ante Aldum *paſtinato* et liber Politiani *minus alto paſtinato*, i. e. paſtinatione.

IV, 33, 1. *Eius enim in repaſtinato.* Eius enim eſt ab Aldo. Mſſ. et edd. pr. *tum*, i. e. deinde. hoc pertinet ad vtilitatem, prius ad duritiem. Tum non multo poſt, pro *atque in palum* cum Politiano ſcribamus, *neque in palum.* nempe ſi in palum formata defigitur, cito putreſcit.

*Ibid.* 4. *quae radicitus exemta.* nil refert, vtrum *radicitus* an *radicibus* legas: ſed tamen edd. ante Aldum et Mſſ. *radicibus:* idque adeo probandum.

## IN LIB. V.

Ep. 59. p. 322.

V, 1, 6. *quae octies multiplicata.* non apparet, quo haec referantur in Mſ. Goeſ. additur *menſura.* Ita clarum eſt totum.

V, 2, 6. *linea, quae facit angulum rectum.* Temere hoc e proximo repetitum: ſed abeſt Mſſ. Polit. Lipſ. edd. pr. Eſt ab Aldo.

V, 4, 2.

V, 4, 2. *vbi ſolum putre et per ſe reſolutum, vt ait Virgilius, quod etiam paſtinando.* Terra tam arando quam paſtinando reſoluitur et fit putris. Itaque vel *idem etiam paſtinando* ex edd. pr. et Mſ. Lipſ. legendum, aut melius, *id eſt, etiam paſtinando,* e Polit. Goeſ.

V, 5, 15. *vno iugo.* Scr. *vni i.* ex edd. pr. et Mſ. Goeſ.

V, 6. *opulum; ea eſt arbor corno ſimilis.* Nulla eſt ſimilitudo opuli et corni: itaque hoc delendum.

*Ibid.* 3. *faſtidium bubus affert.* Rectius Mſ. Goeſ. *afferes.*

*Ibid.* 6. *in aream componemus.* Immo *areas*, et in ſequentibus commemorantur *areae.*

*Ibid.* 8. *ſeminaria adſpergi potius quam rigari debent.* Edd. pr. *ſaepius:* vnde Aldus fecit *potius.* non male. ſed quia in Mſ. Politiani eſt *ſeminus;* pro eo lego *cominus;* ſc. germinantia ſemina e propinquo adſpergenda ſunt, ne altius delapſa aqua noceat.

*Ibid. circumculcari.* Infra eſt *circumcalcare*, et Columellae auctoritate vtrumque latinum dicunt. ſed pro *circumculcari* in libro Goeſii eſt *circumcalcare.*

*Ibid.* 10. *ſulci eius altitudinis.* Mſ. Goeſ. addit *et latitudinis.* Vtrumque ſc. neceſſarium et coniungendum.

*Ibid.* 17. *non ſolum ante diligenter eadem diſponere. Ante* non neceſſario additum ab Aldo: et pro *eadem* repono *eandem* ex edd. pr. denique e Goeſ. mox *nimia* pro *aemula;* quod languidum eſt.

*Ibid. propter ramum vulnerabitur.* propter quem? Goeſ. *poſterram;* quod e duobus *poſt aream*, coaluiſſe puto, ſed hoc deprauatum. Rem puto me tenere. Ruſtici ſolent arbores perforare, qua finis eſt eroſioni, *vt excauetur vſque in medullam, deturque exitus humori.* ſic Mſ. Goeſ. melius vulgato: *qua ſit exitus humori.*

*Ibid.* 24. *vt quaeque materiae ſe deuectae, ita etc.* Aldinum hoc eſt. Melius nuper prolatum, *vt quaeque materiae ſe dabit, ita.* Sed optimum eſt Goeſianum: *vt quaeque materia ſedebit, ita:* quod in edd. pr. corruptum in *ſed euetita. ſedere* eleganter de iis, quae inferiori loco nata ſunt.

*Ibid.* 26. *capreolis et nepotibus, qui ex his nati ſunt.* haec eſt gloſſa τοῦ *nepotibus*, et cum *amputati* tollendum. nec hoc eſt apud Palladium aut Plinium qui reliqua exſcripſerunt.

*Ibid.* 29. *Sed ipſorum palmitum — religandae ſunt.* In his *creat* redundat, nec eſt in libris Polit. Goeſ. abundat etiam *in vinea*, ſiue *in ea* Mſſ. Polit. et Lipſ. In Goeſiano non fuit. Proximum *palmitis* debere eſſe *palmitum* patet e libro Goeſiano. fauent et Polit. et Lipſ. *palmitem:* et ipſa ſententia id poſtulat.

*Ibid.* 32. *quisquis autem pampinus — extolli non oportet.* nemo hoc fecerit. Immo Goeſii liber ſequendus: *ex toto tolli non oportet.*

*Ibid.* 36. *Validam ergo vitem — vitem feraciorem facere.* Plura hic Aldus vitiauit: primum *diradiare* pro vetere *durare;* quod rectum ſenſum habet in vite, vnde et *duramina* et *duramenta* ſunt. Deinde e vetere *ſi minus* fecit *ſi nimis*, et optimum Columellae monitum deprauauit. Ceterorum vitia antiquiora ſunt, *vt ceteroſque coles atque ea ratione facere.* pro *ceteros*, legendum e Mſſ. Goeſ. Lipſ. *certoſque*, et deinde *ea ratio vitem feraciorem faciet*, e Mſſ. Polit. Goeſ. Lipſ. nam hoc non opinabatur Columella, ſed ex iis conſequebatur, quae facere iuſſerat.

*Ibid.* 37. *Quod ne fiat — ex proximo propagare. Vitem* iam olim eieci (vid. not.) ſed reſtant alia. Locum ſic conſtituo: *ſenio defectam tollere, et in eius locum nouellam reſtituere, neque eam viuiradice frequentare (ea etſi ſit facultas) ſed (quod eſt longe melius ex pr. propagare. et* pro *vt* e Politiano. inde *queat* tollendum, quod e *quaerat* factum,

 quod

quod eſt in Lipſ. ſed hoc e monito in margine natum eſt. Denique *eam* pro *tam* et *ſed* pro *quam* ex edd. pr. ſumſi.

V, 7, 1. 2. *rumpotinum – rumpotinetum.* arbuſtum gallicum, a *rumpis* ductum, hoc autem a Gr. ῥυμφεὶς, i. e. *lora.* quia huiusmodi arbuſta per traduces hinc inde demiſſas connectuntur, vnde Plinius ex graeca origine etiam *funeta* dicit appellari. In verbis: *tum omnes pene – abraduntur*, interpungendum poſt *vmbrent.*

*Ibid.* 4. extr. *cultus docet. Cultus* eſt ab Aldo. In edd. pr. eſt *dictu:* in Lipſ. *ditu*, in Goeſiano *facereditus*, vnde lego *facere, reditus docet:* nam ex reditu impenſae indicantur.

V, 8, 4. *quae potius eſcae quam oleo eſt idonea.* In Goeſ. poſt *Regiae* eſt H. in Lipſ. H H. in edd. pr. *et vtraque.* Hinc lego: *et vtraque potius eſcae quam oleo eſt idonea.* nam vtraque Pauſia et regia eſt conditiua, vt L. XII. oſtenditur, et pauſia eſt cibalis. Sed hae minus fluunt, ideo oleo minus idoneae.

*Ibid. Pauſiae tamen oleum — vetuſtate corrumpitur.* Vltima ſunt ab Aldo e Palladio. Sed ed. Ienſ. *nam rumpitur:* Lipſ. *ima rumpitur*: Goeſ. *in annum rumpitur* i. e. deprauatur: ſic dictum *rumpere*, antiqui ICti teſtantur, vnde *corrumpo.*

V, 9, 1. *id genus terrae — adimito.* Pro *feraciſſimos* Vrſinus recte *feraciſſimis.* Pro *detur, fermentari ſinito. Tum ramos*, quod repudio, in edd. pr. eſt *detur infracturi ramos*, liber Polit. *ater. erecturi ramos:* Goeſ. *pecoria ter inferetur.* Hinc corrigo: *pecori detur, inſeratur. Ramos.* etenim terra bene culta et munita, ſemen expectari poteſt.

*Ibid.* 3. *totas eas immergiri.* eſt ab Aldo: ante erat *immederi:* et Lipſ. *immediri*: forte *ex humo dari*, i. e. *inhumari*, quo vtitur Plinius L. XVII. *inhumare taleas.*

*Ibid.* 10. *Truncus a. aptior translationi eſt, qui brachii craſſitudinem habet.* Eſt ab Aldo. Edd. pr. *truncos. Gratus autem magis eſt qui.* Mſ. Polit. *Gratus autem maturis qui:* Lipſ. *truncos. Gratus autem maturis qui. Translationi* vnde ſit, neſcio. Potius ex antiquis corrigamus locum v. c. ſic: *Truncus autem magis aptus is eſt.*

*Ibid.* 13. *atque ea ratione ſtercorabitur – debet iniici.* Pro *ſeruaueris* e Goeſ. legendum *ſeruari.* Locum ſic conſtituo: *at, ſi ipſis tantum arboribus, ſatis ſeruari ſingulis ſtercoris caprini ſex libras, ſt. ſ. modios ſingulos, vel amurcae in ſingulis congium etc.* Eodem modo habet Palladius.

*Ibid.* 16. *Cuius vtriusque* (vrinae et amurcae) *modus ſeruatur etc.* pro *ni* e Mſ. Goeſii lego *vt* pro dummodo.

V, 10, 1. *ſi ſaepius — manu tractata.* quod in notis dixi de hac lectione corrigenda, firmatur Mſ. Goeſii optimo. Addidit et Aldus *hominis*, nempe explicandi cauſa. ſed id alienum. nam hominis manu tractari nil nocet arboribus.

*Ibid.* 3. *at ſi eodem anno – voles. Voles* e libro de arboribus huc tractum ab Aldo. Polit. Lipſ. habent *prohibes*, Goeſ. *peribis*, nempe properabis, vt in Plinio *pereundo.*

*Ibid.* 6. *Semina lege craſſa – continentur.* Loquitur primum de radicatis, deinde de iis, quae radices non habent, cum panguntur. De his: *ſi ex veteribus ramos ſumes.* In libro de arboribus de eadem re eſt: *ſemina ſi ex arboribus ſumes.* Mane itaque in correctione priſtina. (v. not.) interpoſitum etiam mox male eſt *quoque.* Quae ſequuntur, ſpectant ad arboris partes, e quibus ſemina ſumenda. Pro *continentur* ſcribo *ponentur*, e Ienſoniano et Goeſiano *conentur*: id verbum eſt in hac re etiam in libro de arboribus.

*Ibid.* 7. *ſed antequam arbuſculas transferas — in h. agrum transferas.* E veſtigiis Mſſ. Pol. et Lipſ. et edd. pr. lego: *notabis ventos, quibus antea ſteterant, vt iisdem conſtitui poſſint*, vel, *nota, vt ventis, quibus antea ſteterant, conſtitui poſſint*, quod Lipſienſi magis conſentit. In ſequentibus primum

mum *poſtea* e *poſſint* deprauatum puto: tum, pro *manus admoueto*, e Goeſ. et libro de arboribus: *curam adhibeto:* manibus hic non opus eſt, ſed diligentia.

*Ibid.* 17. *Pirum autumno – dies XXV. ad brumam ſuperſint.* Plinius (L. XV.) habet XV. neuter verus numerus eſt. Scr. XX. nam coloni XX diebus ante brumam ceſſant.

V, 11, 3. de inſitione: *cum primum germina tumebunt.* Immo hoc eſt in vitio. Recte Polit. Goeſ. Lipſ. *cum germinatum ibunt:* ſic et in libro de arboribus fuiſſe puto.

*Ibid.* 9. *cum deinde truncum recideris.* ſic et in libro de arbb. Corrige *truncam* pertinet enim ad arborem, et ſic eſt in Goeſ.

*Ibid.* 9. *optime itaque inſeritur caprifici ramus.* Corr. ex libro de arbb. et Mſ. Goeſii: *optime ea inſeritur tali ratione.*

*Ibid.* 11. *illam quaſi finitionem – quibus inſeruntur.* Edd. pr. et Mſ. *Et ex illa definitione, qua.* Firmat liber de arbb.

V, 12, 1. *Cytiſum eſſe in agro etc. Apibus* Vrſinus corr. *ouibus.* recte. ſic Goeſ. et lib. de arbb. In ſeqq. pro *praebet ouibus* ſcr. *p. ouis* quae eſt vetus lectio.

*Ibid.* 4. *Poteſt etiam ante Septembrem ſatis commode etc.* Corrige e Goeſiano libro: *poteſt etiam circa ſepem agri commode ſeri.* tum quia facile *comprendit*, tum, quia ſpinarum, virgultorum herbarumque *iniuriam ſuſtinet.*

IN LIB. VI.

Ep. 60. p. 538.

VI, praef. *mas et femina aratro terminum ſignauerunt, velut pecus.* Aldinum *pecus* ſpurium eſt. ſed ita fit lacuna, quae quomodo explenda ſit, ambigo. Sententia ex hiſtoria et Varrone patet, quem Columella ſequitur. Is dicit, *tauro et vacca, qui eſſent muri, definitum* eſſe. Itaque coniicio *velut murum et portam*, e veſtigiis ſcr. et edd *petam, potum.*

VI, 1, 2. boues *Vmbria vaſtos, albos, eosdemque rubros.* quis *rubros* boues vidit? immo *robios* vel rubeos, vt eſt in libro Goeſ.

VI, 2, 3. *liberum a tempeſtatibus et religionibus matutinum.* haec nouitia ſunt. Mſſ. et edd. pr. *bonum tempeſtatibus et religionibus mat.*

*Ibid. Sed iaculi quibus copulantur.* Torquent ſe viri docti in *iaculis:* at edd. pr. et Mſſ. habent *laquei.* Reliqua e lib. Polit. et Goeſ. ſic corrigentur: *quibus capulantur,* et *ne tenerae frontes.*

*Ibid.* 7. *ramus illigatur, et temonis v. t.* Immo vett. *ramus illiga'us temonis v. t.*

*Ibid.* 10. *etiam obſequitur.* Goeſ. *etiam inuitus obſequitur.* bene.

VI, 3, 5. Dicit Columella, ſi foenum non ſuppetit, *modius viridis laureae vel iligneae frondis.* Frondes non dantur ad menſuram. Sed id eſt ab Aldo. Edd. pr. *modo iuris* (Polit. *viris*) *laurea et lignea quae frondes:* quod corrigendum puto, *modo viridis laurea iligneaque frondes.*

*Ibid.* 7. *nam id quoque, vti iuniperus, reſpuitur a pecore, propter aculeos.* hic quoque audacior Aldus fuit. e veſtigiis ed. Ienſ. et Mſſ. corrigam: *nam id quod aſperius, a pecore reſpuitur p. a.*

VI, 4, 1. medicamentum, *quod componitur – et cum aqua nocte vna ſub diuo habito.* Mſ. Goeſ. et edd. pr. *habetur.* recte. ſc. *componitur et habetur.*

VI, 6, 4. *tres caprifici aridae conteruntur, et cum durante aquae calidae dantur.* Vegetius, qui haec in L. III. ſuum retulit, hic *laurum* pro *caprifico* habet: quia et Mſ. Goeſii *capriſicum* habet, eam a Columella eſſe puto.

*Ibid. extr. atque ita citatus bos agatur.* Hoc iam ante dictum. itaque e Goeſii libro corrigendum *citatius.*

VI, 7, 4. *Quod ſi neque ventris – ſi ſaepius quam conſueuit, lacrimae – profluent.* Primam partem huius loci bene correxit Morgagnus. (v. not.) Alienum eſt in vltima *conſueuit:* nam ſani boues non lacrimantur: atque id ſpurium eſſe arguunt omiſſa *ſi* ante *ſaepius* et *quam* in Mſ.

Mſ. Goeſ. et ed. pr. lege: *ſaepius lacrimaque ab oculis et pituita naribus profluent.*

VI, 12, 2. *ſaniem creabit, qui ſi ſuppurauerit etc. Sanies* ab h. l. eſt alieniſſima. Polit. liber habet *famicem:* a quo non valde diſtat *ramicem*, apud Vegetium. *Famix* videtur apud veterinarios fuiſſe nomen ſinus atque abſceſſus, forte a φῦμα, vt *calix* a κύλιξ.

VI, 14, 2. *interdum et tumore palati — vt in latus pendere videatur.* Goeſii liber, ed. pr. et Vegetius habent *tumor.* tum in fine edd. pr. *vt laetus p. v.* quod ſic intelligo, alias laetus, nunc moeſtus apparet, dum abſtinet a cibo.

*Ibid.* 3. *ſi in opere collum contuſum erit etc.* Primum legendum *contuderit* e Mſ. Goeſ. edd. pr. et Vegetio. de *Auia* multa dicta (in *not.* ad h. l.) ſed non deſtiti de ea cogitare: videorque nunc verum reperiſſe, ſc. corrigi debere *Lamiam* aut *Lamium.* Plinius L. XVII. ſcribit, *Lamium cum ſalis mica mederi contuſis, incuſſis etc.* et ſic plane Columella. eandem Celſus tumenti ceruici imponi iubet. et fauet vetus ſcriptura, *ama habia*, praeſertim, ſi et *Lamia* dicebatur. Eſt a Graeco λαιμὸς, quia flos ille late in duo folia expanditur.

*Ibid.* 5. *tumor ceruicis aqua madefactus ſubſiccatur.* non intelligi poteſt, quare veteri lectioni *ſubiicitur* Aldus ſubſtituerit *ſubſiccatur.* nempe e vetere ſcriptura Goeſ. faciendum *ſubigitur.*

*Ibid.* 6. *Clauorum — minor moleſtia eſt: nam facile operanti lucerna inſtillatur.* ſecundo membro nil ſtultius eſt. Lectio edd. pr. et ipſa vitioſa eſt, ſed multo tamen melior. E veſtigiis Goeſ. legendum: *nam facile, oleo per lucernam ardentem inſtillato, reparatio eſt,* ſc. *moleſtiae.* idem ſenſus eſt Vegetii: *nam facile ſanantur, oleo per lucernam ardentem inſtillato.*

VI, 16, 1. *vel grauitate longioris etc.* Legendum *longi itineris*, vt habet Vegetius.

VI, 17, 2. *vel Simonianum trifolium, quod inuenitur confragoſis locis etc.* Haec ſtultiſſima ſunt. quanto melius Goeſii liber: *vel ſi montanum trifolium inuenitur, quod confragoſis locis efficaciſſimum naſcitur.*

*Ibid.* 3. *atque ipſa folia cum ſale trita malagmatis more ſcarificationi intenditur.* Morgagnus emendauit recte *intenduntur.* ſed et *more* Aldi abiiciendum, cum in edd. pr. et Mſſ. Polit. Lipſ. ſit *malagmatis incendunt vel:* ex quo patet, fuiſſe *intenduntur.* etiam *ſcarificationi*, quo Lipſ. et edd. pr. carent, ab Aldo fluxit.

*Ibid.* 3. *et farina ac ſale commiſtae.* recte Morgagnus e Vegetio addit *ordeacea.*

*Ibid.* 8. *genasque impoſita paſtinacaeque agreſtis ſemina etc.* interpungendum *impoſita. Paſtinacaeque etc.* vt non modo per ſe patet, ſed et Mſ. Goeſ. et Vegetio firmatur. mox pro Aldino *conlinita* legerim *conlaeuata*: nam et in libris vett. eſt *conlevata.*

VI, 20. de tauro: *qui magis rectus et ad feminas ineundas habilis.* quid eſt *bos rectus.* Mſ. Goeſ. *treus*, Lipſ. *reus.* an *ſtrenuus.*

VI, 23. *intra ſtabularii caſtra.* Scrib. *ſtabulorum* e Mſſ. Goeſ. et Lipſ.

VI, 24, 5. *vel tenero olere — ſaliuatur.* olim hic quae corrigenda ſint, quaedam demonſtraui: nunc ſic interpolata male ab Aldo conſtituo: *et tener vitulus, torrido molitoque milio et permiſto cum lacte ſaliuatur.*

VI, 26, 3. *formaque ſeruata maris generandi vim depoſuit.* Sic Aldus. Mſſ. et edd. pr. *formamque ſeruat maris, cum g. v. depoſuit.*

VI, 27, 1. *largam ſatietatem deſiderat equinum pecus. Pecus* eſt ab Aldo; quod deleo, quia ex antecedentibus intelligitur. Pro *equinum* Goeſ. *equitium*, quod non negligendum.

*Ibid.* 3. *poſt anni meſſem — fetum educent.* Ergo menſes XV. fetum in vtero habebunt,

bunt, ſi verno tempore conceperint, et poſt anni meſſem ediderint. meſſem Aldus fecit ex *annum menſem* edd. pr. Hinc puto legendum *annum menſum*, quia fere circumacto anno pariunt, duodecimo menſe, vt Palladius tradit, vbi etiam liber Polit. habet XIII.

*Ibid.* 9. *isque admiſſarius poteſt trimus adhiberi etc.* Edd. pr. ante Aldinum *isque admiſſurae poteſt vſque in annos XX.* in quo tamen *poteſt* e duobus *poſt trimatum* corruptum videtur. recte Mſ. Goeſ. *isque admiſſurae poſt trimatum ad annos XX plerumque idoneus eſt:* quae repetuntur c. 28.

*Ibid.* 10. *odore perfricatur — rurſus ſi equa etc.* melius longe Mſ. Goeſ. *o. proritatur – rurſus ſi qua marem non patitur etc.*

*Ibid.* 11. *nec in anguſto clauſoue.* delenda particula *ve*, quam Aldus addidit. *Clauſum* pro loco circumſepto et munito ſaepe Columella habet.

VI, 29, 2. pulli equorum ſunt pulcri, ſi ſint *aequalibus atque altis rectisque cruribus.* aequalia crura non ſunt in pulcritudinis parte: nam ſi ea non ſint, integritas abeſt. at edd. pr. et Goeſ. habent *mollibus*, quod verum eſt. *mollia crura* etiam Virgilius (Ge. 3, 76) in pullo pulcro memorat.

*Ibid.* 3. *ad certamina laborum patientiſſimi.* hoc *pat.* non eſt in edd. pr. et Mſſ. Lipſ. Goeſ. itaque ex hoc legendum: *ad certamina laboremque promtiſſimi.*

VI, 30, 3. poſt *frigori fom.* adhibentur, in Goeſ. additur, *et calefacto oleo lumbi rigantur*: idque ſequentibus conſentit.

*Ibid.* 9. *ſolent et vermes quaſi lumbrici nocere inteſtinis.* pro *quaſi* Mſſ. Goeſ. Lipſ. *in qua:* pro quo legam *tineolae*, quas cum vermibus dicit Vegetius L. I. infeſtare *interanea.*

VI, 34, 1. *cuius duo cyathi etc.* Haec ſunt meliora et pleniora in edd. pr. et Mſſ. ſic: *cuius duo cyathi triti diluuntur olei c. t. etc.*

VI, 36, 2. *quousque ampliſſimae atque pulcerrimae formae ſit. quo vſque* et *ſit* abſunt a Goeſii libro, bene. mox in eodem libro non eſt *peracto anno.* ſi tertio decimo menſe vix eduntur, quomodo peracto anno.

*Ibid.* 3. *multi admiſſarii ſpecie tenus mirabiliſſimam ſobolem forma vel ſexu progenerant.* quid hic dixerit Columella, e ſeqq. intelligitur, quae poſtulant legi: *ſpecie tenus mirabiliſſimi, ſobolem forma vel ſexu degenerant*, ſiue, *mirabili, peſſimam ſobolem forma vel ſexu progenerant.*

*Ibid.* 4. *Huiusmodi mari — imponatur equae.* Haec ab Aldo interpolata ſunt. Vera ex edd. pr. et Mſſ. haec ſunt: *huiusmodi mari ſ. m. ſubadmota g. e. femina, quoniam — natura. itaque obiecta, cum ſuperiectu eblanditi ſunt, velut incenſum et occaecatum cupiditate, ſubtracta quae petierat, ſ. i. equae.*

VI, 37, 4. *ſilueſtri more ſtrigoſum patris praeferat habitum.* aptior ſententia ſit, ſi legamus: *ſtrigoſumque patris praeferret habitum* e Mſſ. Lipſ. Goeſ. et edd. pr.

*Ibid.* 6. *ab aſpectu – reſpondet in mula.* Hic color *maculoſus* dubius eſt. nam in admiſſario tres colores probantur, niger, murinus et rubeus, vt apud Palladium. edd. pr. habent *macilis*, Goeſ. *magilis.* Videndum, an ſic legendum, aut *magis rubei.* item paullo poſt, pro *primordii ſeminis miſtu reddatur nepotibus* ex edd. pr. ſcribendum: *primordiis ſeminum miſtus redd. nepotibus.*

*Ibid.* 8. *aſellum, cum eſt a partu ſtatim genitus.* Haec ſunt clare vitioſa. Pro *partu* Ienſ. *proti*, Mſſ. Lipſ. *protri.* Potuit eſſe e *protinus*: ita ſtatim pro gloſſa eius delebitur.

*Ibid. nam obſcuro loco – praebet vbera.* Pro *deſtinanti* e Goeſ. legam *deſideranti*, et pro *praedictus* malim *praelectus.*

*Ibid.* 9. *defecto viridi pabulo – ſaliuandus erit.* non video, quare Aldus e vetere *ſaginandus* fecerit *ſaliuandus*, nam admiſſa-

-rium

rium ſub tempus admiſſurae ſaginandum, tradunt Varro et Columella, vt ea ſagina pluribus feminis ſufficiat.

*Ibid. niſi prius ea marem cognouit. cognouit* vitioſum eſt: nam ſequentia id reſpuunt. Mſ. Goeſii habet *conciuit*, Lipſ. *concuit*. Placet *conciuit*, i. e. in venerem illexit.

VI, 38, 1. *febrienti mulae cruda braſſica datur.* Corrupit Aldus: Columella dedit *equienti*: vt habent Mſſ. et edd. pr. item corrupit ſequentia: *quae recipit — tria vino*: veram lectionem vide in Var. Lect. ex edd. pr. et Mſſ.

## IN LIB. VII.

Ep. 61. p. 551.

VII, 1, 1. *principium tenebit minor Arcadiae etc.* Mſ. Polit. *minor minora Arc.* Poſſis legere *non minor*, cum in Arcadia aſinus inter praecipua eſſet, vel *maius inter minora*, ob initium c. 2. *poſt maiores quadrupedes ouilli pecoris ſecunda ratio eſt.*

*Ibid. Paleis vero, quibus omnes paene regiones abundant.* Edd. pr. *quae paene omnibus regionibus abundant*, quod ſine neceſſitate Aldus mutauit.

*Ibid. imprudentis cuſtodis negligentiam fortiſſime ſuſtinet.* Polit. *negligentiam quae fortiſſime ſuſtinet.* Videtur fuiſſe quondam: *imprudentiam cuſtodis negligentiamque.*

*Ibid.* 2. *et non nimio pondere vehicula trahat.* melius Goeſ. *non minima pondera vehiculo trahat.*

*Ibid.* 3. *tanquam maxime neceſſarium deſiderat aſellum.* Ed. Ienſ. addit *inſtrumentum*, quod male ab Aldo omiſſum eſt. Varro aſinum vocat ſemiuocale ruris inſtrumentum.

VII, 3, 10. in verſu Virgilii: *tonſis illotus a. ſudor.* in Mſſ. eſt *illutus* priſca ſcriptura. mox *minuitur lana*, Goeſ. melius, lanae *fructus*. item in *molle pecus — reparatur*, eſt ab Aldo. edd. pr. *conſiſtit*, quod melius eſt.

*Ibid.* 13. *poſt foeturam — lanio tradit.* Haec valde fucata ſunt ab Aldo. Lectio edd. pr. eſt rectior. v. *Var. Lect.*

*Ibid.* 13. *ſubmitti — quandoque oportebit.* vbi eſt grex, non *quandoque*, ſed quotannis delectus faciendus eſt. itaque praeferendum Goeſianum, *quintum quemque* ſc. agnum, ad conſeruandum gregem eſſe ſubmittendum.

*Ibid.* 16. *partum educat.* male mutauit Aldus antiquam lectionem *partibus educat*, ſc. per partes ferro conciſum extrahat fetum: quod et Mſſ. firmant.

*Ibid.* 20. *praebito ſale, quod velut ad pabuli condimentum – lambunt.* Mſſ. pro *velut ad* habent, *vel-atque ac.* an fuit: *quod vel aeque ac.*

*Ibid.* 22. *hordeum vel freſa – ſunt optima.* haec ab Aldo interpolata ſunt: ex edd. pr. et Mſſ. legendum: *ho. vel freſa faba, cicerula ſumtuoſior eſt.* deinde *ſalubri pretio* pro *exiguo:* denique, *ſi eius vilitas*, addito ſc. *eius* e Mſſ. qui habent *cubilitas* vel *iubilitas.*

*Ibid.* 24. *ne paſcentium capita ſint obuerſa ſoli.* Recte in ed. Lipſ. editum eſt *ne* pro Aldino *vt:* ſed debet et pro *obuerſa* legi *aduerſa* ex edd. pr. et Mſſ.

*Ibid.* 26. *idemque duci propior quam domino, et in cogendis recipiendisque etc.* Haec nullum ſenſum idoneum habent. Edd. pr. non habuit *duci.* pro *quam domino*, *quia ſilent*, vt Codd. in quibus et *quae ſilent* eſt. tum in Lipſ. et *inducendis*, in Polit. *et agendis.* Puto verum eſſe: *idemque propior, quia ſilent, et in agendis recipiendisque ouibus etc. ſilere* eſt ceſſare, quieſcere, ſcil. cum decumbunt et a paſcuo ceſſant.

VII, 4, 1. *Tarentinum – nullam domini – clades ſequitur gregem.* Primum interpunctio non bene habet. Interpunge: *auaritiam. Nec aeſtus etc.* deinde pro *inertiam* lege ex edd. et ſcr. *ineptiam*: denique pro *cui ſi detrahitur*, leg. e Goeſ. *cum quid detrahitur.* In aliis Codd. et edd. pr. *cum detrahitur.*

VII, 5, 6. *et quidem celeriter, cum et alia pecora etc.* Haec non ad celeritatem medendi ſed contagionis pertinent. Itaque

melius

melius Cod. Goeſii: *ſi quidem celeriter cum alia pecora tum praecipue oues etc.*

VII, 6, 1. *ilignei quernique frutices qui in altitudinem non proſiliunt.* An vero ilex et quercus non in altitudinem creſcunt? Immo. edd. pr. et Goeſ. habent *proſilierunt.* recte. qui adhuc ſunt teneri et molles.

*Ibid.* 5. *foetae quae gelicidio hiemis conceptum fecit.* Longe aliter Cod. Goeſ. *quia gelicodior* (Lipſ. *gelicior*) *hiemis conceptum vitiat.* Puto Columellam dediſſe, *quia gelidior hiems* ſiue *hiemis* pro *hiems conceptum vitiat.* non quodlibet frigus hiemis nocet, ſed vehementius. mox et *creat* ſcr. pro *creant* ex edd. pr.

*Ibid.* 9. *quare eum maxime ſtrenuum – cedunt.* In edd. pr. tantum eſt: *ſtrenuum pecus eſt; capellae caprae cedent:* in quibus *prae* ad *cedent* adiungendo, legam *capellae capris praecedent.*

VII, 7, 1. *languore marceſcunt: ſolae caprae, quamuis opimae.* Mſſ. et edd. pr. *maceſcunt — optimae.* quae Aldus temere mutauit.

*Ibid.* 3. *cum vero ſingulae domo laborabunt.* Pro *domo* puto legendum *dummodo*, vel *modo.*

VII, 8, 1. *ſi pingui et opimo, longiorem patitur cuſtodiam.* quia *pingui* et *opimo* idem eſt, pro *opimo* ex edd. pr. legamus *optimo.* tum ex iisdem *patimur*, i. e. ſinimus, concedimus.

*Ibid. nam requietum vel miſtum celeriter acorem concipit.* De requieto, verum eſt: at non de miſto. ſed hoc eſt ab Aldo. ante fuit *maximum*, pro maxime, quod verum eſt. elegantius tamen erit *quam maximum.*

VII, 9, 1. *in ſuillo pecore probandi ſunt totius quidem corporis amplitudine eximii.* imperfecta ſententia eſt. E Goeſiano legendum: *quoniam frequentius in ſuillo pecore mares probandi ſunt totius etc.*

*Ibid.* 6. *pinus.* Edd. pr. et Cod. Lipſ. *pampinus.* recte. nam id aptum eſſe ſuibus pabulum, ſatis conſtat.

*Ibid.* 10. *et matricum et iuniorum m. d.* haec ſunt ab Aldo. reſtituenda vetera *nutricum* et *minorum:* mox ad *curet* apponitur *maxime*, quod ante Aldum nemo edidit.

VII, 10, 1. *Febricitantium — mittamus.* Bene ſe haec habent: ſed tamen e Cod. Goeſiano verbo *proclinentur*, item *aduerſa* praetulerim *proclinent*, et *diuerſa.*

*Ibid.* 7. *quod ſi locorum ſitus repugnat, ne ita fieri poſſit.* Edd. ante Aldum, *vt ita f. p.* nam ita negatur fieri poſſe: illo modo fieri poſſe dicitur.

*Ibid. optime ſanatur auriculis inſerta conſiligine.* verbum *inſerta* etiam in ouium medicina occurrit. ſed non vtroque loco a Columella eſſe, Cod. Goeſ. oſtendit, qui habet *exarcta*, ſc. *exacta.* ſic Seneca: *eat per artus enſis exactus meos.*

*Ibid. nam pecus inſatiabile eſt.* eſt ex Aldi correctione. Edd et ſcr. habent *inexitiabile eſt. inexitiabilis eſt,* qui exitum non habet, aut finem: at qui vltra finem vagatur, inſatiabilis eſt.

VII, 11, 3. *ſues ex omnibus pecudibus impatientiſſimae famis ſunt, ita, vt aliquando, ſi indigeant pabuli etc.* elegantia haec ſunt: ſed tamen malim vetera, quae et in Cod. Lipſ. ſunt: *ſ. — impatientiſſimae famis aliquando ſic indigent pabuli, vt non tantum etc.*

VII, 12, 3. *paſtor album – canem feriat.* Edd. pr. et Codd. tantum habent in extremo: *crepuſculo, ne pro beſtia canem feriat.* ea quae in Aldina acceſſerunt ſuperuacua ſunt.

*Ibid.* 9. *nonnunquam neceſſitas exigit celeritate beſtiam conſectandam.* E veſtigiis Mſ. Polit. legam *exigit celeritate celeritatem beſtiae conſectandi. Conſectandi* quidem eſt et in edd. pr. et Cod. Lipſ.

*Ibid.* 11. *Venus ſi teneris conceditur, carpit et corpus et vires animoſque degenerat.* meliora ſunt in Cod. Goeſ. vnde ſic ſcribendum:

bendum: *carpendo corpus ac vires, animos degenerat.* tantum *ac vires* feci ex *veteres.*

VII, 13, 2. *cytiſi et ſiſami tantundem conterito etc.* Haec ſunt Aldi. Edd. pr. et Cod. Goeſii *gypſi et ſeſami t. c.* quorum alterum reprimendi vim habet, alterum detergendi. ſed cytiſus eſt ad lactis copiam *ſiſamum* autem nihili eſt.

IN LIB. VIII.

Ep. 62. p. 560.

VIII, 1, 3. *Quare de hoc quoque genere.* MſT. Polit. Goeſ. *Quo de hoc genere.* ſic Varro L II. *Qua de re pecuaria breuiter etc. quo* eſt pro *quare.*

VIII, 2, 3. *nec tamen id patiuntur etc.* Mſ. Goeſ. *nec tantum id patiuntur.* ita noſter modus caſtrandi galli non excluditur.

*Ibid.* 7. *eae ſint rubicundae vel fuſcae plumae, nigrisque pennis.* – et infra: *probi coloris.* Hoc edd. pr. non habent. at Goeſ. pro eo *robii coloris.* ab rubro colore etiam Varro gallinas commendat. Apud Palladium quidem praecipue laudantur *gallinae nigrae, aut flaui coloris:* ſed pro *flaui* legendum puto *rubei,* et hoc in eo inuenit interpres Italicus P. Marinus, vt ex eius verſione patet.

VIII, 3, 4. *quo commodius habitent, auiariusque ſubinde debet ſpeculari.* illud *quo* etc. ad auiarium potius pertinet, itaque reuocanda priſtina edd. pr. lectio: *quo commodius habitet auiarius, qui ſ. d. ſp.*

VIII, 5, 9. In locis ſuburbanis, *vbi a matre pulli non exiguis pretiis veneunt, nec plerumque intereunt.* Vltima non credo eſſe genuina. nam et in Goeſii libro non ſunt, nec rei conueniunt. nam quae vbique facile educantur, vtique et in ſuburbanis commode aluntur.

*Ibid.* 21. *alii ſpicas.* hae quidem in faucibus pulli locum non habent, ne in galli quidem. Legendum *micas* e Codd. Polit. Goeſ. atque ita tradit et Palladius, qui e Columella didicit.

*Ibid.* 23. *quae cum farre triticeo minuto cocta obiicitur. Far triticeum* nullum eſt. Edd. pr. hordeo habent, non farre, quod et in Goeſ. eſt. Puto verum eſſe *cum hordeo trito, minute cocta* ſ. *cum hordeo triticoue minute cocta.*

VIII, 6, 1. *alii muria tepefacta durant.* Var. Lect. Codd. ſcr. ſunt *adueant, coagregant.* Cod. Goeſ. *adudant.* hoc ſententiam perficit, nempe *valde humectant.*

VIII, 8, 2. *condititia cibaria.* Ex h. l. *condititius* in Lexica venit. Sed huius loci auctoritas Codice Goeſ infirmatur, in quo eſt *conditiua,* quo locis aliis vtitur Columella.

*Ibid.* 11. *praebeasque copioſum cibum parientibus.* Cod. Goeſ. *parentibus* recte. nam columbas parentes communiter alunt pullos, mas et femina.

VIII, 11, 1. *quibus ſolitudines ruris eblandiantur.* Luculentius Mſ. Goeſii *quibus ſolitudini rus eblandiatur* ſ. *ſubblandiatur.*

VIII, 17, 4. *et infra duos a ſumma parte cuniculus riui perducatur.* non eſt in hac lectione Aldina, quo *duos* referatur, item quod ſequitur mox *veniant.* Ex edd. pr. reſtituendum eſt: *et intra duos a ſumma parte cuniculos riui perducantur.*

*Ibid.* 15. *ficus – obiicitur eximia ſi ſit (vt Baeticae et Numidiae regionum) larga.* Planiora haec erunt, ſi legas: *ficus – ſemper obiicitur eximia, ſi ſit (vt Baeticae et Num. regionibus) largitas.* ex edd. pr. eſt *regionibus.*

IN LIB. IX.

Ep. 63. p. 564.

IX, 1, 3. *genus clathrorum, idque fabricatur ex robore, quercu vel ſubere.* Columellae *roboris* nomen eſt genericum, complectens quercum, ilicem, fagum etc. cum Plinius a quercu diſtinguat. Itaque cum Columella ſpecies has ponit, robur omittit. Itaque lectio edd. pr. reuocanda eſt *robore querceo vel ſubereo.*

IX, 2, 2. *ne – mutila atque imperfecta conſpicerentur.* Edd. pr. *mutilata:* quod praeferendum.

*Ibid.*

*Ibid.* 4. *vt Euthronius.* Non *Euthronius* de apibus fabellas tales ſcripſit, ſed, vt opinor, *Euphronius*, quem inter Atticos ſcriptores, qui rem ruſticam illuſtrarunt, laudant Columella, Varro; Plinius etiam eo ſe vſum dixit L. IX. de apibus.

IX, 3, 3. *decimo ab internicione anno.* Sic edd. omnes. ſed ſententia poſtulat potius *intromiſſione*, decimo nempe anno, ex quo nouam progeniem in alueum intromiſimus.

IX, 7, 6. *eaeque pauciores intereunt.* non ſatis dignum eſt Columella: putoque ſcripſiſſe *eoque p.*

IX, 8, 11. *Sin – et aut extat ramus – deinde inferior.* Hic valde ab editis diſſentiunt libri. (v. *Var. Lect.*) In principio redundat *extat*: nam omnis ramus extat. Eo autem ſublato facile reparatur locus: *et, aut ramus, quem obtinent, aut ipſius trunci (ſi in eo ſunt) ſi mediocritas patitur etc.* Tum reciſus truncus, *ſi quibus rimis hiat, illinitur, et ad locum perfertur*: quae ſunt Aldina. meliora antiquiora *ſi quibus rimis hiat, illitis, ad locum perfertur.*

*Ibid.* 13. *vt odor et ſuccus vaſi inhaereat.* Sic Aldus. ſed τῷ *vaſi* ſequentia non conſentiunt, *mandato*, *eaque*, *repleta.* nil certius eſt, quam legendum eſſe *vaſis*, vt editum erat ante Aldum.

IX, 9. extr. *diductas apes ſcrutaberis, donec auctorem pugnae, quem elidere debes, reperias. quem elidere debes*, redundat. nam ante dictum eſt, eum interfici debere. *nec id* eſt in *libris* ſcr. et edd. ante Aldum, ſimiliter, vt c. XI. vbi pariter ab Aldo additum eſt.

IX, 11, 4. *vbi cognita eſt clades infrequentis aluei, quos habeat fauos, oportet conſiderare etc.* nempe cladem vnius aluei ex alio vult ſuppleri. ſed profecto non ex infrequente. E libro Politiani legendum: *vbi cognita eſt clades, frequentis aluei quos habet fauos o. c.* Idem hinc tradit Palladius L. VII. *conſiderabis in aliis abundantibus ceras fauorum etc.*

IX, 13, 2. *nil alioquin citra ſatietatem tali nocente cibo.* Temere Aldus addidit *nil*, quod ab omnibus libris abeſt, quod tithymalli natura non patitur. nam et maiorum animalium ventrem ſoluit, vt vlmus apium.

*Ibid.* 3. *nam illud quod Hyginus – prodidit, ipſe, non expertus, non aſſeuerare audeo etc.* Edd. ante Aldum *audet*, quod verum puto. ita Hyginus liber fit ab reprehenſione, quaſi rem tam ſtultam affirmaverit, et Columella ipſe, qui eam experiri tentauerit. et poſt dicit, ipſe quid agat: *nos magis etc.*

IX, 14, 3. *maxime cuſtodiendum eſt curatori, qui apes nutrit etc. qui apes nutrit*, ſine dubie eſt gloſſa e margine in textum illata. In ſequentibus delenda *ſit* poſt *caſtus*, et *fere ab* quae non ſunt in libris antiquioribus.

*Ibid.* 4. *progenerantur – amplioris magnitudinis foetus, quam ſint ceterarum apium.* Meliora ſunt Ienſoniana: *amplioris magnitudinis quam ſunt ceterae apes.*

*Ibid.* 5. *quemadmodum tolli debeant, mox deinde, cum — praecipiemus.* Rectius Mſ. Lipſ. *mox dicetur etc.*

*Ibid.* 10. *idque optimae notae enitefcit autumni aequinoctio.* Omnes libri praeter Aldinum habent *emiteſcit*, quod ſignificat, autumno matureſcere mel, atque ideo eximi, vnde et ſequentia, *poſt arcturi exortum etc.* intelligi poſſunt.

*Ibid.* 11. *ex floribus tamaricis – reponunt.* Haec ſana ſunt. ſed hinc corrigendus Pallad. XII, 8. et ibi pro *ex tamariſci floribus* legendum *tamaricis*, vbi et Lipſ. *tamarici* habet. Ceterum quae nunc *tamariſcus* vocatur, ad *tamaricem* reuocanda non videtur, quod illa prima aeſtate, haec autumno floret; illa decidua eſt, haec perpetuo viret.

*Ibid.* 12. *iam recondito melle vtuntur examina, eoque vſque ad Arcturi exortum ſuſtinentur.* Vltimum membrum neque Politianus in Codd. reperit, nec eſt in edd. pr.

 Aldus

Aldus addidit, neſcio vnde. Certe id Columella non tradit, ſed contra, omne mel repoſitum diebus 40 poſt brumam conſumi, eaſque in ortum Arcturi veſpertinum ieiunas accubare, quod et Plinius tradit.

*Ibid.* 18. e Celſo; *paucis locis eam felicitatem ſuppetere, vt apibus alia pabula hiberna, atque alia praebeantur aeſtiua.* Quia hiberno tempore nullae regiones apibus pabula praebent, puto legendum *pabula verna:* quod etiam proxima requirunt: *quibus locis poſt veris tempora etc.*

IX, 15, 1. in quo eſt de mellis confectura. Mellis maturi ſignum eſt in fucis, *quod eſt genus amplioris incrementi ſimillimum apis, et, vt ait Virg. ignauum fucos pecus, et ſine induſtria fauis aſſidens.* In edd. pr. ante *ſine* eſt *et immune;* cuius veſtigia et in Cod. Politiani fuit. *immune* eſt quod non laborat, *ignauum* quod aliis conlecta conſumit. Tum *ſine induſtria* mihi ſuſpectum eſt.

*Ibid.* 2. de iisdem fucis; *itaque ad fouendam et educandam nouam prolem familiarius admittuntur. et educandam* genuinum eſſe vix credo, cum diſerte Columella dicat, *excluſis pullis, extra tectum arceri.*

*Ibid.* 5. *ſed vbi a poſteriore parte nullum veſtibulum patefactum habuerit alueare, fumum admouebimus etc.* Haec ſunt inepta. A poſteriore parte an veſtibulum eſſe poteſt. Tum quomodo fumus immitti poteſt a poſteriori, ſi nullus aditus eſt. Rectiſſime edd. pr. et Codd. ſcr. *ſed vbi a poſteriore parte, qua nullum eſt veſtibulum, patefactum fuerit alueare etc.*

*Ibid. idque vas anſatum – per quam poſſit afflari.* Pro *ore patulo* in Codd. eſt *ore paullo latiore* in edd. pr. *patentiore et latiore:* ſed illud praefero.

*Ibid.* 6. *vbi poteſtas facta eſt liberius inſpiciendi. Facta* temere ab Aldo inſertum eſt.

*Ibid.* 10. *ſi qui tandem pullos continent. Tandem* ineptum eſt, ab Aldo ortum. Libri alii *tamen*, quod eſt verum. eſt et in Cod. Lipſ.

*Ibid. fumus etiam in aditu loci faciendus eſt. Aditu* vitioſum eſt: rectum eſt *abdito* in libris antiquis.

*Ibid.* extr. *quae reliqua nobis ruſticarum rerum pars ſupereſt.* Multo melius hoc Aldino eſt Ienſonianum *ſubeſt*, inſtat, imminet explicanda.

## IN LIB. X.

### Ep. 64. p. 573.

X, praef. *quod nunc perſoluo.* Ante Aldum fuit *quod mature perſoluo.*

*Ibid. inſigniter neglectas.* E Mſſ. et edd. pr. legendum *ſegnis ac negl.*

*Ibid.* 3. *poſteris poſt ſe memorandas relinquere. poſteris* et *poſt ſe* idem eſt. alterutrum delendum. ego deleam *poſteris*, quod edd. pr. non habent.

*Ibid.* 4. *poſſit – nullo modo ſpecioſe confici. confici* friget. Codd. Polit. et Lipſ. *conſpici*, quod verum eſt.

v. 46. *ſi iam pluuiis defoſſa madebit. Defoſſa* alienum eſt, legendumque e Mſ. Polit. *defeſſa.*

v. 73. *ſummi frequentia ceſpite miſta.* metrum non conſtat. in edd. pr. eſt *et ſummo*, et in Mſ. Lipſ. *frondenti.* ita verſus integer fit, et ſententia vera. nam frondentem ceſpitem indicant antecedentia v. 70, item quae ſequuntur.

v. 77. *vbi Riphaeae torpentia frigora brumae. frigora* veteri *frigore* ſubſtituit. non videbat *torpentia* vel ad *viſcera* vel ad *aequora* referri.

v. 82. *armentiue fimo ſatures ieiunia terrae.* Libri ante Aldum omnes *ſaturet*, quod verum eſſe contextus docet.

v. 91. *tunc quoque trita ſolo ſplendentia ſarcula ſumat.* Sic Columella certe non ſcripſit. Edd. ante Aldum: *tunc tritura ſolum ſplendentia ſ. ſ.*

v. 139. *Brutia quae tellus etc.* Ante Aldum erat melius *Brutiaque et tellus.* rectius.

v. 154 *Nec mutata loco ſiccos exhorreat aeſtus.* Lectio Mſ. Lipſ. mihi melior videtur *ſitiens* pro *ſiccos.* v. 157

v. 157. *Alma ſinum tellus — cupiens ſe nubere plantis.* Edd. pr. et Codd. *cupiens denubere.* recte.

v. 204. *Maximus ipſe deus — inque ſinus matris v. depluit imbre.* non placet *depluit*, reponendumque vetus *defluit*, quod et Codd. ſeruant.

v. 242. ſ. *Mox vbi — tempus haris ſatio.* Vitioſum eſt hoc, ſiue *haris* ſerues, ſiue *aris*, (ab *arum*) vt placuit nonnullis, legas. nam arum autumno extremo prodit, prima aeſtate areſcit, ante quam malus punica floret. ſed nec ſeritur arum, quod ſponte naſcitur. Conieci *tempus apî ſatui.* de apii cultu poſt L. XI. agit, in quo repetuntur, quae verſibus dixerat, eiusque ſatio optima eſt circa Idus Maias, quando malus punica floret.

v. 258. *Iam Phrygiae loti etc.* Loti Phrygiae nullae ſunt; nec hic ſtirps aquatica cogitari poteſt. In edd. ante Aldum eſt *lotae.* ſed nulla eſt herba apud veteres *lota*, credoque legendum *calthae*, quae et paulo ante cum leucoiis iungebantur. Denique in fine v. 261. pro *praebet* legam ex edd. pr. *praeſtet.*

v. 373. *iam rhamni ſponte vireſcunt.* *rhamni* locum hic non habent; nam non ſunt in oleribus, quibus veſcimur. Ergo e lectione ante Aldum *tami*, legendum *tamni*, cuius caulis tenellus eſt in cibis ruſticorum.

v. 374. *hirſuta ſepes nunc horrida ruſco Prodit.* *Hirſuta* vitioſum eſt ſiue ad *ruſco* referas, ſiue ad *ſepes.* nec *hirſuto* legi poteſt: quia *ruſco* non conuenit. Edd. pr. habent *tyrſuto:* quod rei accommodatum videtur. nam thyrſus in nouello ruſco, ſimilibusque herbis dicitur id, quod in corruda aſparagus, in vite alba flos ſilens, quae omnia condiri ſolent et generatim thyrſi dici, vt autor eſt Plinius L. XIX.

409. *Quin etiam — tempeſtiua manent.* Non bene vetus lectio *madent* mutata eſt in *manent.* madent enim poma, cum miteſcunt: et apparet Columellam imitatum eſſe verſum Virgilii: *et quamuis igni exiguo properata maderent.*

v. 433. *Hactenus aruorum cultus, Siluine, docebam.* Sed non hic tradita ſunt praecepta *aruorum*, aut vt eſt in edd. pr. *agrorum* colendorum, ſed hortorum. Et in principio carminis dixit, *hortorum te cultus, Silvine docebo.* Ergo *hortorum* videtur reponendum. (nempe e Virgilio Georg. II, 1. irrepſit *aruorum.*)

IN LIB. XI.

Ep. 65. p. 579.

XI, 1, 10. *ſomniculoſo plurima effugiunt.* barbarum hoc eſt. Corr. *ſomniculoſum.* ſic edd. pr. Vulgatum eſt ab Aldo.

*Ibid* 16. *ſi operario meretricandi poteſtas fiat.* *meretricandi*, quod Aldus edidit, verbum et nouitium, nec huic loco conuenit. referenda ſententia eſt ad mox ſequentia, vbi Columella dicit, cuſtodire oportere villicum ne prima luce familia cunctanter procedat. Itaque forte legendum *mane tricandi.* Ienſon. edidit *metricandi*, *tricandi* autem fuit in libro Politiani.

XI, 2, 5. *VI. Kal. Febr. Leonis quae eſt in pectore clara ſtella occidit: Nonnunquam ſignificatur hiems bipertita.* Mſ. Polit. *bipertitur.* Lipſ. *dipertitur.* Quare vt XI. Kal. Maii *ver bipertitur*, ita VI. Kal. Febr. hiems. Itaque diſtinguamus: *nonnunquam ſignificatur. Hiems bipertitur.*

*Ibid.* 7. *itaque dum hae regelatae ſinuntur.* non eſſet hoc dubium, niſi edd. pr. aliter haberent: *itaque dum hae religatae ſiccantur*, ex quo intelligitur, legendum eſſe, *i. dum hae regelatae ſiccantur.* nam conſtat neque gelu rigentes, neque madidas materias ferro eſſe tangendas.

*Ibid.* 18. *Vitiaria diligenter facienda — applicare oportet.* Primum pro Aldino: *malleolisque quam recentiſſimis diligenter pangenda*, ſc. vitiaria, vetus reponendum *malleoluſque q. recentiſſimus d. pangendus.* nam *malleolus* non modo in vitiario ponitur, vt fiat viuiradix, ſed etiam in vinea pro-

protinus. nec *aut etiam* melius eſt vetere *ante etiam*, nec *radiculas* quam *radices*. ſimiliter cetera hic ad veteres edd. corrigenda (quarum lectiones notatae ſunt in Var. Lect.) et nouitiae Aldi lectiones reiiciendae.

*Ibid.* 21. *XII et XIII. Kal. Mart. fauonius, vel auſter cum grandine et nimbis.* Edd. pr. *niuibus*. cui quare *nimbis* ſubſtituerit Aldus, neſcio. nam et niues non ſunt inſolitae.

*Ibid.* 34. *in Nonas April.* vitium operarum eſt.

*Ibid.* 44. *oues – tondentur, et pecoris nati aut amiſſi ratio accipitur.* Cur *amiſſi?* e quo fructus nullus capitur. Immo reſtitue ex edd. pr. *vt mulſi.*

*Ibid.* 48. *Vinearum – iteratus eſſe debet. Ante ſolſtitium pabulum etc.* Interpunge: *iteratus eſſe debet ante ſolſtitium. Pabulum*, hoc enim inter Idus Maias et Iunias terminatur. et in fine capitis dicit, Maio menſe pecori pabulum praeberi, Iunio frondem in extremum autumnum.

*Ibid.* 50. Circa ſolſtitium aluei caſtrandae ſunt: *quas ſubinde nono quoque aut decimo die ad Kal. Maias conſiderare et curare oportet.* Haec primo obtutu vitioſa repeperiuntur, ſed magis, ſi cum L. IX. conferantur, vbi hoc dicitur debere a ſolſtitio ad aequinoctium librae, quod non conuenit Kal. Maiis. (Dicit deinde Pontedera, aequinoctium hoc eſſe extremo Octobri, atque adeo *Kal. Nou.* legendum.)

*Ibid.* 60. *Si perexilis eſt vel rara ipſa vitis, lupini – ſparguntur et inoccantur.* Rectius Mſ. Polit. et ed. Ienſ. *ſi perexilis eſt terra, vel rara ipſa vitis, lupini – ſpargantur, ita occantur.* nam hoc pabulo terra exilis gliſcit, dummodo rara vitis eſt. ſi denſa eſt ſerere non expedit.

*Ibid.* 69. Vindemiae tempus cognoſcitur, cum vinacea acinis expreſſa iam fuſca ſunt et prope nigra, *praeſertim cum ita media parte acinorum ſint, vt ea a ſole aeſtiuante et a ventis protegatur. Protegatur* quo referatur, non eſt. recte edd. pr. *protegantur*, item *aeſtuante* pro *aeſtiuante* – item poſt eae recte pro *percoqui* habent *praecipi*. vti et Codd. i. e. praeoccupari a ſole ea, quae humore continentur.

*Ibid* 71. *farraginaria quoque — conſeruntur. Farraginaria* eſt monſtrum verbi, quod coaluit, opinor e *farrago ordearia* vel *ordeacea*. vt eſt L. II, 11, 1. et hoc ipſo cap. n. 99. Sed ſi *farrago ordearia* hic recipitur, poſt et *ſiliqua*, et *vicia conſeruntur* eſſe debet.

*Ibid.* 88. *XVII. Kal. Dec. Aquilo, interdum Auſter cum pluuia.* Haec ſunt e Mſ. Lipſ. et redundant. ipſa, ſiue ea, quae XV. Kal. Dec. dicuntur eadem paullo ante. ſed ex Eudoxo docuimus, XVII. Kal. Dec. oriri mane Fidiculam, et e Pſeudo Ptolemaeo Leoniceno, ſpirare poſtridie aquilonem aut auſtrum cum pluuia.

*Ibid.* 101. *cum erui ſemodio macerato, vel lupini quod e ſemodio macerato exierit. Exierit* eſt ab Aldo. ante erat *exegerit*, eleganter. nam id de menſuris et ponderibus dicitur. Scil. cum lupini macerando augeantur, non quantum ad macerandum ſumſimus, ſed quantum maceratum ſemodium implet, bubus ſingulis praebendum eſt.

XI, 3, 33. *raro linteolo illiget* (*ſemen*) *et ita in areolas diſpoſitum releget.* Non eſt aptum huic loco *releget*. Edd. pr. et Mſ. Polit. habent *religet*, vel *liget*. Ex eo fecerim *rediget*.

*Ibid.* 42. de chaerephyllo atque atriplice: *poſt Id. Febr. ſemina differenda ſunt, ſuaque de ſede partienda.* Sed hae ſtirpes non ſunt transferendae propter exilitatem radicis. Itaque *de* ab Aldo additum dehamus, et e Mſ. Lipſ. legamus *ſuaque ſede patienda*, i. e. relinquenda, vbi ſeuimus.

*Ibid.* 43. de aſparagi cultura: *easque* (radices) — *in locum apricum et bene madidum – transferre c.* ſed *madidum ſolum* non poſcit aſparagus. itaque ex edd. pr. corrigendum *validum.*

*Ibid.*

*Ibid.* 56. *mox — in areas diſponi, deletis radicibus omnibus.* res agenda ex Kal. Nou. hiemali autem tempore radices perennes modo deleri poſſunt. ſed vt deleri poſſint, legi debent et extra hortum portari. Itaque legam: *delectis rad. o.* veſtigium huius lectionis eſt in Mſ. Polit. *et lectus.*

*Ibid.* 60. *id quoque vt vitetur.* quaſi alia mala praecedant, quod non eſt. Itaque e Mſ. Polit. legendum: *Idque vt vitetur.*

## IN LIB. XII.

Ep. *66.* p. 58*6*.

XII. praef. 9. *dignentur – pelliciant.* Haec ſunt Aldina. In edd. primis meliora. (v. Var. Lectt.)

*Ibid. easdem ruris – in villa morari.* Edd. pr. pro *ſordidiſſimum* habent rectius *grauiſſimum.* nam non eſt ſordidum, paucos dies in villa morari. tum pro *paucorum dierum tempus, paucos dies.*

XII, 1, *6 ne diuturna ceſſatione fruſtrentur opera.* Codices et edd. pr. ad breuius tempus contrahunt ceſſationem, habentque *diurna.*

XII, 3. 3. *haec ipſa ei qui vti ſolet, tradidimus.* quia mox eſt *ponerent,* ex edd. pr. reuocabimus: *haec ipſa* (iis) *qui vti ſolent.*

*Ibid.* 4. *loca ſingulis demonſtrauimus, et cuique ſua annumerauimus.* quia *ſingulis* et *cuique* non bene conueniunt, melius eſt ex edd. pr. legere: *loca omnium demonſtrauimus, ei* (ſ. e libro Politiani *et*) *omnia annumerauimus.*

*Ibid.* 9. *tonſuris vellerum quoque intereſſe.* Edd pr. *tonſuris vero earum vtique intereſſe.* quod male Aldus deſeruit.

XII, 5. extr. *alii nucibus ſapineis ardentibus idem faciunt.* nuces *ſapineas* nullas noui. *ſapinum* noui vocari atram carpinum: ſed ea non fert nuces. Codex Lipſ. pro iis habet *ſex pineis nucibus.* Sed in hoc nil aliud eſt quam in antecedentibus: eſtque hoc membrum compendium eorum, quod e margine in textum venit.

XII, 10, 4. inter pira occurrunt *decumana,* quae in Aldi horto nata ſunt, non Columellae, qui habuit *decimiana,* vt eſt in edd. pr. et Codd. Plinius etiam *Pſeudodecimiana* habet. Tum mox *pruna purpurea* aliena ſunt: non de prunis hic ſermo eſt. *pruna* credo e deprauato *myrappia* in *myra prima,* vt eſt in Mſ. Polit. nata. Itaque *myrappia purpurea* legendum, vt in Mſ. Lipſ. eſt.

XII, 18, 4. *ne furi locus detur praeſentem fructum intercipiendi.* an omnem? nullo modo: ſed aliquid ex eo. atque id tradunt Mſſ. et edd. pr. quae habent *partem fructuum.*

*Ibid.* 5. *cum picem in fundum deſtillauit.* quis *picem deſtillat*: immo *pix* deſtillat: et ſic habet Mſ. Lipſ. cum edd. pr. *cum pix imum in fundum deſtillauit:* eademque eſt, quae haerens in lateribus, radula ducitur.

XII, 19, 3. *muſtum, quod defluxerit ante quam prelo pes eximatur etc.* Hoc verum eſſe non poteſt. nam non primum ſed vltimum muſtum ſumitur. Senſit F. Vrſinus, qui correxit *antequam prelo pes exprimatur.* Ego comparatione locorum ſimilium facta, ſic corrigendum puto: *muſtum, quod defluxerit ante, quam prelo preſſum ſit, eximatur ſtatim de lacu: in vaſa defrutaria deferamus.* cf. c. 3*6*. 39. 41.

*Ibid.* 5. *quod niſi vitatum fuerit, vel vas ipſum, quod aliquando contingit, pertundetur, vel ſi id factum non erit etc.* Quanto melius edd. ante Aldum. *q. n. v. fuerit, ſaepe vas ipſum pertundetur, vel ſ. i. f. n. erit.*

XII, 20, *6. raſis, quod eſt genus crudae picis.* Hoc nomen ruſticis non euanuit, vel obſoleuit. nam adhuc appellant *raſa,* quicquid de ceraſo, amygdala, malo perſica, pruno, reſinoſum emanat, et mox induratur.

XII, 21, 2. *et ita coadiicitur in binas vrnas ligula cumulata, vel menſura ſemunciae bene plenae ſalis c. et tr.* Coadiicitur. vitioſe ab Aldo editum eſt, pro eoque legendum ex edd. pr. *eo adiicitur:* deinde *vel menſura ſem. b. plenae* eſt gloſſa inanis *ligulae cumulatae,*

*mulatae*, delenda: mox *iam* etiam delendum ante *torretur*, quod et libro Polit. abfuit.

XII, 22, 2. *dum ea, quae addideris.* Hoc fecit Aldus ex vetere, *dum quae ea addideris:* immo corrigendum erat *eo.*

XII, 25, 1. *aqua ſalſa vel muria muſtum condiunt.* Pro *muria* Mſſ. et edd. ante Aldum omnes *marina*, quod reuocandum. nam Columella loquitur primum de aqua ſale medicanda, deinde de marina cum ex vtraque fiat muria. ante pro *immo etiam* edd. pr. *immo enim*, quaſi hoc eſſet vitioſum.

XII, 28, 3. *vinum — ſinito in doliis quieſcere: poſtea — quam limpidiſſimum etc.* Aldus mutauit *liqueſcere* in *quieſcere*, et *liquidiſſimum* in *limpidiſſimum*, quaſi non ſit idem, et exquiſitius.

XII, 34. extr. *Sed muſtum de ſub maſſa et limpidum ſit.* puto ſcribendum: *ſed muſtum defluat maſſa, vt limpidum ſit*, h. e. e lixivii genere, quod deſtillat antequam vua calcetur. maſſa autem eſt vua incompoſite aceruata.

XII, 41, 1. *iubebis in tabulato reponi – in furnum reponere. In tabulato* fruſtra Aldus dedit pro vetere *in tabulatum*: item male vetus *vigeſimum* mutauit in *trigeſimum.* denique pro *in furnum reponere* Vrſinus corr. *in fumum* e c. 12. firmat Mſ. Lipſ. cur ergo adhuc in excuſis eſt? (*putem vitio operarum, ſi Lexicon ruſt. ſineret.*)

*Ibid.* 2. Mulſi alia compoſitio habet titulum in Aldina: *conditura ex Cydoniis ſit hoc modo:* qui abeſt recte edd. pr. nam confectio non e ſolis cydoniis fit, ſed et aliis, quibus cohibendi vis ineſt. Itaque hoc quod ſequitur a mulſo ſeparandum, et aliquid addendum quo moneatur lector, aliam rem agi. Id eſt in Mſſ. Flor. et Lipſ. in quibus eſt initium noui capitis cum titulo: *compoſitio medicamenti ad tormina.*

XII, 43, 1. *Vuas bumaſtos etc.* truncatum eſt initium. id ex iisdem Codd. ſic integratur: *Vuas, vt ſint virides vſque ad annum, ſic cuſtodiemus.* Vuas virides intellige integras et velut recentes.

*Ibid.* 10. *reſolutaque intrita folliculorum in dolio ſubſternitur. que* delendum. nam nec eſt in Mſſ. et edd. pr. nec *ſubſternitur*, ſ. vt et in libris antiquioribus, *ſternitur*, non habet cui annectatur. Sed et alia hic Aldus mutauit, vt *interculcare* ex *intercalcare*, *expletur ſec. tabulatum*, pro *explent.*

XII, 45, 3. *ne immatura mala condantur: quoniam cruda ſi lecta ſint etc.* Mſſ. et edd. pr. *groſſa.* quia *groſſi* in ficu fructus immaturi dicuntur, non inficier, etiam de aliarum arborum immaturis fructibus dici poſſe.

*Ibid.* 5. *ſed quia videntur in melle dulciora fieri etc.* Male Aldus *quia* fecit ex antiquo *quae*, atque ita omnia mala cydonia a melle remouit. at Columella tantum vnum genus excepit, quod nempe nimis dulce in melle fieret.

XII, 48, 2. *mundaque ſpongia ſalem, ne permaneat, deterges.* Sententia commoda eſt, ſed quia tamen Mſſ. Polit. Lipſ. et edd. pr. habent *perueniat* ſc. ad oliuas, id praeferendum.

*Ibid.* 3. *eadem portione, qua ſupra, ſaliunt.* Sic Aldus dedit. Edd. ſuperiores habent, *eandem portione qua ſupra ſ.* quod rectius eſt. item mox omiſit *ſimiliter ſupra*, ante *ſalis vſque.*

*Ibid.* 5. *maſſulis ſalis miſtis in amphoram condantur.* Suſpectae mihi *maſſulae* ſunt *maſſulis ſalis miſtis.* Pro *maſſulis* coniicio *offulis*, e proximo. nam ſequitur, *ne altera offa ſuper alteram perueniat.*

*Ibid. conciſis deinde pleno vaſe oliuis, immitte defrutum vſque ad os.* Oliuae non conciduntur ad condituras. Edd. pr. habent: *Conchis deinde, vaſe pleno oliuis, immitte defrutum etc.* Conchae ſunt, vt c. 50. docetur, quibus oleum depletur, ſuntque adeo aptae et ad defrutum immittendum.

XII, 49, 2. de vltima oliuarum conditura eſt, quae recipit *carenum, cyminum etc.*

*Carenum*

*Carenum* Aldus fecit e *carpum*, quod edd. pr. habent (*reſtituitque Geſnerus*). Sed id quoque vitioſum demonſtrant Mſſ. Polit. Lipſ. qui habent *careum*, quod cum cymino, aniſo etc. optime conuenit.

XII, 50, 5. *cauum lapideum eſſe oportere.* omnes ſcr. et edd. pr. habent *canalem*, vt et ante eſt. male *cauum* dedit Aldus.

*Ibid.* 6. *molae quam facillimam patiuntur adminiſtrationem, quoniam pro magnitudine baccarum vel attolli vel ſubmitti poſſunt.* Sic molarum vtilitas minuitur. *quoniam* vitioſum eſt. Edd. ante Aldum bene *tum pro magnitudine:* nempe poſt facilitatem adminiſtrationis, alia opportunitas eſt, quae ad bonitatem olei pertinet.

*Ibid.* 7. *Sed eſt optima molarum, tum etiam trapeti.* Haec ſuperuacua videntur. ſed eſt vitioſa lectio per Aldum facta. Edd. pr. habent, *ſed et optima molarum.* et Mſ. Lipſ. addit bene *opus*. *Sed et optima molarum opus eſt, tum etiam trapeti.* ſc. ne opera et impenſae pereant.

*Ibid.* 10. *reſolutis corticulis, emoliri debebunt, adiectis — ſampſae exprimi.* edd. pr. *emoli.* Mſ. Lipſ. autem *et moli.* habet et *torculis* pro *corticulis*. rectius itaque erit *reſolutis torculis et molis, debebunt, adiectis — ſampſae exprimi.*

*Ibid.* 14. *Sed ſemel atque iterum eluantur* male *ſed* additum eſt ab Aldo.

*Ibid.* 18. *Cauendum eſt itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium. ex ea* abeſt Mſ. Lipſ. et eſt *vtique* pro *itaque*, vtrumque bene. nempe non cauendum eſt, ne ex oliua praua fiat oleum cibarium, ſed ne oliua deterior fiat, apta tantum oleo cibario.

*Ibid. ſi — bacca commolita et expreſſa erit, quae ſic adminiſtrata fuerit v. ſ. d.* Libri ſcr. Pol. et Lipſ. pro *erit* habent *cera*, vnde veram lectionem erui poſſe arbitror, *ceteraque ſic adminiſtrata fuerint.*

*Ibid.* 19. *eoque facto videtur plus olei quieta quam recens bacca reddere.* Edd. pr. pro *olei* habent *eſſe*, pro *quieta et recens bacca, quiete* (Lipſ. *quietae*) *et recentis baccae.* Inde videtur legendum: *plus eſſe quietae quam recentis baccae reddere.* ſc. videtur eſſe quietae baccae plus reddere, quam recentis.

*Ibid.* 20. *Attamen, ſi id maxime verum eſſet, nihilominus.* Mſſ. et edd. pr. *vt — eſſe.* Puto verbum excidiſſe v. c. *concedamus.* ſed tamen et *eſſet* ſeruari poteſt, modo *vt* ſcribatur.

*Ibid. et ſic quidem quicquid — accedit, non profectum ſed detrimentum ſenties. Qua propter.* Haec ſunt ab Aldo interpolata. Ex Mſſ. et edd. pr. ſic reſtitue: *et ſic quidem quicquam — accedit, ſi portiones — exiſtimare. Qua propter.* Pro *et* tamen malim *nec ſic quidem.*

XII, 51, 1. *et ita cum ſaxi ponduſculo in olei atque muſti partem demitti.* Mſſ. et edd. pr. omittunt *cum ſaxi ponduſculo.* et mox *vt infra ſubiicimus*, pro *atque i. ſ.*

*Ibid.* 3. *oleum depleto, et, quod reliquum eſt — reponito. Nam id ſi non exhauſeris medicamentum, dabitur potatum imbecillis bubus.* Mſſ. et edd. pr. *oleo depleto* et *recondito*, et *exhauſerit.* ſed haec leuia. illud male fecit Aldus, quod lectionem antiquam *exacuerit* et *potandum* mutauit in *exhauſeris* et *potatum.* quae ſunt reſtituenda.

XII, 53, 1. *abunde diximus.* Edd. ante Aldum habent *abunde dixiſſe ſatis eſt*: id ſi diſplicet, e Mſſ. repone *dixiſſe abunde eſt.*

*Ibid. minus vitioſam — ſalſuram facit.* Pro *vitioſam* edd. pr. *incinnoſam*, Mſ. Lipſ. *incynoſam.* quae quo ſpectent, neſcio. Sed quia caro ſalita circa oſſa vermes gignere ſoleat, vnde in eas partes, quibus oſſa relicta ſunt, largum ſalem infarcire iubet Columella, coniiciam *minus carnem tineoſam vel ſinuoſam*, aut ſimile quid.

IN LIBRVM DE ARBORIBVS.

Ep. 67. p. 599.

C. I, 3. *quod ex longinquo petitur, parum familiariter ſolo noſtro venit: propter quod difficilius*

*difficilius conualeſcit alienum exterae regionis.* Vltimum *exterae regionis* videtur gloſſa *alieni*, atque adeo delendum.

*Ibid.* 5. *namque exilis – vtcunque putreſcit.* Pro *exilis* cum Vrſino ſcribendum *ex exili*, et pro *vtcunque* forte *vtique* recte ſcribatur e lectione edd. pr. *vtrunque* et Lipſ. *vtrinque.*

III, 1. *tertia* (femina) *ſumma in vite lecta etc.* quomodo probari potuit ſemina, quae quam celerrime ſeneſcunt. atque Columella L. III. reprehendit, qui talia ſemina legunt, item Virgilius vetat, *neue flagello ſumma pete.* ergo haec ſint vitioſa neceſſe eſt. Mſ. Polit. habet, *tertia ſummae viti vita lectae aquae*, Lipſ. item, niſi quod in extremo eſt *lectieaque.* Inde videtur legendum: *tertia ſummae viti vita lecta, quae. vita* vel *vitato.*

*Ibid.* 3. *Plantaria facito ab exoriente et a decima luna et a vigeſima.* His repugnat Varro, monens ab exorta luna ad nonam vites pangendas eſſe, itemque libri veteres. ab edd. abeſt *et* ante *a decima*: et Mſ. Polit. habet et a *vigeſima ad triceſimam.* Crediderim igitur legendum: *Plantaria facito ab exoriente ad decimam lunam, et a viceſima ad triceſimam.*

*Ibid.* 4. *ſed ne gemmam laedas.* Corrige *radas*, vt eſt in Lipſ. Mſ. Polit. *ridas.* ſic et ſupra in hac re dixit.

*Ibid.* 6. *aeque vtilis congeſta et mota terra.* hoc non concoquent plurimi. quo enim congerenda et vbi mouenda terra? item talis terra optima eſt, maleque inter tophum et proximum ſabulonem argillamque ponitur. Profecto aliquid excidit, vt *glarea* vel *ſilex.* nimirum *aeque vtilis glarea, congeſta et mota terra.* quod conſentit iis quae Columella L. III, 11, 7. dicit: *ſimili quoque de cauſa etc.*

IV, 1. *deinde tertia, quae eſt a terra ſubrecta, more arborum in ſe conſiſtens.* media *quae – ſubrecta* ab Aldo ſic efficta ſunt. Libri edd. et ſcr. habent *Aponi vſurpata* vel *ſurpata.* Suſpicor Columellam dediſſe: *Hiſpanis vſurpata*, e Varrone, qui hoc genus apud Hiſpanos vſurpari tradit.

*Ibid.* 3. *vel ſi cui cordi eſt laxius vites ponere.* immo *altius* vt eſt in Mſ. Polit. et ipſa ratio docet.

V, 2. *Si iugatam erimus facturi, vnam materiam ſubmittito.* Male primum Aldus hic, vt C. 16, 4. *vnam* dedit pro *imam*, quod eſt in edd. pr. et res poſtulat. Tum Mſ. Polit. *iugata eris*: ex quo emendari poteſt, vel *ſi iugata erit futura*, vt in altero genere eſt *ſin — conſiſtere voles*, vel, *ſi iugatam eris facturus*: ita magis concurrunt reliqua, *radas, relinquas etc.* (v. *V. L. Sangerm.*

*Ibid.* 3. *ſed ita, ne codicem laedas.* Melius Mſ. Polit. *corticem.* nam exteriora laeduntur. mox pro Aldino *propius* ex antiquis lege *protinus.*

*Ibid.* 4. *poſſunt etiam ſoboles per brumam caedi. per brumam* addidit Aldus. ſed vacat, quia tempus iam dictum eſt, nec id moris eſt hiberno tempore facere. Contra mox *per brumam* legendum eſt, ex edd. pr. vbi Aldus dedit *ante brumam*: refertur enim ad ſequentia, non ad ablaqueationem, quae ante brumam fit.

VI, 1. *nouella vinea, quae ex reſectione enata fuerit, vim inutilem habebit, ſumma parte terrae natantibus radicibus. Quamobrem neque fructum etc.* Hic plura temere nouauit Aldus: primum e *reſecatione* fecit *reſectione*, e *prima* autem *ſumma*, e *renata* porro *enata*, denique *quamobrem* interpoſuit, ſine auctoritate omnia ac neceſſitate.

*Ibid. vinea, ſi non aridos habet in corpore truncos. corpore* factum e priſtino *opere.* ſed et hoc nihili eſt. Mſ. Polit. *vineas inoperari habet runcos.* Lipſ. *vineam inoperari habent truncos.* Conieci: *ſi non peraridos habet truncos.* (v. *V. L. Sangerm.*) quod firmatur etiam ſequentibus: *ſin autem eo vſque exaruerit etc.*

*Ibid.*

*Ibid.* 3. *quas ſequenti anno — propagabis.* Edd. pr. et Mſ. Lipſ. *propaginibus.* Quid hoc? nempe *propaginabis*: quod verbum et apud Tertullianum eſt.

*Ibid. ac deinde per triennium poſt.* Mſſ. et edd. pr. rectius: *a. d. triennio, cum etc.*

VII, 3. *ne in ſummo radices vitis citet.* Antiqua ſunt: *ne ſumma radix vitiſcat.* forte Columella dedit: *ne ſumma radix viti ſcateat.* niſi quis malit lectionem Mſ. Lipſ. *ne in ſummo radix vitis ſit.*

*Ibid.* 4. *Vitem ita ſupplantato, ne radicem abrumpas; cum eam ſtraueris et videris, quouſque poſſit pertingere.* Edd. vett. *ne radice abrumpas*: deinde abeſt *et videris* — mox n. 5. *neque aliter – quam vt diffluat:* in quo neque ſententiae perfectio eſt, neque terminationis adumbratio. veteres ante Ald. habent *diffiuetur* vel *diffluuietur.* ex quo forte coniiciemus *diffindatur.*

VIII, 2. *luto ſubacto paleato oblinito operitoque plagam et ita alligato.* Edd. pr. omittunt *operitoque*, et *ita*, elegantius. nam iſta redundant.

*Ibid. ea res praebet humorem, nec inareſcere ſinit.* Conieci olim *prohibet* (v. not. ad h. l.) fauet vetus lectio *marceſcere* pro *inareſcere.*

*Ibid.* 5. *At ſi quae fructum – ſuccum perferunt.* Hunc quoque locum interpolatum credo: reciſis alienis ſic conſtituo: *At ſi fructum quem oſtendunt, ad maturitatem non perducunt, ſed prius quam miteſcant, vuae inareſcunt, hoc modo emendabuntur: radice tenus vitem praecidito – ſaepe fodito. Materias citat vitis, quae fructum perferunt.* Audacior videri poſſum, ſed aeſtivo tempore, ferme canicularibus diebus, cum acini amplitudinem habent, vitis, quae radice tenus amputatur, ita affligitur, vt ſaepe intereat. Sed ſi non intereat; tamen non poteſt tam breui tempore germinationis materias exhibere, quae ante hiemem confirmentur. Quare quieſcente ſtirpe hoc opus faciendum puto, non germinante. Itaque incerti auctoris haec exiſtimo: *cum ſcipiones amplitudinem acini habuerint.* nam antiquum, *cum inſitione*, vel *cum inſitione ſi*, quod Aldus in *cum ſcipiones* mutauit, eſt cuiusdam ſtudioſi nota, ſi ſcribitur: *cum inciſione*, h. e. emendatur vitis vitium *inciſione*, *ſi amplitudinem acini non habuerint.* reliqua e prioribus edd. ſumta ſunt, et ex Lipſ. Cod. expurgata.

IX, 3. *ne gemmas allidas.* non haeſiſſem hic, niſi edd. pr. haberent *alliges*, a quo ſenſu diſcrepat. de cauenda laeſione et alliſione iam abunde praeceptum eſt ante.

XIII, 1. *cum frigus contra temporis conſuetudinem intellexeris.* mallem *inceſſerit;* nam illo ineptum remedium fit ineptius.

XVII, 1. *Magoni placet, ſiccis locis olivam — ſeri.* Sed de tempore ſermo eſt, non de loco. redundat igitur *autem*, quod et edd. pr. abeſt et Codd. ſcr.

*Ibid.* 2. *arbuſculam — tueri d. oportet.* Delendum eſt *oportet:* nam *oportet* iam eſt in principio: *oportet autem*: itemque abeſt ab libris antiquis ſcr. et edd. in fine periodi iidem habent *immiſcere*, non *immiſcendo.*

*Ibid.* 3. *Sunt et regiae* (oliuae) *et radii, quae neque ſpecie neque oleo ſunt tam gratae etc.* Atqui L. V. dixerat Columella *regiam* eſſe ſpecioſiſſimam, et radius non eſt contemnendus. Itaque legam: *orchis, ſicut et regia et radii, quae non ſine ſpecie, neque eſcae, neque oleo ſunt tam gratae. eſcae* et locus poſcit et edd. pr. innuunt, bis habentes *neque: non* additum ex iisdem et Cod. Lipſ.

*Ibid. ſi oleam poſueris eo loco — morietur.* hoc ſine dubitatione eſt, idemque L. V. traditum eſt, ſed quod hinc infertur: *ideo, quod vermes quidam ſunt, qui in radice quercus naſcuntur*, id nemo alius tradidit. itaque hoc mihi dubium eſt, et

forte

forte aetate inferiori additum, cum homines pingui ſtilo philoſophabantur. Variant etiam in his libri. (vid. Var. Lect.)

XVIII, 1. *ſi prius cacumina manu perfracta, aut a pecore praeroſa fuerint, quam adoleſcant.* Mſſ. Polit. Lipſ. vt edd. pr. pro *prius* habent *ſaepius*, et abeſt *quam adoleſcant.* recte vtrumque et iis ſimilia, quae ſunt de eadem re L. V.

XIX, 2. *Scrobs clibano ſimilis eſſe debet — os terrae admittant; eſſe debet* delendum; in edd. pr. contrahitur in *eſt*, in Mſ. Lipſ. *et.* tum *admittant* nulla auctoritate nititur. Edd. pr. habent *teneant.* Mſſ. *tentarit.* Ex L. V. repono *penetret*, quod in *tentarit* mutatum eſt.

XX, 3. *cum ſemina depones dextra ac ſiniſtra ſingulis vſque i. i. ſ.* Edd. pr. *ſi vis quouſque.* inde remoto *vſque* Aldus compoſuit *ſingulis.* In Mſ. Polit. eſt *finis quouſque*, primis literis e *ſiniſtra* vitio repetitis. quare hoc deleto ſcribamus *dextra ſiniſtraque vſque*, vt eſt L. V.

XXI. 1. *Ficorum genera, etiamſi — tamen vno modo, ſed diſpari differentia agri ſeruntur.* Diu de horum integritate dubitaui: et nondum mihi in iis ſatisfacio. Edd. pr. *ſed diſpari differentia pari loco ſeruntur*, quae me non magis expediunt, quam quae Mſ. Lipſ. habet. Nil habeo certi. Tenere tamen mihi videor, quid doceat auctor, videlicet: *tamen vno modo, ſed pro differentia* (ſc. generis) *diſpari loco ſeruntur.*

Deuſti cimicis nidor C. 6, 18, 2.
Dextans iugeri C. 5, 1, 12.
Di *et* de *frequentiſſime confundi in plerisque compoſitis, etiam apud noſtros auctores obſeruamus.* v. g. diffundere, digerere. ¶ di *et* z *in* Glycyrrhiza *pro quo eſt* Glycyrridia.
Diabetes, διαβήτης *ſipho* C. 3, 10, 2.
Diaereſin dabis, *reſecabis vlcus* Veg. 2, 43, 2.
Diagridium Veg. 3, 33, 3. *eſt ſuccus Scammoniae in cotoneo malo decoctus.*
Diametros areae C. 5, 2, 7.
Diamoron vt fiat P. S. 16.
Dianaria radix, quam Artemiſiam dicimus Veg. 2, 6, 7. 3, 33, 4.
Diapente medicina Veg. 1, 16, 4. diapenten ſpecierum numero nuncupant, *quas nominat* Veg. 1, 64, 1. Diapenten potionem 1, 11, 9. 1, 12, 4. 1, 14, 4. 1, 15, 2. Diapenton 1, 10, 6. 1, 12, 4. 4, 8, 8. *vtrumque forte debetur ruditati librariorum.*
per Diaſtema vt compoſito corpore ſint Veg. 1, 22, 3. *per interuallum cibi. Sic etiam placebat Platnero.*

Dice

Dice *pro* dic V. 1, 9, 7.
Dictator ab aratro C. 1 pr. 13.
Dicto. modus, quem dictabit humi laetitia C. 4, 24, 4. forma, quam dictauit conſuetudo P. 1, 20, 1.
Dicto audiens ſit domino ſuo Ca. 142.
Diducere cuneo C. 5, 11, 7. lanam C. 7, 4, 5. litem C. 3, 13, 12. *Ita enim repoſui ex Goeſ.* Diducuntur laciniae C. 7, 6, 5.
Diem meridie diuidere V. 3, 2, 15. in diem viuere (*abiecta futuri cura*) C. 3, 3, 6. die diutius non habere operarium Ca. 5, 4. diebus nonis modo res vrbanae vſurpatae V. 2 pr. 1. dies brumales horarum IX C. 11, 2, 91. ciuiles V. 1, 28, 1. interpoſitis diebus, aut ſingulis menſibus Veg. 2, 58, 5. ¶ Die vendere Ca. 150, 2. Dies annua X menſium *vid. Pop. ad* Ca. 146, 2. in diebus pecuniarum C. 1, 7, 2. diem praegnationis idem bis habere non poteſt V. 1, 44, 4. ¶ Dies pro ſole SCHOETTG. C. 7, 3, 25.
in Dieta Veg. 2, 9, 7 *forte*: in die.
Differre plantam, *differere* V. 1, 43. C. 11, 3, 31 *it.* 38 *et* 42. Diſtulerunt oculos ſuos plantae per longa internodia P. Mar. 10, 25.
Difficile naſcitur P. Ian. 7.
Difficiliter C. 5, 3, 1. 5, 7, 1.
Diffindere meridiem ſomno V. 1, 2, 5.
Difformitas *pro* defor. Veg. 3, 17.
Diffundere (*vinum in dolia aut ſerias in quibus obturatis et picatis ſeruetur*) C. 12, 28, 3. *add.* 3, 2, 26. ¶ radices V. 1, 37, 5. ¶ Si diffuderit ſe cupa P. 1, 18, 2. *h. e. vitium fecerit, et vinum effuderit: modo non legendum ſit* diffiderit. ¶ Diffundere per narem medicamentum Veg. 1, 45, 4. in fauces Veg. 2, 6, 9. *ita* 3, 15, 14 *pro* defundere: *quod etiam alicubi eſt in* MS.
Diffuſus per multa volumina ſcriptor C. 1, 1, 10. diffuſa materia C. 11, 1, 10.
Digerere ſemen Ca. 161, 3. mel liquefactum in formas P. Iun. 7, 4. ſtercus in prata C. 11, 2, 18. vt per ventrem digeratur humor infeſtus Veg. 1, 14, 5. digerere morbum Veg. 1, 14, 6. *add.* 1, 24. *In his diuiſionis et diſtributionis quaedam notio ineſt.* ¶ tepefactam (potionem glutinoſam) digeras vt inſpiſſetur Veg. 3, 66, 5 *h. e. caloris ope particulas fluidas diſſipes.* ¶ *Pro* degerere *ſcriptum a* Vegetio *an librariis?* 1, 13, 6. 1, 17, 10 et 19. 2, 6, 2. 2, 9, 7. 3, 1, 8. 3, 2, 4 et 10. 3, 3, 1. 3, 4, 1. 3, 23, 5. 3, 66, 6 *et* 7. *In quibusdam locis etiam* MSS. deg.
Digeſtionis auxilia concitat vinum ſcillites P. Iul. 6, 2. per digeſtionem decoctus cibus Veg. 1, 40, 1.
cum Digitalibus legitur olea V. 1, 55, 1.
Digitelli flos C. 12, 7, 1. *Non habent herbarii. Cogitabam de* Digitali, *itemque de* Digito veneris: *ſed neuter in conditurís eſt.*
Digiti primores Ca. 21, 2. *Turnebus* 25, 20 *interpretatur tenuiores et graciliores.* ¶ Digiti impares gallinarum laudantur V. 3, 9, 4. digitis quinis gallinae C. 8, 2, 8.
Dignitas amplitudinis et coloris in bobus V. 2, 5, 10. cum dignitate ſunt aſini V. 2, 6, 3. canes V. 1, 21.
Dignor. non dignantur architecti comprehendere modum aedificiorum etc. C. 5, 1, 3.
Dignoſcere ſuos et alienos non poteſt C. 8, 5, 7. dignoſcitur ſapore C. 2, 2, 20.
Diiuncti a matribus equuli V. 2, 7, 12. diiuncta ab agri vtilitate V. 1, 23, 4.
Diiungere, Diſiungere V. 1, 2, 22. V. 1, 3. aſinum ab opere V. 2, 6, 4. diiunguntur agni a matre V. 2, 1, 20. catuli V. 2, 9, 12.
Dilabitur veſtis ſitu C. 12, 3, 5.
Dilapidans grandine labores hominum C. 10, 330.
Dilatio noxia in re ruſtica Ca. 5, 7. C. 1, 8, 14. 11, 1, 28 ſqq.
Dilecta vitis nouella, *h. e. diligenter culta, oppon. neglectae* P. 1, 6, 11.
Diligentiae inimiciſſima ſomnus et vinum C. 11, 1, 13.
Diligunt creſcere, *amant, ſolent* P. F. 25, 1.
Diluere Ca. 69, 1. membra pecorum tonſa P. Mai. 8, 2. muria oliuas P. N. 22, 5.
Dimicare aciem C. 9, 9, 7.
Dimidio maturius C. 11, 1, 16. dimidium acetabuli polenta grandis Ca. 108.
Dimiſſus in nuce cortex P. Ian. 15, 18. ſanguis in pedes C. 6, 12, 1. *vid.* Demiſſ.
Dimitto. Dimittunt ex ſe oleum baccae P. Ian. 19. Dimittitur ſanguis, *vena ſecta* V. 2, 1, 23. ¶ Dimittere pampinarium *h. e. ſubmittere* C. 5, 6, 31. *Sic* P. F. 12, 3 *et* 6, 13, 2. Mart. 7, 4. Mai. 2, 1. O. 8, 2. ¶ *Generatim relinquere notat.* Dimittunt ternos pedes inter ſingulas vites P. F. 9, 9. dimittas ſpiramenta P. N. 22, 6. Dimittitur pars fauorum quinta P. Iun. 7, 2. tenui caule dimiſſo P. Aug. 5, 2. vt aliquid dimittatur haerere P. Mai. 7, 2.
Dindyma caſtra Cybelles C. 10, 220.
ſub Dio *vid.* Dium.
Dionaeis redimitur floribus C. 10, 286.
Διφθερίαι ſenes V. 2, 11, 11 *vid. Victor.*
Dipondiarius orbiculus C. 4, 30, 4.
Dipondii ſemiſſis C. 11, 2, 17. *duo cum dimidio. add.* C. 11, 2, 28.
Diradiare vitem C. 5, 6, 36. *Vet. editio* diſrarare. SYLB. *Neſcio quam veterem editionem indicet* Sylburgius: *noſtras quidem non habere, ſupra notatum eſt.*
Diribere ſuffragia in comitiis V. 3, 2, 1. 3, 5, 18. *vid. no.*
Dirigere ad metam V. 1, 4, 1. 1, 18, 1. ad contemplationem ſuam C. 3, 12, 4. diriguntur ordines C. 3, 15, 1. ne alter ramus ſub alterius linea dirigatur P. F. 13, 2. ¶ in dirigendis potionibus Veg. 1, 19, 2. *vid.* digero.
dum Dirimentur ſuffragia V. 3, 2, 1. 3, 5, 18. *vid. no.*
Diſceſſere a qualitate ſua C. 3, 2, 30.
Diſcindito ſalicem Graecam Ca. 40, 2.
Diſciplina ruris C. 1 pr. 23. 1, 1, 6. villaticae paſtionis V. 3, 2, 17. fici P. Iun. 5, 2. ſeruetur P. Mai. 6. ſi loci patitur diſciplina P. N. 4, 2. diſciplinam alienam caueto contemnas Ca. 1, 4. diſciplina ſimili P. N. 17, 2. ¶ Diſciplina mores facit, non natura tantum C. 7, 12, 6. Diſciplinis liberos excolere C. 4, 3, 2. in diſciplinis peccando diſcitur

diſcitur C. 1, 1, 16. Diſciplinis illuſtribus eruditus C. 5, 5, 15. diſciplinis liberos excolere C. 4, 3, 2.
Diſcipuli perſona conſideranda P. 1, 1, 1.
Diſco. didicit ferre totius orbis fruges Italia C. 3, 8, 5. diſcendum quod ignoras C 1, 8, 13. C. 11, 1, 27.
Diſcocto farre P. 1, 29, 2. diſcocta in furno ficus P. Mar. 10, 34. *ſed al.* cocta.
Diſcolor lanae lingua C. 7, 3, 1. diſcolores cerae V, 3, 17, 4.
Diſcordante natura P. Aug. 5, 3.
Diſcrepant cum priſcis C. 1, 1, 6. nominibus vitium etiam vicinae nationes C. 3, 2, 30.
ſine Diſcretione P. Iul. 4, 5.
Diſcrimen quo diuiſa eſt bouis vngula C. 6, 15, 2. 7, 5, 11. diſcrimine pectita tellus C. 10, 94.
Diſcriminatim V. 1, 7, 7.
Diſcutitur mentis error C. 6, 35, 2.
ſi Dishiaſcent arbores Ca. 12.
Disiectos palos reponere C. 11, 2, 38.
Disiuncti opere boues C. 6, 15, 2. *vid.* Diiun.
Disiungitur ab opere bos C. 6, 14, 5. C. 2, 3, 1. Veg. 3, 4, 25.
Diſpalatae *forte leg. pro* diſplicatae V. 3, 16, 7.
Diſpariles qualitate vites C. 3, 2, 17. diſparile pabulum V. 2, 11, 4. diſpariliter habent momentum V. 1, 6, 6.
Diſpendioſa cunctatio C. 2, 21, 1.
Diſpendo. Diſpendere curam paſtoris C. 8, 2, 7.
Diſpereo. Diſperire ſolent fructus V. 1, 11, 1.
Diſpergunt ſe caprae V. 2, 3, 9. diſpergere lactucam h. e. differere, diſponere C. 11, 3, 25. traducibus vitem C. 5, 6, 36.
Diſperſim ſcripſerunt V. 1, 1, 7. 3, 2, 13.
Diſplicatae apes V. 3, 16, 7 *forte* diſpalatae.
ne Diſplodantur bobus ingredientibus pedes V. 2, 5, 8. *ſed* cani ingredienti V. 2, 9, 4.
Diſponere oculos arundinum Ca. 47. braſſicam C. 11, 3, 27. mentaſtrum inuerſis cacuminibus C. 11, 3, 37. ¶ In qua ſcrobe diſponemus inſerere *h. e. volemus* P. Apr. 2, 1. de quo ſemen legere diſponis P. Oct. 11, 2.
Diſpoſitio et ordo res pulcherrima C. 12, 2, 4.
Diſpoſitus ſurculo, ſegetibus, prato, fundus C. 2, 15, 7. ¶ mente C. 1, 1, 15.
Diſpumare *pro* deſpumare *aliquoties etiam MSS. vid.* C. 12, 38, 5. P. F. 25, 10. Iul. 7.
Diſrarari et intercidi C. 4, 32, 4. *vid.* Diradiare.
Differere de materia C. 2, 1, 2.
Diſſilit pix frigore P. S. 11, 2.
Diſſimulatio, negligentia Veg. 4 pr. 1 *et* 3. *Ita etiam de re mil.* 1, 18 de ſalitione equorum, *h. e. arte inſiliendi in equos*, quem vſum vſque ad hanc aetatem, licet iam cum diſſimulatione perueniſſe manifeſtum eſt.
Diſſimulare damnoſam curationem, *h. e. intermittere* Veg. pr. 5.
Diſſipare ſtercoris cumulos C. 2, 16, 1. P. S. 1, 2. vt diſſipetur late aqua V. 3, 14, 2. ne diſſipetur faſcia corticis P. F. 17, 2.
Diſtabeſcit cum muſto ſal Ca. 24, 1. vt diſtabeſcat ſuſpirium in aqua Veg. 1, 11, 13.
Diſtantia non eſt in ponendis piris *h. e.* differentia P. F. 25, 4. *add.* Mar. 10, 27. Oct. 14, 1.
Diſtendat roſa iunci ſtamina *h. e. impleat, rumpat corbem* C. 10, 306. diſtendunt curam villicae C. 12, 44, 1. diſtenditur ſedulitas villici C. 1, 6, 8. diſtentum temonibus corpus C. 6, 19, 3.
Diſterere caſeum in mortariolo Ca. 75.
Diſtichum hordeum C. 2, 9, 16. *vt* Hexaſtichon.
Diſtillationi omni humor praeſtat augmentum Veg. 2, 44, 2. diſtillationem patitur ceruix equi Veg. 2, 43, 1.
Diſtricta bacca C. 12, 50, 8. vua P. O. 22 *pro* deſtr.
Diſtringere oleam C. 11, 2, 83. baccam myrti C. 12, 38, 7. muſcum C. 4, 24, 6. Deſtring. *et hic et vbique legi vult Cuperus obſſ.* 4, 5 *vbicunque nempe non ſignificat in diuerſas partes trahere. Et ſane Columellae Codex Lipſienſis ſaepe* deſtringere *habet, vbi de olea ſermo eſt.*
Diſturbata reſtituere C. 11, 2, 38.
Ditem Ioui praepoſuit Proſerpina C. 10, 273.
Diuaricatae taleae Ca. 45, 3.
ne Diuaricent boum vngulae V. 2, 5, 8.
Diuerrere humorem C. 7, 4, 5.
Diuerſoriae tabernae V. 1, 2, 23.
Diuerti ad aliquem, *de eo qui ex via in ipſa vrbe paullum deflectit* V. 2, 11, 12.
Diuidere diem meridie V. 3, 2, 15.
Diuiduum in domo nihil C. 12 pr. 8.
Diuina ſi fauerint P. 1, 1, 2.
Diuini non conſulendi Ca. 5, 4. C. 11, 1, 22.
Diuiſurae laterum P. O. 12, 7.
Diuitiae pecudes C. 6 pr. 4.
Diuortium veris et hiemis C. 4, 27, 1.
ſub Diuo *an ſub* Dio? eſſe C. 6, 13, 3. 12 pr. 2. ſub diuo *certe* Veg. 3, 4, 19. *et MS. Lugd.* P. Mar. 10, 7.
Diureticae potiones *leg. pro* duriciciae Veg. 3, 72. diuretica vina P. O. 14, 3.
Diutino ſole vaneſcunt P. 1, 10, 2.
ad Diuturnitatem ſtirpis confert C. 3, 2, 3.
Do. Dare *an vendere eſt* Ca 138? Dato bibere Ca. 89 *et* 103. dare materias C. Arb. 6, 5.
Docenti et diſcenti opus eſt exemplo C. 11, 1, 4.
Dociles ad agriculturam V. 1, 17, 3.
Docta et erudita palata C. 8, 16, 4.
Documenta, indicia C. 6, 29, 1.
Dodrans iugeri C. 5, 1, 11.
Dodrantalis altitudo C. 11, 3, 44. ſtirps C. 5, 6, 12.
Dolabella expurgare ſiquid emortuum eſt C. 4, 24, 5. ¶ terram dimouere C. 4, 24, 4.
Dolabelliana pira C. 5, 10, 18. 12, 10, 4.
Dolabra acuta abradito C. Arb. 10, 2. ¶ Dolabris circumfodiuntur roſaria P. F. 21, 2. diſſipandae glebae P. Ian. 3, 2.
Dolabratae ſecures P. 1, 43, 3.
Dolet cor Ca. 175, 7.
Doliolum vitreum Veg. 4, 13, 3.
Dolium fictile C. 12, 54, 2. dolia quae figuli faciunt V. 3, 15, 2. patentiſſimi oris C. 12, 6, 1. in dolii vtero C. 12, 4, 5. doliorum in modum formata vaſa C. 12, 4, 5. dolia demerſa humi C. 12, 18, 4. *vid. not.* doliorum opercula Ca. 11, 1. Dolia acinaria et frumentaria V. 1, 22, 4. amurcaria, frumenta-

frumentaria, vinaria Ca. 10, 4. it. 11, 1. noua imbui vt debeant Ca. 69, 1. vt picari C. 12, 18, 5. picata, defricata, lota, ſiccata C. 11, 2, 70. odorata vt fiant Ca. 105, 2. vindemiae vt parentur Ca. 39, 1. C. 12, 18. vt oliuitati C. 12, 50, 14. dolia muſto ſpumantia C. 10, 432.

Dolitantes partes Ca. 157, 7.

Dolo. dolantur in quadrum perticae C. 8, 3, 7.

Domeſticus labor matronalis fuit C. 12 pr. 7. ¶ domeſticum factum e fero C. 8, 14, 3. domeſticae pecudes C. 10 pr. 1 aues C. 8, 15, 1.

in Domicilium ſuum reuolant aues C. 9, 9, 8.

Dominatur vnum in ruſticatione C. 1, 8, 14.

Dominicae habitationes C. 9 pr. 1.

Dominus quae obſeruare debeat C. 2, 1. C. 1, 7, 1. Domini oculi et veſtigia C. 4, 18, 1. 3, 21, 4. praeſentia P. 1, 6, 1. *coll.* C. 1, 1, 18. cum Domino, quem villicus docet, male agitur C. 11, 1, 7.

Domitura boum C. 6, 2, 1.

Domo. domare ad aliquid aſinum V. 2, 6, 4. domandi expeditior tutiorque ratio C. 6, 2, 9. V. 1, 20. ad domandum proni boues V. 1, 20, 2 *h. e. qui domentur. Talia gerundia paſſiue accepta habet Cortius ad Sall. Iug.* 62, 8.

Domus. Domo meae Ca. 134, 2. haec vbi domo naſcuntur V. 1, 8, 2.

Donicum. donec Ca. 146, 2 *vid. no.* Ca. 149, 2.

Dos. Dotem vineis praeparare *i. e. pedamenta, vimina* C. 3, 3, 5 *et* 8. Dotibus magnis commendantur vuae C. 3, 2, 17.

Doſſuarii aſelli V. 2, 6, 5. doſſuaria iumenta V. 2, 10, 5.

Δραγγή ſ. δράκες in canibus, veſtigiorum articuli et vngues C. 7, 12, 4.

Draco, palmes emeritus, pluribusque induratus annis Col. 5, 5 *ſic Georgius Merula* ſ. *Alexandrinus. Ac Columellae quidem locum non inuenio; ſed video verba haec legi apud Plinium* 17, 23 ſ. 35, n. 24. *vbi* Nuper *inquit* repertum draconem ſerere iuxta arborem *etc. Si eſt apud Columellam miror qui diligentiam et meam et aliorum effugerit, etiam Harduini, qui diligentiſſime cum Plinio Moderatum confert.*

Dracontios vitis C. 3, 2, 28.

Dragantum *ita ſaepe eſt apud* Vegetium, *vt ab auctore ipſo videatur profectum* v. g. 1, 56, 19. 1, 58. 3, 12, 3. *Eſt autem* Tragacantha *ſ. gumi huius arbuſculae teſte Dodonaeo* p. 751. ¶ cum Dragante *legitur* Veg. 1, 33. ¶ Dragantidis MS. 1, 59 *no.* h. *conf.* 1, 60 *no.* d.

Dragmas VIII P. Iul. 8, 2 *etiam MS. Sylb. pro* drachmas.

Dryadum choros C. 10, 264.

Dubito. eoſque nemo dubitat quin optimi ſint C. 6, 3, 3.

Duco. Duce *pro* duc V. 3, 2, 18. Ducere ſulcum C. 2, 2, 27. in propaginem virgulta P. N. 7, 21. ¶ Ducat in ſe eosd. ſapores P. O. 10, 1. ducitur e caelo ac terra ſalubritas V. 1, 4, 4. ¶ *pro* inducere. ſupra ducenda eſt terra P. F. 25, 31. calcem ducere P. 1, 13, 2. cicatricem C. 4, 22, 4. ¶ educere euellere. fabam C. 11, 2, 50. pilum C. 6, 32, 3. ¶ Ducere peraeque V. 3, 16, 11 *h. e. medio proportionali inuento inaequalia pretia aequare. Noſtri eins in das andere rechnen.*

Ductim *et* caeſim *opponuntur. Qui* ductim *putat vineam* prius applicat ferrum, *et ita* quae deſtinauit praecidit, *qui* caeſim, hunc ictus fruſtratur interdum C. 4, 25, 2.

Ductu falcis facta putatio, non ictu C. 4, 25, 3. Ductibus foſſarum ſiccetur ager P. Mai. 3, 1.

Duceni quadrageni pedes C. 5, 3, 2.

Ducentum *indeclin. pro* ducentos C. 5, 3, 7.

Duis bonam ſalutem Ca. 141, 3.

Dulcedo ſoli C. 2, 2, 14. fructus C. 3, 1, 3. ¶ *pro prurigine et titillatione* Veg. 3, 15, 4. *Hinc et pro morbo ſcabiei ſimili* Veg. 2, 52.

Dum tamen C. 1 pr. 11.

Duntaxat Ca. 49.

Duo villicos V. 1, 18, 3. duo libros V. 3, 1, 9.

Duodecima vna *pars* C. 5, 1, 11.

Duodequinquageſimo die C. 9, 14, 4.

Duodequinquaginta C. 9, 14, 1. 12, 5, 1.

*Duplicem relationem eiusdem vocis ſuſpicamur in* Vt. *Ita forte duas quaſi perſonas ſuſtinet* praecipiemus C. 9, 14, 5. Amici *in illo Cic. Lael.* 13 *extr.* vt et bonis amici diffundantur. *Videmur idem nobis obſeruaſſe in Herodoto* 1, 27 *vbi optat Croeſus* Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτῃσι ΕΛΘΕΙΝ ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι. *Quae ad verbum ita videntur transferenda*, Vtinam Dii faciant in mentem inſulanis *venire*, venire contra Lydos etc. *Operae ſane pretium videtur, diligentius ad haec talia attendere.* v. Cort. ad Plinii Ep. p. 203 et nos ad 8, 6, 17 etc. ¶ Duplex ſpina *laudatur in equo* C. 6, 29, 2. ¶ Duplices nouem ficus, *h. e.* XVIII Veg. 1, 38, 6. *ſi audias marginalem Sambuci obſeruationem. Sed cum recurrat* 1, 56, 17 *et alias, vbi locum vix habet ea interpretatio, aliunde illud epitheton eſſe videtur auctore Schol. Horatii, S.* 2, 2, 122. *eſt bifida.* ¶ Duplicia quam numerus exigit *h. e. alterum tantum* C. 1, 8, 8.

Duplicat pretio reditum C. 12, 50, 2. duplicantur incrementa, quae ſperaueras P. N. 7, 12.

Dupondiarius *forte leg. pro* dipond. *vbi vid.*

Dupondium, *duo pedes* C. 3, 15, 2. 4, 1, 3. 4, 32, 2. dupondio et dodrante altus ſulcus C. 3, 13, 5. dupondium ſemiſſem C. 6, 19, 1. *vid. Dipond.*

Durabilis liquor C. 12, 38, 7. ficus P. Mar. 10, 26. ſalſura C. 12, 53, 1.

Durabilitas frumenti P. 1, 36, 2.

Duracinae vites C. 3, 2, 1. vuae Ca. 7, 2. Duracina Perſica P. F. 25, 32. P. N. 7, 8. *vid. quos laudat Needham. ad Geop.* 10. 13. inpr. Caſaub. ad Suet. Aug. 76. Duracinae *primo vites dictae videntur* a duris acinis: *deinde translatum nomen ad ea Perſica quorum caro oſſibus vehementius haeret: ita certe Plin.* 15, 2. duracina *a reliquis diſtinguit.*

Duramenta ſ. duramina in vite C. 4, 21, 1. 4, 22, 1. P. F. 12, 2.

Duratus ruſticis operibus C. 1, 8, 2. ¶ Durata ſalibus aqua C. 7, 4, 8. *vid. no. et mox* dura muria.

Duritia aetatis repugnante P. Mar. 12, 1.

Duriticia potio *vid.* diuretica.

Duro. durare vngulas C. 6, 37, 11. ¶ ſiccitatem et ventos P. F. 9, 1.
Durus. Dura muria C. 6, 30, 9. 12, 6, 1. 12, 7, 3 *eſt eadem quae* matura, *ſalſiſſima, quae* durare *proinde condita poteſt. Sic intellexit etiam Turn.* 17, 16. *vid.* Duratus. Durum vinum, *ſuaui oppon.* P. O. 14, 5. *ſic* Acetum durum *Sammon.* 40.
Dux. Duces agricolarum Dei V. 1, 1, 4.
Dyſenteria ſi iumentum apprehenderit Veg. 3, 11.
Dyſenteriaca paſſio P. F. 31, 2.
Dyſpepſia quo vino curetur Ca. 127, 1.

E *et* F. *miſcent librarii Vict. ad* V. 2, 2, 18. *Vrſi. ad Inſcript. frat. arual. ſupra p.* 130. *no.* m.
Eadem V 2, 5, 2 *intell.* opera, *dum aduocatus es.*
Eapropter C. 8, 14, 11.
Eatenus, qua C. 12, 9, 1.
Eblandiatur lac igneam ſaeuitiam morbi C. 7, 5, 16. eblanditus eſt mas ſuperiecta (de aſini coitu) C. 6, 36, 4. ¶ Eblandiantur ſolitudines ruris C. 8, 11, 1 *paſſiue, blandimento quodam vincantur, quo minus moleſtae ſint. Niſi tamen legendum* eblandiatur. *Vid. no.*
Ebrioſo cum memoria cura officii ſubtrahitur C. 11, 1, 13.
Ebulum ex ſegete vellito Ca. 37, 2. ebuli baccae C. 10, 10.
Eccum recta candidatus V. 3, 17, 10.
Echedermia pro Ecedermia, ἐχιδέρμια *legendum* Veg. 3, 54, 1.
Echini ſalſi P. Ian. 16. marini condiuntur P. D. 6, 1. ¶ caſtaneae P. inſ. 155.
Echionii Bacchi palmes P. inſ. 45.
Ἠχοὶ, argutae valles C. 9, 5, 6. *alia deſcriptio* P. 1, 37, 5.
Edaces multi cibi C. 6, 2, 14.
Ederacea frons Ca. 52, 2. materia Ca. 111. ederaceae baccae C. 8, 10, 4. ederaceum vas vinum non continet Ca. 111.
in editiore ſiluae fronde C. 9, 8, 1. editiſſima aedificia C. 8, 8, 1.
Edo *priore corr,* Quod pecus libentius eſt V. 1, 56. edit *pro* edat Ca. 156, 6 *vid. Victor.* edent *pro* edant Ca. 53 *Vict.* Eſto Ca. 156, 1 *vbi et* comeſto. Eſtur C. 2, 10, 16. Eſſe Ca. 157, 10.
Edo *pr. longa.* Edunt ſtercus volucres C. 2, 15, 1. homines corporibus C. 2, 15, 8. Edere conceptos C. 6, 24, 4.
Edolatae lingulae C. 8, 11, 4.
Edomitus humor C. 1, 5, 3, edomita paſtinaca, *ſatiua, agreſti oppoſ.* C. 9, 4, 5. edomitam hoc reddit feritatem C. 11, 3, 37.
Educatio (*actiua ſ. nutricatio canis foetae*) aufert incrementum totius habitus C. 7, 12, 11.
Educatrix pullorum gallina C. 8, 11, 14.
Educo, *as.* Educare mulum paleis V. 2, 8, 2. educandus ruſticis operibus C. 11, 1, 7.
Educo, *is.* Educere radicem ex terra V. 3, 10, 5. euerriculo piſces V. 3, 17, 7. fiſtulam, *facere in fonte ſaliente* V. 3, 14, 2. educit terra ſulphur P. Aug. 9, 1. ager calamos P. N. 1, 2. educere alumnos C. 4, 27, 4 *pro* educare. *ſic* educi P. 1, 28, 5. ¶ *dono auferre ſignificat* V. 3, 17, 7.
Eductione vberis pendent apes *h. e. vbere formato* P. Iun. 7, 6.
Eductus altricis vberibus C. 3, 10, 16.
Effectui ſibi ceſſiſſe ſenſit P. Mar. 12, 2 *es ſey ihm angegangen.*
vbi ſatis Efferuerit Ca. 115, 1 *vid. Victor.*
Efficaciſſima remedia C. 2, 18, 3.
Efficiunt oleum factores Ca. 64, 1. Efficere ſeſtertios centenos C. 3, 3, 3.
Effoeminatorum geſtus C. 1 pr. 15.
Effoetum et defatigatum ſolum C. 1 pr. 1. Effoeti ſenio tauri C 6, 24, 1. ¶ Effoeta *ſimpliciter pro* foeta C. 7, 5, 5. 7, 12, 11 *et* 12. *ita* 8, 5, 15. 9, 1, 7. ¶ cum Effoetus fuerit grex pullorum C. 8, 5, 16 *pro effotus, fotu excluſus* SYLB. *Si de emendando ita loco cogitauit vir doctiſſimus, vereor vt feliciter. Neque enim alias, credo, occurrit verbum* effotus: *niſi forte praeſidium illi petere aliquis velit a Vegetiano* Effouet, *de quo ſtatim.*
Efforatur truncus C. 9, 1, 3.
Effouet Veg. 4, 28, 2 *ſi vera lectio eſt, ſignificat blande et* fouendo *quaſi aufert atque erodit, ſiue potius, comedendo ſupercreſcentem carnem, effouet vulnus et ſanam carnem elicit.*
Effugiunt ſomniculoſo plurima C. 11, 1, 13.
Effundit ſe magnus venter ad ſuſtinendum foeturae onus P. F. 26, 1. effunditur in materiam et frondem vitis C. 3, 2, 1.
ad Effuſionem deponitur vitis C. 3, 2, 1.
Egelidum ver C. 10, 282. Egelidus *vtramque ſignificationem habet, et minus gelatum, aut rigidum, et valde. Ouidius:* Egelidum Borean, egelidumque notum. *Tepidum deſignat apud Columellam. Frigidiſſimum apud Auſonium epiſt. XXIV.* Egelidae vt tepeant hiemes, rabidosque per aeſtus Aſpirent tenues frigus ſubtile Aquilones. BARTHIVS 23, 21.
in Egeno eſſe C. 3, 10, 4. 4, 31, 1.
Egerminant oculi C. 4, 27, 4. C. 4, 32, 5. 4, 17, 4.
Egerit fructum vitis C. 3, 2, 11. *al.* exigit. egeritur ſtercus e columbariis C. 2, 15, 1.
Egeſtionis foramen Veg. 3, 15, 6.
Egeſto primo amne ſpumantis muſti P. O. 14, 18.
Egregius *comparat. Victor ad* C. Arb. 28, 4.
Egreſſus liber permittitur columbis C. 8, 8, 1.
Eiectura leg. Veg. 2, 45, 8. *Vid. ſtatim* eiicere *h. e. luxare.* Sic
Eiectus. eiecta locis ſuis reſtitues Veg. 2, 46.
Eiicere ex ſe vitem V. 1, 31, 3. partem ſeminum C. 2, 11, 5. in agrum pullos paſcendos P. 1, 28, 6. ¶ ceruicem, luxare Veg. 2, 41, 1. armum 2, 45, 7.
Eiuncidum ſarmentum V. 1, 31, 3. eiuncidae mulieres *Vict. et Scal. ad* V. 2, 10, 8.
Elabitur ſuccus lactaminis per totum pratum P. F. 1.
Elaborare vt C. 12, 1, 3.
Elacata ſ. fuſus piſcis C. 8, 17, 12.
Elegantium menſae C. 7, 2, 1.
Elementa ſacra ſpiritus C. 3, 10, 10.
Elephantiaſis Veg. 1, 9, 1. elephantioſis 1, 16, 1. boum 3, 2, 19.

ad

ad Elephantinen neque ficus neque vites amittunt folia. V. 1, 7, 6.
Elephanti intra moenia noſtra nati C. 3, 8, 3.
Eleuare ſerum fructum cum praecoque C. 3, 21, 5 *Vi. no.*
Elices qui? C. 2, 8, 3. elices facere C. 11, 2, 82. *Feſtus*: Elices ſulci aquarii, per quos aqua educitur e liris. *Eaedem ſunt* foſſae quas ſulcant, quo pluuia aqua delabatur V. 1, 29, 2. *vbi vid. no. et Salmaſ. ad Soli.* p. 512. *Add. Euſtath. ad Iliad.* μ, 294 p. 905, 46 *edit. Ro.* Ἕλιξ ἡ ἁπλῶς συστροφὴ, ἐπὶ ὁδοῦ τυχὸν, ἢ ὕδατος, ἢ καμπτῆρος.
Elidit vaccarum altera conceptum alterius C. 6, 23, 1. *add.* 7, 9, 9. eliditur rex apium C. 9, 9, 8. 9, 11, 1. elidendae herbae V. 1, 47. ¶ Elidere, allidere *de motu aquae verſus terram vi. no. ad* C. 4, 20, 2. ¶ *In cura iumentorum vtitur hoc verbo* Veg. 1, 26, 3 *et* 4 *it.* 2, 17, 2. *vbi* deiicere *videtur ſignificare, vt minus reluctans animal tanto facilius curari poſſit.*
Eligere manu herbas C. 4, 5. pedes e capite pullorum V. 3, 9, 14.
Elimpidaueris Veg. 1, 26, 2. *vid.* Elymp.
Eliquamina ſalſamentorum C. 9, 14, 3.
Eliquatam aquam transfundere C. 12, 21, 5. eliquatum muſtum omni faece careat C. 12, 19, 4. a faecibus vinum C. 12, 27.
Eliqueſcere V. 1, 55, 4.
Eliquo in ſecunda labra C. 12, 50, 11. lixiuiam C. 12, 22, 1. mel C. 12, 12, 1.
ELLIPSIS. Neque per eas quidquam ire intro poſſit (*eorum*) quae nocere ſolent gallinis V. 3, 9, 6. *Vocum* bene eſt! C. 12, 7 *inter* 2 *et* 3. τῆς quam *vid.* Plus.
Ellops ad Rhodon V. 2, 6, 2. *al.* helops *vt* helops Pamphylius C. 8, 16, 9. *al.* elops.
Elocare boues C. 1, 7, 6.
Eloquentiae parens *Homerus* C. 1, 1, 30.
Elota oliua C. 12, 50, 21. *V.* Eluta.
Eluacrum labrum Ca. 10, 4. et 11, 3. *vid. no.*
Eluit imber perniciem venenati humoris C. 1, 5, 3. eluantur baccae immundae C. 12, 50, 21. ¶ Eluant (helluando exhauriant) Ponticum Phaſin C. 8, 8, 10.
Eluenacae vites *v.* Heluenacae.
Eluta vinacia C. 6, 3, 4. *v.* Elota.
Eluuies balnearum P. 1, 40, 4.
Eluxuriabuntur vites pampinis C. Arb. 3, 2.
Elympidat omnia vulnera Veg. 2, 27, 4. 4, 28, 2.
Em quin adſum V. 1, 56. Em ibi tu quidquam naſci putas poſſe? V. 1, 2, 5.
Emaciatum armentum C. 2, 11, 2. emaciatis vineis C. 2, 10, 1.
Emacio. emaciat denſitas plantas C. 4, 33, 3. emaciant ſtirpem C. 4, 22, 12. emaciari flagellis C. 4, 6, 3.
Emacitas in armentis C. 4, 3, 1.
Emanat vis ſaniei C. 6, 32, 1.
Emarcus vitis C. 3, 2, 25.
Ematites lapis, haematites Veg. 1, 20, 2. 4, 12, 3.
Emax. Emacem eſſe non oportet Patrem fam. Ca. 2, 7.
ad Embammata idoneum ſinapi C. 12, 55, 2. *vid. ad* C. 12, 35, 1. *Plinius noſter* intinctus *ſubinde vocat, quae Graeco vocabulo* embammata *nuncupantur. Sunt autem liquamina multiformia, quibus intingimus bucellas eſcarum, gulae prorſus irritamenta, vulgo* ſapores *appellant. Graeci dicunt* ἐμβάπτειν, intingere: *vnde et* embammata intinctus. *Illud ex Euangelio*: qui manum intinxerit in catino: *Graece dicitur,* ἐμβάψας τὴν χεῖρα τῷ τρυβλίῳ. BEROALD.
Emblema *in luxu* villarum V. 3, 2, 4.
Ἐμβρύου ἄκος ſ. ἔμβρυον ἄγειν partum educere C. 7, 3, 16. *Ita poſuit in Indice ſuo* SYLBVRGIVS. *Sed legitur rectius* ἐμβρυουλκεῖν.
Emendare bouem cubitorem C. 6, 2, 11. perperam factum C. 11, 1, 28.
Emerſus Caniculae *h. e. ortus* C. 7, 3, 24.
Emicat a capite vitis C. 4, 22, 14. in iugum materia C. 4, 20, 5. nux poſita celeriter C. 4, 33, 1. ſagitta in vite C. 3, 17, 2. ſtilus C. 11, 3, 46.
Emina *vid.* Hemina.
Eminula genua boum probantur V. 2, 5, 8. ſpina V. 2, 9, 4.
Emiſſum *pro* omiſſum *librarius an auctor* C. 3, 13, 5.
Emo. quae emi, quibus in locis debeant Ca. 135. in emendo quae conſideranda V. 2, 1, 16.
Emoliri pituitam per nares C. 8, 5, 21.
Emolere Veg. 3, 68, 7.
Emolumentum *h. e. labor, difficultas* V, 3, 14, 1.
Emota terra C. 3, 13, 10. ¶ emota vel extorta vel eiecta de locis ſuis Veg. 1, 28, 5.
Emphragma, praeoccupatio Veg. 1, 40, 3. 1, 47, 2. *Apud Gorraeum* ἔμφραξις eſt ſtipatio meatuum aut cauitatum naturalium ex abundantia aut vitioſa qualitate ſuccorum.
Emplaſtratio inſitionis genus C. 5, 11, 1. Arb. 26, 1. 11, 2, 59. P. Iun. 5, 2.
Emplaſtro arborem C. 5, 11, 10. 11, 2, 37. emplaſtrari, inoculari P. Mai. 6. Nou. 7. 7.
Emplaſtrum. vti craſſitudo fiat, quaſi emplaſtrum Ca. 39, 2. ¶ aptare in nudatam arboris partem C. 5, 11, 10. *add.* C. Arb. 26, 8 *et* 9. P. Iun. 5, 3.
Emporium Heracleae V. 2, 9, 6.
Emticia ſalſamenta V. 3, 17, 6.
Emtio equina V. 2, 7, 6. emtionis formula V. 2, 2, 5. 2, 3, 5. 2, 4, 5. lex V. 2, 2, 5. pretium onerat vitis rationem C. 4, 30, 1. in emtionibus ſeruorum ſex res legitimum dominum perficiunt V. 2, 10, 4.
Emulgendum eſt exiguum C. 7, 3, 17.
Emundata paſtinatio C. 3, 15, 1. torcularia C. 11, 2, 71.
Emundant pennas gallinae C. 8, 4, 4. emundetur humus C. 6, 30, 2. emundentur faeces C. 12, 50, 14. emundare alueos C. 9, 14, 7. bubilia C. 2, 15, 7. ſegetes C. 11, 2, 7. vinum C. 12, 23, 2.
Emunire arborem cauea C. 5, 6, 21.
Emunita retibus cauea C. 8, 8, 4. ſola prohibent curculionem C. 1, 6, 16.
Emuſcantur oleae C. 11, 2, 41 *h. e. muſco purgantur. vid. Cren. anim.* 10 p. 15, 16. SCHOETTG.
Enallage *vid.* Syneſis, *quae illius eſt fundamentum.*
Ἐναντιοτήτων συζυγίαι C. 2, 2, 3.
donec Enaſcantur *de ſeminibus cucurbitarum* C. 11, 3, 48.
Enatare, *humore tolli, innatare* P. Mar. 10, 22.

ab Enata ſtirpe, *h. e. a ſtirpe e qua enatae ſunt vites,* porriguntur C. 5, 4, 2.
Encytum (Enchytum) vti fiat Ca. 80.
Eniteſcit mel optimae notae C. 9, 14, 10.
Eniti ſpatium C. 2, 2, 27. cum enixus eſt C. 1, 9, 6.
Enixae vaccae, quae parere deſierunt C. 6, 22, 1.
Ennaei aequoris lilia C. 10, 270.
Enodata vitis Ca. 33, 1.
Enodo virgas falce C. 5, 6, 14. enodato Ca. 44.
Enormitas one um Veg. 2, 54, 1. 2, 59, 3.
Enormiter abla us ſanguis Veg. 1, 36, 2. 1, 56, 10.
Enucleata ex auctoribus collegi Veg. 3 pr. 2.
Enula *pro* inula Veg. 3, 69, 3.
Enutriunt ſata coloni C. 3, 3, 4.
Eo, *is.* ire in ſemen Ca. 161, 3. *Sic noſtri in Samen gehen.* Aluus non it Ca. 157, 7.
Eo plumbum infundito Ca. 18, 4. indito *ibid.* addito oleum Ca. 156, 6.
Eodem infundito Ca. 108.
Eousque dum C. 4, 30, 4.
Eoo Lucifer ortu C. 10, 291.
Epaphaereſis. *ita vid. leg. pro* Apoforeſis Veg. 3, 25, 5. *Eſt enim* epaphaereſis *repetita euacuatio.*
Epar, epatis vſus Veg. 3, 55, 3.
Epatica *vel* Epatice aloë P. O. 14, 8 *et* 13.
Ephippium V. 2, 7, 15.
*Epicoenorum nominum periphraſis* V. 3, 5, 6.
Epidarmus Veg. 2, 61, 1. *Vitium eſſe videtur, cutis iuſto durior poſt vulnus enaſcens.* Epidermis *eſt ipſa* cuticula, *cuti hominum ſuperintenta ordinarie.*
Epidromus in torculari oleario Ca. 12, 1. *vid. not. Funem quo lectus ſubtendatur intelligit etiam, noſtramque adeo explicationem firmat Turn.* 7, 24.
Epilepſia boum Veg. 3, 33.
Epimelis *vid.* Hypomelis.
Epiphora oculi C. 6, 17, 8. eius definitio Veg. 3, 4, 48. curatio Veg. 2, 22, 3.
Epirotae equi Veg. 4, 6, 3.
Epirotici pecuarii athletae V. 2, 1, 2. boues meliores V. 2, 5, 10. peculiarem formam habent C. 6, 1, 1. canes laudati V. 2, 9, 5. familiae V. 1, 17, 5.
in Epiro (Epeiro) pecuariae V. 2 pr. 7.
Epiſtatae villicae Ca. 56 *ita innxit cum pleriſque Sylburgius. Sed vid. no.*
Epiſtomici equi Veg. 1, 27, 1. *videntur eſſe* opiſthotonici *conf. V. L.* Veg. 1, 38, 1. 3, 24, 4 et 12.
Epiſtomium *vid.* Epiton.
Epiſtylium V. 3, 5, 11.
Epitomis ſex circumſcripta multa volumina C. 1, 1, 10.
Epitonia V. 3, 5, 16. *vbi al.* epiſtomia *quae varietas etiam in aliis veterum locis occurrit. v. g. l.* 17, *π. pr. de action. emt. venditi. ad quem locum, Budaeus Ann. pr. p. m.* 216. *b.* Epiſtomium eſt aeramentum, quo ora ſalientium obturantur et laxantur, cum opus eſt. Dum manu ducitur vertibulum illud pertuſum, quod admittit vel arcet aquam, prout hoc aut illo modo verſatur. Epiſtomia *dicta videntur ab vſu, quod* obturant os *fiſtularum vel doliorum:* epitonia, *a ſimilitudine eorum, quibus nerui intenduntur in inſtrumentis muſicis. A figura noſtri et Angli, itemque Itali* gallos, cock, hahn, *ab eadem* Delphinos *niſi fallor Kircherus in hydraulicis: quanquam non ignoro aliter in eadem diſciplina ſumi apud Vitruuium.*
Epityrum ex oliuis Ca. 119. C. 12, 47, 9. *M. Varro lib. de lingua Latina tertio, enarrans illud Plautinum:* Si vnum epityrum eſtur. Epityrum *(inquit)* vocabulum eſt cibi, quo frequentius Sicilia, quam Italia vſa. *Quidam quia apud Graecos caſeus dicitur τυρὸς, opinati ſunt* epityrum *dici cibum caſeatum, quibus reclamat auctoritas ſcriptorum claſſicorum, quos nominauimus. Videtur autem appellari* epityrum *a confracta oliua, quae Graece dicitur* πίτυρις. BEROALD. *Alii nomen inde deriuant, quia* ἐπὶ τὸν τυρὸν, *ad caſeum apponebatur. vid. Taubm. ad Plaut. Mil.* 1, 1, 24. SCHOETTG.
Epiurus, *paxillus* P. N. 7, 14. *Vid. no.*
Epulae oues *ad* V. 2, 1, 24.
Epulum quotidianum V. 3, 2, 16.
Equae quae probentur V. 2, 7, 4. vt tractentur V. 2, 7, 7. aſinum vt admittant C. 6, 37, 9. ſi rabiant C. 6, 35. ¶ Olympionicae C. 3, 9, 5 *Vid. no.* ¶ e vento concipientes V. 2, 1, 19. C. 6, 27, 2. *De hac et ſimilibus fabulis feminarum ſine mare concipientium Io. a Wower Polym. c.* 11 *p.* 81 *ſq.* ¶ equis feminis C. 6, 37, 8.
Equariae grandes V. 2 pr. 6.
Equicolus (φ. Modius) ſ. Aequic. V. 2, 7, 1.
Equidem mihi videntur V. 1, 5, 1.
Equina emtio *h. e. equorum* V. 2, 7, 6. Equinum pecus tripartitum eſt C 6, 27, 1. ſed
Equitium *eſt in* MSS. C. 6, 27, 1. ¶ Equitii vnde dicti V. 2, 1, 10.
Equuli V. 2, 8, 6. equulorum domitura V. 2, 7, 13.
Equus *(caeleſtis)* oritur C. 11, 2, 24. ¶ de Equis quae tenenda V. 2, 7 *et* C. 6, 27 *ad* 30. P. Mar. 13, 1. equorum vſus diuerſus V. 2, 7, 14. patriae et ingenia Veg. 4, 6. cura et medicina C. 6, 30. ¶ Equus *pro* equa? V. 2, 7, 11.
Eradere muſcum C. 4, 24, 6.
Erbas ternas herbae Sabinae Garg. 1. *quid ſi herbas? ſtücke.*
Erecti piſces C. 8, 17, 9.
Ergaſtularii C. 1, 8, 17. praefecti compeditis ad cuſtodiam et opera exigenda.
Ergaſtulum ſubterraneum C. 1, 6, 3. ergaſtuli mancipia C. 1, 8, 16. C. 11, 1, 22. ergaſtula et nexus ciuium C. 1, 3, 12.
Erichthonius C. 9, 2, 4.
Erigones canis C. 10, 400.
Ἐριθάκη V. 3, 16, 8 *et* 23. Heſych. Ἐριθάκη ἡ ὑπὸ τῶν μελισσῶν παρατιθεμένη τροφή. SCHOETTG.
Erneum Ca. 81.
Erratica braſſica C. 157, 12.
Erronem ducem retinere C. 9, 10, 3. *Erraticum, et fugitiuum. Labeo iuriſconſultus, vt ſcriptum legimus titulo ad aedilitium edictum, definit* erronem *eſſe* puſillum fugitiuum, *et ex diuerſo* fugitiuum magnum erronem *eſſe: ſed proprie erronem ſic definiunt iuriſconſulti eum, qui non quidem fugit, ſed frequenter ſine cauſa vagatur, et temporibus in res nugatorias conſumptis ad dominum redit. De errone terno, ait Horatius:* Fugitiuus, et erro. BEROALD.

BEROALD. *Quid ſibi velit vox* terno, *non intelligo, inſpecto etiam Horatii loco S.* 2, 7, 13.
Erronei canes C. 7, 12, 5.
Eruca ſalax C. 10, 372. Priapo vicina C. 10, 108. vt colatur C. 11, 3, 29. ¶ Eruca *κάμπη vt profligetur* C. 11, 3, 62. 10, 333. 11, 3, 62. P. 1, 35, 2.
Eructo. qui eructant aues Gangeticas C. 8, 8, 10. ¶ eructant aquam mammillae in fontibus V. 3, 14, 2. ¶ eructat humores ager vliginoſus P. Ian. 13, 7. virus C. 1, 5, 6.
Eruderatum ſolum V. 2, 2, 7.
Erudire eſt difficile C. 11, 1, 6.
Eruditus omni opere ruſtico C. 11, 3, 64.
Eruila *an* eruilia? V. 1, 32, 2. C. 2, 14, 1.
Eruendi pedes equorum, *an* eluendi? Veg. 1, 56, 27.
Erumpit tumida *actiue pro* rumpit Ca. 157, 3.
Eruncare herbas C. 2, 11, 5.
Eruptione facta profugere C. 9, 10, 3.
Eruum freſum et aqua maceratum C. 6, 3, 4. mollitum Veg. 3, 48, 4. Eius ſatio et cultura C. 2, 11, 11. 11, 2, 10. P. Ian. 8.
Eryngii radices C. 6, 5, 2. Veg. 3, 2, 22 *deſcribitur. Officinis Iringus, Germ. Manns-Treu.*
Erythraeo ariete C. 7, 2, 6. Erythraeis arietibus C. 7, 3, 2. quos vocant *ἐρυθρὲς* C. 7, 2, 4.
Eſcae optima olea orchis C. Arb. 17, 3. ad eſcam ſerere faſeolum C. 11, 2, 72. vites C. 3, 2, 1. ab eſcis remotiſſima villica, *h. e. quae non liguriat* C. 12, 1, 2. ¶ pro cibo medicato Veg. 3, 4, 1.
Eſcendere *an egredi, ſuperare? vid. ad* V. 3, 16, 27. *et ad* C. Arb. 14.
Eſculentae merces C. 11, 3, 50.
Eſitare braſſicam Ca. 157, 10.
Eſui condere oleas V. 1, 60.
Et etiam Graeci V. 2, 4, 10. *conf.* 1, 48, 1. 1, 59, 4. 2 pr. 5. 2, 4, 10. 2, 7, 2. *Add.* Nec non etiam *ſ. l.* et item V. 2, 1, 23. etiam item V. 2, 1, 8. et id etiam ignotiſſimis quoque V. 1, 1, 2. et is non, *neque is* C. 2, 16, 2.
Eteſiae Kal. Aug. C. 11, 2, 56. flare deſinunt III. Kal. Sept. C. 11, 2, 58.
Etiam nunc V. 3, 1, 6. 3, 2, 3. etiam et C. 6, 3, 7. Neque ſcirent etiam V. 1, 2, 16 *h. e. nondum ſcirent.*
ETYMOLOGIAE Varronis (*Vid. de illis Scal. ad* 3, 1, 6.) et verborum diſputationes, allitterationesque. Alui apum ab alimonio 3, 16, 15. Appius ab apibus 3, 16, 3. Ariſta, quod prima areſcit 1, 48, 2. Aruum, quod aratum nec dum ſatum 1, 29, 1. Balare, belare a ſono vocis 2, 1, 7. ex *βὓς* compoſita 2, 5, 4. Canterii quod ſemine carent 2, 7, 15. Caprae a carpendo 2, 3, 7. Capreolus a capiendo 1, 31, 4. Chordus *ἀπὸ τῦ χόρίε* 2, 1, 19. Columbae a columinibus villae 3, 7, 1. Cuniculus quod cuniculos facit 3, 12, 6. Delici porci depulſi a mamma 2, 4, 16. Farrago quod ferro caeſa, vel a farracia ſegete 1, 31, 5. Flagellum qu. flabellum 1, 31, 3. Gluma a glubendo 1, 48, 2. Granum a gerendo 1, 48, 2. Hordicalia ab horda 2, 5, 6. Italia *ἀπὸ τῶν Ἰταλῶν a vitulis* 2, 5, 3. Legumina, quod leguntur 1, 23, 2. 1, 32, 2. Lepus ab Aeol. *λέπορις* 3, 12, 6. Lirare quid? 1, 29, 2. Lora, quod lota acina 1, 54, 3. Melicae gallinae *pro* Medicae 3, 9, 19. Meſſis a metendo 1, 50, 1. *Sed p. p.* a medio ſ. 2. Nefrendes quod nondum fabam frendere poſſunt 2, 4, 17. Noualis quis ager 1, 29. Occare qu. occaecare ſemen 1, 31, 1. Ocinum ab *ὠκέως* 1, 31, 4. Offringere quid? 1, 92, 2. Oues, aues 3, 2, 11. Palea quia diſcedit palam 1, 50, 3. Palma qu. parilema 1, 31, 3. e Pecuaria re appellationes multae 2, 1, 6. etiam hominum 2, 1, 10. Porca quod ea ſeges frumentum porricit 1, 29, 3. Porcus 2, 4, 17. Proſcindere quid? 1, 29, 2. Sacres porci 2, 1, 20. 2, 4, 16. Seges quod aratum ſatum eſt 1, 29, 1. Serpullum quod ſerpit 1, 35, 2. Sicilire a ſecando 1, 49, 2. Speca ruſtici pro ſpica a ſpe 1, 48, 3. Stolonis cognomen 1, 2, 9. Stramentum a ſtando vel a ſtratu 1, 50, 3. Subrumis a ruma 2, 1, 20. 2, 11, 5. Sucida lana a ſudore 2, 11, 6. Sulcus quis 1, 29, 3. Terra quotupliciter dicatur 1, 9, 1. Thebarum nomen a teba, gleba 3, 1, 6. Turdi nomine mares, reuera feminae quoque 3, 5, 6. *Grammatici ἐπίκοινα.* Vellera, velumina a vellendo 2, 11, 9. Vicia a vinciendo 1, 31, 5 Villae a vehendo 1, 24. *Huc pertinet quod etiam collocutores in dialogis ſuis eos finxit Varro, quorum nomina cognationem habent cum rebus, de quibus agitur. Fundanius,* Agraſius, Agrius *de* fundis *et* agris *diſputant; de* porcis *Tremellius* Scrofa; *Licinius* Stolo *de* arboribus: Vaccius *ſibi de* bubus *loquendi partes vindicat* 2, 4, 2. *de* Apibus, *Appius*: 3, 16, 3. *Cornelius* Merula, *Fircellius* Pauo, *Minucius* Pica, *M. Petronius* Paſſer, *loquuntur de* auibus.
Euadit apis veſtibulum C. 9, 12, 1. euadere limen C. 7, 9, 13.
Euaneſco. euanuit pruina V. 2, 4, 6.
Euanidae oleae C. Arb. 17, 3.
Euannere foras V. 1, 52, 2.
Euehere Ca. 5, 8.
Euenit ſerius h. e. exit *e terra* C. 4, 32, 2. euenit mihi feliciter *inſitio* P. O. 12, 5.
Euentus rei C. 11, 1, 1. ¶ Bonus Euentus numen ruſticum V. 1, 1, 6.
Euerrere ſtabula C. 7, 4, 5. euerruntur officinis C. 8, 17, 12.
Euerſis omnibus, *de vulnere purgando* Veg. 2, 30, 2.
Euertitur lupinum (*aratro*) P. Aug. 2.
Eugeneum geminum *genus vitium* Ca. 6, 4 V. 1, 25. C. 3, 2, 16. *quaſi tu εὐγενὲς dicas ſ.* generoſum, *vt inter noſtrates vuas ſunt gut edel.* SCHOETTG.
Euincere campas P. 1, 35, 6. morbum C. 6, 5, 2. diſcrimen Veg. 1, 11, 9. 3, 2, 21.
Euirat ſanguis enormiter ablatus Veg. 1, 36, 2. 1, 38, 12. *Similiter Coelius Tard.* 1, 5, 178 Corpore euirato animae quoque ſubſtantia turbatur. *Praeceſſit de vſu Veneris. Credo non a* viro *deriuari, ſed a* viribus.
Euiſcus *pro* ibiſco *ſ.* hibiſco *videtur poni* Veg. 2, 64, 1. *pro* viſco *Veg.* 4, 14, 5. 4, 28, 26.
Euius, *Bacchus* C. 10, 424. Euie Euie Paean C. 10, 224.
Eumaeus ſubulcus Homericus V. 2, 4, 1.
Eumetria equi Veg. 4, 2, 2. *iuſta proportio et magnitudo.*

Eunuchos raro vexat podagra Veg. 2, 53, 6.

Euocat tepor ea quae feruntur P. 1, 6, 12. euocare ſuccum C. 5, 5, 11. per ſiphonem C. 9, 14, 15. euocatur in latitudinem ſalix C. 4, 31, 2. patitur ſe altius euocari laetitia vitium C. 4, 19, 2. *Ita Plin.* 17, 22 *ſ.* 35 *n.* 14 Vitis euocata ad fructum.

Euolutum furfure panicum C. 2, 9, 19. *proprie, et cum reſpectu ad* voluulas *vel* valuulas, *vbi vid.* ¶ Euolutis vniuerſis auctoribus Veg. 3, 61.

Euomit herbas ſolum ſtagni C. 8, 15, 3.

Europam Phoenice exportauit amans Iupiter V. 2, 5, 5.

Eurinus ventus C. 11, 2, 14.

Euronotus C. 11, 2, 42.

Eurus, Vulturnus C. 5, 5, 15. 11, 2, 65.

Ex aceto coquere C. 12, 46, 1. ex oſſibus ius V. 2, 9, 10. ex furfure calidus ſaccellus Veg. 3, 28, 3. ¶ ex fraxino frondes C. 7, 3, 21. ex leguminibus paleae C. 7, 3, 22. ¶ ex albo decoloratur C. 12, 47, 9. ex aureolo varias C. 9, 3, 2. ex rutilo albicantes, ex auro flauae C 8, 2, 9 *et* 10. ex longo rotundum corpus C. 6, 29, 3. ¶ Ex a. d. VII Id. Febr. *etc.* V. 1, 28, 1. Ex Kal. Mart. C. 4, 5. ¶ Ex concitato mitiſſimus C. 6, 29, 3. ¶ Ex commodo C. 12, 19, 3. ex facili C. 4, 33, 4. ex canna agitabis *pro ablat. inſtrumenti* P. O. 17, 1. ¶ Ex *omittitur in illo,* plenos ſinus vrbe reportet C. 10, 310.

Exaceſcere *et* exacuiſſe C. 12, 17, 1.

Exactio operis C. 11, 1, 26.

Exactor operis C. 11, 1, 26. vigilans C. 3, 13, 10.

Exactum et reliquum *oppon.* Ca. 2, 5. ¶ exactis meſſibus C. 12, 10, 1. ¶ mercibus C. 10, 317.

Exacuere ridicas C. 11, 2, 12. metas in anguſtiſſimos vertices C. 2, 19, 2. ¶ exacuit morbos C. 10, 392.

Exaggerandum ſtramentis auiarium C. 8, 11, 9.

Exagitare fecem C. 12, 19, 4.

Exaltare ſulcum C. 3, 13, 9. in tres pedes C. 3, 13, 4. orbem ablaqueationis C. 4, 4, 2.

Examina ſilueſtria (apum) C. 9, 8, 14.

Examinato modo C. 3, 12, 3 *h. e. ſuis quaſi ponderibus librato ac diuiſo.*

Examinant alui C. 9, 14, 5 *h. e. examina exigunt, ſic ſchwärmen,* exainen *ein ſchwarm.*

Exanio *vid.* Exſanio.

Exarmatus aries C. 7, 3, 5.

Exarare de integro locum frumenti cauſa C. 2, 18, 3. exarari ager incipiat P. Aug. 1. exarari et effodi non deſiderant mala P. F. 25, 14 *h. e. terram in qua ſtant aratro vel bipalio moueri.*

Exaſperatio faucium Veg. 3, 62, 1.

Excaecare C. 11, 3, 45.

Excandefacere annonam V. 3, 2, 16 *vt* incendere *ibid.*

Excande me fecerunt cupiditate V. 3, 4, 1.

Excandeſcere ad tactum, *de puſula* C. 7, 5, 16. ¶ *de liquido* Ca. 95, 2. ¶ in exteros *de cane* C. 7, 12, 5.

Excedit bos modum compulſoris P. Iun. 2, 3.

Excellitur frigus, *pro* expellitur *MS. Samb.* Veg. 3, 1, 2.

Excernuntur flatu frumenta C. 2, 21, 5.

Excipere *h. e. nominatim cauere* V. 2, 2, 5. 2, 3, 7. 2, 9, 7. 2, 10, 5.

Exciſio plagae P. F. 30. *pro* plaga exciſa.

Excitat terebra lanuginem C. 4, 29, 16. excitantur altiores puluinuli C. Arb. 10, 4. paſcua in noualibus P. N. 13, 3. incilia C. 5, 9, 13.

Excludere extra limbum V. 2, 3, 7. ad excludendum apta oua C. 8, 5, 4. *vid.* Excudo.

Excluſi pulli C. 8, 5, 7. 8, 14, 10.

Excodicare vites quid? P. Ian. 1.

Excolatur ager exſtirpatis arboribus P. Mai. 3, 2. *ita* ſiluas excoli *praecipit* V. 1, 27, 3. *Praeſidium hinc petere poterat Gruterus, cum Cic. Tuſc.* 5, 2 *pro vulgato* expultrix *dubitat an non praeferenda ſit lectio altera* excultrix. *vid.* Exero. ¶ Excoluntur ſpatia per ſemina C. 3, 5, 4.

Excoquere dimidium Ca. 107, 2 *h. e. coquendo abſumere.* ad dimidium C. 12, 19, 1. ¶ excoquit terram frigus C. 11, 3, 13. *vid.* Fermentare.

Excrementa frugum P. F. 26, 3. *vid.* cretura. tritici C. 8, 5, 25. vuae, quae Graeci γίγαρτα vocant P. N. 20, 4.

Excreti a farina furfures C. 8, 4, 1. excreta tritici dantur gallinis C. 8, 4, 1. 8, 8, 6.

Excubitor vigilans C. 7, 12, 1.

Excubo. excubandis ouis vtiliores gallinae nouellae C. 8, 5, 5. *Rectius* excludendis *vlt. ed. vel* incubandis SYLB. *Sed* excubant *eod. intellectu eſt* C. 5, 8, 6. *et* excubandis *in primis editt. legitur* C. 8, 14, 7.

Excudit mihi, vt componerem cultus hortor. C. 11, 1, 1 *pro* extudit. ¶ Excudere oua V. 3, 9, 2. *it.* 10 *it.* 13. pullis formandis excudendisque C. 8, 14, 7. *comparat Graecum* ἐκκολάπτειν SYLB. *vid.* Excuſus. ¶ Excudi debet canalis a ſummo trunco P. Ian. 15, 17.

Excultae oleae C. 5, 9, 6. exculta ſemina C. 11, 3, 49. vt Excurrat humor P. N. 15, 1. ¶ Excurrimus, *exſecuti ſumus* P. Aug. 7. *Sed vid. no.*

Excuſatae matres ab incubatione P. 1, 28, 3. *de pauonibus.*

Excuſent ſe inuicem a calore P. N. 7, 2. *pro* defendant. *ſic* excuſanto ne poma caduca naſcantur P. N. 7, 14.

Excuſus. excuſis anſerculis C. 8, 14, 7. excuſos pullos V. 3, 6, 4. 3, 9, 2 *et* 13.

Excutit gradus ambulantium tremor fabricae P. 1, 9, 2. excutiunt ſe iumenta poſt volutationem Veg. 3, 42, 1.

Execaueris Ca. 42, 1.

Exedra concluſae aues V. 3, 5, 8.

ſine Exemplo nec docetur recte nec diſcitur C. 11, 1, 4.

Exemtiles perticae C. 8, 11, 4.

Exemtio fauorum C. 9, 14, 11. exemtionem difficilem praebet C. 3, 19, 1.

Exemto anno *i. e.* exacto P. F. 17, 8. quarto menſe P. F. 26, 2. tempore P. F. 33. exemtis XL diebus P. O. 15 *et* 14, 16. tribus diebus P. N. 20, 1.

Exeo. Exit e terra primum hordeum V. 1, 45, 1. vix vlla herba C. 2, 12, 3. *conf.* P. F. 4. exire nituntur oculi ſarmentorum P. F. 32. exit melior aruis napus C. 2, 10, 23. lupinus non exit ſolo limoſo C. 2, 10, 3. exeat et grandeſcat lens ſata P. F. 4. ¶ exeunte menſe P. F. 25, 33 *finiente.* ¶ vnde optimi exeunt aſini V. 2, 6, 2. *h. e. gignuntur.* ¶ non exeunt nouenae partes vltra *etc.* V. 2, 1, 25 *h. e. trans-*

*h. e. transferri, applicari non poſſunt.* ¶ vti inde (*de praedio*) exiri poſſit Ca. 1, 2. *V. no. et quae obſeruamus ad theſ. Fabrianum* v. Exitus *n.* 3.
Exerceo. curſu et opere C. 6, 27, 11. agrum multis arationibus P. Ian. 13, 2. fiduciam contumacem P. Mar. 11, 1. imperia in tauros C. 6, 23, 3. exercetur labor C. 9, 15, 1. exercentur machinae C. 12, 50, 7. ¶ exercet mares ineundi cupiditas C. 8, 11, 7.
Exerito radicem C. 12, 56, 1 *h. e. euellito : vt* Excolo.
Exeſa ſalibus chalcis C. 8, 17, 12. vermiculis oliua C. 12, 50, 21. vinea P. F. 16, 1. exeſae fruges C. 1, 6, 16.
Exgruminantes cochleae V. 3, 14, 3. *explicat Peyer. de rumin.* LICHTENH.
Exhalationes noxiae P. 1, 7, 4.
Exhalata pruina V. 2, 2, 12.
ne Exhalet odor Veg. 3, 69, 3.
Exhauſtum animal Veg. 3, 1, 11 *h. e. macilentum.*
Exherbatur planta nouella C. 4, 31, 2. exherbandus erit locus C. 11, 3, 11.
Exhercen Veg. 2, 47, 1 *leg.* exherxin, ἐξείρξιν, *ab* ἐξείργω.
Exhibeat domino fidem ac beneuolentiam C. 11, 1, 7. exhibere natis generoſitatem ſuam C 6, 36, 3. exhiberi haec diligentia non poteſt, niſi per patrem familias C. 3, 20, 5.
Exhilaratur iumentum h. e. recreatur Veg. 3, 39.
Exhorreat aeſtus ſiccos C. 10, 154.
Exhortantur ſemetipſos C. 11, 1, 11.
Exigo. Exigere paſtum V. 2, 4, 6. ¶ exigit materiam furunculus C. 4, 24, 17. vitis C. 5, 6, 29. vuas complures vitis C. 3, 6, 2. 3, 2, 10 *et* 23. ¶ exigendum opus C. 3, 13, 11. *ſic* exactor operis C. 3, 13, 13.
Exigue prona planities C. 2, 2, 1.
Exiguitas acinorum C. 3, 2, 24. cibi C. 7, 5, 5. culta foecundior, quam magnitudo neglecta P. 1, 6, 8.
Exiguum aceti C. 12, 47, 5. laſeris C. 5, 10, 15. laſer C. Arb. 23, 1. *vi. no.* Exiguius *Victor.* C. Arb. 28, 4.
Exilis ager C. 1, 4, 2. materia C. 10 pr. 4.
Eximie optimum C. 8, 17, 1. Ita forte eximie larga C. 8, 17, 15.
Eximitur ſcobes C. 4, 29, 15.
Exinanire marſupium V. 3, 17, 2.
Exinanitae alui apum V. 3, 16, 28.
Exinde vt pabuli facultas eſt *h. e. proinde ac* V. 1, 20, 4. *conf.* 11, 24, 2.
Exiſtere *parum ab* eſſe *differt* V. 2, 7, 7. exiſtunt ſteriles C. 7, 6, 8.
Exitii genus curculio C. 1, 6, 16.
Exitus naturales C. 6, 30, 8. exitum non habet aluus C. 8, 5, 20.
Exoleſcit gratia paſcui vſu continuo C. 7, 3, 20. exoleuerunt longo ſitu vineta C. 3, 11, 2. exoleſcere negligentia C. 2, 18, 3.
Exordiri funem Ca. 135, 4.
Exordium de monte fumant aquae P. Aug. 8, 3. ¶ Exordium ſequentis libri C. 4, 2, 3 *vbi forte pro acceſſu ad ipſum argumentum poſſis accipere. Ita* 7, 12, 1 *poteſt vtcunque retinere conſuetum ſignificatum : refertur enim ad* 6, 1, 6. *Sed alioquin* ¶ *Columellae* Exordium *non eſt prooemium libri vel initium, ſed totus liber, aut argumentum certe maius et caput dicendorum. Ita verba,* quae priore tradidimus exordio 4, 4, 1 *reſpiciunt aperte partem parum a fine diſtantem.* Dicturus exordio ſequente, quae de vineis arbuſtisque 2, 22, 6 *ad totum librum pertinet. Ita* quanquam pars haec exordii pene tota iam exhauſta ſit 7, 5, 1. Quae ſuperiore exordio percenſuimus 7, 5, 4. *Ita* ſequenti exordio 8, 17, 16 *de totius libri argumento : et* ne longiore exordio legentes fatigemus *h. e. producamus librum per ſe ſatis longum* 5, 12, 13. *et* Arb. 27, 1. *Apertiſſime:* prioribus ſubnectetur exordiis 10 pr. 3 *et* prima parte huius exordii 11, 3 *extr. atque in fine adeo libri.*
Exorica purgabis caput equi Veg. 2, 6, 7. *quid ſi* conyza?
Exoriente Arcturo C. 2, 10, 21. ¶ ab exoriente C. Arb. 3, 3. ad exorientem verſus V. 3, 9, 6.
Exortus aequinoctialis V. 1, 12, 1. exortus hiberni V. 2, 3, 6.
Exoſſare carnem ſuis C. 12, 53, 1.
Expandunt in ſole C. 12, 15, 3.
Expartae V. 2, 5. 7. *v. not.*
Expauſatum iumentum Veg. 1, 38, 9 *ausgeruhet.*
Expectare caritatem Ca. 3, 2.
Expedire agrum ſationibus faciendis C. 2, 2, 21. annonam muſti C. 3, 21, 6. cibaria paſtoribus V. 2, 10, 6. far ad cibatum V. 1, 69, 1. ad vſum cibatus V. 1, 63, 2. laqueos ad aues capiendas P. D. 6, 2.
Expedita diſcentibus C. 11, 1, 9.
Expellito vuas Ca. 33, 4 *h. e. ſoli exponito.*
Expendere vber ſoli feracis in degeneres ſurculos P. 1, 7, 1.
Experientia exercenda V. 1, 18, 7. rerum varia C. 10, 338.
Experimentum muriae maturae C. 12, 6, 2. de experimento medicina eſt Veg. 3, 3, 3. experimentorum nusquam varietas omittenda C. 1, 4, 5.
Experrectus vigor C. 1 pr. 12. experrectiores ſunt apes C. 9, 7, 5.
Expers frumenti natio C. 7, 2, 2.
Experta terris tuis ſurculorum genera P. 1, 6, 2.
Expinſi far Ca. 2, 4 *vid. no.*
Explantat pampinos vinitor C. 11, 2, 38. arbuſculam C. 5, 9, 8. explantatur vento pampinus C. 4, 29, 11. 4, 14, 1. explantare ſuffraginem C. 4, 24, 4. 4, 27, 6.
Explicata valle P. Aug. 11, 2.
Explorare guſtu C. 2, 2, 20. 11, 2, 68. ſi regula exploraueris aequale P. 1, 9, 4. me explorante, *ita ad experientiam ſuam prouocat* P. Iul. 3, 1.
Expolita frumenta C. 2, 21, 6.
Exponitur planta ſemen P. F. 25, 31. *ponitur.*
Expopulatio fructuum C. 3, 2, 18.
Expoſtulauit vſus C. 12, 2, 3.
Expreſſi anguli C. 4, 4, 1 *ſunt recti, oppoſiti* curuaturis oblique rotundis, *quales in alueis.*
Exprimit materiam curuatura in vite C. 4, 20, 3. h. e. in loco, vbi curuata eſt vitis germen facilius exit *vid.* flexura *et add.* 4, 24, 13.

Expromiſit nummos V. 2, 2, 5. Expromittere *eſt pro ſe, vel pro alio ſolennibus quibusdam interpoſitis valide promittere. Cum de eo nemo ambigat, quin pro alio promittere ſignificet, ille alter autem intellectus, vbi pro nobis* expromittere *dicimur, fere negligatur, iuuat illum non ex hoc tantum Varronis loco, verum etiam legum auctoritate confirmare. Igitur l.* 19 §. 4 *de donatt.* (39, 5) Seruus cui pecunia credita fuerat (*quod quidem per leges fieri non poterat, cum nihil ſuum habeat ſeruus*) liber factus eam expromittit. (*vt adeo nunc demum iure Romano valide exigi ab eo poſſit*) Non erit donatio, ſed debiti (*iure naturali, non ciuili Romano*) ſolutio. *Ita l.* 110 *de R. I.* Nemo alienae rei expromiſſor idoneus videtur. *Generatim ſponſorem aut promiſſorem notat L.* 104 §. 1 *de Legat. et fideicom.* (30, 1) Tabellas quibus ei pecuniam expromiſeram. *Apertus inprimis eſt l.* 36 *de iure dotium* (23, 3) *Vlpiani ſermo,* Debitor mulieris iuſſu eius, pecuniam viro expromiſit. *Et denique l.* 7 §. 8 *de dolo malo* (4, 3) expromiſſor *intelligitur ſimpliciter, qui plene promiſit, pro ſe vel alio.* Nimirum ex *complementi et perfectionis ſignificationem habet, vt in* exaedifico, exaggero, exhilaro, exquiro, expio, expleo, expolio, exporrigo.

Exputatos palos acuere C. 11, 2, 12.

Exputare plantas C. 11, 2, 19. vitem C. 3, 15, 3. pampinum C. 5, 6, 31. ſalices C. 4, 30, 6.

Exradicata vt ſint V. 1, 27, 2.

Exſaniare, *humore tetro vel crudo, quae quaſi quaedam* ſanies *eſt, liberare e. g.* baccam preſſam C. 12, 47, 10. cum exſaniaueris ſinapi C. 12, 55, 2. exſanietur caro ſalita C. 12, 53, 2. ¶ Exſaniet aqua nitrata amaritudinem C. 12, 55, 1. *Guilandinum de papyro c.* 16 *p.* 327 *laudat Schoettgenius: Beroaldus comparat cum Apuleiano* examurcare. *Met.* 4 *p.* 73. *ed. Pric. de pelle vrſina,* dum caeleſtis vaporis flammis examurcatur.

Exſecare ſerra C. 5, 11, 3. vnde exſecaueris Ca. 42.

Exſequantur ordines ſuos frutices ſub maceriis P. 1, 37, 3.

Exſerito radicem *h. e. euellito* C. 12, 56, 1.

Exſiccati cum fuerint Veg. 3, 4, 27.

Exſiſtere, *emergere* V. 1, 34, 1.

Exſoluit corpus vuarum vis contuſionis P. O. 19, 2.

Exſtantia. *vid.* Extan.

Exſtimulatae libidinis ſigna C. 8, 11, 8.

Exſtimulari libidinis furiis C. 6, 27, 3.

Exſtinguo *v.* Extinguo.

Exſtirpatae frigoribus ſoboles C. Arb. 5, 4.

Exſtirpatur ager ſilueſtris C. 11, 2, 52 *ſtirpibus liberatur.* virgultis ager P. Iul. 1, 1.

Exſucto ſudore ſitim quaerimus C. 1 pr. 16. exſuctiores reſtibiles ſegetes V. 2, 7, 11.

Exſudat caſeus acidum liquorem C. 7, 8, 4. exſudauit amurcam omnem C. 12, 48, 3. exſudant dolia muſto *quidam legunt* C. 10, 432 *ſed male. vid.* Exundant. vt virus exſudet, *an* exſudent? Veg, 3, 49, 2. languor *an* languorem? exſudet Veg. 3, 47, 5.

Exſugeto ſuccum in linteum *f.* exurgeto Ca. 156, 3. exſugere ſegetem Ca. 37, 1. arena, quae exſugat humorem V. 2, 4, 15. exſugitur vitis ab vno latere C. 4, 24, 9.

Exſultatio puerilis C. 7, 3, 18. *Sic* Hannibalem iuueniliter exſultantem *dixit Cic. de Sen.* 4. Plautus vitulari *Perſa* 3, 2, 2. SCHOETTG.

Extalis reuerſatur Veg. 3, 11 *h. e. longanon, extremum inteſtini recti. Eſt in Vulgato interpr.* 1 Reg. 5, 9 *de Philiſtaeis. Reſtituimus eam vocem etiam* 3, 6. *pro* ſtalis. *Auctoritates aliae apud Dufresnium. In Gloſſ. Philox. et aliorum etiam eſt* ſtalis *ἀρχὸς, quod corr.* extalis, *vt etiam in lit.* E. *editum eſt.*

ſine vlla Extantia *h. e. vlla re, quae emineat vel extet* C. 5, 5, 12.

Extat fertilior arbor C. 5, 9, 16.

Extenſiones in iſchuria Veg. 3, 15, 2.

Extenta vitis C. 4, 20, 3.

Extenuare fructum ſumtu V. 1, 22, 2. extenuatur ſcabies C. 6, 13, 1.

Exter. Exteris gentibus C. 9, 9, 5.

Exterminare angentem herbam C. 10, 149. 11, 3, 19.

Externarum gentium agricolae C. 5, 4, 2.

Extero e ſpicis grana V. 1, 52, 2. C. 2, 9, 11. exteruntur pecudibus ſpicae C. 2, 21, 4.

Extinguit ſtilla gemmam P. 1, 6, 9. extingui veterno C. 7, 5, 3.

Extollere onera in iumenta V. 2, 10, 3. ¶ in maius voces P. Iun. 7, 1. ¶ pampinum C. 5, 6, 31. *h. e. auferre, e medio tollere. Sed MS. Goeſ. ex toto tolli.*

Extorqueo. ſiquis extorquet P. Mar. 10, 14 *h. e. praeter naturam rerum vult efficere.*

Extortus violenter ſaltus Veg. 1, 17, 4. ¶ extorta *h. e. luxata* Veg. 1, 28, 5.

Extracta puteis pocula C. 7, 10, 7.

Extrahitur humor C. 1, 6, 11.

Extranea exercitatio, *ſ. extra vrbem* C. 12 pr. 4.

Extraordinariae ſpecies V. 2, 1, 28.

Extricatur ager C. 3, 11, 3.

Extrinſecus *i. e. loco non ſuo* C. 1, 6, 17.

Extrita litera V. 2, 1, 7.

Extruſicia vngula Veg. MS. 1, 26, 1.

Extuberat frequens nodus, *eminet* P. Mar. 10, 25. exuberat *al.*

Extumida in medio area V. 1, 51, 1.

Exuberat annus nimiis floribus P. Mar. 15, 3. terra C. 1 pr. 25. vitis C. 3, 6, 4. exuberant maiore fructu C. 5, 7, 4. exuberare cultu C. 2, 1, 5. ¶ exuberant herbae fauorum ceras C. 9, 4, 5 *tranſitiue, vberes reddunt. Ita etiam apud Tertullianum ſumi, oſtendit Salmaſ. ad Pall. p.* 169.

Exuctus, Exudo, *vid.* Exſ.

Exuentus *monſtrum vocis* Veg. 3, 3, 7 *pro* cruentus.

Exugeto *vid.* Exſug.

Exulcerantur vuluae ferro C. 7, 9, 5. ¶ exulceranda vitis C. 4, 24, 17.

Exundo C. 9, 9, 1. 10, 432 *vid. no.*

ſi Exungulauerit iumentum Veg. 2, 57, 1.

Exuo. exuitur flore vitis C. 3, 2, 13.

Exurit ſemina eruca C. 10, 334. exurere ferri maſſas ita vt ignis ſpeciem habeant C. 12, 5, 2.

F *et* H *permutantur vid. ad* V 2, 5, 6 *et* 3, 16, 28.

Fabae ſatio Ca. 35, 1. V. 1, 44, 1. C. 2, 10, 5. P. N. 1, 1. faba trimeſtris C. 2, 10, 9. Marſica C. 2, 9, 8. faba ſarrienda

ſarrienda ſit necne? C. 2, 12, 6. bis ſarculanda P. Ian. 9, 2. quomodo vellenda P. Iun. 3. Fabae corium Veg. 2, 57, 2. coctae liquor C. 7, 12, 10. collectio C. 2, 10, 11. Fabam *veterum ſ.* κύαμον *non eſſe eam quae hodie faba dicitur, ſed legumen fructus rotundi et multo* Bωnis *omnibus noſtris minoris, copioſe oſtendit* Dodonaeus 4, 2, 1 p. 514. *Eas autem quas nos vocamus* fabas *ſ.* Bωnas, *maiores quidem, et cauli ſuo quadrato inſiſtentes,* Phaſeolum maiorem *appellat: minores ad adminicula repere ſolitas* Dolichos ſ. Phaſeolos. *Denique cum* fabae *antiquae,* τȣ̃ κυάμȣ, *notis, quae a Theophraſto aliisque proditae ſunt, conuenire inter hodie nota legumina nullum magis putat* ſilueſtri, *quam ipſe vocat,* Bωna *ſ.* nigra, *cuius pictura et deſcriptio refert legumen, quod ipſe me memini Vinariae in hortulo domui adiuncto colere. Vocabant, qui mihi tradiderant,* Spargelwicken, *al.* Spargelerbſen: *et habebat ſaporem ſubamarum aſparagis non diſſimilem. Tanto magis Dodonaei ſententia acquieſcimus, quod nihil poſtea monuerunt Nonnius de re cibar.* 1, 5. *Salmaſius, qui plane, credo, hic Pythagoraeus eſt, licet multa de* faba Aegyptia *diſputet: Harduinus ad Plin.* 18, 12 ſ. 30 *vbi,* Quae faba, *inquit,* veterum fuerit, haud ita procliue eſt ſtatuere *etc.* ¶ *Menſurae nomen eſt:* ad fabae magnitudinem Veg. 3, 12, 3. quantum fabae patitur magnitudo Veg. 3, 67, 2. *Saepiſſime ita Scribonius, indicante Rhodio. Add. Salm. ad Solin.* p. 688 ſq.

Fabaceus mucus Veg. 2, 36, 2. fabacea meſſis P. N. 1, 2.

Fabaginum acus Ca. 54, 2.

Fabalia Ca. 37, 2. matura C. 2, 10, 9. pro ſtercore inarantur V. 1, 23, 3.

Faber piſcis maris Atlantici C. 8, 16, 9.

Fabrica agreſtis P. 1, 12. fabricae planae P. 1, 9, 2. totus fabricae tractus P. 1, 8, 3. fabricae villaticae ſedem parare P. 1, 7, 4. ad fabricam caedenda materies P. Ian. 22. N. 15, 1. *Nimirum* fabrica *generale vocabulum aedificiorum omne genus comprehendit.*

Fabricatis in hunc vſum vaſis C. 8, 3, 8.

C. Fabricius C. 1 pr. 14.

Fabrico. iugum C. 6, 2, 10. nauigia C. 4, 3, 1. fabricentur aluei P. 1, 38, 1. canales C. 7, 10, 8.

Fabrilis libella C. 3, 13, 12.

Fabulos albos III Ca. 70, 1.

Facio. Facientes adiuuant Dii V. 1, 1, 4. *Vi. no.* ¶ facito inferuere C. 12, 38, 5. facies deferuere ſuccum P. S. 16. facient te peruenire ad — P. Apr. 8, 3. quae res eos faciet ſciſſuris aperiri P. Mai. 12. ¶ Facito ſurculos ſint longi Ca. 41, 4. partem digitos ſex altam facito ſiet Ca. 17, 4. reliquas canes facit vt ſint in tuto V. 2, 9, 15. vitem quam ponis ſac vt ad orientem ſpectet C. Arb. 4, 4. *Vid. ad* Cato. 8, 2. *add. Cort. ad Sall. Iug.* 14, 11. Ita Gell. 14, 2 Vt et illud, in quo haerebam, et caetera faceret me vt earum rerum eſſem prudentior. ¶ Librum ad librum vorſum facito Ca. 40, 3 *per ellipſin* vt ſit. *Ita* certam diem facito Ca. 149, 1. Facere pinguem gallinam C. 8, 7, 1. faciundum alacriores praemiis V. 1, 17, 5. ¶ Faciet vino quod volet Ca. 147. 148, 2. ¶ Facito porco piaculo Ca. 139. facere catulo C. 2, 22, 4 *vid.* Fio *et ad* V. 2, 5, 10. ¶ *Ex ſe producere, eiicere, eniti.* Facit aſinus ſobolem C. 6, 37, 7. faciunt volucres pullos V. 3, 5, 6. 3, 9, 17, 3, 10, 2. ſtercora homines C. 2, 15, 2. 11, 3, 12. ſtercus quod facit aſinus C. 12, 15, 4. facit vrinam Veg. 1, 51. Facit grana malum C. 7, 5, 12. frutices inula C. 11, 3, 35. faciunt plantas cacumina ficulnea P. Mar. 10, 35. fructum, quae e terra naſcuntur V. 2 pr. 5. caulem ſpicae C. 11, 3, 21. C. 11, 3, 27 *et* 58. vinum vuae C. Arb. 3, 2. ſpinam facit aſparagus C. 11, 3, 46. ſtercus facit multam herbam V. 1, 38, 3. ¶ *Producere admotis ad ſe cauſis quas ſecundas vocant.* Qui facere vult bonum gregem aſinorum V. 2, 6, 1. vinum C. 12, 40, 1. frumentum V. 1, 7, 2. vitem Ca. 52, 2. oleam Ca. 65, 1. apium lati folii C. 11, 3, 3. violam C. Arb. 30, 1. ¶ *Parare.* faciundam oleam locare Ca. 145, 1. facere caſeum C. 2, 22, 3. ¶ *De medicamentorum viribus.* Faciunt in hunc vſum folia C. 4, 13, 2. facit bene Ca. 157, 6. facit optime remedium C. 6, 15, 1. *add.* 8, 17, 13. ¶ Face *pro* Fac Ca. 23, 1, 26.

Facies ne deforment iumentum Veg. 2, 11, 4 *h. e. ſpecies. Pluralis eſt, vt in vulgato,* Quid facies, facies Veneris cum veneris ante *cet.* ¶ Facies terna *h. e. genera tria diuerſa* V. 1, 9, 3. *conf.* C. 10, 188. ¶ faciem literae Graecae obtinet ſtella C. 3, 13, 13.

Facile eſt, quod habeant V. 2, 10, 6. ex facili, *facile* C. 6, 1, 1. 12, 44, 1.

Facilitas ceraſi P. O. 12, 5.

Factores olei Ca. 64, 1. 66, 1. iurant 145, 2. doliorum cuparumque P. 1, 6, 2.

Factorii modus completus P. O. 10, 1 *i. e. vaſis quod factum capit.*

Factus *et* factum. in ſingulos factus olei Ca. 67, 1. Factum dicunt, quod vno tempore conficiunt. quem alii CLX aiunt eſſe modiorum, etc. V. 1, 24, 3 *Plinio* 15, 6 *ſunt centeni modii.* Facti vnius menſura C. 12, 50, 19. cum expreſſerint facta C. 12, 50, 22.

Faculas vineaticas et ruſcarias *quidam legunt* Ca. 11, 5. *Rectius* Falculas.

Facultas ſit alendis ſarmentis C. 4, 29, 1. ne vagandi facultas detur C. 8, 14, 11. ſi facultas non eſt receſis *i. e. copia* C. 4, 24, 17. ſi facultas eius ſit copioſior *i. e. ſi maior eius copia ſuppetat* C. 12, 38, 8. ¶ Facultates aliquas acquirere C. 12 pr. 2.

Faecariae ſportae Ca. 11, 4. *vi. no.*

Faeciniae vites C. 3, 2, 14.

Faecinum vinum *an* Setinum? C. 12, 45, 6. *vi. no.*

Faecula, *collyrium ingreditur* Veg. 4, 16, 1. *et al. intelligo vſtione paratam, de qua Dioſc.* 5, 132. *Plura Rhod. Lex. Scribo.*

Faeculentum vinum vt limpidum reddatur P. O. 14, 12. faeculentum mingit animal Veg. 3, 4 *b ex* MS.

Faeles et maeles *ſcribitur* V. 3, 11, 3. 3, 12, 3. *vid.* Feles.

Faex *vel* Fex, faecem reducere in ſummum C. 12, 19, 4.

Faginea materia Ca. 21, 4. C. 12, 45, 5.

Fagus ad quae vtilis P. N. 15, 2.

Falciculae breues tribulatae P. 1, 43, 3 *videntur* tribulaticae *potius eſſe*, *vt* vineaticae; *vel* tribulariae, *vt* ruſcariae; *a tribulis* reſecandis. *Nam quod in Fabriano theſauro exponebantur mallei pulſibus acutae, gedengelt, illud nihil eſſe puto.*

Falculae vineaticae et ruſcariae Ca. 11, 4. vindemiatoriae C. 12, 18, 2.

Falere ornithonis V. 3, 5, 14 *et* 16.

in Falerno perticae pro iugis vinearum V. 1, 8, 2.

Falerno completa multo C. 10, 431. Falerna annoſa, fructuoſiora V. 1, 65, 2.

Faliſcus ager V. 3, 16, 10. Faliſcae praeſepes Ca. 4, 1. 14, 1. nempe optimum, vbique pro nomine proprio accipere.

Fallo. vide ne te fallat *int. animus* V. 2, 1, 25.

Falx. falcem ſupponere C. 10, 328. falces ſex generum V. 1, 22, 5. foenariae, ſtramentariae, arborariae Ca. 10, 3. vineaticae, ſiluaticae Ca. 11, 4. putatoriae, meſſoriae, foenariae P. 1, 43, 1. verriculatae, roſtratae, denticulatae C. 2, 21, 3. lunatae P. lan. 1, 43, 2. vinitoriae falcis figura C. 4, 25, 1.

Fames, teterrima mortis comes C. 2, 11, 7. famis impatientiſſimae ſues C. 7, 11, 3.

ad Famices malagma Veg. 4, 19, 2. Garg. 23. reſtituendum etiam videtur C. 6, 12, 2. e Mſ. Polit. pro ſaniem, vt et Pontederae placet ep. 60.

Familia vt curanda Ca. 51, 1 ſq. C. 1, 1, 8, 9. cibaria et veſtimenta quae requirat Ca. 56 *et* 59. C. 11, 1, 21. familiae numerus V. 1, 18, 6.

Familiaricae ſellae V. 1, 13, 4.

Familiaris lar Ca. 2, 1 *it.* 143, 2. familiares bubulco fiant boues C. 6, 2, 6. familiaria aquae viridia C. 8, 15, 4.

parum Familiariter noſtro ſolo venit C. Arb. 1, 3.

Famulatu miſerorum C. 1 pr. 10.

Far, *frumenti genus plures ſpecies complexum. Princeps adoreum, cuius et ipſius quatuor genera enumerat* C. 2, 6, 3. *Conſideratis quae de illo Marſilius Cagnatus Var. Obſ.* 2, 23 (*T. III. Gruterianae Lampadis*) *Remb. Dodonaeus* 4, 1, 10, *Salmaſius in hyle iatr. et alii dederunt, confirmor in ea ſententia, quam propoſui ad* C. 2, 9, 14. *quamque Turnebus etiam firmat ad* Ca. 2, 4. *Illud non habeo dicere, an ita inter ſe conueniant appellationes Speltz*, ſpelta, *et Dünkel, vt plane pro eadem frumenti ſpecie, quod vult Dodonaeus, haberi debeant.* Far promendum V. 1, 63, 2. 1, 69, 1. far adoreum V. 1, 9, 4. Campanum praeſtantiſſimum V. 1, 2, 6. venuculum, vernaculum *an* vermiculum? *ad* C. 2, 6, 3. 11, 2, 9. ¶ Factitium *etiam* far *eſt*, *a farina aliquantum diuerſum*, *quod vtrumque apparet ex* Ca. 143, 3. *ita* farre et ſapa incruſtatur olla *cibo cochlearum* V. 3, 14, 5. far hordei P. 1, 28, 5 it. 1, 29, 2. hordeaceum C. 8, 11, 14. triticeum C. 8, 5, 23. *add.* Farriculum, *it.* Fiſtula farraria.

Farciminoſus morbus equorum Veg. 1, 7, 1. 1, 14, 1. boum 3, 2, 18. affecti farcimino ? Veg. 1, 7, 2.

Farcinomata Veg. 1, 28, 2. *MS.* carcinomata.

Farciri aues vt debeant Ca. 89. 90. V. 3, 9, 20. C. 8, 7, 4. boues V. 2, 5, 10.

Farctus fici plenior ac melior C. 5, 10, 11. *ſed* farctum ſpecioſius et plenius C. Arb. 21, 2. Farctum *velut tomentum fructuum interpretatur Barth.* 8, 4.

Farinarium cribrum Ca. 76, 3.

de Farno tabulata P. 1, 9, 3.

Farracia ſeges V. 1, 31, 5.

Farraginaria C. 11, 2, 71 *ſed vid. no.*

Farrago V. 1, 31, 5. C. 2, 7, 2. ſeritur C. 2, 11, 8. P. S. 8, 1. hordeacea C. 2, 11, 1. 11, 2, 99. datur purgando equino pecori V. 2, 7, 13. *vid. Vlit. et Burm. ad Nemeſia. Cyneg.* 283. ¶ Ferragines *ſcribitur* Veg. 1, 56, 26.

Farrearia fiſtula Ca. 10, 3. pilum farrearium *ibid.* 5.

Farreus panis C. 7, 12, 10.

Farriculum e nouo tritico P. O. 21. *MS. Erf.* farreolum.

Farſura V. 3, 9, 1 *no. Scal. Optimum forte* fartura.

Fartor C. 8, 7, 1. *vid. Pignor. de ſeruis p.* 559 *ſqq.* Barth. 8, 4. SCHOETTG.

Fartura auium C. 8, 7, 4. farturae deſtinatur turtur C. 8, 9, 1. ¶ Fartura *vel* farctura *in iumentis vid. ad* Veg. 2, 59, 3 *no.* g.

Fartus ſemine cucumis C. 10, 393.

Faſceis *pro* faſciis, circumdantur pedes C. 6, 12, 4.

Faſcia corticis ne diſſipetur P. F. 17, 2. faſciis circumdantur pedes C. 6, 12, 4.

Faſciculi leguminum C. 2, 10, 14. foeniculi fuſtibus illigati C. 12, 19, 4.

Faſcio. faſciare fracturam Veg. 2, 47, 3.

Faſcinatum animal Veg. 3, 74.

Faſciolo ſuperligabis Veg. 2, 57, 1.

Faſelus *vel* Phaſelus, φάσηλος. *Quid leguminis eſſe videatur dictum eſt in* Faba. *Mei ciues vocant Türkiſche, oder Sau-Bohnen*, Bonas Turcicas *vel* porcinas. *Ab his diuerſus* Faſeolus ſ. phaſeolus *de quo ſtatim. Nunc quaedam loca, vbi* Faſeli *mentio eſt indicabimus*: C. 2, 10, 4. P. S. 12. O. 1, 3. Faſellus *ſcribitur* C. 10, 377.

Faſeolus *vel* Phaſeolus ad eſcam ſeritur C. 11, 2, 72. *Haec eſt ea quam vulgo* fabam *dicimus, legumen cum teneris ſiliquis coqui et edi ſolitum, tenero caule et ad longurios repente cet. vid.* Faba.

Faſianas aues *pro* Phaſia. *MS. Lugd.* P. 1, 29.

Faſtidioſae fiunt boues praegnantes V. 2, 5, 15.

Faſtidium, deliciae gulae V. 3, 9, 18.

Faſtigium habet foſſa, vt exeat aqua V. 1, 14, 2 *h. e. decliuitatem.* Quo faſtigio ſit fundus, videndum V. 1, 20, 5 *h. e. quam altus vel decliuis.* ¶ Faſtigia tria *h. e. ſumma genera* V. 1, 6, 2 *it.* 5 *et* 6.

Faſtus antiquorum aſtrologorum C. 9, 14, 12. *In notis Seruii annotauimus Seruium erraſſe, dum erroris arceſſit Lucanum, qui ſcribit* faſtus eſſe quartae declinationis quando ſignificat ſuperbiam. Secundae vero quando ſignificat librum, qui dierum habet computationem. Vnde errauit (*inquit*) Lucanus, dicendo: Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. *Namque indiſcriminatim dicimus* faſtos, *et* faſtus *in ſecundo et quarto ordine pro libris, quod et Priſcianus tradit, et magnorum ſcriptorum confirmat autoritas, quae pro ratione eſt.* BEROALD. *Silius Italicus* 2, 10 Auſonios atauo ducebat conſule faſtus. *Orientius Commonit.* 2 *diſt.* 56. Finge, age, manſuri ſignent

ſignent tua nomina faſtus, Atque tuo felix annus eat titulo. *Adde quae notarunt Andr. Wilkius ad Prudentii Apotheoſin v.* 662 *p.* 530 *ſq. Barthius ad Claudianum p.* 968. SCHOETTG.
Fatetur vetuſtatem ſemen ſinapi P. O. 11, 2. fatentur maturitatem amygdala P. Ian. 15, 12.
Fatigata vitis dapſili prouentu C. 4, 27, 6. fatigatus libidine aries C. 7, 3, 4.
Fatigat ſaeuientem contumacia peruicax C. 6, 2, 11. fatigantur ſemina multo ſoli preſſa pondere C. 4, 1, 6.
Fatiſcit ſegetibus ſolum C. 2, 14, 3.
Fauentia *et* Fauentinus ager V. 1, 2, 7. C. 3, 3, 2.
Fauilla pro ſtercore C. 2, 15, 5. *Hinc* fauilla nigra ſatiare C. 10, 354.
Fauoniana pira C. 5, 10, 18.
Fauonius eximius ad ventilandas fruges C. 2, 21, 5. Fauonii exortus V. 1, 28, 2. cum Fauonii ſpirare coeperunt C. 8, 11, 7.
Fauorabiliter ſentire P. inſ. pr. 3.
Fauſtulus paſtor Romuli et Remi nutricius V. 2, 1, 9. *per ludum* Atticus *ita appellatur* V. 2, 3, 1.
Fautores competitorum V. 3, 5, 18.
Fauus apum V. 3, 16, 24. venit in altaria V. 3, 16, 5. faui melliti V. 3, 16, 22. fauorum exemtio V. 3, 16, 34. duo genera, vbi duo examina C. 9, 15, 6.
Fax. facem libidinis auget voluptatis dilatio P. Iul. 4, 5.
Febricitans pecus vt curetur C. 6, 9. 7, 5, 10.
Febricoſi equi Veg. 1, 38, 4.
Februarii opera C. 11, 2, 14.
Fecinum vinum *vid.* Faeci.
Fecla Veg. 3, 22, 3 *eſt* faecula. *Dodonaeus* 3, 3, 36 *ex Aegineta* σφέκλην *dici ait faecem vſtam, eandemque officinis* Tartarum vſtum et calcinatum *appellari. Vid. Rhodius Lex. Scribo. v.* Fecula, *vbi de* φέκλῃ *Graecorum et hoc ipſo* Vegetii *loco.*
Feles et melis (faelis et maelis V. 3, 11, 3. 3, 12, 3. cum viuerra iungitur C. 8, 15, 2. *conf.* C. 8, 14, 9. Feles *animal eſt familiare ac domeſticum, omnibus notum, vulgo* catus *nominatur* (*vt opinor*) *a ſolertia. Nam* catum *ſapientem dicunt, et acutum, Graeci* αἴλουρον *vocant. Plinius tradit* felium oculos in tenebris fulgere. *Idem alibi ſic refert,* Feles quidem quo ſilentio, quam lenibus veſtigiis obrepunt auibus, quam occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt, excrementa ſua effoſſa obruunt terra, intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe. *Verum apud Columellam et Varronem* feles *accipi videntur pro* fouino, *ſic enim vulgus appellat beſtiolam gallinis maxime infeſtam, noxiamque et ſaepe gallinaria tota contrucidantem.* BEROALDVS.
Fel taurinum radicibus pirorum infuſum contra vermes P. F. 25, 5. 25, 15. Mar. 10, 4. felle bubulo maceranda ſemina contra mures P. 1, 35, 9. fel lacertae viridis contra putredinem P. F. 25, 15.
Felicula *ſiue* filicula Ca. 158, 1. Polypodium *eſt, cuius vim leniter purgantem, ſi cum aliis iungatur, in dubium vocatam aliunde confirmat Dodonaeus* 3, 5, 3 p. 465 *vſurus, ſi in mentem veniſſet, commodiſſime* Catonis *auctoritate. Add.* Filicula.
Femen. femina gallorum piloſa laudantur V. 3, 9, 5. toroſa et numeroſa C. 6, 29, 3. femina ſecari atque interdum inuri ſolent C. 6, 38.
Feneſtellae breuiſſimae P. 1, 24, 1. *al.* feneſtrellae. feneſtellis illuminari C. 8, 3, 3.
Feneſtrae qua parte faciendae V. 1, 13, 5. Punicanae V. 3, 7, 3.
Feralis menſis C. 10, 191. feralia carmina flere C. 10, 350.
Ferax. feraces ſeminum C. 6, 36, 3. feraces venti P. N. 5.
Ferctum Ioui Ca. 134, 2 *ter.* fertum *forte rectius* Ca. 141, 4. *vid.* ad Inſcr. arual. *p.* 130 *no.* m.
Fereola vitis, *an* ferreola? C. 3, 2, 28.
Feriae publicae aut familiares Ca. 140. bubus et bubulcis Ca. 132, 1. mulis, equis, aſinis, nullae Ca. 138. per ferias quae facere liceat Ca. 2, 4. C. 2, 22. 11, 1, 20. feriis boues iungere vti licitum Ca. 138. feriis caret neceſſitas P. 1, 6, 7.
Ferina caro C. 10 pr. 1.
Ferio. ferire foedus V. 2, 4, 9.
Feritatem ea res mentaſtro detrahit C. 11, 3, 37.
Fermentata colluuies C. 1, 5, 6. *de loco putri vligine coenoſo.* ¶ Fermentatum ſolum C. 4, 1, 3. 11, 3, 13 *h. e. reſolutum, molle ac leue.* ¶ Fermentato ac molli ſolo (*pedum*) canes V. 2, 9, 4.
Fermento. Fermentantur in amphora ficus C. 12, 17, 1. ¶ Fermentare terram poteſt ſtercus columbinum V. 1, 38, 1. C. 2, 15, 1. fermentari ſinito, *h. e. ſolum reſolutum cuſtodi, ne conculcetur* C. 5, 9, 1. nihil aliud eſt colere, quam reſoluere et fermentare terram C. 2, 2, 4.
Fermentum terrae foſſae P. F. 18, 1. fermento quaſi aliquo abundat C. 2, 2, 19. velut fermento quodam humus intumeſcit C. 4, 1, 7. in fermentum congerere ſolum C. 3, 11, 3. *In his omnibus aperta eſt ſimilitudo maſſarum farinacearum, quae fermenti beneficio ex denſis rariores fiunt et reſolutiores.*
Ferox, *Canis nomen* C. 7, 12, 13.
Ferrago *v.* Farrago.
Ferramentorum varietas V. 1, 22, 5. quali ferramento facienda inſitio C. 4, 29, 15. quali putatio C. 4. 24, 21.
Ferreae Ca. 10, 3. 155, 1. V. 1, 22, 3. Furcas *intelligi vult Turn.* 7, 22. *Eſt vbi forte commodius* palas.
Ferreola vitis *vid.* Fereola.
Ferrugineis hyacinthis C. 10, 305.
Ferrum. Ferri maſſae ignitae C. 12, 5, 2.
Fertilitatis ſigna in vite P. F. 9.
Fertum *vid.* Ferctum.
Ferue bene facito Ca. 157, 9.
Ferueo. vbi diu ferbuerint P. Ian. 19. feruebit in ſe multum C. 12, 19, 5. primo ardore P. O. 9. feruente ſole Veg. 3, 4, 19.
Ferula fiſſa comprimuntur teſticuli P. Mai. 7, 1. ferulae minaces C. 10, 118. e ferulis alui apum V. 3, 16, 15. ferulis circumdatis colligare C. 7, 5, 18 *add.* Veg. 2, 47, 4.
Ferunta ablata Veg. 2, 42, 4. 2, 48, 9. *vid. legendum* feruta, *aut* feruura *potius,* φλεγμονή, *vt oſtendit Dufreſnius.*

Feruore vini ruptae orcae aut dolia V. 1, 13, 6. ¶ feruores aeſtiui C. 4, 24, 3.
Ferus, *a, rum.* Ferus Iupiter C. 10, 329. feri arietes C. 7, 2, 4. feri per manſuetos conſueſiunt C. 8, 10, 1. ferae pecudes ab hominibus manſuefactae V. 2, 2, 2. ferarum pecudum genera V. 2, 1, 5. ferae arbores C. 3, 1, 2.
Feruta *vel* Feruura *vid.* Ferunta.
Feſſi opere, frigore, aut calore V. 1, 13, 1. *ſic* V. 2, 1, 1.
Feſtuca *vid.* Fiſtuca.
Feſtinantius demetere C. 2, 9, 15.
Feſtinabimus emundare C. 4, 27, 1.
Feſti dies vt agendi villico C. 11, 1, 19. feſtis exercere diebus quae licitum C. 2, 22, 1. *vid.* Feriae.
Fibram rapi mediam guſtato C. 12, 54, 1. fibras emittunt ſpicae vlpici C. 11, 3, 21. fibrae tritici, adorei C. 2, 12, 4. cum fibrarum quatuor eſſe coeperunt frumenta C. 11, 2, 9. *Nimirum* fibrae *ſunt folia anguſta vid. Ponted. ad* Ca. 70. *v. et Theſaur. L. L. in fibra.*
Fibulae in apparatu trapeti Ca. 3, 5. fibulae iligneae, vlmeae, nuceae, ficulneae Ca. 31, 1. *vid.* Turn. 25, 20 *et Baldus Lex. Vitruu. Nimirum ſunt lignei* claui, copulae, ſubſcudes, ancorae, ſecuriculae, *quacunque figura denique ligna quibus colligantur et firmantur ligna maiora. Haec architectonica* fibula. Sed ¶ *in vſu chirurgorum etiam eſt. Sic* C. 6, 5, 4 *forte legenda* fibula *pro* ſubula. *Sic* fibulae ad palpebras Veg. 2, 15, 1. ad vulnus linguae Veg. 2, 31. *add.* Veg. 1, 22, 6 *et* 2, 22, 6 *vbi pro* fiſtula *reſtituendum videtur* fibula. *Vid.* Regula. *De omni autem genere fibulae Io. Rhodius de acia Celſi: ſed fac vt poſteriorem editionem legas multum auctiorem.*
Fibulantur puluinis teſtaceis iuncturae C. 1, 6, 13 *vid. no.*
Fictae tabulae *h. e.* fixae V. 3, 7, 4. *vid.* Affiĉta. Confictus.
Ficariae crates Ca. 48, 2. ¶ inter ficarias, (*ficeta*) caprifici arbor ſuſpenditur P. Mar. 10, 28.
Ficatum *vid. no. ad* P. 1, 30, 4.
Ficetum V. 1, 41, 1.
Ficulneae arboris C. 5, 11, 14. 11, 2, 56. ficulnea cacumina P. Mar. 10, 35. folia C. 6, 3, 7.
Ficulnas inſitiones V. 1, 18, 8. ficulneas *al.*
Fici arbor C. 5, 11, 14. fici vt ſerantur Ca. 8. *it.* 28, 1. V. 1, 41, 5. C. 5, 10, 9 ſq. Arb. 21. ſeri, coli, et curari vt ſoleant P. 25, 33. Mart. 10, 23 — 36. vt inſerantur Ca. 42, 1. C. 5, 11, 7. P. Apr. 5, 1 *inſ.* 119. Fici planta P. Mar. 10, 25. cacumina C. 5, 10, 10. Fici vt groſſos teneant Ca. 94. Ficus ad Diuae Rumiae ſacellum V. 2, 11, 5. ¶ Fici quas edimus V. 1, 41, 5. quae genera in Italiam translata V. 1, 41, 6 genera praecipua C. 5, 10, 11. *Conf. catalogum Macrobii* 2, 16. *Apud noſtros occurrunt quas ſuis locis commemoramus* Africanae, albae, atrae, biferae, calliſtruthiae, Cauniae, cereolae, Chalcidicae, Chelidoniae, Chiae, Libycae, Libyſcae, *vel* Libyſſae, Liuiae *an* Liuianae? Lydiae, Mariſcae, Rhodiae, Saguntinae, Sulcae, Telanae, Topiae. Fici vt ſiccentur C. 12, 15. aridae C. 12, 5, 1. 12, 14. 11, 2, 62. vt integrae maneant Ca. 99. vt feruentur P. Mar. 10, 33. earum coria ſiccentur P. Mar. 10, 35. fici conculcatae maſſa in offas diuiſa ſiccatur C. 12, 15, 4. vt promendae V. 1, 67. ficum ad malthas *adhiberi iubet* P. 1, 41. ex fico acetum C. 12, 18. ¶ Ficus duplices Veg. 1, 38, 6. 1, 56, 17. 3, 21. 4, 8, 2. *v. ſupra* in duplex. ficus maturiſſimas C. 12, 17, 2.
Fidelia fictilis et vitrea C. 12, 38, 1. 12, 56, 1. *add.* 12, 7, 3. 12, 10, 4.
Fide bona ſoluere Ca. 14, 3. cum certa fide C. 3, 2, 29. fidem habere certam C. 11, 3, 8.
Fidicula, ſidus C. 11, 2, 37. *eadem*
Fidis C. 11, 2, 14 *et* 40 *it.* 57. 58. 88. 97. Fidem noſtri vocant, quam λύραν Graeci V. 2, 5, 12.
Figlina creta V. 3, 9, 3. Figlinam (*artem*) exercere V. 1, 2, 23.
Figularis creta C. 6, 17, 6. figularibus tritis C. 7, 5, 9.
Figuli faciunt dolia V. 3, 15, 2.
Figurae inaequalitas in doliis C. 12, 4, 5.
Figurati e lateribus parietes P. 1, 34, 4.
Figuro. figurare in ſpeciem cunei C. 4, 29, 9. figuratur manu caſeus C. 7, 8, 7. ſimile anguſtae ollae C. 9, 15, 5. vinea C. 4, 21, 1. figurantur duo temones P. Iun. 2, 3. ſemina principiis agilioribus *de conceptu animalis* C. 6, 37, 2. fingendi et figurandi ceras C. 9, 15, 7. ¶ figurantes cupiditate ſibi ipſae Venerem C. 6, 27, 4.
Filecta exſtirpantur P. Aug. 3.
Filix vt exſtirpetur C. 2, 12, 13. C. 11, 2, 62. P. Mai. 3, 3. eius vſus in ſubſternendis tabulatis P. 1, 9, 3.
Filicta C. 2, 2, 8.
Filicula trita C. 6, 27, 11. *vid.* Felicula.
Filius laeſiſſe dicitur a mulomedicis Veg. 3. 18, 4.
Filum, *neruus* Veg. 4, 3. ¶ filo gracili connectere carmina C. 10, 227.
Fimi bubuli fumus aptus apibus C. 9, 14, 1. 9, 15, 7. fimus leporis in medicina boum Veg. 3, 57, 3.
Fingitur ex parentibus proles C. 6, 36, 1 et 3. 6, 37, 7. fingendi et figurandi ceras C. 9, 15, 7.
Finio. arbuſto nihil poteſt apte finiri *h. e. definiri, determinari, vt nunc loquuntur* C. Arb. 5, 6.
Finis dicito, qua vendas Ca. 149, 1 *vid. no.*
Fines *arboribus ſatis* tuendi V. 1, 15. *Addere poſſis quae de* olea in finibus poſita *intelligimus ex* V. 1, 16, 6 *vnde prouerbium* Extra oleas. *Victor. V. L.* 31, 10. ¶ Fini qua in modiolos erit Ca. 21, 3. radicibus fini Ca. 28, 2 *vbi adſcripſimus, qui alii ita locuti ſint.* anſarum fini Ca. 113, 2. ea fine qua adraſeris *quousque* C. 5, 12, 5. C. Arb. 26, 4.
Finitio ab antiquis lege ſancita C. 5, 11, 12.
Fio. fieri oportet porcam, *ſacrificari* Ca. 134, 1. ¶ fiunt haedi maximi in Capraſia V. 2, 3, 4. ¶ fit deterius, *damnoſum eſt* V. 2, 4, 13.
Fircellina LX millia V. 3, 4, 1.
Fircellius Pauo *collocutor* V. 3, 2, 2. 3, 6, 1.
Firmarunt, poſſe inſeri, *confirmarunt* P. O. 12. firmatur a Graecis P. F. 26, 3. firmantur, *aſſeuerantur* P. S. 3, 1. ¶ donec firmentur agni P. N. 13, 2. firmandae largo paſcuo equae C. 6, 27, 10.
Firmus. eo erunt firmiores, *fideliores* V. 1, 17, 5.
Fiſcella cum ſale populari Ca. 88, 1. in fiſcellam conferre vuas et prelo premere C. 12, 39, 1. fiſcellae

texendae et picandae C. 12, 18, 2. iunco factae rariore contextu P. O. 19, 1. ¶ fiſcellae boum Ca. 54, 5 *capiſtra. vid. Scheffer. de re vehic.* p. 166. ſq.
Fiſcello ligneo incluſas baccas exprimito C. 12, 38, 6.
in Fiſcina noua vuas premito C. 12, 39, 3. Fiſcinae Campanicae, Romanicae Ca. 135, 3. oleariae Campanicae Ca. 153. ſportaeque ex palma et ſparto C. 11, 2, 90. Ca. 13, 1. C. 10, 307. in fiſcinis nouis includi C. 12, 50, 10.
Fiſcus. in fiſco nouo premere C. 12, 52, 2. fiſco incluſa *olea* prelo ſupponitur C. 12, 47, 9. per fiſcum lineum exprimere C. 12, 38, 7. fiſcis nouis premi oleum C. 12, 50, 22.
Fiſſile adminiculum C. 4, 33, 4.
Fiſſum rimoſumque, *de aedificio* C. 1, 5, 10.
Fiſſuram cuneo adigere C. 5, 10, 17.
Fiſtucis vectibusque calcato Ca. 28, 2.
Fiſtuco. fiſtucato fundamenta Ca. 18, 7. *Eſt autem* fiſtuca *et* fiſtucatio *duplex. Interdum* fiſtuca *Philandrum audis a Baldo aduocatum in Lexico Vitruu.* anſatum et capitibus ferratum inſtrumentum, quo pali ſublicaeque in terram panguntur. *Interdum (quod e Budaeo additur)* funibus attollitur, et pondere ſuo remiſſa alliditur. *Sed eſt etiam minoris molis* fiſtuca *et* fiſtucatio, *cum pauimenta manubriatis aſſiculis aut trabeculis pulſata coire ad firmitatem coguntur.*
Fiſtula vrinalis Veg. 3, 15, 7. ¶ per fiſtulam venit aqua in ornithonem V. 3, 5, 2. fiſtulae plumbeae in aquaeductibus P. Aug. 11, 2. 12 *int.* per fiſtulam vento naribus inſerere Veg. 1, 10, 4. ¶ fiſtulam ſubdito labro vti obturari poſſit Ca. 154. fiſtula frigidaria *in balneo* P. 1, 40, 3. *Hic epiſtomium intelligi apertum eſt. De* Centimali fiſtula *vid. h. v.* ¶ fiſtula perforata Veg. 3, 4, 42. *Ergo ſunt fiſtulae non peruiae. Ita eſt:* fiſtulae laxioris, quam ſunt reliqua foramina, regia apum C. 9, 11, 4. *Quin* ¶ *in morbis quoque talis eſt* fiſtula, *in quam* turundam intrudi *iubet* Ca. 157, 14. *Add.* Veg. 2, 13, 4. 2, 23, 2. 2, 26 *et* 27 *int.* ¶ Fiſtula farraria *in ferramentis ruſticis commemoratur. Ca.* 10, 3. *Vox nondum ſatis explicata Lexicis, cui ex Plinio aliquantum lucis affundere ſtudebimus. Is enim non tantum* 17, 14 *ſ.* 24. fiſtulae *meminit* ſutoriae ſimilis, *qua vtantur* ad inoculationem, *vbi haud dubie ſcalprum aliquod acutum intelligitur: ſed vbi de piſtura agit* 15, 10 *ſ.* 23. Etruria, *inquit*, ſpicam farris toſti piſente pilo praeferrato, *fiſtula ſerrata*, et ſtella intus denticulata. *Igitur* fiſtula *haec* farraria *videtur eadem* ſerrata *intelligi, in cuius cauum quadratus, arbitror, piſtillus inſeritur praeferratus, atque huius ope ipſa fiſtula intra ſtellam denticulatam, vt cochlea in matrice, quam vulgo vocant, vel in tympano axis, circumagitur, quo facto interiecta inter fiſtulam ſerratam et ſtellam denticulatam grana elidi et comminui neceſſe eſt. Familiare hodie id genus piſendi eſt, vbi piper et ſimilia. faba praeſertim Turcica* (Coffea) *toſta, comminuenda eſt, ita vt paucae iam ſint apud nos familiae paulo lautiores, in quibus non ſit huius ſuppellectilis videndae copia. Neque tamen hic diſſimulandum, quod ſupra iam indicaui, eſſe, qui legant* fiſtulam ferrariam, *quae lectio ſi teneatur, generalius forte nomen fuerit hic* fiſtula. *Poſſit etiam aliquis ſuſpicari, legendum hic eſſe vt apud Plinium* ſerratam. *qua ratione ſuperior deſcriptio confirmaretur. Sed* farrariam *probo, quia nihil commodius eſt ad* far ſubtile faciendum *Ca.* 143, 3. *Inſpice reliqua loca, quae de* farre facticio *laudamus ſ. l.* ¶ Fiſtula *porro* ferrea *cauum aliquid eſt, intrinſecus in columellam, extrinſecus autem in cupam conueniens, apud Ca.* 21, 1. *in trapeti; i. e. preli deſcriptione, quod et ipſum molae genus eſt.* ¶ Fiſtula *pro* fibula *videtur poſita* Veg. 1, 22, 6. 2, 22, 6.
Fiſtuloſi lapides P. 1, 10, 3. fiſtuloſus caſeus C. 7, 8, 5. cancer Ca. 157, 3.
Flabellum V. 1, 31, 3.
Flacceſcat foeniculum C. 12, 7, 4.
Flaccidae aures C. 6, 30, 5. 7, 6, 2.
Flaccus. flaccae aures in canibus laudantur V. 2, 9, 4.
Flacuit fimus V. 1, 13, 4.
Flagellum in vite minus palma V. 1, 31, 3. primi anni C. 3, 6, 3. 4, 10, 2. flagellis prolixis incitare vitem C. 3, 21, 7. ¶ flagello excitandum iumentum lethargicum Veg. 3, 48, 8.
Flaminata cupidine Tellus C. 10, 208.
Flammeola caltha C. 10, 307.
Flammeus halitus C. 5, 5, 15.
Flatum aes V. 2, 1, 10.
Flatus aquilonis C. 11, 2, 24. aprici C. 1, 5, 8.
Flauebit meſſis ariſtis C. 10, 311. flauentes ſegetes C. 2, 21, 2. flauentia poma C. 3, 21, 3.
Flebotomia vti Veg. 1, 14, 3.
Flebotomo. flebotomare admiſſarios Veg. 1, 24.
in Flebotomo quae facienda Veg. 1, 19, 1. de obſeruatione flebotomi Veg. 2, 40. poſt flebotomum Veg. 1, 22, 11.
Flegma diſſoluit vinum ſcillites P. Iul. 6, 2. flegmatis multum ex ore profundit equus inſaniens Veg. 2, 12, 1. flegma in genibus Veg. 3, 19.
Flexo *frequentat. ex* flecto. flexato Ca. 49, 2.
Flexuoſa radicum P. Nou. 9.
Flexura (*in vite*) profundit materias C. 5, 6, 22. *vid.* Curuatura.
Flexo die ardor infringitur P. N. 13, 4.
Flexus pali C. 4, 13, 1.
Flocci ſubſtrati pomis V. 1, 59, 3.
Flora et
Floralia V. 1, 1, 6. ¶ floralia *horti pars* V. 1, 23, 4.
Florere ſata quando et quomodo ſoleant P. Mai. 1, 1. ¶ florere vinum incipit C. 12, 30, 1. *vid.* Flos vini.
Flos foeni Veg. 1, 53, 3. florem adferunt ſurculi C. 11, 2, 11. flore exuitur vitis C. 3, 2, 13. ſi florem non continet arbor Punica P. Mar. 10, 3. in floribus laborant (νοσοῦσι) arbores P. F. 25, 5. flores vt condiantur C 12, 7, 4. ¶ *Quod optimum eſt in vnaquaque re,* calcis P. 1, 41, 1. Veg. 2, 62, 1. gari Veg. 4, 28, 10. liquaminis Veg. 3, 47, 8. marmoris vel gypſi C. 12, 20, 8. 12, 21, 3. 12, 43, 4. nitri Veg. 4, 21. olei Veg. 4, 11, 2. *ſic Plin.* 15, 6 ſ. 6. quod poſt molam (*intelligo, poſt primum circumactum molae*) primum eſt, prima vnda preli. ſalis Ca. 88, 2. *vid. no.* ¶ Flos vini *eſt eius vitium* Ca. 11,

Ca. 11, 2 *vbi vid. no.* C. 12, 30, 1. ¶ Flos aeris, chalcanthus Veg. 4, 28, 2. chalcitis Veg. 4, 28, 16.
Floſculi pomorum, *vmbilicati vertices*, *floris reliquiae* C. 12, 45, 5. *An etiam ficus primum erumpentis cyma* C. 5, 10, 11?
Fluidum ſaliuis os C. 6, 9, 2. fluidum *oppon.* terreno C. 8, 16, 1.
Flumen facundiae C. 1 pr. 30. flumina maritima V. 3, 17, 9.
Flumentana porta V. 3, 2, 6.
Flumineae ſalices P. inſ. 161.
Fluo. fluit guſtus nobilis pretioſusque *in loco boni vini ferace* C. 3, 2, 5. *vid. ad* C. 3, 2, 17. fluunt minus vuarum raritate vites C. 3, 2, 24.
Fluorem ventris adſtringere P. F. 31, 2.
Flutae murenae V. 2, 6, 2. C. 8, 17, 8.
Fluuiales arenae P. 1, 10, 3.
Fluuiatica animalia C. 8, 15, 5.
Fluuiatile negotium C. 8, 17, 7.
Fluxe perpurgare V. 2, 11, 2.
Fluxura, *muſtum quod fluit ex vuis* C. 3, 2, 17 *et* 32. amnem *hoc ſenſu dixit* P. O. 14, 18. vndam *in oleo Plin.* 15, 1 ſ. 2. *Sic*
Fluxus *idem.* fluxum meliorem olei reddit oliua P. O. 10, 1.
Fluxum corpus C. 1 pr. 17.
Focaneus palmes C. 4, 24, 10. 5, 6, 35. P. F. 12, 2.
Foculi duo Ca. 10, 3 et 11, 5 *inſtrumentum ferreum, in quo ignis accenditur. Talis eſt* foculus Attinii tribuni pl. in roſtris poſitus *apud Cicero. pro domo.* TVRN. 7, 22.
Focus circumuerſus noctu Ca. 143, 2. circa focum familiarem epulari C. 11, 1, 19. focum, vbi coquas, calefacito Ca. 76, 4. vbi v. Ponted. et in ep. 66. in foco rem diuinam facere Ca. 5, 3. in focum corona indita Ca. 143, 2. ¶ Foco curare *h. e. cauterio* Veg. 1, 28, 7. 2, 11, 4. *vid. ad* Col. 10, 125.
Fodina argenti V. 1, 2, 22.
Fodiri hortum Ca. 2, 4. poſſunt ſeminaria C. 11, 2, 35. Arb. 30, 2. *ſic* circumfodiri C. 5, 9, 12.
Foecunditas cibis elicienda C. 8, 5, 1. eius parem legem natura dixit plantis et animalibus C. 3, 8, 1.
Foecundat aquilo vites P. N. 16, 7. foecundatur terra P. N. 1, 2. vt foecundentur loca exilia P. S. 9.
Foecunda fruticis regio C. 9, 4, 2.
Foeminae pauones C. 8, 11, 10. foeminis multa cum maribus communia C. 12, 1, 3.
Foemininum nomen V. 3, 5, 6.
Foenariae falces Ca. 10, 3. P. Ian. 43, 2.
Foeneratio C. 1 pr. 8.
Foenerator fure peior Ca. pr. 1.
Foeniculi ſatio P. F. 24, 9.
Foenilia C. 1, 6, 9.
Foeniſecae ferramentum C. 2, 18, 4 *al.* foeniſecis. foeniſeca meſſor C. 2, 18, 5.
Foeniſeces V. 1, 49, 2.
ad Foeniſiciae ſpem nata herba V. 1, 47. foeniſiciae cumulum addere V. 1, 49. foeniſiciae inſtituendae C. 11, 2, 40. vt condantur V. 1, 56. *nimirum pro* foeno *hic ponitur, vt* meſſis, vindemia *etc.*
Foeniſicia adminiſtrant V. 1, 17, 2. ante foeniſicia V. 2, 11, 7. foeniſicia arida in tabulato V. 3, 2, 6. poſt foeniſicia C. 2, 19, 3.
Foenum quando et quomodo ſecandum V. 1, 49. cum foenum cecidimus C. 2, 19, 1. ſucciſum tractari et condi vt debeat C. 2, 19. V. 1, 56. cum concaluit ignem creat et incendium C. 2, 19, 1. quod melius C. 2, 17, 3. auctumnale C. 7, 3, 21. foeni ſectio P. Mai. 1, 2. ſector C. 11, 1, 12. repoſitio ſ. foenile P. 1, 32. ſemina C. 2, 18, 4. quando ſpargantur P. S. 8, 1.
Foenum Graecum, ruſticis ſiliqua C. 2, 11, 10. 11, 2, 71. eius ſatio C. 2, 11, 10. P. Ian. 7. P. S. 8, 1. in defruti condituram adhibetur C. 12, 20, 2. 12, 21, 3. 12, 28, 1. et gleucini olei C. 12, 51, 2. addito foenugraeco Veg. 4, 9, 2. ex foenigraeco Veg. 4, 9, 4 *et al.*
in Foenus dare V. 3, 5, 8.
Foetae caprae nocet frigus, quia conceptum vitiat C. 7, 6, 5. *Sic* foeta pauo, quae concepit, nondum peperit C. 8, 11, 5. ¶ Foetas *puerperas liberas et ſtolatas adeo vocat* V. 2, 10, 8. Foetas, *fere ſemper idonei ſcriptores appellant* puerperas, *hoc eſt, eas quae pepererunt. Inclytus tamen poëta dixit,* loca foeta furentibus auſtris *pro plena. Idem ait:* Non inſueta graues tentabunt pabula foetas, *pro praegnantes. Verum alio in loco poſuit* foetam *pro ea quae iam peperiſſet. Sic enim inquit, in aſpide poëta:* Fecerat, et viridi foetam Mauortis in antro Procubuiſſe lupam. *Plinius noſter* foetam *ſemper vſurpat pro ea, quae a partu cubat.* BEROALD. ¶ foetis palmitibus C. 3, 21, 3.
Foeto. non foetant in ſeruitute gallinae ruſticae C. 8, 12. foetant rarius C. 8, 8, 8. in paludibus anates C. 8, 15, 7.
Foetura a conceptu ad partum V. 2, 1, 18. ad ſuſtinendum foeturae onus, *de porcis* P. F. 26, 1. foetura humana V. 2, 10, 6.
Foetus. foetum edant *h. e. oua pariant* C. 8, 11, 8. 8, 14, 6. integri foetus *plur.* C. 8, 11, 9. foetus mularum C. 6, 37, 3. foetibus inutiles vaccae C. 6, 21, 1. ¶ *collectiuum nomen eſt in iſtis,* foetibus ſingulis pariunt oua quina *etc.* C. 8, 14, 5. *et p. p.* nouiſſimo foetu. *Ita* ſecundi foetus pecudes ſignantur C. 11, 2, 38. ¶ *De fructibus aliis.* foetibus terrenis et arboreis abundantes ſaltus C. 9, 20, 5. foetuum pauperies P. N. 9 *de prouentu vuarum.*
Foliatis ramis P. Mar. 10, 18.
Folia vnde arboribus maneant hieme V. 1, 7, 6. quae indicent anni tempora V. 1, 46. folii lati apium C. 11, 3, 33. folia ſubdito in libo Ca. 75. *vt in muſtaceo.* ¶ Folium, *malobathrum* P. Ian. 18.
Follicantes *vid.* Follientes.
Folliculus fici V. 1, 48, 2. folliculi acinorum V. 1, 54. 3. folliculis veſtiuntur grana tritici P. Iun. 2, 1. ¶ Folliculus *et* anus *in equo iunguntur* Veg. 3, 17.
Follientes *adhuc lectum* Veg. 3, 76, 1. *ſed reſtitui ex MS.* Follicantes, *quae vox eſt etiam Apul. met.* 9 p. 185, 16 *Pric. vbi ſunt* muli ſenes, cantherii debiles, circa praeſepium capita demerſi — follicantes nares languidas aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci: *vbi* folles narium *ex Prudentio laudat Pricaeus.* Genas *ſ.* buccas *debebat dicere, ſi reſpexit, vt videtur, Periſteph.* 10, 553. Perforari enim folles *imperat tyrannus: deinde* implet iubentis dicta lictor impius Charaxat ambas

vngulis ſcribentibus Genas *rel. Huc etiam conuenit Tertulliani illud de pallio, qui de chamaeleonte,* follicans, *inquit,* ruminat, *h. e. reciprocante ſpiritu inflans ſe et contrahens inſtar* follis, *qui* follex *etiam eſt in gloſſis, quas laudat Salmaſ. ad l. c.* p. 199. *Neque* follicantes caligae *aliud volunt, quam ita laxas eſſe et flaccidas, vt inter eundum nunc concipere ventum et inflari poſſint, nunc expreſſo ſpiritu contrahi. Denique ex gloſſis eidem Salmaſio laudatis* Follico διασαλακωνέυω *non tam ad inceſſum mollem et fluctuantem cum ſummo viro, quam ad illam narium, pectoris et ventris inflatorum ſuperbam reciprocationem retulerim.*

Fomentabis eum calida Veg. 1, 53, 3. *eod. ſenſu et forte vitioſe* fumentando Veg. 2, 8, 3. *add.* 2, 17, 5. *it.* 2, 46.

Fomenta frigori adhibentur C. 6, 30, 3.

Fons putealis C. 11, 3, 8. fontes arguti C. 10, 284. fontium vires quando explorentur C. 11, 3, 8.

Fonticulorum amoenitas C. 11, 3, 16.

Foramina naturae V. 3, 12, 4.

Forati parietes C. 8, 3, 7. foratis cornibus C. 7, 3, 6. perticis C. 8, 12, 4.

Forcaneus palmes *pro* focaneo *in MS.* C. 5, 6, 35 *forte* furcaneum *voluit aliquis, qui in* furca *naſcitur, ſ. in palmite bifurco.*

Forcipes *an* Forpices Ca. 10, 3 *et* 11, 5.

Forda bos poſt coitum non admittit taurum C. 6, 24, 3. ne operis et vteri ſimul grauetur onere C. 6, 24, 4. *Vacca praegnans, dicitur* forda *a foetu. Ouidius*: Forda ferens bos eſt. *Ab aliis* horda *appellatur quadam cognatione litterarum,* vt hoedus, foedus. *Inde in faſtis dies* hordicalia, *ſiue* fordicalia *nominantur, quae nonnulli appellant* fordicidia, *quibus* hordae *ſiue* fordae, *id eſt, grauidae vaccae immolabantur.* BEROALD.

Forenſia veſtimenta C. 12, 45, 5.

Forficibus amputant vitioſa C. 12, 43, 4 *et* 10. *De* forficis et forpicis *differentia Rhodius ad Scribo.* c. 53 p. 93 ſq.

Fori *in horto* C. 10, 92.

Foria ſuum morbus V. 2, 4, 5.

Foriculae V. 1, 59, 1. videntur valuulae ad feneſtras occludendas.

Forinſecus C. 8, 3, 6.

Forma agri, quam natura dat, et quam ſationes imponunt V. 1, 6, 1. formae hominum legendae, *de paſtoribus* V. 2, 10, 3. ¶ *pro ſtatura et incremento. Vid. Ponted. ad* V. 2, 3, 2. ¶ formis buxeis exprimitur caſeus C. 7, 8, 7. *vid.* Formula. forma lateri ſimilis P. Mai. 12. *vid. Hard. ad Plin.* 35, 14 ſ. 48. *Tales ſunt* formae parietum V. 1, 14, 4. *a quibus* formacei *dicuntur* parietes *vid. quae diſputamus ad* C. 9, 7, 4.

Formator agricolae P. 1, 1, 1. praeceptorque virtutis C. 1 pr. 4.

Formatus artibus agreſtium C. 11, 1, 13.

Formica rapax populatur ſemina C. 10, 322. vt abigatur P. 1, 35, 2 *et* 8. P. Mar. 10, 29. P. Oct. 12, 8. ne vitem aſcendat C. Arb. 14. vt necetur P. Mar. 10, 21. formicae oua paſcendis pullis P. 1, 29, 2.

Formidat attactum P. Mar. 9, 14. ſi formides animalia P. 1, 28, 1. ſi formidantur pecora P. F. 18, 5.

Formidoloſi ad ingredienda flumina boues C. 6, 2, 14.

Formula caſeorum P. Mai. 9, 2 *pro ipſis caſeis formatis, vt videtur.* ¶ diſponendorum ſeminum C. 5, 3, 1. conſcripta velut formula vinearum C. 3, 12, 1. ſeruorum et operarum V. 1, 18, 1. inſtrumenti ruſtici V. 1, 22, 4. ¶ formula *h. e. verba concepta* locandi villam aedificandam Ca. 14. 15. 16. politionis dandae 136. vineae curandae 137. oleam legendam locandi 144. oleam faciendam locandi 145. oleam pendentem vendendi 146. vinum pendens vendendi 147. vinum in doliis vendendi 148. pabuli hiberni vendendi 149. fructus ouium vendendi 150. luci collucandi 139. agri luſtrandi 141. porcae praecidaneae immol. 134. Varronis formulae *iſtae nobis obſeruatae*: ouium emendarum 2, 2, 5 *et* 6. caprarum 2, 3, 5. ſuum 2, 4, 5. bouis ſtipulandi 2, 5, 11. ſerui emendi 2, 10, 5. in lege locationis fundi excipitur, ne colonus capra natum in fundo paſcat 2, 3, 7. *vid.* Lex.

Fornax calcaria vti facienda Ca. 38, 1. *forma eius intelligitur etiam ex* C. 5, 10, 4 *et* Arb. 19, 2. ¶ fornax *h. e. praefurnium hypocauſti, vbi excitatur ignis* P. 1, 40, 2.

Foro. Forantur ſpatia modicis cauis C. 8, 3, 9. forari C. 9, 7, 5.

Forpices an forcipes? Ca. 10, 3. 11, 5. *In inſtrumento ruſtico cum cenſeantur, videntur neque ſartorum eſſe neque tonſorum. ſed illud quo apprehendi, extrahi, intorqueri, poſſint claui ferrei, eine Zange. ad ignem in foco tractandum cum rutabulo refert Turn.* 7, 22. *fuerit itaque eine Feuer-Zange.*

Fortaſſe an *vid. no. ad* V. 3, 6, 1 *et* 3, 16, 10.

Fortax fornacis Ca. 38, 1. *vid. no. Forte in noſtris fornacibus* fortax *fuerit crates fornicata lateritia, ſatis illa fortis ad ſuſtinendum onus, et ignem tamen transmittens.*

Fors. Fortis fortunae laudes C. 10, 316.

Fortis in operibus adminiſtrandis C. 1, 8, 5. fortes ad opera boues C. 6, 1, 2.

Fortiter agitare P. O. 14, 14. commouere muſtum P. O. 14, 3. triti mellis P. Aug. 13. verberantur virgis P. O. 19, 1.

Fortuito facere aut vt libet C. 4, 16, 2.

Fortuitus. fortuita corporis vitia C. 11, 1, 3.

Fortunae laudes dictae poſt merces exactas C. 10, 316.

Forum in torculari quid eſſet? *Pop. ad* Ca. 18, 1. *conf.* Plin. 15, 6 ſ. 6 *et Hardui. no.* 23. *Loca Tertulliani duo habet Turn.* 27, 17. Fora et torcularia diligenter emundata C. 11, 2, 71. 12, 18, 3. *Iſidor. Orig.* 15, 6 Forus eſt locus vbi vua calcatur, vnde et calcatorium dicitur. *Hinc igitur planum eſt, quid ſit* V. 1, 54, 2 forum vinarium. *Nimirum alueus videtur, in quo calcatis vuis muſtum defluit. Ita* fori *in nauibus, vbi eunt nautae*; *forus* aleae apud Sueton. in Aug. 71. *ipſum* forum vrbis, *vbi frequenter eunt,* feruntur, *homines etc.* Anguſti fori C. 10, 92 *ſunt ſulci.*

Foſſas veteres tergere licet per ferias C. 2, 22, 3. foſſa quae idonea V. 1, 14, 2. foſſae inciles Ca. 155, 1. duum generum C. 2, 2, 9. caecae vt fiant P. Mai. 3, 1. foſſa praecipiti munire C. 5, 10, 1. foſſarum capita P. Mai. 3, 2. ¶ foſſa in curatione ceruicis eiectae? Veg. 2, 41, 1.

Foſſato circumueniente P. S. 13, 2.

Foſſiciae arenae genera P. 1, 10, 1.

Foſſilis arena P. 1, 10, 1. ſal C. 6, 33, 1.

Foſſio danda vineis C. 11, 2, 41. foſſionibus concitare vineas C. 4, 28, 2.

Foſſura vitium C. Arb. 12, 1. quoties opus ſit C. 4, 28, 1. plana C. 4, 14, 2. hiberna in Hiſpania *ibid.* ſolum leniter ſcalpens teneritudini robur inducit P. S. 14, 2. foſſurae regula P. 1, 6, 11.

Fouet oua gallina incubans V. 3, 9, 10. fouenda calido aceto C. 6, 12, 4. humore planta P. O. 12, 1.

Fraces olei Ca. 66, 2. 67, 2. quam diutiſſime in fracibus erit oleum, tam deterrimum erit Ca. 64, 2. Carnes *vocat Plinius* 15, 6 *et ex iis faeces eſſe monet. Dictas puto a* frangendo: *quod etiam probabile ſit, ſi* fraceſco *verbi vſum ſpectes: quod autem* frages *et* frageſco *propterea ſcribas, nihil eſt.* C *et* G *permutari ſexcenties, conſtat.*

Fraceſcere debet terra lutoſa *h. e. molleſcere et quaſi fermentare* Ca. 128. vbi bene fracuerit *ibid.* fraceſcet oleum *h. e. reſipiet fraces* C. 1, 6. 18. *Sed* fraceſcere mediocriter debet olea V. 1, 55, 5 *h. e. molleſcere; interim vitium eſt ſi* fraceſcat caldore V. 1, 55, 6. *vi. no.* ¶ *Apud Non.* 1, 308, p. 62, 3 *Merceri* fracceſcere *ſcribitur.*

Fracida olea facilius efficitur a fractoribus Ca. 64, 1.

Fractum triticum P. 1, 29, 2. fracta pecudum quomodo ſanentur C. 7, 5, 18.

Fractura vt ſanetur Ca. 160, 2. oſſis ſi extra cutem eruperit Veg. 2, 47, 1 *et* 3.

Fragellum *pro* flagello *MS.* C. 3, 10, 22. *Gr.* φραγέλλιον.

Frangitur deflexu palmes C. 4, 26, 3. franguntur frumenta molis aquariis P. 1, 42. *vid.* fractum triticum. ¶ Fregerunt ſe calores aut frigora V. 2, 2, 18.

Fraudare, *priuare* C. 3, 9, 1.

Fraudulenter infeſtare C. 1, 8, 18.

Fraxinea frons C. 6, 3, 7. bubus praebetur C. 11, 2, 82. manubria C. 11, 2, 92.

Fraxini ſatio C. 5, 6, 5. cacumina C. 6, 17, 4. Veg. 3, 4, 36. fraxino inſeritur pirus P. F. 25, 6. fraxinus catenis vtilis P. N. 15, 2. ¶ fraxini ſilueſtres ſunt orni C. Arb. 16, 1.

Fregellana nigra vitis C. 3, 2, 27.

Fremitus canis C. 7, 12, 3.

Frendere, frangere V. 2, 4, 17.

Frendorem patitur bos hydrophobus Veg. 3, 31, 1.

Freneticus equus Veg. 2, 3.

Frequens piſcibus viuarium C. 8, 16, 4.

Frequentatae ſupplementis iuuentutis apes C. 9, 13, 13.

Frequentat foetus columba P. 1, 24, 3. frequentet prole noua mundum C. 10, 213. frequentare piſcinas C. 8, 16, 2 *h. e. ſeminibus implere, beſetzen.* vineam C. 4, 15, 1. *nouis ſtirpibus augere.* frequentatur inductio P. 1, 15 *calx frequenter inducitur.*

Freſa cicera C. 2, 11, 12. 11, 2, 99. faba C. 2, 12, 7. 6, 3, 5. ad menſuram modii propemodum ſicut integra reſpondet P. Ian. 9, 2. freſum eruum C. 6, 3, 4.

Fretum recens C. 8, 17, 4.

Fricatio aſſidua C. 6, 12, 1. quam ea vtilis ſit iumentis C. 6, 30, 1. Veg. 1, 43, 5. 1, 56, 9 *et* 21. 2, 53, 3. 3, 2, 13. 3, 55, 6. 3, 58, 3.

Frico. fricare pauimentum Ca. 18, 7.

Frictum triticum, crudo *oppon.* V. 2, 4, 21. cuminum Ca. 156, 3. *trita intelligo.* Sed ¶ frictus *pro* frixus. fricti ſales P. N. 21. Veg. 3, 66, 9 *no.* g. 3, 70, 1. *no.* d. *vt* fictus *pro* fixus. fricta reſina *ſaepe apud Scribonium.*

Frigidaria fiſtula *in balneo* P. 1, 40, 3. maltha P. 1, 41, 3.

Frigiſci equi Veg. 4, 6, 3 Phrygiine *an* Friſii?

Frigo. frigito ſalem Ca. 106, 1. friges ſemen coriandri Veg. 1, 45, 5.

Frio. ſi facile frietur terra V. 1, 9, 7.

Frit *quid eſſet* V. 1, 48, 3.

Frixus in capite ſanguis Veg. 2, 1, 3. *a* frigeo *videtur dictus,* qui refrixit, *vel ſimpliciter qui conſtitit, et fluidus eſſe deſiit, vt* gelare, congelare.

in Frondatione quid cauendum C. 5, 6, 16. *vid. Seru. ad Virg. ecl.* 1, 57.

Frondens multa materie C. 3, 1, 5.

Frondeo et ſpondeo confunduntur C. 3, 1, 5. b.

Frons, *frondis* ilignea, quernea, putida Ca. 37, 2. quae melior? C. 6, 3, 6 ſq. prima fraxinea, tum ornea, tertia ilignea, bubus praebenda C. 11, 2, 82. quernea, populnea C. 11, 2, 100. ex ilice vel lauro C. 11, 2, 99. frondem vel folia ficulnea C. 11, 2, 101. frons in vite P. S. 18. frondis criſpae apium C. 11, 3, 33. frondes bubus et pecori Ca. 30. ſuperuacuae decerpendae C. 4, 27, 5. luto Punico illinitae C. 9, 7, 4. ¶ tenerrimum quemque frondem Veg. 3, 4, 2.

Frons, *frontis.* occipitio prior eſt Ca. 4, 2. ¶ frons foſſae vel ſcrobis, *latus interius, et quidem ſi oblonga eſt, breuius. vid.* C. 3, 15, 2 *et* 4, 4, 1.

Fructiferae arbores C. 11, 2, 46. materiae C. 4, 21, 3. fructiferum ſarmentum P. F. 29, 3.

Siſeris radix vt condiatur C. 12, 56, 3. ex ſiſere flore liquidum mel faciunt apes V. 3, 16, 26. *vi. no.* Siſer, *radicula illa dulcis, foliis paſtinacae ſimilibus, noſtris et Belgis a ſacharo cognominata.*

in Siſymbrium mutatur ocimum P. Ap. 3, 5. ſiſembrium ſcribitur Veg. 3, 3, b, 4. Menthae *genus, Roſs-Müntz, Waſſer-Müntz.*

Siticuloſum ſolum C. 3, 11, 9. P. Ian. 13, 4.

Sitienti aqua tepida datur V. 2, 1, 23.

Sitis aeſtatis C. 11, 3, 9.

in

in Situla apponitur aqua boui Veg. 3, 31, 2.

Situlus aquarius Ca. 10, 2. 11, 3.

Situs, a, um. ſita ſiet aqua plus horam vnam, *ſteterit* Ca. 89.

Situs aeui longus C. 1, 1, 4. ſitum aut mucorem contrahit C. 12, 17, 1. ſitu mucorem contrahunt penora C. 12, 4, 4. ſitu dilabi C. 12, 3, 5. vetuſtatis C. 2, 18, 2. vallis et vliginoſi campi C. 3, 19, 2.

Sleta qua trictores vtuntur Veg. 2, 49, 2 *N. L.*

Smnc. ſemunciae nota *vid. ad* Veg. 3, 16, 1.

Smyrnae vites biferae V. 1, 7, 6.

Smyrneum *ſ.* ſmyrnion Ca. 102. σμύρνιον, atrum olus C. 11, 3, 36. *ſ.* ſemen oluſatri *quod vult Rhod. Lex. Scribo.*

Soboles (ſuboles *plerumque* Pol. *et* Lipſ. MSS.) generet varias C. 10, 213. caprarum depellenda C. 7, 6, 8. adhaerentes cepis C. 12, 10, 1. cinarae C. 11, 3, 28. arboris C. 5, 11, 1. per brumam poſſunt caedi C. Arb. 5, 4 *et* Arb. 10, 2. a radice exſtirpandae ſunt C. 4, 24, 4. P. N. 7, 14. ſobole feruntur tuberes P. S. 14. piſtacia P. O. 12, 3. ex ſobolibus vlmi C. 5, 6, 2. *Quoties igitur de planta dicitur, intelliguntur ea, quae circa caput plantae ex ipſa radice enaſcuntur; in arboribus*, ſtolones.

Societas maior cum campeſtri fructu, *h. e. conuenientia, ſimilitudo* V. 1, 6, 4.

Socio. ſociare cum ſcientia diligentiam C. 3, 3, 7.

Sol et Luna inuocati V. 1, 1, 5. cum ſol in occaſum fuerit C. 12, 15, 1. vnam particulam (*Zodiaci vel Eclipticae potius*) biduo tenet C. 11, 2, 39. ſolis curſus annalis vti deſcriptus V. 1, 27, 1. ſolem prono ventre ſequitur malache C. 10, 247. in ſole ſiccari quae ſoleant et quomodo C. 12, 14. in ſole Veg. 3, 18, 3 *et* 5. 3, 24, 10. ſole toto ſiccare *h. e. die* P. Mar. 10, 35. ſole candente C. 6, 13, 1. Veg. 3, 4, 16. feruente C. 6, 13, 3. Veg. 3, 4, 19. a ſole percuſſus Veg. 3, 36.

in Solariis pauimenta P. Mai. 11, 1.

Soleae iumentorum ferro purgandae, *vngulae* Veg. 1, 56, 31. ¶ ſolea ſpartea pes induitur C. 6, 12, 2. *no. ad* V. 1, 23, 6. Veg. 3, 4, 10 *et* 12. ¶ Soleae ferreae, *clauis ſuppingendae in vſu non fuiſſe veteribus videntur. Ne dicam de ſexcentis occaſionibus, vbi ferra illa commemoranda fuiſſent, v. g. quod Lucianus Nauig. p.* 505 *Gr. non metuit ſibi ab equo delapſo a ferreis ſoleis equorum, ſed* δέδια, *inquit,* μὴ τοῦ σαλπιγκτοῦ ἐποτρύνοντος καταπεσὼν ἔγωγε συμπατηθῶ ἐν τῇ τύρβῃ ὑπὸ τοσαύταις ὁπλαῖς: *Arguit hoc conſtans et perpetuum ſilentium Xenophontis, ruſticorum noſtrorum, Pollucis, Hippiatrorum veterum, Vegetii, qui non poterant tranſire ſilentio rem ita neceſſariam, a qua vſus et valetudo equi ita pendet, vt a nulla re magis: vt vel inde patet, quod de vngula, eius conſeruandae ac durandae ratione, morbisque ita ſolicite praeceperunt. Videat mihi aliquis vel ſolos Hippiatricos* 2, 102 *Ruel. aut Veg.* 3, 55 *ſqq. et dicat, an homines fuerint, qui nihil ibi de equis ferro calceandis, ſi tum ea res vſu recepta fuit? Pe. de Creſcentiis, qui multo breuior fuit in hoc argumento, non omiſit* de ferrando *equo praecipere* 4, 9, *quem deſcripſit, vt alias etiam Laurentius Ruſius, (recentior enim hic puto, certe magis barbarus) hippiatrias capite* 28. *Iidem duumuiri de* inclauaturae (*i. e. clauorum male impactorum*) *quatuor generibus, et curandi ratione ſolicite, et iisdem prope verbis egere, Creſcentius quidem* 9, 55; *Ruſius autem c.* 123-126. *Sed plane ab hac quaeſtione remouendus eſt, ſi quis neſcit, hoc vel primum Mulomedicinae munus eſſe; quo etiam factum eſt, vt ea in ſolidum pene ferrariis fabris, ferreas illas ſoleas ſuppingentibus ſcilicet, ceſſerit. Sed ſunt tamen loca, quae ſuadere videntur antiquitatem remotiſſimam huius rationis. Collegit ea ad Catullum c.* 18 *Iſ. Voſſius, p.* 48, *et ſiducia magna pronunciat. Operae pretium fuerit ſingula inſpicere.* "*Xenophon, inquit,* περὶ ἱππικῆς *iubet* „*equorum vngulas muniri ferro* περιχηλῶσαι σιδήρῳ. *licet vulgo* περιχηλῶσαι *legatur, quae ridicu-* „*le prorſus interpretes accepere, ac ſi lapides cui* „*inſiſtant equi, ferreo labro ſint includendi, ne* „*diffundantur!*„ *Ridiculum illud per nos videatur Voſſio; ſed Xenophonti quidem ita viſum, legentibus attente apparet. Laudauerat initio libelli duras, et cauas easdem, ſonorasque adeo vngulas equi,* ὥσπερ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ; (*Hinc poëtarum* ſonipedes *equi*) *et laudat in equo militari, venali, oſtendens quomodo is explorandus ante ſit, quam ipſe conſcendas. Deinde vbi de ſtabulo praecipit, ſterni illud iubet lapidibus parem fere vngulae equinae magnitudinem habentibus. Porro iubet etiam aream exteriorem ſtabuli* (*hanc equidem puto dici* τὸν ἔξω σταθμὸν) *parari, vt dum producitur equus et ibi ſtat, deſtringendi cauſa, aut muſcarum auferendarum* (μυωπιζόμενος *ita interpretari malim, quam de muſcarum aut calcarium vexatione accipere*) *pedibus calcat ſolum, eadem duret et conſolidet vngulas. Hunc porro locum ita iubet parari Xenophon:* ὧς δ' ἂν αὖ ὁ ἔξω σταθμὸς βέλτιστος εἴη, καὶ τοὺς πόδας κρατύνοι, (*Haec haud dubie verior lectio pro vulgato* κατευρύνοι, *niſi malis* καταῤῥωννύοι) εἰ λίθων στρογγύλων, ἀμφιτόμων (*minime acutorum ſed praeciſorum vndique*) ὅσον μναιαίους ἁμάξας τέτταρας καὶ πέντε χύδην καταβάλλοι, περιχηλώσας σιδήρῳ, *quid quaeſo vult ferrea regula et quaſi labio circumdari? pedes, an lapides fuſos? reſpondeat ipſe Xenophon:* ὡς ἂν μὴ σκεδαννύωνται, *ne diſſipentur; non profecto vngulae quas durari, et ea cauſa lapidibus vult impingi crebro, ſed lapides. itaque pergit,* ἐπὶ γὰρ τούτων (λίθων *arbitror equidem*) ἑστηκὼς, ὥσπερ ἐν ὁδῷ λιθώδει κ. τ. λ. *Habet idem praeceptum in Hipparchico, non procul ab initio, et addit, qui experimentum facere velit, illum tum caetera crediturum,* (*de duritie et robore nimirum, vngulis ita conciliando*) *tum* στρογγύλους τοὺς πόδας τοῦ ἵππου ὄψεται. *Nimirum attritu perpetuo lapidum rotundorum, vngulas et ipſas aliquantum corrotundari neceſſe eſt, quae quidem figura deinde variis noxis occurrit, ſed qui quaeſo rotundabitur vngula lapidum attritu ſi ſolea munita eſt ferrea? Nimirum non ipſum Xenophontem inſpexerat attente Voſſius ſed verba breuius, vt ſolet excerpta apud Pollucem* (1, 200) *legerat.* *Vide-*

Viderat ibi, quod mihi vehementer ſit probabile, adnotata Salmaſio. Hic enim, aliud forte et ipſe agens, feſtinans certe, per primam lectionem, adſcripſerat, περιχηλώσας legendum, idque ſe alio loco oſtenſurum, vt multa alia, promiſerat. Voluit autem ſine dubio ſignificari hoc verbo nusquam praeterea, quod ſciam, lecto, vngulas, τὰς χηλὰς (quae non niſi improprie de equis dici posſunt, cum bifidum quid notent) circumpoſito ferro munire. Arripuit id Iſaacus, nimium credens Salmaſio, cui alias non nimium vt vult videri tribuit; ſed parum vt vidimus feliciter. Vocat in partes χαλκόποδας Homeri equos, non negat de pedum robore accipi poſſe "Sed vero, inquit, longe potior prior mihi videtur expoſitio, (de ſoleis e ferro ſuppactis) quam ipſe confirmat Homerus, cum ἐριγδούπους πόδας ἵππων et alibi ὑψηχέας vocat, διὰ τὸ ἠχητικὸν τοῦ χαλκοῦ, vt recte exponit Euſtathius." Cum primum iſta legerem, cogitabam fieri poſſe, vt Euſtathio prodente, iam mos ille ferrandi equos obtinuerit, isque ſuorum temporum rationes ad Homeri formulas temere applicuerit. Sed nihil tale Euſtathius. Quin ita loquitur, vt ne obiter quidem dicat, vnde intelligere poſſimus, ipſius aetate ferratos eſſe equos. En verba. Ad ΙΛ. Ν, 23. p. 918, 19. ἰστέον δὲ ὅτι χαλκόποδες ἵπποι οὐ μόνον οἱ στερεόποδες, ἀλλὰ καὶ οἱ ἠχόποδες. λέγει δέ που καὶ ἐριγδούπους πόδας ἵππων, καὶ ὑψηχέας ἵππους (Ιλ. Σ, 767. vbi interpretatur, ὧν, ὁ κρότος ὑψοῦ ἠχεῖ) ὧν ὑψοῦ ὁ ἦχος ἥκει τῶν ποδῶν. ὅτι δὲ ἠχητικὸς ὁ χαλκὸς, ἐξ οὗ καὶ οἱ ἵπποι, ὡς ἐῤῥέθη χαλκόποδες οἱ ἠχόποδες, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ ἤνοπα λέγεσθαι τὸν χαλκὸν, ὅ ἐστιν ἔμφωνον. Qui Graece intelligunt, illi ſentiunt profecto, nihil aliud de Euſtathii ſententia χαλκοπόδων nomine intellexiſſe poëtam, quam ſonipedes quorum vngula, vt Xenophon volebat, ὥσπερ κύμβαλον ψοφεῖ πρὸς τῷ δαπέδῳ. Venimus ad Plinium, qui 33, 11 ſ. 49. Poppaeam Neronis narrat delicatioribus iumentis ſoleas ex auro induere ſolitam. Mulas recte intelligunt interpretes, praeſertim Schefferus de re vehiculari 1, 8. p. 91. Maritum igitur ſuperare ſtuduit luxuria, quem ſoleis mularum argenteis vſum narrat Sueto. c. 30. Sed iſta quidem aperta dices, lector. Aperta, vt intelligamus munitos eſſe aliqua re pedes mularum. Sed quid fuerit e Graecis iam oſtendit ad hunc ipſum locum Caſaubonus. ὑποδήματα vocat Arrianus Diſp. in Arria. 3 cap. vlt. ὑποδήματα ἵππου ὑποδεδέσθαι dictum ab Artemidoro iam obſeruatum Scaligero ad Catull. l. c. qui Arrianum etiam et Xiphilinum laudauerat. Xiphilinus de eadem re agens, ἡ Σαβίνη, inquit, αὕτη οὕτως ὑπερετρύφησεν, ὥστε τὰς ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὴν ἐπίχρυσα σπάρτια ὑποδεῖσθαι. Quid eſſent Sparteae ad Columellam Vegetiumque ſatis docetur: aureae et argenteae ſoleae ex filo pretioſi metalli textae ſunt, et alligatae pedibus, quoties viae aut luxuriae adeo ratio poſceret. Docet hoc eiusdem Suetonii locus Veſpaſ. c. 23. Mulionem in itinere quodam ſuſpicatus ad calceandas mulas deſiliiſſe, vt adeunti litigatori ſpatium moramque praeberet; interrogauit, Quanti calceaſſet? pactusque eſt lucri partem. Scrupoſam viam aut puluerulentam cauſatus fuit absque dubio mulio, cur delicatiorum iumentorum vngulis parcendum eſſet. Si quid caſu factum eſſet, vt poteſt accidere, ne quid dicam aliud, non mulas profecto, ſed mulam curaſſet mulio. Denique ipſe Catullus ad quem iſta diſputauerat Voſſius, mentionem ille quidem facit, ferreae ſoleae in tenaci voragine relictae, neque, quid intelligendum ſit, habeat diſputationem, ſi quis hodie poëta ita loquatur. Sed multo facilius tamen derelinquuntur ſoleae deligatae, quam adfixae clauis. Itaque pro ſua cum bonis libris familiaritate prudenter monuit Scaliger, Soleae equis inducebantur, non, vt nunc, clauis ſuppingebantur, propterea Graecis illud, vt in homine eſt ὑποδεδέσθαι etc. Quae ſane non refutauit Voſſius. Eſt etiam illud animaduertendum. Nondum productum eſt exemplum, vnde conſtare poſſet, ordinarie et perpetuo calceari ſolitum eſſe iumentum. Equi extra morbum calceati, neſcio an alia extet memoria, praeter illud Artemidori 4, 32 p. 220. ἔδοξε τις ἵππου ὑποδήματα ὑποδεδέσθαι, ἐστρατεύσατο καὶ ἐγένετο ἱππεύς. Οὐδὲν γὰρ διέφερεν ἢ αὐτὸν, ἢ τὸν βαστάζοντα ἵππον ὑποδεδέσθαι τὰ ὑποδήματα. Ac poteſt ſane fieri, vt ad bellicam, aut longam alioquin expeditionem ſparteas, vel ſimile ſolearum genus, in promtu habuerint equites. De Camelis Ariſtoteles Anim. hiſt. 2, 6. τὰς ΕΙΣ ΠΟΛΕΜΟΝ ΙΟΥΣΑΣ ὑποδέουσι καρβατίναις ὅταν ἀλγήσωσιν. Nam Plinio teſte 11, 45 ſ. 106 in longiori itinere ſine calceatu illorum pedes fatiſcunt. Simili igitur de cauſa corio crudo (haec ſunt καρβάτιναι) ſparteisue potuerunt etiam calceare equos. Potuerunt etiam, quod ſuadent, ſi ſana ſunt, verba Catulli, ſoleae mularum eſſe ferreae, aut filo ferreo plexae, aut lamina ferrea munitae. Illud quidem manet, clauis adfixas ſoleas Vegetii aetate nondum fuiſſe. Quid imaginis in vetuſto hippiatricorum Graecorum exemplari viderit Voſſius, non diſputamus. vult autem vidiſſe clauorum quibus traiiciantur vngulae ſigna et veſtigia. Genuinae quidem antiquitatis monumento, neque picto, neque ſculpto, neque literato denique reuinci eam, quam propoſui ſententiam poſſe ſatis nobis videtur exploratum. Quandoquidem Catulli carmen in manibus eſt, non deſinamus absque corollario. Verſus penultimus vt eſt in Voſſiana et aliis quae ad manum ſunt editionibus, in legem metri peccat, ſeruatam diligenter a poëta et explicatam a Mureto. Legunt

Et ſupinum animum in graui delinquere coeno.

Quartus pes vna ſyllaba longa conſtat hoc eſt pes non eſt, ſed ſemipes. Scribendum ſine dubio derelinquere. Et iam tradenda typographis iſta erant, cum video derelinquere eſſe in Henricpetrina Baſ. 1592. 8. His plane conſentiunt ea, quae Fabrettus ad Col. Trai. p. 224 ſ. de ſtatuis equeſtribus, totamque hanc diſputationem probat Weſſelingius ad Diod. S. p. 233. ¶ Solea oleo conficiendo C. 12, 50. ¶ piſcis C. 8, 16, 7. Gr. σανδάλιον, it.

it. *ἁπλή* obſeruante Salmaſio ad Soli. p. 794, a. C, D. *Lingulacam* etiam dici, ψῆτταν, βύγλωσσαν, et plura alia docet Nonn. de re cibar. 3, 25. Alterum nomen Galli ſeruant eodem indice, *Sole*; alterum Belgae, *Tonge*.

Solennis labor ruſticorum P. 1, 6, 2. ſollemnis *MS*. ſolennis huius pecoris labor conficiendi frumenti C. 7, 1, 3. agricolae gallinarum cura C. 8, 2, 1. ſolenne eſt feminae omnibus annis parere C. 6, 37, 13. *add.* C. 1, 8, 16. ſolennium dierum ornatus C. 12, 3, 1. ¶ ſolennia feſtorum C. 2, 22, 5.

Solenniter, *ordinarie, in cibo conſueto* P. 1, 28, 5.

Solertiſſimus fundus C. 8, 2 *h. e. optime et quanta poteſt arte inſtructus.*

Solicitare obſequia feminae C. 6, 37, 9. ¶ ſolicitantur ſalebris apes, *h. e. nimis concutiuntur* C. 9, 8, 3.

Solicitior eſſe debet P. Iun. 7, 5.

Solide contexta ciſta C. 12, 54, 2.

Solidatum rudere ſolum P. 1, 17, 1. ſolidata pecorum vngulis area P. 1, 36, 1. mula *h. e. durata laboribus* P. Mar. 14, 4.

Soliditas vitium maciei opponitur P. 1, 6, 9. ſoliditati arboris conueniens ſurculus, *aeque craſſus* P. F. 17, 5. pro acquirenda ſoliditate, *de caſeis* P. Mai. 9, 1.

Solido. ſolidare ſtomachum titubantem P. F. 31, 2. ſolidatur terra aſſiduo calcatu P. Ian. 13, 7. vbi ſolidari coeperit caſeus P. Mai. 9, 1. donec omnis plaga ſolidetur Veg. 2, 26, 2. 2, 27, 1.

Solidus. ſolida pruna mollibus *et* mitibus *oppon.* C. 12, 10, 3. ſolidius virtute vinum P. O. 14, 18.

Solitannae cochleae V. 3, 14, 4.

Solitaria natura V. 3, 16, 4.

Solitaurilia *vid.* ſuouitaur.

Solium Ca. 10, 4. ſoliorum in balneis forma P. 1, 40, 3. *et* 1, 41, 1. *h.e. labrorum ſ. cauorum quorumcunque in quae deſcendunt, qui lauant. Marcellum Donatum ad Lampridii Alex. Seuerum* p. 967. *laudat* SCHOETTG.

Solſtitiales ſpinae C. 2, 18, 1. *Diſpice numquid faciat pertineatue ad Plautinum ſenſum, ſpina haec ſolſtitialis. Namque apud Plautum in Pſeudolo* (1, 1, 36) *ſcriptum legitur,* Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper fuit, repente exortus ſum, repentino occidi. *Plinius ſignificare videtur* ſolſtitialem herbam *dici ſolſtitio vel prouenientem vel florentem, vt ſit nomen non vnius tantum herbae proprium, ſed cuilibet herbae accommodatum naſcenti per ſolſtitium. Sic enim ſcribit libro* 26. *cap.* 5. Condurdon herba ſolſtitialis, flore rubro, ſuſpenſa in collo comprimere dicitur ſtrumas. *Conſimiliter* ſpinas ſolſtitiales *exponere poteris ſolſtitio progenitas ac vigentes. Corn. Celſus* herbam ſolarem *vocat heliotropion, quia circumagitur cum ſole.* BERO.

Solſtitii dies V. 1, 28, 2. *vbi obſeruat Victorius, aeſtiuum modo ita dici antiquis et optimis ſcriptoribus.* Soliſtitium *etiam ſcribi, idem docet ad Cato.* 102. *Prius illud, non ſeruant noſtri, E. G.* Solſtitia quando fiant C. 9, 14, 12. ſolſtitium brumale XVI an IX Kal. Ian. C. 11, 2, 94. hibernum C. 7, 3, 11.

Solum praeſtantiſſimum quod *etc.* C. 2, 2, 5. defatigatum et effoetum C. 1 pr. 1. ſpiſſum, reſolutum; exile, laetiſſimum; campeſtre, praeceps; ſiccum, vliginoſum, roſidum; ſalſum, amarum P. Ian. 13, 1. ¶ ſolum facere in tracta Ca. 76, 1. *it.* 82. ¶ hominis *i. e. veſtigium* V. 47.

Soluo. ſoluit ventrem tithymallus C. 9, 13, 2. ¶ ſoluere nummos bona fide Ca. 14, 3. aequum Ca. 146, 3.

Solutio nummorum V. 2, 1, 15.

Solutus. ſoluta velut cinis terra C. 2, 2, 25. ſolutiori terra C. 5, 5, 1.

Somniculoſo plurima effugiunt C. 11, 1, 3.

Somnio. ſomniare ineptias *h. e. dies noctesque cogitare* C. 1, 8, 2.

Somnus inſititius V. 1, 2, 5.

Sonitus ventris cruditatis ſignum in bubus C. 6, 6, 1.

Sono nullo conuertitur annus C. 10, 160.

Sophortiae vites C. 3, 2, 24.

Sopitum naturaliter pecudis ingenium C. 6, 37, 2.

Sorbiles cibi C. 8, 17, 13.

Sorbitio liquida Ca. 157, 13. C. 6, 10, 1.

Sorbi ſatio et cultus C. 5, 10, 19. P. Ian. 15, 1. F. 25, 32. inſitio P. Apr. 5, 2. inſ. 137. *add.* 83. ſorba vt condantur Ca. 7, 5. V. 1, 59, 3. C. 12, 16, 4. P. Ian. 15, 4. vt promenda V. 1, 68.

ſi Sordet oleum P. N. 19. ¶ Sordet colore cicera P. Mar. 6.

Sordeſcunt vilitate ſermonis Veg. pr. 4.

Sordidus guſtus C. 3, 2, 5. autumnus C. 10, 44.

Sorex nidum facit in corpore ſuis viuae V. 2, 4, 12. ſorices ne vitem laedant C. Arb. 15.

Sortitio fit tribuum (*in comitiis*) V. 3, 17, 1.

Spadones equi Veg. 4, 7, 2. ſurculi qui? C. 3, 10, 15.

Spaerita Ca. 82. *pro* Sphaerita.

Spani *pro* Hiſpani Veg. 4, 6, 4 *no.* q. *et al. Multa de hac ratione Rhodius Lex. Scribo.*

Sparcia *vid.* Spartea.

Spargere, *ſerere, diſponere* C. 10, 120. ¶ Spargo *etiam in compoſitis primam vocalem retinet, non minus quam* carpo *et* quaero. *Vict. ad* V. 1, 57, 1 *et* 2, 1, 4. *Idem ſeruat Columella Lipſ. et Leidenſis Palladius.*

Sparteus, a, um. ſpartei funes C. 12, 50, 8. Ca. 3, 5. vrnae et amphorae Ca. 11, 2. ſpartea ſolea C. 6, 12, 2. *et* ¶ *ſubſtant.* ſpartea munitur pes C. 6, 12, 3. ſpartea calceare curabis Veg. 1, 26, 3. 2, 45, 3. 3, 18, 2. calceata vngula curatur C. 6, 15, 1. ſpartea ſuſpenſa de ramis P. N. 7, 6. vetus P. 1, 24, 2. Veg. 2, 57, 3.

Spartum crudum, *non malleatum* C. 12, 19, 4. vnde nectas bubus paleas (*ſ.* ſoleas) lineas, reſtes, funes V. 1, 23, 6. *De varia* ſparti *vtilitate Marcell. Donat. ad Liu.* 22 *p.* 31, 32. *Guilandinus de papyro c.* 9 *p.* 258 *ſq. Salmaſ. ad Soli. p.* 189 *ſq. Obrecht ad Dictyn* 3, 18. SCHOETTG.

Spaſmus morbus boum Veg. 3, 32, 1.

Spatha lignea permiſcere C. 12, 41, 3.

Spatiari in area compellunt pecora P. Iun. 1.


Spatium

Spatium. ſpatia inter articulos palmitum C. 4, 24, 20. ſpatia ſunt paſſus, actus, climata, iugera C. 5, 1, 4.
Spatulae renum Veg. 4, 1, 1 *et* 4, 2, 2 *vel ſpondyli ſunt, vel earum partes eminentes ac latae.*
Speca, ſpica *ruſt.* V. 1, 48, 2.
Specialiter, *ſecundum ſpecies, vt confuſioni opponatur* C. 3, 19, 3. ¶ *τῷ* generatim *oppon.* C. 3, 9, 9. 12, 2, 3.
Species ternae ternas in ſe habent alias V. 1, 9, 4. Genera ſingula in binas ſpecies diuiduntur. in prima partes V. 3, 3, 3. ſenae ſingulis contribuuntur generibus C. 1, 2, 11. ¶ a ſpecie ſimplicia genera agrorum V. 1, 6, 2. ¶ *de vino condito* P. O. 14, 3. *ſed ibid. ſ.* 15 *eae quae hodie ita dicuntur a Pharmacopoeis.*
Spectaculum formoſum V. 3, 13, 3.
Specto. ſi ad fructum ſpectes — ad delectationem V. 3, 6, 1. ¶ quo ſpectent villae porticibus, oſtiis, feneſtris V. 1, 4, 4.
Specularibus intecta vaſa C. 11, 3, 52 *Miſtbeeten.* per ſpecularia lumen admitti P. 1, 20, 1.
Speculatae deformitatem ſuam equae C. 6, 35, 2.
Speculatur accipiter facillime albas columbas C. 8, 8, 9. ſpeculari parientes gallinas C. 8, 5, 3. foetus auium C. 8, 3, 4. quae turba ſit apum aquantium C. 9, 8, 7. an ſe profundant apes C. 9, 8, 4. ſi iam effoetae ſint C. 9, 1, 7.
Speculo obiecto accipere imaginem nubis P. 1, 35, 15.
Specus perducere V. 3, 17, 9.
Speluncas librare ad caput aquae P. Aug. 11, 2.
non Spernendus auctor C. 1, 1, 4 *vt Liuius de Polybio.*
Sphaerita *vel* ſphaerites *vid.* ſpaerita.
Sphalangium, phalang. Veg. 3, 77, 1. 3, 79, 1.
Sphalangius Veg. 3, 81.
Sphondyli *piſces* C. 8, 16, 7. ſpondylos *alii ſcribunt. ſunt autem in oſtreorum genere. vid. Salmaſ. ad Soli. p.* 792. *Nonn. de re cibar.* 3, 37.
Spicae partes V. 1, 48, 1. in ſpicis conditur far V. 1, 63, 2. ſpica vana et minuta C. 2, 9, 5. caduca ſaturantur oues V. 2, 2, 12. ſpicae in frumentis emiſſio C. 2, 12, 10. ſpicae meſſis vt exterantur et expurgentur C. 2, 21, 4. ¶ Spicae allii et vlpici Ca. 70, 1. C. 8, 5, 21. C. 11, 3, 20 *et* 21. *it.* 10, 111. P. N. 6, 1. Veg. 3, 2, 8. *Ita Scribo. comp.* 231. *et Rhod. in Lex. qui aliunde etiam vindicat* ſpicam allio, *quod facit contra Salmaſium Pontedera ad* Ca. 70. ¶ Celtica Veg. 4, 13, 2. Indica Veg. 4, 13, 3. nardi Veg. 4, 13, 2. Syriaca Veg. 4, 13, 3. *herbarum nomina, neſcio an ſatis explicata.*
Spicilegium poſt meſſem V. 1, 53.
Spinae ſolſtitiales C. 2, 18, 1. ſpinarum genera C. 3, 11, 5. ſpina alba C. 7, 9, 6. *Hoc nomine hodie vocamus fruticem ſpinoſum paene inſtar arboris grandem, qui baccas fert puniceas, gratiſſimum ſuibus pabulum.* Senellas *vulgo nuncupamus. Salm. ad Soli.* p. 370 *ſq.* SCHOETTG. ¶ Spina duplex equi laudatur V. 2, 7, 5. C. 6, 29, 2. ¶ *an diaphragma naſi* ſpina *vocetur? ad* V. 2, 5, 7.
Spiniferas prunos P. inſ. 81.
Spino inſeritur pirus P. F. 25, 6. ſpini ſteriles P. inſ. 63. *Seruius ad illud Ge.* 4, 145 Spinos iam pruna ferentes, Prunorum, *inquit,* arbor vocatur *ſpinus* genere maſculino: nam ſentes *has ſpinas* dicimus. *Itaque mirabar a Dodonaeo plane omitti hanc arborem; a Mentzelio autem ex Valloti horto regio* oxyacantham vulgarem *vocari.*
Spionia vitis C. 3, 2, 27. 3, 7, 1. 3, 21, 3. ſpionicus guſtus C. 3, 21, 10.
Spira vti fiat Ca. 77.
Spiracula in alueis apum P. Iun. 7, 8. claudere P. O. 14, 16.
Spiramenta talparum P. 1, 35, 10. vaſi relinquuntur P. N. 22, 6.
Spiritales partes pulmonis *lego pro* ſpirituales Veg. 3, 76, 1.
Spiritus quo non peruenit V. 1, 57, 2. introire poteſt C. 12, 45, 6. 12, 16, 5. ſilentis vel placidi dies C. 3, 19, 3. naturalis C. 3, 10, 2. mortifer P. Aug. 9, 1. nocentes P. 1, 35, 11. caeli noxius P. 1, 3. orbis ſeu mundi C. 10, 197. ¶ longior et cum quodam impedimento tractus C. 6, 9, 2. ſpiritum an auribus ducant caprae V. 2, 3, 5. ſpiritu reſumto C. 9, 13, 4. inflato C. 9, 8, 2.
Spiſſamentum *eſt corpus rarum ſalgamorum vaſis inferciendum, vt quae condita ſunt infra muriam retineantur. Aliam periphraſin vid.* C. 12, 45, 2. *aliam* C. 12, 48 *extr.* ſpiſſamento facto de arundinum foliis oliuam premito C. 12, 47, 4. foeniculi ſpiſſamento deprimunt baccam C. 12, 47, 6. *add.* C. 12, 7, 3. 12, 9, 2. 12, 16, 5.
Splenis dolor ſi porcos infeſtet C. 7, 10, 8.
Spleneticis (*al.* ſplenicis) prodeſt ſcillite vinum P. Iul. 6, 2.
Spolium ſerpentis appenſum arbori P. N. 7, 4.
Spondet celeriter nimis vitis, *florem oſtendit* C. 3, 2, 4. ſpondere ſtipulanti C. 10 pr. 1.
Spondyli ſ. ſphondyli, *vertebrae quae ſpinam dorſi conſtituunt* Veg 4, 1, 1.
Spongia effingere fiſcinas Ca. 67, 2. vulneribus imponitur Veg. *ſaepe e. g.* 2, 48, 8. combuſta adſtringit Veg. 3, 16, 3. Afra Veg. 2, 34, 1. 3, 16, 3. ſpongiae maiores et minores *in apparatu preli olearii* C. 12, 50, 8. ¶ lapidis genus P. 1, 10, 3. ¶ ſpongiae aſparagorum C. 11, 3, 43. P. F. 24, 8. vt fiant P. Mar. 9, 11.
Spongiolae in aſparagis C. 11, 3, 44.
Spontis ſuae cytiſus ſatiuae *oppon.* C. 9, 4, 2. aqua C. 11, 3, 10. *alia* manu illata.
Sporta faecaria Ca. 11, 4. iuncea vel ſpartea C. 12, 6, 1. ſportis incluſae aues C. 8, 7, 1.
Στϱυδὴ *nomen canis* C. 7, 12, 13.
Spuma argenti C. 6, 14, 6.
Spumeus color equi P. Mar. 13, 4.
Spumo. Spumantes vuae C. 10, 44.
Spurce verſantur in pabulationem ſues C. 7, 9, 14.
Spurcitiam eximere omnem C. 12, 17, 2. quidquid rubiginis aut ſpurcitiae reſedit C. 1, 5, 8. a ſpurcitiis purgare aluum apium V. 3, 16, 17.
Spurcus ager pro ſqualido C. 1 pr. 25.
Squallentes arenae P. 1, 5, 1.
Squalos piſces V. 3, 3, 9. *vi. no.*

Squamoſi greges C. 8, 17, 2.
Squibala, σκύβαλα Veg. 1,47,2. *vid.* Quima *etc. Sic*
Squillae albae *pro* ſcillae P. Iul. 8, 1. *Etiam ita MS. Sylb. contra pro* ſquilla Veg. 3, 67, 1 *eſt in Corbeienſi* ſcylla *add.* 3,75. ſquillae beneficio ſata omnia comprehendunt facilius P. F. 29, 2 *coll.* 28,2. *it.* P. Mar. 10, 25. circa radicem arboris ſeritur, ne poma crepent P. Mar. 10, 4. *conf.* C. 5, 10, 16. trita equorum libidinem concitat P. Mar. 13, 6.
Squinu anthos σχοίνȣ ἄνθος P. O. 14, 13. *vid.* Sinoanthis.
Stabiae fontibus celebres C. 10, 133.
Stabiliendis vineis habilis C. 4, 33, 1.
Stabiliſſimus quaeſtus Ca. pr. 4.
Stabularii caſtra C. 6, 23, 3. *ſed vi. V. L.*
Stabulatio hiberna C. 6, 3, 1.
Stabulare in fundo V. 1, 21. ſtabulari ſicce C. 6, 12, 2. in petris C. 8, 16, 8. in quibus ſtabulentur turdi et pauones V. 3, 3, 7.
Stabula pecudum C. 1, 6, 4. equorum et boum qualia P. 1, 21. boum C. 6, 23. P. Mar. 12, 1. ouium V. 2, 2, 19. C. 7, 3, 8. auium cohortalium, ὀρνιθῶνες C. 8, 1, 3. apium, *aluei* C. 9, 6, 4. ¶ ſtabulo praeſepia inficiunt, *ſ.* ſtando, *aut* ſtabulando. Veg. 3, 2, 14.
Stactis, *guttis reſinoſis, quas exſudat Achaica myrrha, ſ. Smyrneum* C. 10, 173.
Stagnata palude terra C. 10, 11. ¶ Stagnata tribus potionibus animalia Veg. 1, 18. *vid.* Stagno.
Stagneum vas, *ſtanneum* C. 12, 41, 2. Veg. 1, 16, 5. ſtagneis regulis P. Mai. 7, 1. *vi. no. Add. quae nuper ad Fabrum diximus: conſentit etiam ad Calepinum Facciolatus, et iam docuerat Rhod. ad Scribo.* 30 *p.* 69.
Stagno *confirmo*, ſtagnare boues adu. aegritudines Veg. 3, 2, 5. ad ſtagnanda animalia Veg. 3, 2, 6. *add.* 3, 23, 5. *it.* Stagnata.
Stalis *in vulgg. eſt* ap. Veg. 3, 6 et 11. *init. id correctum* extalis. vbi v.
Stalticae res et ſtypticae *coniunguntur* Veg. 2, 51.
Stamina contorti iunci C. 10, 306.
Staphis agria P. 1, 27, 2. *vid. no.*
Σταφυλὴ ἀγρία C. 8, 5, 21.
Σταφυλῖνος paſtinacae ſpecies C. 9, 4, 5. 10, 168. *vid. Dalechamp. ad Plin.* 19, 6. SCHOETTG.
Staphyloma Veg. 2, 19, 1. *quotuplex illud eſſet oculi vitium, declarat Gorraeus. Deſcribitur etiam Hippiatr.* 1, 71 *p.* 18, b. *Ruellii.*
Statilii Tauri V. 2, 1, 10.
Statim, *ſimulatque* C. 9, 12, 2. ¶ ſtatim, *modo*, occiſi veruecis ventriculus P. 1, 35, 13.
Stationes equorum P. 1, 21, 2. humoris hiberni P. 1, 43, 1. ¶ pro Stationes V. 1, 27, 2. ſationes *videtur legendum.*
Statiſſim *vox nihili* Veg. 4, 27, 3. *vi. no.*
Statonenſe Fuluii Lupini V. 3, 12, 1 *a* Statonia *Hetruriae vrbe.*
Statuae antiquorum capillo et barba magna V. 2, 11, 10.
Statumina vitis C. 4, 2, 1. 4, 16, 2.
Statuminatum rudus P. 1, 9, 4.
Statuo, ſtatues in loco frigido, *repones* P. O. 22. ¶ ſtatuere paſtinacam P. F. 24, 9. arbores P. F. 25, 20.
Staturae proceritas quibus gentibus C. 3, 8, 2. ſtaturae humilis vacca C. 6, 24, 5. ¶ oliuam in ſtatura factam colymbada. *vid. leg.* Salſura.
Status caeli locique C. 3, 7, 9. caeli humidus C. 2, 10, 13. pluuius C. 11, 2, 7. incertus C. 11, 2, 97. calidum ſuſtinent vites P. F. 9, 4. ¶ *pro ſtatura et incremento.* Status qualiscunque poteſt eſſe mediaſtinus C. 1, 9, 3 *conf. ſ.* 1 *no.* b. altior in gallinaceis quaeritur C. 8, 2, 9. canis longior ac productior C. 7, 12, 9. longiſſimi ſcrofae C. 7, 9, 2. maioris plantae P. F. 25, 20.
Statutis palis facta ſepes V. 1, 14, 2.
Steatoma *legendum pro*
Stechatoma Veg. 2, 30, 1.
in Stellam diuiditur vitis C. 4, 17, 4. 4, 26, 3. ſtellae marinae Veg. 4, 12, 3.
Stenochoriaſis, *potius*
Stenocoriaſis *vid.* Core.
Stephanitae vites C. 3, 2, 2. quae ita natura creſcunt, vt coronae formam repraeſentent, acinos foliis incurſantibus Plin. 14, 3. Iſid. Orig. 17, 5 Stephanitae a rotunditate.
Stercilinium *pro* ſterquil. *MS. Victor. ad* Ca. 2, 3.
Stercoratio vilico vt curanda Ca. 5, 8. vt facienda C. 2, 5. quae ei legumina inſeruiant C. 2, 14, 1. *neglecta vt penſetur* C. 2, 16, 2.
Stercoratus. ſtercorata colluuies C. 1, 6, 24. ſtercoratiſſimo loco C. 2, 11, 8.
Stercoro. ſegeti ſtercorandae quae apta Ca. 36. *it.* 37, 2. quae et quomodo ſtercoranda V. 1, 38, 1. C. 2, 16. P. S. 1, 2.
Stercoroſa aqua C. 8, 3, 8. herba C. 9, 4, 7. ſtercoroſum ſolum C. 11, 3, 43. ſtercoroſiſſimus locus Ca. 46, 1.
Stercus quot generum V. 1, 38. C. 2, 15. P. 1, 33, 1. quod optimum hortis C. 11, 3, 12. quarum auium vtile ad agrorum et arborum cultus C. 8, 9, 4. vt diuidendum Ca. 29. C. 2, 16. bonum vineis praebet lupinum C. 11, 2, 60. aſini minimum herbarum creat C. 11, 3, 12. hominum excellentiſſimum C. 11, 3, 12. ſuillum adu. vermes, it. bubulum P. F. 25, 15. ſtercoris vicem quae ſuppleant C. 2, 15, 5. ¶ *Medicinae et alia vis ſtercoris.* Stercus primogeniti vituli philtron apibus P. 1, 39, 2. turdorum et merularum vtile ad cibum bobus et ſuibus V. 1, 38, 2. aſininum in medicina equorum Veg. 1, 56, 29. caninum prodeſt bobus ictericis Veg. 3, 56, 2. columbinum ſtrophoſis Veg. 3, 57, 2. ad traumaticum adhibetur Veg. 4, 28, 15. crocodili in collyrio Veg. 4, 27, 7. humanum in collyrio Veg. 4, 27, 6. porcinum peſtilens Veg. 3, 2, 15. ſuillum recens ad cataplaſma contra venena Veg. 3, 77, 5. gallinae peſtilens Veg. 3, 2, 13. 3, 85, 1. *ſed add.* 3, 85, 4. ¶ De ſtercore ſiccato ſtrata praebentur animalibus aegrotis Veg. 1, 38, 12. 2, 9, 4. ſolent eadem obrui ſtercore vt ſudent Veg. 3, 12, 7. *Sic Hippiatr.* 1, 9 p. 15, b. *Ruell. ex Hierocle*, non aſpero ſtabulo, ſed laetamine, vel mollibus culmis ſubſtrato cubitet. *Interdum* ſterquilinio obruitur animal opiſthotonicum *Hipp.* 1, 34 *p.* 49, b. *It.* 2,

*It.* 2, 101 *p.* 96, b. molle laetamen ſubſternere *nos iubet, vt* ſomno poſſit indulgere. *Add.* 2, 102 p. 99. a.
Sterile ſenium hominis C. 2, 1, 3. ſteriliores ad partus galli V. 3, 9, 6.
*Sterilitatis arborum remedia* P. Ian. 15, 3 *et* 9. C. 5, 10, 20. ſterilitas annonae C. 2, 10, 1. ſterilitate affici C. 3, 10, 15.
Sternitur ſi flecti poteſt vitis C. Arb. 6, 1. ¶ Sternendus eſt equus Veg. 3, 78 *h. e. ſella vel ephippium imponendum.*
Sterquilinium fieri Ca. 2, 3. eius ſitus et cura V. 1, 38, 3. P. 1, 33. duo ſterquilinia V. 1, 13, 4. C. 1, 6, 21. *vid.* Stercus.
Stertet bos pulmonibus laborans Veg. 3, 45, 1.
Sticas allii ſpicis *ſubſtituere conatur Salmaſius. Sed vid. Ponted. ad* Ca. 70, 1.
Sticula vitis C. 3, 2, 27.
Stigmare equum aut cremare Veg. 1, 26, 4.
Stillatim *an* ſtillatus de cauterio, *vid.* Veg. 3, 7, 3.
Stillicidia ex hibernis imbribus P. Aug. 8, 2. ſtillicidium alterius arboris tangit alteram P. F. 25, 21.
Stillo. ſtillat veretrum equi calculoſi, ſtillauerint ſemina C. 4, 33, 3. *ſed videtur legendum*, a
Stilo, ſtilauerint. *vi. no.*
Stilloſa ſ. orthocola iumenta Veg. 2, 54, 1. *ſicuti guttam de fluxionibus omnis generis, ipſaque podagra dicebat media aetas.*
Stilus aſparagi C. 11, 3, 46. ſtilorum rigor in cepinis vt conſeruetur C. 11, 3, 58. ad ſtilum vnum rediguntur ſemina C. 5, 10, 21. Arb. 25, 2. arbuſculae in ſeminariis C. 11, 2, 79. ¶ ſtilo aeneo purgare P. Mar. 10, 20.
Stimulatus ictu ſuo aries C. 7, 3, 5.
Stimulo laceſſere iuuencum C. 2, 2, 26. ſtimulo morſus imprimunt Veg. 3, 4, 33 *h. e. ſtimulatae, propter ſtimulationem.*
Stipantur calathi prunis C. 10, 405. ſtipare ceras liquoribus C. 9, 13, 14. *vid. Salm. ad Tertull. de pall. c.* 3 *p.* 192 *ſq.*
Stipendia militaria C. 12 pr. 4. ¶ ſtipendiis plurimis annorum emeritis fides conſtitit ſurculo C. 3, 6, 4. ſtipendia ſtudio noſtro contulerunt, *ſuppetias* C. 1, 1, 10. *pro* impendio C. 2, 2, 24 impendium *etiam legit MS. Lipſ.*
Stipite ponitur ziziphus, *talea*, P. Ap. 4, 1.
Stips. ſtipem conferunt colono non minimam paſtiones villaticae C. 8, 1, 2.
Stipticum *vid.* Stypt.
Stipula raſtellis eraditur de pratis V. 1, 49, 1.
Stipulatio in emtione V. 2, 1, 15. ſtipulationis formula V. 2, 2, 6. 2, 3, 5. 2, 5, 11.
Stirps dodrantalis C. 5, 6, 12 *it.* 13 *et* 14 *pro* ſtipite. ſtirpis probatiſſimum genus deponendum C. 3, 5, 4. ſtirpem praeciſum Ca. 40, 2. ex imo ſtirpe C. 5, 9, 13. ¶ ſtirpe exemta *de ſurculo calcato* C. 6, 15, 1.
Sto. ſtat ei veretrum prae dolore Veg. 3, 81. ſtantes rectae vineae C. 5, 5, 18.
Stolo quis, et Licinius Stolo *vnde cognominatus* V. 1, 2, 9. Stolonis lex V. 1, 2, 9.
Storacis rubeae Veg. 3, 68, 3. guttae Veg. 4, 14, 1.
Stracta Veg. 2, 45, 4 maſſa farinacea inducenda equorum armis. *forte eadem quae* Tracta, *vbi* vid. Rhod. ad Scribon. 34 coniicit *ſtacta quod* ibi *eſt apud Scribonium.*
Stramenta V. 1, 50, 3. *eſt enim, quidquid pecori ſubſternitur. Barth. adu.* 1, 6 *p.* 58. *proprie tamen ad frugum culmos pertinet, vid.* Ca. 5, 7. ſtabulationi boum vt praeparentur C. 6, 3, 1. *eorum vicem quae ſuppleant* Ca. 5, 7.
Stramentariae falces Ca. 10, 3.
Strangulatur nimio ſanguine pecus C. 6, 38, 4.
Stranguria quid? Veg. 3, 15, 2 vt leuetur Ca. 127. ¶ tanquam a ſtranguria praefocantur, *in morbis colli* Veg. 2, 23, 1. *conf.* 3, 15, 2.
Stratura areae in balneo P. 1, 40, 2. altero ordine facta P. N. 7, 11. tabulata *noſtris* (*vid. Ind. h. v.*) *et Scribonio c.* 60. *vbi vid. Rhodius. Medici vulgo,* ſtratum ſupra ſtratum.
Stratus ſ. ſtratura V. 1, 50, 3. pontilis Veg. 1, 56, 2.
Stratus, *a, um.* ſtratae vites C. 5, 4, 2.
Strenua toxica C. 10, 18. ſtrenuiſſimi milites Ca. pr. 4.
Stria. Lacunam ſtriam aratrum facit vomere V. 1, 29, 3. *vid.* Lacuna.
Stricte in foramen coniicies P. Mar. 8, 2.
Strictim iuncta crates P. 1, 13, 2.
Strictores oleae Ca. 144, 3.
in Strictura C. 12, 48, 5. *vi. no.* ab ſtrictura pedum lethargus Veg. 3, 48, 3.
Strictus venter ſolui quomodo debeat Veg. 3, 16, 1. ſtricta pelle, *intenta* P. Mai. 7, 3. vngulis cum terra fuerit P. Iun. 1.
Stridet pectus Veg. 1, 3. de pectore Veg. 2, 43, 1.
Strigile raditur pecus C. 6, 31, 2. ſtrigili ferrea ſubradi P. Apr. 4, 3.
Strigmentum P. 1, 17, 3.
Strignum Veg. 3, 4, 1 *Samb. marg. Latentne hic noſtrorum Kraut-Strünge, ſiue Strüncke*, coliculi, *quos habet contextum.*
Strigoſus canis, *macer et propter hoc velox* C. 7, 12, 8. *vid. Non.* 2, 765 *ex Maſurio Sabino.*
Stringere oleam Ca. 65, 1. manu vel digitalibus V. 1, 55, 1. ſtringit baccam durities digitalium V. 1, 55, 2.
Stringotomium *vid.* Syringot.
Structile gemellar C. 12, 50, 10. ſtructili ſepe munire C. 11, 3, 3. forma aqua ducitur P. Aug. 11, 1.
Structionis ſpatia, *de ſtratis oliuarum* P. N. 22, 5.
de Structura balnei cogitare P. 1, 40, 1. ſtructura teſtacea P. 1, 11, 1.
Struem facere cultro Ca. 141, 4. commouere Ca. 134, 2. in ſtruem coartare foenum C. 2, 19, 2.
Strumae Veg. 2, 23, 1.
Strumenta Veg. 4, 28, 5 N. L.
Strumoſis ſuibus medela C. 7, 10, 3. *Quod ſuibus familiaris hic morbus, inde χοιράδας vocari* ſtrumas, *obſeruat* BEROALD.
Struthia mala Ca. 7, 3. C. 5, 10, 19 *inter* cydonii *ſpecies refert, vt et Plin.* 15, 11.
Strutium Veg. 4, 13, 2. *forte* Struthion *ſ.* radicula *fullonum vſu notum, de quo Dioſc.* 2, 193.
Studeo. ſi quis maiori ſtudet diligentiae P. 1, 20, 2. ſi ſtudemus calidae prouinciae *h. e. colimus calidam* P. F. 23, 1.

Studioſius pullos enutriunt C. 8, 11, 2.
Studioſiores ad opus fiunt V. 1, 17, 7.
Studium agricolationi dare C. 1, 1, 1. ſtudio cuique conſultiſſimus adhibendus rector C. 1 pr. 4.
Stupa P. 1, 41, 1.
Stuppis ſ. linteolis pice liquida infuſis Veg. 3, 4, 7 et 12.
Supro matrem ſuperuenit hircus C. 7, 6, 3.
Stylobates V. 3, 5, 11. ſtylobatis interior pars V. 3, 5, 12. ſtylobatae V, 1, 13, 3.
Stylus *vid.* Stilus.
Stypticum vinum P. Ian. 17. O. 14, 1. *vbi non tam ad vim quandam medicam, quam ad facultatem illam adſtringendi, vnicuique palato non obtuſo apertam, reſpicitur; ex* ſtyptica *enim* vi *demum iudicatur, ventriculo eſſe accommodatum* ſtypticis vti P. F. 31, 2. Stipticum *fere ſcribebatur apud Vegetium. vid.* 2, 48, 3. res ſtalticae et ſtypticae 2, 51 *it.* 3, 10, 3. 4, 28, 7.
Sub vrbe Roma V. 1, 50, 2. ſub expectatione C. 1, 1, 20. ſub metu C. 1, 2, 1. ſub ſtella locare brachia vitis C. 4, 26, 3. *conf.* 4, 17, 4.
Subacidum vinum Ca. 108.
Subacta ſulco ſemina C. 9, 4, 4. male ſubactus ager C. 2, 4, 2.
Subadmouere ſenſim C. 6, 36, 4.
Subcauas areas facere Ca. 151, 3.
de Subcirro ſanguis detrahi debet. *forte melius.* de ſub circo Veg. 1, 25, 6.
Subcorticem de arbore mali granati Veg. 4, 28, 7. *h. e inferiorem.*
Subcriſpa cauda boum V. 2, 5, 8. iuba equorum V. 2, 7, 5.
Subcruda braſſica Ca. 156, 7.
Subdere ſub textum Ca. 84, 2. ignem fornaci Ca. 38, 4.
Subducere ſuſum animam Ca. 157, 15. ſubduxe, *ſubduxiſſe, ſurripuiſſe* V. 2, 1, 6. *vid. Vict.*
Subductarii funes Ca. 12. 68. 135, 3. *qui ſubducunt et tollunt prelum ope ſuculae, additis polyſpaſtis, quas* trochleas Graecanicas *appellat Cato.* Turn. 8, 6.
Subeo tectum C. 11, 1, 18.
Suber roboris ſpecies C. 4, 26, 1. ex ſuberis corticibus alui vtiliſſimae C. 9, 6, 1.
Subgluttit dolores Veg. 3, 60. *f.* dolore, *pro ſingultit.*
Subgrundae V. 3, 3, 5.
Subiacet hortus caelo clementi P. 1, 6, 10. ſubiacens terra C. 4, 1, 2.
Subiactare e terra grana vallis V. 1, 52, 2.
cum Subiectis agendum remiſſius C. 11, 1, 25.
Subigere corium pilis Ca. 18, 7. terga preſſa manu C. 6, 30, 1. bipalio C. 3, 5, 3. ¶ ſues in locum vmbroſum V. 2, 4, 6.
Subiicere foetum ſub mammam V. 2, 1, 20. collyria C. 6, 30, 8. *add.* Veg. 1, 52, 4. manum ſub femina C. 6, 2, 6. oues ſub rupes vmbriferas V. 2, 2, 11.
Subinde C. 2, 4, 11 *et* 11, 2, 8 *pro* mox *vel* ſtatim *poni videtur: ordinariam ſignificationem ſeruat* C. 6, 30, 2.
cum Subito euaſerunt, *h. e. cum primum* C. 9, 9, 3.
Subiugia lora in ploſtrum Ca. 63. 135.
Subiungendi ploſtro C. 6, 2, 8. ſubiungenda ſarritioni runcatio eſt C. 2, 12, 9.
Sublaminae minutae Ca. 21, 3.
Sublatent ſpicae vagina V. 1, 48, 3. *vid. no.*
Sublegere oliuam C. 12, 50, 1.
Subleuare partes alicuius V. 3, 14, 1.
Subligatio vuarum P. 1, 6, 10.
Sublimes viri V. 2, 4, 9. ſublime armentum C. 3, 8, 3.
Sublimiter legi, teri, dari, ſtare Ca. 70, 2. 71. volitare C. 8, 11, 1.
Subluitur intertrigo aqua calida C. 6, 32, 1.
Subluuies in ouibus C. 7, 5, 12. *eſt autem collectio ſaniei ſub vngula. Aliter Beroaldus: Videtur ſubluuies eſſe exulceratio in pedibus ouium naſcens, quando ſcilicet ab vngula cutis reſoluitur, in homine reduuiam dicunt. Luere enim ſoluere eſt, quaſi ſubtus ſoluatur corium.*
Submittere cantherium vitibus C. 4, 14, 1. teporem habitationi P. 1, 40, 5. ¶ *paruos matribus lactandi cauſa* ne minori quadrima — prolem ſubmittat C. 7, 3, 15. ſinguli agni binis nutricibus ſubmittuntur C. 7, 4, 3. ¶ *ſeruare ad gregem ſupplendum,* haedi ſubmittuntur et in grege incipiunt eſſe V. 2, 3, 8. quos arietes ſubmittere volunt V. 2, 2, 18. ſolent mares ſubmitti ad admiſſuras V. 2, 3, 4. ſubmitti tamen etiam in vicinia vrbis C. 7, 3, 13. *Add.* C. 3, 10, 17. 6, 24, 4. 6, 34, 2. *it.* 7, 9 *aliquoties. Huc pertinent Virg.* Georg. 1, 73 *et* 159. *it.* l. 70 *π. de vſufr. vbi ſaepius recurrit. Etiam Euripides Phoeniſſ.* 30 τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον μαστοῖς ὑφεῖτο. ¶ ſubmittere equas (*admiſſario*) *eſt implere, replere* P. Mar. 13, 6. ſubmittendae tauris vaccae P. Iul. 4, 1. in foeturam ſubmitti poſſunt vaccae *ibid. Sed Nemeſia. Cyneg.* 114 *de cane* Huic parilem ſubmitte marem. *Ita* admitti *contra* de foeminis *paſſim noſtri. Ex tertia notione oritur.* ¶ Submittere progeniem vitis C. 3, 6, 2. pampinarium in reſecem C. 3, 10, 15. pluresne an pauciores materias ſubmittat C. 3, 21, 7. vitem in flagellum C. 4, 14, 3. palma ex arcu ſubmiſſa eſt C. 4, 15, 3. materiam vitis conſtituendae cauſa ſubmittere C. Arb. 5, 1. arbori brachia ſubmitti patiere *ibid.* 2. ſubmittitur ſalix ad vnam perticam C. 4, 31, 2. idoneos vlmi ramos in ordinem ſubmittere C. 5, 6, 14. alternos frutices atri oleris in ſemen C. 11, 3, 36. ſtilos aſparagi C. 11, 3, 45. ¶ *De pratis etiam dicitur* Ca. 8, 1. *Idem nimirum ſignificat hic* ſubmittere, *quod* defendere Ca. 50, 1. purgare et a pecore defendere C. 11, 3, 7 *et* 27. pecora depellere et ab omni noxa defendere C. 2, 11, 9. ſubmittere *etiam eſt* C. 2, 18, 2. in foenum C. 11, 2, 15. prata ſubmiſſa V. 1, 49, 1. ¶ Summittere *ſcribunt librarii* v. g. Ca. 8, 1. *Hinc factum vt porro confunderetur cum* ſumere *vid. ad* C. 4, 24, 10 *et* 4, 29, 11.
Submouere *de ouibus vendendis* C. 7, 3, 13 *et* 14. 7, 4, 3. *noſtri abſchaffen.* ¶ ſubmouebis pituitas remediis P. 1, 28, 6. omnem ſcrupulum C. 4, 29, 3.
Suboles *pro* Soboles *fere MS. Palladii Leid.*
Subradere ficos Ca. 50, 2.

Subrectae a terra vites C. Arb. 4, 1.
Subrenalis morbus Veg. 1, 8. 1, 15, 1.1, 27, 1. 3, 2, 18.
Subrubere incipiunt groſſi P. Mar. 10, 31.
Subrumare foetus ouium C. 12, 3, 9. ſubrumantur agni C. 7, 4, 3.
Subrumus. ſubrumi foetus qui? V. 2, 1, 20. 2, 11, 5.
Subſcribit fortuna voto C. 1, 2, 3.
Subſcudes iligneae Ca. 18, 9.
Subſecare herbam V. 1, 49, 1.
Subſectis radicibus C. 2, 9, 10.
Subſellia in templo V. 1, 2, 2.
Subſerere vineam C. 4, 15, 1. nouis ſeminibus explere lacunas.
Subſiccatur madefactus C. 6, 14, 5.
in Subſiciuum eſt vncia agri V. 1, 10, 2. *Auctor antiquus de limitibus p.* 293 *Goeſ.* Subſiciuum eſt, quod in metiendo modum iugeri excedit. *De alia notione Rigalt. in gloſſis agrimenſ. et Goeſ. in antiquitt. agrim.* c. 12. SCHOETTG.
Subſidiarius ſ. cuſtos palmes C. 4, 24, 13 *et* 16.
Subſidit aliqua pars apum, *manet in aluis* V. 3, 16, 36. ſubſidentes lumbi C. 6, 29, 2. ſubſedit ad tertias coctura C. 12, 20, 4. ¶ ſubſiderunt in colo C. 12, 41, 3. *vid.* Sido.
Subſtantiam vt poſſit habere, *h. e. carnem et corpus retinere* Veg. 1, 36, 2. partim ad ſubſtantiam membrorum conuertit in ſanguinem 1, 40, 1. accipiet in ſubſtantiam Veg. 2, 12, 3. 2, 13, 9. *add.* 3 pr. 4. 3, 15, 15 *no.* x. 3, 24, 7. 3, 45, 3. 3, 55, 9. ¶ Subſtantiam vitae praeſtant pulmones integri Veg. 3, 45, 1.
Subſtentare cibis Veg. 1, 22, 3. *forte ita dixerunt reſpectu* ſubſtantiae, *vt a Vegetio accipi, modo oſtenſum eſt. Sed vid. mox* Subſtinere.
Subſternere pecori Ca. 5, 6. ſolum paleis V. 1, 57, 2.
Subſtillum lotium Ca. 156, 7.
Subſtineri poteſt ceruus C. 9, 1, 8. *vt modo* ſubſtentare.
Subſtituendi lapides P. Mar. 10, 23 *h. e. ſubter ſtatuendi.* ¶ ſubſtituunt ſe acerba maturis P. Mar. 10, 16. ſubſtituere demortuis et deficientibus alia C. 4, 17, 3. P. F. 13, 3. in locum demortuarum C. 9, 3, 3. *add.* C. 11, 1, 5.
Subſtramen e palea V. 3, 10, 4. ad ſubſtramen pullorum ſtercus pauonum vtile V. 3, 6, 5. *conf.* 3, 9, 8.
Subſtramentis operire Ca. 161, 2 *alii diuiſim.*
Subſtrictus venter laudatur in tauro C. 6, 20. P. Mar. 11, 4. in equo C. 6, 29, 2.
Subſtringere boues C. 2, 3, 1. ¶ Subſtringuntur teſticuli in morbo equi Veg. 1, 4. ¶ ſubſtringitur difficile ſanguis Veg. 1, 54 *h. e. reprimitur.*
Subtenti retibus lecti Ca. 25. loris Ca. 10, 5.
Subtenues ſetae V. 2, 7, 5.
Subtercutaneus morbus equorum Veg. 1, 5, 1. 1, 12, 1. boum Veg. 3, 2, 18.
Subteriaciantur ordei grana P. F. 18, 1.
Subtero Ca. 72. C. 2, 11, 12. 12, 5, 1. ſubterito cepam C. 12, 56, 2.
Subterpendentia mala P. Mar. 10, 8.
Subterranea animalia P. S. 3, 2.
Subterſtillatis cauteriis, *an* ſubſterſtillatim? Veg. 3, 7, 3.
Subtexere, ſubiungere C. 11, 1, 2.
non Subtrahant rationem ſcientiae deſideranti C. 11, 1, 12. ſubtrahitur ebrioſo cura officii C. 11, 1, 13.
Subtriti pedes C. 6, 15, 2. Veg. 2, 55, 7.
Subtus ambulare Ca. 48, 2.
Subtuſſiet Veg. 3, 25, 2.
Subuertere aratro C. 11, 2, 44.
Subula C. 6, 5, 4.
Subulci officium V. 2, 4, 20. profeſſio C. 1 pr. 26.
Suburbana regione Italiae C. 11, 2, 61.
Succari manna Veg. 3, 23, 4 *et* 12. 3, 28, 4. ſemiuncia Veg. 3, 45, 5. 3, 55, 7.
Succedit diligentiae meae vicarius C. 11, 1, 5. ¶ non ſuccedunt oua, *non excluduntur* V. 3, 9, 16.
Succendere igne lapides Veg. 2, 28, 5.
Succenſa fornace P. 1, 20, 2.
Succentiua tibia V. 1, 2, 15.
Succernere nucleos Ca. 10, 5 *eſt etiam Plin.* 18, 11 *ſ.* 29. vinaceos Ca. 25. partim de nucleis Ca. 37, 2.
Succidia V. 2, 4, 3 *it.* 10 *et* 11.
Succido. arborem in aedificia C. 11, 2, 11.
Succidum vinum Veg. 3, 67, 4. *conf.* 3, 66, 3.
Succinit paſtorali vitae agricultura V. 1, 2, 16. cui ego vt ſuccinerem *h. e. orationi eius ſubſeruirem, eamque confirmarem* V. 2, 1, 27. *Eſt igitur proprie quod* accompagniren *vocant muſici noſtri.*
Succollant regem feſſum apes V. 3, 16, 8.
Succoſum ſolum C. 2, 17, 3. ſuccoſioris libri ſtirpes C. 4, 29, 1.
Succreta cribro calx Ca. 18, 7.
Succumbunt quibus volunt virgines Illyricae V. 2, 10, 9.
Succurrere ſibi velocitate fugae P. Aug. 9, 1. ſuccurſurus deficienti C. 11, 1, 17.
Succus. ſuccum vuae perferunt C. Arb. 8, 5. ſucco villarum ſubdita loca P. F. 23, 1. ¶ Sucus Ca. 157, 16. exſugitur V. 1, 13, 4. *et ita fere in Colum. Lipſ. Pallad. Leid. et Veg. Corbei. MSS.*
Sucida lana vnde dicta V. 2, 11, 6.
Sucta frequentiore numero ſcrofa P. F. 26, 5.
Suculae Ca. 12. Tur. 8, 6 *et* 7, 25. *Popma de inſtr. fundi c.* 11. *Breuiter*, ſucula *eſt cylindrus duobus axibus vtrinque in cardines inſertis mobilis: in hoc, qui clauus funem circumuoluendum* ſuculae *retinet,* porculus *continuata metaphora vocatur.* ¶ Suculae, *ſidus*, exoriuntur C. 11, 2, 4. celantur, ſe celant C. 11, 2, 34 et 36. occidunt totae C. 11, 2, 89.
Sucus *vid.* Succus.
Sudant ſale conſperſa C. 12, 7, 2.
Sueſſa Ca. 135, 1 *et* 3.
Sueſſanum Ca. 22, 3.
Sufferre labores C. 1 pr. 12. vecturis V. 2, 8, 5. ventos et imbres C. 3, 2, 15. ¶ lac *pro* ſufficere V. 2, 4, 19 *niſi ita quoque legendum.*
Sufficienter P. 1, 35, 10.
dum Suffecit C. 9, 8, 9.

Suffi-

Suffimenta Veg. 1, 19 *et* 20. 4, 12, 1.
Suffire dolia, ſuffumigare C. 12, 50, 16. ſerta, ſchoeno, et palma Ca. 113, 1. ſuffienda bonis odoribus C. 12, 18, 3.
Suffitio doliorum C. 12, 50, 16. ſuffitione nimia medicata vina C. 1, 6, 20.
Suffitas apes refrigerare C. 9, 14, 7.
Sufflatae ſunt venae ex cileo Ca. 157, 7.
Suffocata animalia pertuſo a vermibus aqualiculo Veg. 3, 23, 3.
Suffragatorum ſtudia V. 3, 5, 18.
Suffraginoſae mulae curatio C. 6, 38, 2.
Suffragia diribentur V. 3, 2, 1.
Suffrago *in pede iumenti, qui homini poples* C. 6, 15, 2. Veg. 3, 4, 29. *vid. Plin.* 11, 45. ¶ *vitium pedis* Veg. 1, 26, 2. Defluxiones, quas Graeci non nulli σειρὰς quaſi pedicas, aut ſi mauis catenas, alii chiramata vocant, quod calces rimis ſciſſae rigeant, ex quo σειριᾶν quaſi compediri dictum eſt, Romani ſuffragines vocant. *Haec Hippiatr. Ruell.* 1, 52 *pr.* ¶ *in vite* C. 4, 24, 4.
Suffricare vaſa nucibus pineis C. 12, 25, 5. 12, 30, 2. 12, 23, 2.
Suffrio. Suffriatur ſeria C. 12, 38, 4.
Suffumigationibus frequentiſſimis ſtagnare animalia Veg. 3, 23, 5.
Suffumigata tabulata C. 12, 12, 3.
Suffumigo. vaſa myrto C. 12, 25, 4. *idem* Suffire.
Suffundere vires cibo ad foeturam admiſſario V. 2, 8, 4.
Suffuſio cucumeris agreſtis et colocynthidos contra mures, *pro eo quod vocant vulgo* infuſum P. 1, 35, 9. ¶ oculorum morbus Veg. 2, 16. ¶ pedum, de labore itineris Veg. 1, 38, 8.
Suffuſos inter et ſyncopatos pedes diſtantia Veg. 1, 53, 1.
Suggero ignem fornace ſuccenſa P. 1, 20, 2.
Suggeſtum ſaleris V. 3, 5, 16.
Suggeſtus inter dolia Ca. 154. lapideus C. 9, 7, 1.
Suggrundae *vid.* Subgr.
ad Sui ſimilitudinem C. 4, 20, 1. partem ſui delibratam C. 5, 11, 1. inter ſe *pro* ea C. 12, 44, 6.
Suile conuerrere C. 7, 9, 14.
Suillum pecus V. 2, 4, 1. ſuillae carnis ſalſura C. 12, 53.
Sulcae fici C. 5, 10, 11. *in Fabriano theſauro aliquis expoſuit* ſulcatas, rimoſas.
Sulcare foſſas V. 1, 29, 2.
Sulcus quis V. 1, 29, 3. *add.* P. Mar. 9, 11. ſulci vt faciendi Ca. 43, 1. ſulci longiores C. 2, 2, 27. ſulcus in aratione CXX pedum P. Ian. 3, 1. ſulco altero ſeminari C. 2, 9, 15. 2, 11, 8. quarto ſerere C. 2, 13, 8. *add. not. ad* 2, 4, 2. ¶ ſulcus aquarius humorem noxium deducit P. S. 3, 1. ſulcos aquarios facere C. 2, 8, 3.
Sulfuris *mentio an apud Catonem? vid. Meurſii nota ad* 23, 2. *Et eſt omnino* Ca. 39, 1. Sulfure et bitumine ac teda perluſtrant paleas ouis excubandis ſubſternendas C. 8, 5, 11.
Sum. ſit quidem, vt intereant *h. e. fac interire* C. 3, 3, 13. eſſe in cultura, *h. e. eo nomine comprehendi* V. 1, 2, 12.
Sumen Italiae campi Roſeae V. 1, 7, 10.
Summam vtramque componito: fiunt pedes *etc.* C. 5, 2, 5. ſumma ſortis et vſurarum, fit C. 3, 3, 9. ſumma fit operarum octo C. 2, 13, 2. ſumma operarum XC. 2, 13, 1. ¶ Summa ſpectanda, ne V. 1, 53 *h. e. id maxime conſiderandum eſt.*
Summatim ablaqueare, *in ſummo, non profunde* C. Arb. 6, 2 *et* 10, 5. eradere C. 2, 46, 1. ¶ attingere *i. e. breuiter modo mentionem facere* C. 9, 2, 3. percurrere V. 2 pr. 7.
Summitas, *pars ſumma*, inſurgit P. 1, 6, 10. ſummitates tenerae arborum P. Mai. 7, 3. in ſummitate purgandum mel P. Iun. 7, 3.
Summum vinum *an optimum?* Veg. 3, 47, 8 *et* 10. ſummam cutem decerpere C. 12, 54, 1.
Sumo *h. e. edo Vict. ad* V. 3, 5, 1. 3, 10, 7. ¶ ſumere puritatem debet vinum P. O. 14, 12. vetuſtatis ſaporem P. O. 14, 13.
Sumſiones, ſumtiones Ca. 145, 2.
Sumta ſalis Garg. Mart. 1. *an pugillus? vt Galli*, vne priſe.
Sumtuoſus ager Ca. 1, 6. homo, *qui ſumtus praeter rationem facit* V. 2, 4, 3. cicercula C. 7, 3, 22.
Suniculum vini veteris P. N. 22, 3. *vi. no.*
Suouitaurilia circumagere Ca 141, 1. ſuouitaurilibus lactentibus immolandis *ibid.* 3. circumagitur verres, aries, taurus V. 2, 1, 10.
Supellex ruſtica V. 1, 22, 6. ſupellectilis diſtributio C. 12, 3, 1.
Super inferque vicinus Ca. 149, 1. *vid.* Superior.
Super aquam eminent C. 8, 17, 10. ¶ ſuper lactis abundantiam, *vt ea contingat*, C. 7, 6, 7.
Superadiicies calcem P. 1, 17, 3.
Superaggeratur humo C. 12, 44, 4.
Superadſpergis Veg. 3, 3, b, 5.
Superba pira C. 5, 10, 18. *Ita dici vult Plinius* 15, 15, quia caetera maturitate anteuertant. *Noſtris Muſcatellerbirn.* SCHOETTG.
Supercalcato alterum tabulatum C. 12, 39, 3.
Supercilia caneſcunt equis P. Mar. 13, 9.
Supercubat grex C. 7, 4, 5.
Supereminet ius C. 12, 47, 1.
